Universidad de Deusto
Biblioteca

Comunale di Bologna

Universidad de Deusto
Biblioteca

61,1

Universidad de Deusto
Biblioteca

RENATI CHOPPINI

ANDEGAVI I. C. ET IN
Regio Parisiensi Senatu
causarum Patroni.

De Sacra Politia Forensi,

LIBRI III.

AD HENRICVM III.
Galliarum, & Poloniæ Regem.

Cum Indice Verborum, Rerúmque locupletissimo.

Μέγιστα δῶρα τῶν θεῶν, Ἱερωσύνη τε, καὶ Βασιλεία. ἡ μὲν τοῖς θείοις ὑπηρετουμένη, ἡ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξαρχουσά τε καὶ ἐπιμελουμένη. Iustin. Nouel. 6.

DOMUS LOYOLAEAE S. I.
BIBLIOTHECA

PARISIIS,
Apud Nicolaum Chesneau, via Iacobæa,
sub Quercu viridi.

M. D. LXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTIANISSIMO REGVM REGI ERRICO III. VALESIO.

Renat. Choppinus, Fœlicitatem.

QVOD PRECATVS *sum à Deo Opt. Max.* (PRINCEPS *Sacratiß.*) *vt Eccleſiaſticam Politeam priſcorum Regum virtute ſtabilitam, ſed difficillimis hiſce collapſam temporibus, reſtitui Orbi Chriſtiano pateretur, id beneficio diuino immortalique tuo Lætor identidem promoueri. Externa enim Ciuiliſque Eccleſiæ diſciplina, cuius vindices ſe Maiores tui aſſertoréſque præbuerunt acerrimos, euerſa erat propemodum huius effræni licentia ſeculi corruptionéque degeneris poſteritatis. Aſt tuæ nunc & priuatæ in Superos Pietati, & publicæ huius Imperij Curæ quantum tribui par eſt,*

Externa ſeu Ciuilis Eccleſiæ Politia.

Te Duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine Terras.

Duabus nempe illis Artibus vt initio parta eſt, ita retinetur reuocatúrve in vſum Cenſura Regia, Politicáque Eccleſiæ miniſtrorum Obſeruatio: Quum hæc iuncta demum inflectere ſenſus humanos Edicta queant ac Vitæ Regentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCIO equidem de rebus Sacris iudicium esse Pontificum, non Principum: Quod & Leontius Tripolitanus antistes Constantio Imp. fertur in conuentu Episcoporum respondisse. At nemo quoque negarit, Regium istud esse Ciuiliumque Magistratuũ munus, Ecclesiæ decreta tueri, conseruare, tum latis legibus, omnes sacris addictos continere in officio: vrgendos etiam ad canonum Ecclesiasticorum, veterísque cultum disciplinæ, Principali non minùs auctoritate quàm Pontificali. Alterius sic altera poscit opem res & coniurat amicè in politioris vitæ habitum à Clericis exigendum, externámque morum Politiam inter eos sanciendam. Laudatus est enim vel ex eo Ioas Hebræorum Rex, quòd metuens ne Sacerdotes nummos interuerterent, qui offerebantur à populo ad tutelam Templi, eos primùm in arcam clausam inferri iussisset, deinde scriba suo præsente fabris ac cæmentariis erogari. Sed longè augustius illud Christianæque vtilius Reipub. Regem ipsius adeo Religionis cultúsque diuini custodem se profiteri, nedum sacri Ærarij. Qualem se gessisse Constantinum Mag. accepimus, & Galliæ tuæ Heroas præstantissimos pleroſque.

SANCTISSIMVM ergo hoc depositum tibi (Rex Christianiss.) ab auis traditum est, summis Politicarum virtutum Luminibus: vt Ciuili adhibita abs te Rei Ecclesiasticæ curatione, nepotes tandem in prisca Religione conquiescant, turbulentissimis, quibus iactamur, seditionum fluctibus liberati. Quo in negotio occupatis nunc arcani tui intimíque Consilij primoribus viris, dubitaui primùm, an plebeio mihi liceret vna conferre symbolum, & quasi argutos inter strepere anser olores. Quum verò laborantis Patriæ Rectori, quæ vniuscuiusque

iusque nostrum partem sibi vendicat, animum saltem ac studium optarem probari meum, proferre hoc tempore visum est lectissima aliquot sancti Senatus tui decreta, quæ ad Politicam modò Cleri emendationem spectare vtcunque arbitrabar: Vt ego simul & temeritatis, relato aliorum iudicio potiusquam meo, & ingrati animi probrum vitarem, leuata hoc qualicunque officio Republica. Aulicorum certè Optimatum alij in Bellis Ciuilibus iuuant armis Principem, consilio nonnulli: Priuati autem, quod possunt, comparatione auitæ fœlicitatis quærunt præsenti calamitati remedium, & Philosophico pallio præcincti repetunt intestini morbi medelam à prisca frugalitate, prudentiáque superioris ætatis. Adeo nihil vnquam verius, moribus antiquis rem stare Francicam viriſq́: quod sapiẽtissimi etiam Præsules in Niceensi pio congressu censuerunt, τὰ ἀρχαῖα ἤθη κρατέιτω.

Gallicus Parisiorum Senatus, mixtum est peræque ex Ecclesiasticis ac profanis Iudicibus Collegium.

IAM igitur sacram Politeam, quæ à me ex Francicis Institutis ac S. Consultis delibata est, Tuæ Maiestati mihi omnibúsque sacrosanctæ dicare constitui: Seu quòd illa quidem rationibus temporum istorum publicè esset accommodata, seu quia tibi priuatim acceptò ferenda, quámque tuo quodammodo iure possis vendicare. Sicuti enim Alexandro Cæsari eæ adscribuntur Constitutiones, quarum sanciendarum auctores habuerat ipse Iurisperitos haud pauciores viginti, sine quorum consilio is nullam de re grauiore decernebat. Ita non eo minùs tua sunt puréque Regia Franciæ tuæ Edicta seu S. C. quod Ampliss. Curiæ iudicio comprobentur, aut fiant: Vnde & vtrumuis ipsorum in verba Principis concipi solet, Regiíque nominis titulis insigniri. Etsi autem fatendum est, Libellos hosce pragmaticos ac forenses dignitati Sa-

cræ Politiæ nihilo magis respondere, quàm pictura Romanæ Reipub. in clypeo Æneæ magnitudini rerum gestarum Imperiíque Pop. Rom. respondebat: Iis tamen fundamenta quædam iacta sunt, vt exuscitent animos ad tantam Politiam studiosius capessendam & intelligendam: nobis interim eousque progredientibus, quo ars nostra communísque fori vsus potuit attingere.

MOVIT me insuper constans populi de flagrantissimo tuo in Numen cultu persuasio, vt non modò abs te æqui boníque consultum iri confidam nostrum hunc de Iure Ecclesiastico Tractatum, sed omnino etiam melius sperem de nostrate Repub. Christiana, téque ab ea velut Ἀλεξίφαρμακον Ciuilium Malorum reliquias omnino depulsurum. Quum enim inter Ecclesiam ac Regnum conuenientia sit naturaéque coniunctio, quam Græci συμπάθειαν vocant, biforem Christianæ Politiæ Ianum claudas oportet: cuius alioquin geminæ templi portæ, Legis nempe, ac Religionis, seu humanarum rerum perinde ac diuinarum tandiu manerent adapertæ, quoad in Ecclesia inteſtini tumultus personarent. Exhinc itaque nemini dubitandum erit, quin florentissimum à Patribus relictum, pari denuo fælicitate Galliarum Imperium moderêre. Quemadmodum enim haud temere finxit Homerus, sub Iouis clypeo ac patrocinio versari principes viros: Sic Iohannes Rom. Pontifex in Epistola ad Iustinianum Augus. vetus illud est mutuatus ex Sacra Historia, Cor Regis in manu Dei.

Sub Dei tutela sacri Prīcipes esse cēsentur.

QVOD si nobis sacra tractantibus quispiam, procul hinc, clamet, procul este profani: Velim is secum expendat, me non nisi exteriorem Ecclesiæ Politiam, quæ quotidiana Regij Fori disceptatione teritur à nostris, fuisse his

IVDICIARIA ECCLESIÆ POLITIA.

his Libris persecutum. Aduertat rursus, me coram Rege Sacrato agere velut in mediis Gallici Pop. Comitiis, de remedio Sacri Belli Ciuilis tam diuturni. Quales publici olim conuentus quum haberentur apud Francos, libera cuiuis suffragia dabantur, vel ex infima Plebe orto: ex qua omnes Prouinciæ ordines simul vt è Sacerdotum ac Equitum genere fuêre constituti. Hodie præsertim, quum de Aris ac focis sanctioribus dimicemus inuicem, ac de Palladio Christiani nominis periclitemur, sydera quis mundúmque velit spectare cadentem, expers ipse metus? ecquis, dum corruat arduus æther, terra labet mixto coeuntis turbine mundi, compressas tenuisse manus? vt Lucani carmen vsurpem. Eóque acerbius taxandi isti ex vetere Solonis præcepto, qui in Gallica hac tragœdia nullas sumunt partes, nisi quas Græci καλὸν πρόσωπον, Latini mutam personam appellant. Proin nouissimè in Blesensi totius Galliæ concilio ad Tuam Maiest. perlatæ sunt trium Pop. classium quærulæ voces, initáque ratio à Ciuitatum Syndicis confertim, delectísque per Municipia prudentibus viris: qua tantis Reipub. vulneribus mederêre, supplicibus ad id tuorum ciuium libellis instructissimus.

ERGO & hunc tu pariter (Rex inclyte) ceu à subdito quouis porrectum Libellum accipies, pro salute cōmuni supplicem: ceu ex tuo quasi ære profectitium recipies serui tui peculiū, id est, ex Regiis tum Edictis, tum Senatusconsultis à me contextum Opus Ecclesiasticæ Τῆς Πολιτείας. Cuius ideo, tanquam æris Dominici cùm peculiares reddere rationes debeam Augustæ Tuæ Celsit. idem de eo licet mihi dicere, quod de suis Fastorum Libris Ouidius dixit, quum eos ad Germanicum Cæsarem emitteret.

Pagina iudicium magni subitura mouetur
Principis, vt Clario missa legenda Deo.

Sed quemadmodum Sacra Politeia nostri argumentum Voluminis, ita Volumen ipsum tui est patrocinij potiùs tutelarisque præsidij, quàm Iudicij seuerioris. Nam si Octauio Cæsari, quamlibet profana de re, scriptus dicatúsque codex, eo ipso Hieratica dicebantur, quasi religiosis destinatum voluminibus chartæ genus: multo magis Christianiss. Principi oblatus de lege Sacrorum Libellus Regij iuris est regiæq; clientelæ, iusta summi Patroni protectione muniendus. Cui accedit & domestica ferme Principis in suos affectio natiuáque animi propensio, velut communis Parentis nostri omnium: qualem T. Liuius Imperatorem nuncupauit, ex nota Xenophontis sententia, Ἄρχοντας ἀγαθοὺς ὑδὲν ἀλαφέρειν πατέρων ἀγαθῶν.

1. Bonos Principes à bonis Parentibus nil differre.

FLOREAT *Tua Maiestas, & Valeat. Lutetiæ Parisiorum. Calend. Martiis Anno Christianæ Pietatis.* CIↃ. IↃ. LXXVII.

RENATI CHOPPINI
DE SVO POLITIÆ SACRÆ OPVSCVLO.

HÆC TRIA iam totidem perscripsi Iura Libellis,
REGIA, quæ populos RVSTICA, SACRA regunt. TRIA AVCTORIS VOLVMINA.
Regis enim Primum Galli, Plebísque Secundum,
Tertium at hoc Cleri prædia tractat Opus:
Prædia deuotis Templo possessa ministris,
Et sacri mores discutit vsque Chori.
Vltima cœlestum studio sic tangitur ætas,
Astráque, quo propiùs corpore, mente petit.
Tunc Diuis geniti diuina reposcere iura
Discamus, patrias & remeare domos.
Terrena ex aliis lege diuersoria chartis,
Ducit ad æternos Pagina sacra lares.
Hęc Cynosura piis, iter hãc reuocemus ad Arcton,
Ciuibus Elysij spémque ducémque poli.
Vos modò, Pontifices, venia donate profanum,
In vestros ausum mittere semen agros:
Cui liceat sancti decreta referre Senatus,
Supremóque sui Principis acta foro.
Mixta vbi Iudicibus sacrorum turba profanis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ Synodûm canones præcipit eſſe ratos.
Vt Plebeius ab hac, cenſuram vt ſumit Equeſter,
Huius iudicio ſtat pius Ordo graui.
Hinc cape Sacra manu, miſeríſque viatica canis,
Mature poſitis (lector amice) iocis.
Vnde pererratæ vagus hoſpes & incola terræ
Cœlicolûm proprias adgrediare vias.
Iſta peregrini μικροκόσμῳ meta laboris,
Ad ſuperos Diuis orta redire Deos.

REN. CHOPPINI
ANDEGAVI I. C. ET IN SVMMA PARISIENSI Curia Aduocati,

Ad venerandos Galliarum Pontifices

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

DE MVTVIS ECCLESIASTICÆ, Regiæque Poteſtatis Officiis.

1 CVM MVLTA diuinitus ad Ciuilem Societatẽ tuendam inſtituta ſunt à Principibus Chriſtianis: tum nihil præclarius, quàm quòd has duas res paribus inuicem ſtudiis coli voluerunt, & Dei immortalis Religionẽ, & Iuſtitiam Politicam: quę habent commune aliquod vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Non ſolum enim diſtinctis operis officiiſque Pontifices Religionem interpretando, Magiſtratus iura dicendo Rempub. conſeruarunt: verùm mutua quóque alter ab altero ſubſidia rerum gerendarũ petere conſueuit.

Quanta ſit Religionis ac Imperij affinitas & coniunctio.

2 NAM (vt à Sacerdotibus ordiamur) Hieremias pius vates monebat populum haud dubio Numinis inſtinctu, vt pro Regis ſui ſalute preces votáque effunderet. Daniel item interpres Diuûm deflebat ærumnas Iudaicæ Reipub. edebátque grauiſſimas conciones de futuris Principatuum vel horum conuerſionibus, vel illorum euerſionibus. Similiter apud Babylonios Ezechiel haud leuiori angebatur reparandæ Vrbis cura, quàm Eccleſiæ reſtituendæ. Ex quo ſollicitos de Politiis mortalium ſacros Vates poſſis agnoſcere. Eadem enim in Patriam propenſiſſima voluntate, Zacharias Προφήτης non minus Ciuitatis, quàm Aggæus Templi inſtaurationem vrgebat. Chriſti dehinc temporibus commendati à B. Paulo Eccleſiaſticis precibus

Eccleſia, votis ritè nũcupatis, pro ſalute Principum Superis ſupplicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciuiles Gubernatores, vti ſub eorum ditione piam ducamus vitam ac tranquillam. Tunc enim conuenientes de more protochriſtiani Superos orabant pro incolumitate Romani Imperij, pro Cæſarũ miniſtris, & poteſtatibus ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Vt Tertulliani verbis vtar, In Apologetico aduerſus Gentes. Eóque ſpectarunt Chriſticolarum coitiones illæ antelucanæ, nocturnáve collegia: quas Plinius Hæterias Græco vocabulo appellat. In Epiſtola ad Traianum, Chriſtiani dogmatis de moribus ciuilibus probatrice. Hunc adeo ritum conſectari viſa eſt poſterior ætas, ſumpto Agathenſis Synodi exordio ab imploranda Chriſti Seruatoris ope pro vita Principis Romani, eiúſque Imperio cœleſtibus auſpiciis adaugendo. Ariminenſis necnon Concilij primates libello profeſſi ſunt ad Conſtantium Cæſarem ſcripto, Epiſcoporum functionem verſari in ſupplicationibus Numini habendis Sanctiſque Martyribus, ad pacem Populis, incolumem Auguſtis vitam exorandam. Vt eſt apud Theodoritum Cyropolis Medorũ Antiſtitem. Hiſt. Eccleſ. Lib. 2. Cap. 19. & 20. Quo nomine etiam Conſtantius gloriari ſolebat, crebro expertus Rempub. firmiùs Religione, quàm officiis corporíſque labore contineri. In Cod. Theodoſiano De Epiſcop. & Cler. Nec diſſimili argumento Athenagoras Chriſtianus Philoſophus, collaudata Aurelij Antonini pietate, & L. Aurelij Commodi Cæſſ. iiſdem renunciat ſolemnia vota concipi à Chriſtianis indies, hymnóſque in Numen concini pro illorum Imperio conſueuiſſe, tali clauſula, Τίνες γὰρ μᾶλλον δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἱ πιστοὶ τῷ θεῷ περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν πατρὸς καὶ τὸ δικαιότατον παραδεχόμενοι τὴν βασιλείαν, αὔξην δὲ ἡ ἔκδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ἐπιχειρίων γινομένων, λαμβάνη, τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ πρὸς ὑμῶν, ὅπως ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγομεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῦμεν. In Apologia Athenagoræ pro Chriſtianis. Denique, (vt de noſtratibus Francis obiter loquar) metricus extat Libellus Theudulphi Aurelianorum pontificis, ſeu, vt alij volunt, Iohannis Sapientiſſimi ad Chriſtum Deum pro Karolo Caluo Romani tum Orbis moderatore: Cuius manu ſcripti Codicis verſus ſequuntur notatu digniores.

Id eſt, Ecqui enim conſequenter æquius ea petunt, quàm nos adeo vobis deuoti addictique? Nos enim pro Imperio veſtro preces ad Deum emittimus, & vt filius (quod iuſtiſſimum eſt) in Regnũ olim parenti ſuccedat, vtq; Imperium veſtrũ dietim amplius dilatetur, omnia demum ex animi ſententia vobis eueniant, oramus. Quod & nobis ſalutare fuerit, vt quietã tranquillãq; vitam degentes, vobis interĩ ad quælibet imperata promptè inſeruiamus. Athenag.

O Rex

O Rex præclaro qui luſtras lumine mundum,
Largitor Carolo proſpera cuncta tuo.
Da noſtro Regi Karolo ſua Regna tenere,
Quæ tu donaſti Patribus almigenis.
Inuidiam miſeram fratrum, ſæuumque furorem
Digneris pacto mollificare pio.
Hoſtiles animos, paganáque roſtra repellas,
Da pacem populo qui tua iura colit.
Indulge famulo fragilis contamina vitæ,
Vt valeat purus cernere Regna tua.

Dicatũ eſt Volumẽ iſtud Ludouico filio eiuſdem Regis Philippi à M. Rigordo Gottho, de quo nos plura poſthac Tit. 4. Libri 1. Cuiuſmodi Auctorum, quorũ Volumina typis nondũ excuſſa ſunt, verba ipſa recitãda hoc Opere cẽſui, quod & plus habeãt energiæ, maiorémque rerum geſtarum memoriæ fidem concilient.

Vnum his Rigordum ſubiiciam, Philippi Auguſti Regis Hiſtoriographum, qui in Libro nondum edito, *Eccleſia* (inſit) *meritò debet orare pro Chriſtianiſſimo Rege Philippo, quia iſte eſt qui aſsidue ſtat pro ipſa Eccleſia, protegens eam ab inimicis, exterminando Iudæos, propulſando Hæreticos. Bona enim illius opera ſtabilita ſunt in Domino, & ideo facta eius & dicta debet enarrare omnis Eccleſia Sanctorum.* In Lib. ita inſcripto De Geſtis Chriſtianiſſimi regis Philippi à Deo dati.

3 Reges viciſſim paria referunt Eccleſiaſtico Ordini, communicata piis huiuſce decretis Manu Regia ac poteſtate: in qua ſacrorum ſimul μυστηρίων cuſtodiam tutelámque collocarunt Dei Principis Oracula. Deuteron. Cap. 17. Teſtis eſt Hebræus Rex Dauid, qui recenſitis Leuitis omnibus ac presbyteris, eos in claſſes aliquot ideo diſtribuit, vt alternis quæque vacarent Dominici phani miniſterio. Chronicωn 1. Cuiuſmodi Politiæ renouandæ auctor Zacharias æmulúſque Herois illius Politici fertur extitiſſe. 2. Reg. Cap. 18. Solomonem verò palam eſt conſecraſſe Dominicum delubrum, ac ſolemni luſtratum ceremonia ſancte deuouiſſe ſupremi Numinis venerationi. Regum Lib. 1. Poſteris tamen ſeculis actum pene erat de Sacra Baſilica, quòd fœdè polluta fuiſſet Ethnicorum ludibriis, profaníſque manibus: ni Iudas Machabeus Iſraëliticæ Dux militiæ eandem curaſſet à ſordibus repurgandam per nouos Sacrorum Præfectos: quos in id præſertim

Conducit ecclesiastico Ministerio adiutorē Magistratum habere.

Sic, econtra, Imperatorē esse in Ecclesia, non supra Ecclesiā docet B. Ambrosius de negotio fidei ad Cæsarem scribens.

Tribuenda quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ Dei, Deo.

D. Paulus ad Corinthios Epist. 1. eos Christianos reprehendit, qui ad Tribunalia Ethnicorū causas agebant: quoniam & hi impij ĩfideles, erant, & reperiebantur Christiani qui de causis eorū possent in Ecclesia cognoscere. Aliud autem in Christianis Impp. videtur, qui tamē ecclesiasticarum cōtrouersiarum iudicium renuerunt, primariisque Ecclesiæ Presbyteris reliquēre.

muneris idoneos cooptarat. Et hęc nondum passo Christo, quid luce Euangelica collustrato Orbe? Imperialiū sanctionū de Ecclesiasticis reb⁹ plenæ sunt Bibliothecæ, Legumq; Ciuiliū, quæ de Sacra Politia conditæ versantur in ore posteritatis. Ex Theodosiani Cod. Libro 16. & Iustinianeo Volum. τῶν Νεαρῶν. Ac propterea sensit Optatus Mileuitanus, non esse Rempub. in Ecclesia, sed Ecclesiam in Repub. i. in Imperio Romano: Quasi Reipub. pars Ecclesia sit, cùm in illius sinu veluti coalescat. Lib. 3. ad Parmenianum De Schismate Donatistarum.

ATQVI diuisum cum Ioue (inquies) habet imperium 4
Cæsar, & vulgato poëmate.

Edicunt Reges, indicit Festa Sacerdos.

Agnosco, sed ita, vt Regiæ tamen potestatis præsidio, tanquam firmissimo Eccleſiam muro septam esse putem oportere: cuius alioquin iura mouentē nos Ciuilem Magistratum minimè probaremus. Hanc sententiam firmat vetus Byzantij Pontificis electio, quę dissentientibus partium suffragiis anceps dubiáque turbas inuexisset in Ecclesiam grauissimas, aliis videlicet Isidorum Nectarij successorem legentibus, aliis Iohannem Chrysostomum: nisi Arcadius Imp. eum tumultum pacasset, mandata Chrysostomo sacra Byzantiorum præfectura, quem & ab Episcopis in Synodum euocatis postulauit ordinari. Vt refert Theodoretus Lib. 5. Cap. 27. Cum Sozomeno Lib. 8. Cap. 2. Ac ne mirum cuiquam hoc videretur, effecit D. Augustini Epistola 68. docentis Constantino Cæsari attributam fuisse Ecclesiasticarum litium cognitionem. Adde innumeras Principum Romanorum constitutiones aduersus sacrificia Paganorum latas apud eūdem Augustinum Epist. 48. Pro in Regiis etiam Edictis instructi Clerici ac monachi sepulchrales Phœnicum lucos funditus diruerunt, Chrysostomo procurante. Ex Theodoreti Lib. 5. Cap. 29. Sed interim Valentem Cæsarem quis non reprehendat, eo prouectum audaciæ, vt μονάζοντας militare iuberet? Anno post salutiferum partum trecentesimo septuages. octauo. Sic enim monachos vocabat in Lege à se cōdita, Quidam ignauiæ sectatores Cod. de Decur. Quod & Diaconus memoriæ pro-

riæ prodidit Lib. 12. Illum quippe tanto odio prosecutum monachos tradit Eutropius, vt multas ipsorū ex Eremis abstractas myriades Barbaris obiecerit trucidandas, eo in prælio, quo aduersus Gotthos infœliciter dimicauit.

5 MITTAMVS Valentem & Valenti similes, Christianæ non tam Politiæ rectores, quàm Religionis hostes: quum Regia istîc verè in Ecclesiasticum Statum officia à nobis & exempla quęrantur. Regiam nimirum auctoritatem Ecclesiæ solùm metimur commodis, tantumq; ei tribuimus, vt sacro Cœtui, quæ adiumento esse debet, offendiculo non sit, néve cuius adiutrix ornandæ illa quondam fuit, Ecclesiasticā opprimat libertatē. Haud secus ac Horatiani equi auxiliator in ceruum, cuius implorata ope, frenoq; recepto, victor quidem equus discessit ab hoste, at nō equitem dorso, non frenum depulit ore. Ita ergo Magistratum vtrumq; constituimus in hac Ciuitate Dei, Pōtificium ac Regium, tanquam concentum quendam ex distinctis collectum sonis, & dissimilium alioqui vocū moderatione eam Reipub. moderationem retinentem, in cuius conseruatione salus quoq; Regni posita est. Quēadmodum à Leone 1. scriptum fuit ad filiā Archadij Imp. natu maiorē. Epist. 29. A quo non dissidet Augustinus Epistola 54. ad Macedoniū, & Isidorus, à quo desumptus sacer canon, Principes seculi 23. Quæst. 5.

6 EO nomine Theodosius Cæsar laudib⁹ vehitur à Leone 1. Pōtif. quod Leuiticū ordinem non sineret à Nicena Synodo vlla ex parte deficere. Epist. 33. Nec aliter quidā Orientis Episcopi orant, obtestāturque Principes in Actis Ephesini Cōcilij, ne ad Nicenū Fidei symbolū adiici quicquā patiātur. Quinetiam pia Regū procuratione coacta sunt maiora Ecclesiasticorū præsulum Comitia. Flagitante enim Theodosio, Ephesinus sacrati Ordinis conuentus indicitur, vtì Martiano Augusto curante, Chalcedonēsis. Ex Leonis Epist. 43. & 112. Tū concilio habēdo locū statuebant Imperatores Diplomate, quē & ex vsu Reipub. interdū cōmutabāt: Quēadmodum Tyria illa Synodo à Cōstantino Cæsare in Syonis vrbē translata. Auctor Theodoritus, qui & Sanctam hāc Ciuitatem Æliā vocitat ab Ælio Adriano Hierosolymorū restitutore: quòd ea Titus Vespasiani filius euertisset.

Ciuilis & Ecclesiastica Potestas sunt quodammodo ἀντιστροφαὶ variisq; modis circa eadē versantur ac sese mutuo iuuāt. Sicuti ἀντιστροφὰς artes Rhetoricē & Dialecticen nuncupat Aristoteles in Lib. ad Theodecten, quòd vtraq; in iisdem versetur alio atque alio modo.

Archadij Cæs. ex Eudoxia cōiuge filiæ tres, Pulcheria, Arcadia, & Marina.

Synodos prouinciales patriarchæ & archiepiscopi olim, quū hoc sic vsu ferret, coëgerunt soli: concilia œcumenica & vniuersalia, Imperatoris adhibita volūtate. Vt constat insigni exēplo in Constantinopolitana Ecclesia, Apud Nicephorū Eccles. Hist. Lib. 14. Cap. 47.

Hist.Eccles. Lib. 1. Cap. 30. Peractis demum Sacris comitiis, instabant Orbis Monarchæ apud alios quosuis Ecclesiæ Præfectos, vt Oecumenici Concilij Decreta comprobarent. Quo modo Leonem illum obnixè precatus est Romanorum Imperator, vt missis literis ad Patres Chalcedonensis Synodi profiteretur, se Fidei regulam istîc definitam amplecti, in eam iurare, cúmque cœlitus afflato consessu Patrum in eandem conspirare sententiam. Pari virtute Leo Imp. Petrum Gnapheum à Synodo damnatũ eiecit: perspicuo exemplo, sanctissima Conciliorum præcepta esse Regia Potestate, manúque, si ita res ferat, exequenda militari. Euagrio auctore Lib. 3. Cap. 8. Religionis autem nouatores quot in fidem officiúmque reuocati Principum Romanorum cura ac vigilantia? Cuius rei scriptorem habemus Augustinum Lib. De Gestis cum Emerito. In hoc genere præluxit cæteris Martianus, promulgatis Edictis in Eutychianos & Apollinaristas, qui Pseudoreligionem quandam sibi nouarum opinionum errore confinxerant. Sicuti Acta Chalcedonensia testantur. Gratianus itidem, auspicatis Rom. Imperij primordiis, decreuit hanc Saporo prouinciam Cæsarei exercitus duci, vt Arrianos è media Asia pelleret blasphemę doctrinę prędones, qua salutiferam Euangelicæ legis segetem vitiabant: vtq; eorum vice optimos Dominici Gregis Pastores sublegerent. Ex Theodoriti Lib. 5. Cap. 2. Et verò Alexandrinus Clerus summo plausu excepit Zenonis Augusti Ἑνωτικόν Rescriptum, hoc est, Vnionis conciliatorium: quòd dissidentes Ecclesias ad vnanimem Nicenæ fidei professionem exhortabatur. Idipsum ad literam descriptũ est à B. Liberato Carthaginẽsis Ecclesiæ archidiacono. Cap. 18. In Cõcil. Tomo 2. & Nicephori Lib. 16. Cap. 12. Cuius Opus Græci Historici tum primùm Occidentali innotuit Scholæ, quũ ex reliquiis Bibliothecæ Matthiæ Pannonum regis inter prædam Turcarum repertum est. Subiungámne Byzantios Cæsares posteriorum temporum, qui componendæ Cleri Politiæ enixiùs studuerunt? Andronicũ imprimis celebrat Nicephorus Græcoras, quòd initio Græci Principatus instaurandum Ecclesiasticæ Rei Statum suscepisset. Αὐτὸς ἐς Βυζάντιον ἐπανῆκε καὶ

S. Liberatº Breuiarium suum De causa Nestoriana & Eutichyana 24. Capitibus absoluit, quæ extant in 2. Tomo Conciliorũ.

καὶ τελεσθέντος πολέμου, ἔργον πεποίηται μέγιστόν τε καὶ πρῶτον τὴν τῆς ἐκκλησίας καθάρσιν. Ζῶσιμος μὲν γάρ τοῦ παιδός, ἐκρυπτε τὴν μελέτην αὐτῆς ἐν τοῖς λογισμοῖς, καθάπερ ἐν πίονι γῇ χειμῶνος εὐγενῆ τινα σπέρματα. νυῦ δ' ἦρος ὡς εἰπεῖν, ὑπηγνυμένου τοῖς πράγμασιν, ἔδειξεν ὁπόσις ὢν ἐλάνθανε, καὶ μὲν δὴ κήρυκες πανταχῆ καὶ βασιλικὰ διεπέμποντο, τὴν τε τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν εὐαγγελιζόμενα, καὶ ἅμα τοῦτο μὲν τὸν τῆς ἐκκλησίας ζῆλον ὑφορώμενος καθάπτεται, καὶ ὅσοι τῆς αἱρέσεως τι ἐπεπόνθεσαν. Hactenus Gregoras.

Græca hæc Latinis sic exprimuntur. Cæsar ipse Byzantiũ rediit, iustíisque peractis in componendo Ecclesiæ statu ante omnia desudauit. Quod consilium patre superstite sedulo dißimulatũ per occasionẽ protulit, & quis esset, ostẽdit. Proinde caduceatoribus, & Edictis quolibet missis, Ecclesiæ correctionem nunciabat, & qui Ecclesiæ studio exulabant, aut male tractati fuerãt, eos reuocabat.

7 Iam cum exteris nostrates conferamus, Christianæ Reipub. gubernatores. Haud dubiè comperiemus non insignem modò Francorum Regum pietatem, ac feruentissimum in Religionem studium, sed ob exactam quoque eorum in tuenda Sacra Politia diligentiam fuisse Dei exaltatum in Gallia nomen cultúmque auctum, & patrij Cleri immunitatem libertatémque conseruatam. Sit hæc Principum nostrorum cõmunis cum multis in Ecclesiam propensio, qua ingẽtes opes in ædium sacrarum extructionem & dotationem sumptuosè, magnificéque impenderunt. Ast nullo alio virtutis merito potius illustrem hi Christianissimorum titulum peperêre sibi hæreditarium, quàm Heroica illa disciplinæ Ecclesiasticæ curatione. Vultis inciam à rege Clodoueo Francicæ Religionis conditore? Hic Aureliæ habito Gallicorum Præsulum conuentu, (in quibus D. Melonus erat,) id elaborauit potissimum obtinúitque, vt in præficiendis Ecclesiæ Pastoribus antiqui canones retinerentur. Hormisda tunc Sacræ Reipub. Orbísque Christiani præside. Vt narrat Vincentius In Specul. Historia. Lib. 22. Persequárne Gallica alia Orthodoxæ Pietatis columina, Dagobertum, Childebertum, Martellum, Pipinum, Ecclesiasticæ Rei curatores eximios? De priore illo audi Flodoardum Rhemensem canonicum In sacra Rhemensi Hist. Lib. 2. *Dagobertus Rex ad supplicationem S. Rigoberti Rhemorum Præsulis præcepit cum procerum suorum consilio ad prædecessorum formam Regum, vt omnes ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ res tam in Campania & infrà vrbem, vel suburbanis, quam in Austrasia seu Neustria, vel in Burgundia seu partibus Massiliæ, in Rodinico etiam, Graualitano, Aruernico, Tiuronico, seu Pictoni-*

Clodoueº primus Regum nostrorum salutari aqua ablutus nomẽ in Christi militiã dedit.

In hac 1. Synodo Ecclesiæ Gallicanæ 33. Canones editi, quos Gratianus decretis suis intexuit.

Flodoardi huius seu Floarti meminimº Lib. 3. De Domanio Franciæ.

co, Lemouicino, vel vbicunque infra Regna eius ipsa sub integra immunitate omni tempore possent manere. Sic quoque, vt nullus Iudex publicus in ipsas terras auderet ingredi, & mansiones intrando faceret, aut quælibet iudicia vel Xenia ibidem exigere nullatenus præsumeret.

Carolus Mag. Christiani Imperij propagator augustissimus, Pontificiæ dignitatis assertor & vindex, aureæq; ætatis conditor.

PONAMVS ob oculos Carolum 1. Politicis legibus 8
iuxta ac militari gloria Maximum. Ab eo multa passim de Hierarchico munere præscripta euoluimus apud Ansegisum Karoli scribam aulicum, & familiarem. Cuiusmodi illud est, Ingenuos monastico voto, nisi permissu Regio, non teneri: ne obducto pietatis velo eis liceret bellica munia detrectare. Tum ne quis sacra in Ædé humaretur: Presbyteris item à sordido quæstu profanisque esse commerciis temperandum. Huius generis memorabilis fertur Magni Constitutio in Vangionibus lata Diebus Germanici Imperij comitialibus Procerúmque conuentu aduocato, vt Mansus à Templi sacerdote perciperetur, cuiusuis indictionis onere immunis ac solutus. Rursus de cooptando in vacuam Cathedram Antistite quàm pia Karoli sanctio, ne cuipiam mandaretur Episcopatus sacerdotium, nisi cõcordibus antea Cleri Populíque votis probatissimo? Inde Cæsaream legem hanc Canonibus sacrarunt Iuris Pontificij compositores Can. Sacrorum 63. Distinct. Adiice his quinos Ecclesiasticorum Patrum conuentus, impellente eodem celebratos, Rhemensem, Cauilonensem, Turonicum, Aurelianensem, Moguntinum. Quibus solutiores Sacerdotum mores ad frugem sunt antiquitatísque æmulationem redacti.

Eadem Synodo vetitum est sacratis viris sacerdotio insignibus, ne gemmas, anulos, lapidésq; alios pretiosos digitis imponant, nisi in mediis sacris & in re diuina facienda.

SED vnde, quæso, Pij cognomen Karoli filio inditum? 9
Ab hoc nempè in auspicatu Regni indictum est Cõcilium Aquisgranense: quo Clericorum deformata vitæ ratio ad veteris sanctitatis specimen formaretur. Illic enim Præsulibus aliísque sacrorum ministris præceptum est, exquisitis vestibus abstinere pretiosísque omnimodo: sericis puta, & coccinei coloris, aut bracteatis. Id quod valde etiam commendat Platina Pontificum vitæ scriptor. In Gregorio 4. Ne fileam interim Leges Ecclesiasticas complures nõ solum à Pio conditas, sed à Lothario quoque primigenio, paterni

paterni consorte Imperij: quas de Christianæ Philosophię præceptis & Clericorum disciplina Gratianus libris Decretorum attexuit. Can. Volumus xi. quæst. 1. Circumactis deinde aliquot seculis, Philippus Theodatus, quum in iura Francici diadematis cœlesti beneficio reduxisset Normaniam, Aquitaniam, Gallicásque alias Britannorum ditiones, ante Syriacam expeditionem edixit, ne sacro vacante solio quisquam assumeretur ad põtificale Sacerdotium, nisi de communi Cathedralis collegij sententia: simul vt is modo allegeretur ad Cœnobiorum Præfecturam, qui monastici cœtus liberis suffragiis dignissimus eo munere censeretur. Qua de causa Rigordus Gotthus *In electione* (ait) *Abbatis S. Dionysij monachi petierunt ab Augusto liberam electionem, quod concessit. Statímque Hugone priore electo, Rex in ipso Capitulo, adstante Clero & Populo, electionem confirmauit: Regia prohibitione adiecta, quòd in illa nouitate seu promotione sua alicui de parentela Regis Clerico seu laico, vel alicui alij de Curia sua munus aliquod nec daret, nec promitteret.* Planè auum imitatus D. Ludouicus legem sanxit de sacris dignitatibus lituo insignitis (quas vulgus electiuas nuncupat) adiudicandis solemni tantùm electionum formula, vtque minorum donatio sacerdotiorum relinqueretur collatoris & patroni arbitrio: neue vllam eo nomine pecuniam à Gallis Romanæ Aulæ liceret corrogare, exigere. An. 1267.

De sacra hac Ludouici 9. Sãctione, præter Gallicãrũ Annalium scriptores, legendus Stylus Parlamenti In Parte 3. Tit. 3. De Electione.

10 INFINITVM erit, si latiùs exempla conquiram, quibus appareat Francos reges verè pios semper Gallicorum Templorum tutores se ac vindices præbuisse, libertatísque Ecclesiasticæ propugnatores strenuissimos. Porrò sapienter à Carolo Sapiente vetitum Edicto, ne Gallici Præsules sacro interdicto subiicerent in posterum, néue diris execrationibus deuouerent Gallicam vllam ciuitatem, collegium, Municipium, seu Francicum corpus aliud, aut vniuersitatem. Nonis Ianuar. An. 1369. Relata hæc Karoli 5. Constitutio in publicas tabulas Curiæ Parisien. Char. 62. Ac successu temporum, quum Sacræ Aulæ Officiales nonnihil molirentur in liberrima nostratium Templorum iura, ex iisque ingens auri pondus dietim colligerent, Carolus 6. lege asseruit Gallicum Clerum in pristinam Immu-

Edictum Caroli 5. Galliæ regis die 5. Ianuar. 1369.

nitatẽ. An. 1407. quo ea promulgata Lex Caroli ac perſcripta in Supremę Curiæ monumentis. Proinde eodem anno grauem pecuniæ ſummam imperante Benedicto 13. Põtif. conqueſti ſunt apud Regẽ Gallici Antiſtites, fuitq; res ciuili more agitata in Senatu hoc Lutetiano. Qua in diſputatione fori emicuit preclara illa à Scholaſtico cõuentu Pariſien. habita oratio, poſcente nimirum, vt Princeps duras nummorum exactiones inhiberet: & hoc amplius, vt numeratas ob id pecunias iuberet reſtitui. Nil abſimile tũ à Regio Actore poſtulatum: etſi nitentibus in contrarium Aulæ Pontificiæ adminiſtris, qui eo loci quicquid viſum fuit, in medium adduxêre. Perorata cauſa & Iudicibus in conſilium miſſis, decreuit tandem Ordo Senatorius, ne Romana Curia poſthac vllum extorqueret decumanum æs, aut caducaria Sacerdotiorum commoda, quæ vulgari Annatarum appellatione cenſentur. Areſto 3. Idus Septembres. An. 1407. Atque haud multo poſt, latis Procerum Præſulumque ſuffragiis, interdicta ſunt Regia Lege expectationum munera ceu reſeruationes beneficiariæ, gratioſi ſummorum Pontif. codicilli, & reliquæ rei nummariæ exactiones, quarum nomine Pontificij Magiſtratus Romani, aut Auenionenſes male audiebant. Poſtridie Idus Martias. An. 1417. Conſentaneum his Caroli 7. Edictum An. 1453. cum Ludouici 11. diplomate Sacerdotalis Politię reſtitutorio, aduerſus exteros Gallicorum ſacerdotiorum petitores, reſeruationum Bullatas tabulas, ac denique in Pontificios codicillos ſacrorum beneficiorum erogatorios, quæ non niſi Collegiorum arbitrio antea conferebantur. 4. Idus Septemb. An. 1464. Nec ab iis longe recedit Aurelianenſis Conſtitutio in celeberrimis Galliæ Comitiis edita An. 1560. Artic. 22. qua diſerte Regiis Iuridicis prohibitum fuit, ne in poſſeſſorio ſacerdotiorum iudicio vllam beneficiarię expectationis Diplomaticæ haberent rationem, aut venialium Reſcriptorum. Talibus enim ſubdole impetratis ex Aula Pontificia, incapaces vti legibus ſoluuntur leuiuſcule, ita pontificis Max. religionem fœde circumſcribunt. Qua in re Francicum illud velut ex Delphico ſeruatum eſt prouocationum ab abuſu conſilium atque remedium. Vt puta

Cauſæ ſolemnis Actio in Curia Pariſien.

Hi ſunt Apoſtolicæ Cameræ officiarij, qui Põtificiæ Aulæ operã impẽdunt.

Die 11. Septẽb. An. 1407.

Die 16. Mart. An. 1417.

Die 10. Septemb.

ta, canonicorum Societas quædam regij patronatus, ſibi legem præſcripſit ne vacua huiuſmodi ſacerdotia in alios conferrentur, quam eiuſdem ſacricolas phani, quos nominant Vicarios. Ita cautũ ab eccleſiaſtico Vicenarum Collegio Lutetiæ ſuburbano. Si igitur extraneo detur confirmetur ve à Rom. Antiſtite ſacrum tale Munus, imminuta & profani patroni auctoritate, & Sodalitij illius conſtitutione, receptum eſt, Ampliſſimum Ordinem Gallicorum Tribunalium quemlibet abuſus cauſa appellari. Eiuratis tamen ſacerdotiis ceſſionéque vacantibus applicandam nõ eſſe Collegij legẽ mordicus defendimus in Senatu nuperrime, cõtra ſacri Vicenarũ Sodalitij Vicarios ſacrificulos, qui à Põtificij executione diplomatis ſeu ex abuſu ad Curiam prouocarant. Publica fori diſceptatione 4. Iduum Ianuar. An. 1577. Vſqueadeo, vt noſtræ huic diſtinctioni ſuffragante aduocato Fiſci, paulò poſt herbam porrexerint aduerſarij, ceſſerintque ſacerdotij iure controuerſo.

II SCILICET huc ſemper Francorum Regum ſtudia ſpectarunt, vt & libertatem Gallicæ Eccleſiæ ſartam tectam cuſtodirent (eius iura inſtitutaque haud ſinentes euerti) nec propterea debitæ Sanctiſsimo Solio obedientiæ excuterent iugum: Quos Pontifex etiam quiſque Reges expertus eſt Sacræ Sedis cultores officioſiſsimos, obſeruãtiſsimos, obſequentiſsimos. Hinc Baſilienſis conuẽtus placita libenter amplexus eſt Carolus 7. auditis viciſsim Eugenij 4. P. P. & ſacroſanctæ Synodi oratoribus. Auarici Biturigum Nonis Quintilibus An. 1438. Demus enim, Sacerdotis munia ab iis ſolis peculiariter obeunda, qui ad preſbyterij honorem fuerint euecti: Ex quo Ozias lepra percuſſus ſit, quia thuribulo arrepto conaretur incenſum ad aram thymiamatis adolere. Paralipom. Cap. 26. Eccleſiaſticam certe diſciplinam, & myſtica tutari ſacra Ius Regium eſt adeo ac Politicũ, vt in curanda Diuinorum mandatorum executione eluceſcat imprimis Chriſtiani Principis ſolertia atque prudentia. Deuteron. Cap. 17. Teſte item Hieronymo in Hieremiam, vnde tractus ſanctior canon Regum officiũ 23. quæſt. 5. Ethnica quoque Romanorum florente Politia, quam ritè ipſi accuratéque tractantes ſunt

Auctoris forẽſis Actio in Curia Pariſiẽ. aduerſus Vicarios collegiatæ Eccleſiæ Vicenarum, qui ceu ab abuſu appellarant ab executione reſcripti Apoſtolici comprobãtis regiam canonicatus collationem alteri factam quã Vicario cum reſeruatione pẽſionis. Choarto Vicariorum appellantiũ cauſidico. Die 10. Ianuar. 1577.

Probi Regis eſt Eccleſiam perſonaſque eccleſiaſticas tueri. Can. Boni principis. 96. Diſtinct. Can. Tributum. 23. Quæſt. 8.

Die 7. Iulij. 1438.

Quanã Ethnicæ Religionis Politia vetus apud Romanos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orbi terrarum dominati, Pontifices iudicandi publicum ius non ad suas tantùm accommodabant ceremonias, sed etiam ad Populi iussa: Quum pateat C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando retulisse ad Pontificum Collegium, eique M. Æmilium Pontif. Maximum pro Collegio respondisse, nisi eum Populus Rom. nominatim præfecisset, atque eius iussu faceret, non videri ea rectè posse dedicari. Vt à M. Tullio traditum est in Orat. Pro domo sua ad Pontif. Huic affine recitat Liuius de Senatu Pontificum Collegium consulente, nûm id omne aurum, quod Fuluio in ludos Ioui deuotos collatum fuerat à ciuitatibus quibusdam, in eos consumi necessarium esset. Negantibus enim tum Pontificibus ad Religionem pertinere quanta impensa in ludos fieret, Senatus Fuluio, quantum vellet impenderet, permisit, dum ne summam octoginta millium excederet. Dec. 4. Lib. 9. Quinetiam Romanæ Vrbis parens sanxerat primùm Romulus, *Sacra Patres Magistratúsque soli peragerent, inirentque*. Vnde sacris operantes Romæ ex ipsa Patritiorum familia creabantur. Ita enim Dionysius narrat Romulum edixisse, quòd hac lege continetur, τοὺς ἐυπατρίδας ἱερᾶσθαι. Nec aliter apud Græcos Prytanæa sacra peragebantur ab his, qui maiore in vrbibus potestate præditi erant.

Dionysius Halycarnassæus.

Ambo Iohannes Loiselerius & Henricus Regij erant Cõsiliarij, & Inquisitionũ Præsides in Senatu Parisien.

Ista de Ethnicis obiter libuit ὡς ἐν τῷ παέργῳ annotare, quo longè nos feruentiùs in Christianam synceræque pietatis Politiam incumbamus, eámque Regiæ amplitudinis viribus subsidio adscitis, reddamus firmiorem. Quod intuente olim Senatu Gallico, Iohannes Loiselerus, & Ianus Henricus ex eo Ordine Iudices lectissimi monuerũt totius Collegij verbis Ludouicum 11. Francorum Regem, ne Sacræ Ecclesiæ conuulsam libertatẽ pateretur, sed Hierarchicam tutaretur disciplinam, quæ sanctis cõtinebatur canonib°, ad eámque custodiendam Regiam manũ auctoritatémq; adhiberet. Hæc quidem per Libellum, qui extat, Principi oblatum à Parisiensi illo Consilio cẽtumuirali pro publico Francicæ Ecclesiæ Statu, ac libertatis ipsius contra Romanæ Aulæ procuratores defensione. Quos Pontificiæ Curiæ administros Sansouinus recitans, singula ipsorum 12

In hoc Frãcis. Sansouini Itali Volumine Romanæ res præsertim nostrorum temporũ, Persicæ, Atticæ, Lucenses, Turcicæ, Tunetenses, Helueticæ, Epidauriæ seu Ragusienses, cum a-

rum munera describit Libris 18. sua lingua exaratis De Gubernatione Regnorum Rerúmque Publ. Antiq. & Recentium.

liquot aliis tãquam penicillo exprimuntur.

13 De re Francica hactenus. Cuius æmulatione Politiæ Franci coloni defensores se quondam Hierosolymitani Cleri professi sunt egregios, deducta in Syriam Europeorũ ciuium colonia: his verbis, quæ ex Syriacis Legibus excerpsimus, *Se il y a Patriarche el Reyaume de Iherusalem, ly Patriarches le couronnera: Sinon, L'archeuesque de Sur, qui est ly primat des Archeuesques: Sinon, L'archeuesque de Cæsaree le coũronnera. Et adonc ly Roys debout deit iurer ainsi: Ie de c'est ior en auant seray feal aydeor, & deffendeor de la personne dou Patriarche, contre tos homes viuans: Les possessions & Franchises de la Saincte Yglise de Hierusalem ma mere, & les Franchises garderay as gens d'Yglize, as vefues, & as orphelins iustice feray. Les priuileges des bons euroux Royz deuantiers & les asisses dou Rey Amaury, & do Rey Bauduyn son filz, & les anciennes costumes dou Reyaume garderay, & le pueple Chrestian &c.* Ex Libro *Des Assises & des vsages, & des plus de la haulte Cort dou Reyaume de Hierusalem.* Ideóque quandiu Galli Asię domini iura Tẽplorum auxerunt, tandiu res Sacræ incrementa, Latinum nomen pristinum decus, Sancta Tellvs cultum ciuis Regisque sui Christi retinuit. O nimis optato seclorum tempore nati, Heroes saluete Deũm genus.

Gottofredus Bulioneus in Solymis ciuitate proceribus conuocatis cum Patriarcha Hierosolymitano, illiusque posteri sensim reges hasce tulerunt constitutiones, vulgò tum Assises pour regir le Reyaume, *quarum habemus exemplar.*

14 Externa autem Europæ Regna lustranti, quàm pij occurrent Hispaniarum Principes, Christianæ Politiæ rectores Catholici? Legimus Ibericum Regem summatibus Ibericæ Ecclesiæ viris auctorem extitisse, vt publicos conuentus haberent in D. Leocadiæ Toletana æde, corruptos Christianorum mores censoria nota emendaturi. Cui sancto cœtui Iustus præfuit Toletanus Archipręsul, assidentibus 67. sacrarum diœcesum Præfectis. In quibus effulsêre Isidorus Hispalensis, Escluanus Narbonensis, Iulius Bracharensis, & Audax Tarraconensis Archiepiscopi. An. 629. Illius porro & Regiæ pietãtis & Regni hæres Tulga confirmauit Politica lege quæcunque decreta fuerant Toletanis Pręsulum Comitiis. An. 644. Teste Roderico põtifice Toletano, qui Ibericæ dehinc Ecclesiæ clauũ tenuit.

Bello sacro, quod ante quadringentos annos, indicente Vrbano Pontif. ab illustribus Europæ Regulis pro gloria Christiani nominis incredibili pietate susceptũ inusitata gestum virtute ac admirabili fœlicitate cõfectum est, Gottofredus supremum decus tulit.

Hispanica Christianæ Religionis Politia.

Prouincialia Hispaniæ Cõcilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An. 1212. quum Hiſpanis pariter iura daret nonus Alphonſus. Memini etiam legiſſe, Ibericum regem Alphonſum vſitato Principum more ſuo quodã ſymbolo delectatum: Quippe qui ſparſim Pelecanum pinxerit, fodientem roſtro pectus & elicientem ſanguinem ad pullos paſcendos. Huic picturæ addidit elogium PRO LEGE, ET PRO GREGE. Significans pericula eſſe Principi obeunda Religionis fouendæ gratia, & excolendæ. Sapienter vidit Alfonſus præcipuum munus eſſe ſuperiorum Ordinum, Ciuile ac Politicum Eccleſiæ tuendæ ſtudium, & ciuilis huius conſeruationem diſciplinæ. Cumque mortales omnes ad hoc opus vocentur diuinitus, vt ſuo quiſque loco conferat aliquid laboris ad illuſtrandam ornandámque Chriſtianæ Ciuitatis Ariſtocratiam, non exiſtiment maiores Ordines egregium hoc κατόρθωμα nihil ad ſe pertinere.

1. Rectum officium & perfectum.

ALIA porrò Europea Imperia contemplanti, hei mihi quale videbitur Anglicum, quantum mutatum ab illo Hiſpanico, vel à ſacra quondam Britannorum Regum Politeia? Ecquinam hodie Odoardo Probo ſimiles, infraſcriptæ Legis authori? *Omnis Clerus, & ſacri ſcholares, & omnes eorum res & poſſeßiones vbicúmque fuerint, pacem Dei, & ſanctæ Eccleſiæ habeant.* Rurſus: *De Clerico, & peregrino violato, Rex aut Satrapes & Epiſcopus loco cognatorum & patroni ſunto.* Talium Edictorum refertiſſima eſt Archayonomia Anglica, quam Vilhelmus Lambardus è vetuſto idiomatè patrio Latinam fecit. Neque iis cedit Canutij regis Politica ſanctio apud eundem ſcriptorem, *Arationis eleemoſynam ad quindecimum à Paſchate diem perſoluito, fœtuum decimas ad Pentecoſten, Terræ fructuum decimas ad feſtum omnium Sanctorũ.* Memorabilis verò eſt etiãdum regis EDGARI ſacra cõſtitutio, in hãc formulã: *Dies ſabbati ab ipſa diei Saturni hora pomeridiana tertia vſque in Lunaris diei diluculum feſtus agitator: Cæteri autem dies, vt feſti indicti fuerint à Sacerdote, peraguntor.*

Anglica ſacrorum Politiæ Regiæ Præcepta nonulla.

Eduardi Pij leges.

Cõſimiles feſti Sabbati ritus a maioribus noſtris Francis religioſe culti & ad noſtram vſque memoriam retenti.

PERGAMVS ad Anglis finitimos Scotos: horum priſca Lege quiſquis cœtu piorum ac communicatione motus ab Epiſcopo, non curaſſet noxiis expiandum ſe intra annum, diriſque ſoluendum Pontificiis, idem ſacroſanctæ Poteſtatis hoſtis, impiúſque iudicabatur. Poſt biennium autem

Scoticæ Politiæ Eccleſiaſt. capita quædam.

autem eo damnatus anathemate fortunis omnibus exuebatur. Cuius Macabeum Scoticæ Legis latorem Regem Boëthius celebrat, nobiliſſimus rerum Scoticarum ſcriptor. Dolendum certè iſtud Chriſtianis omnibus, Scotos pleroſque vnà cum Britannis tam ſanctam Politiam à maioribus acceptam tenere non potuiſſe. Hoc modò ſperare liceat in iis hæreſum ciuiliumque procellis diſſenſionum, fore, vt Petri Nauicula vel apud Orcades illas Inſulas tot fluctibus enatet aliquando: cui demum floridam Victoriæ laureã perpetuamque ſucceſſuram affirmat ex ſacris Domini reſponſis Theodoritus, luculẽtus pietatis fautor. Lib. 5. Cap. 40. Quod eo ocyus maturiúſque contigerit, quo accuratius ad priſcam frugem reuocati fuerint Eccleſiaſtici mores, reliquis dehinc lampada porrecturi ad bene beatéque viuendum. Nam qualis gubernator, tales proretæ, tales nautæ, tales vectores: ac Scripturæ ſacræ teſtimonio, qualis Sacerdos, talis populus. Nimirum Hierarchicus cœtus lumen eſt Orbis vniuerſi, & Terræ Sal dictus auguſto Chriſti Dei elogio. Matthæi 5. Cuius loci B. Gregorius interpres aſſerit, diuinæ ſapientię fructus deguſtari ac percipi longè ſuauiſſimos Eccleſiaſticorum hominum cõmercio & conſuetudine, non minùs quàm ſale corporũ humanorum cibi cõdiuntur. Itaque cum Theodorico, & Theodoberto Galliæ regibus acerbè expoſtulauit Pontifex Max. quòd parum ſpectatæ virtutis ſacricolæ Francicis Eccleſiis ſordidè præficerentur, exemplo valde pernicioſo. Can. Fertur 1. Quæſt. 1. Eademque ratione queribundi omnes Francię Ordines poſtularunt à Carolo 8. Rege, ne ſineret poſtea ſacrorum munerum incapaces Eccleſiæ gubernaculis admoueri, aut cœnobia ſecularibus commendari clericis fiduciaria lege, Sacerdotij denique Statum, quem cæteri ducem ſequantur, fœdè deformari. Habito in Turonibus Gallici Pop. conuentu. Anno. 1483. At nihilo ſeciùs prolabente in deterius re Francica, & noſtratibus ſenſim pleriſque officium deſerentibus Sacræ Nauis Magiſtris, minùs iam mirum, Gallicæ Eccleſiæ proram puppimque illidi propemodum ad ſcopulos cum exitiali noſtræ Reipub. naufragio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVIBVS ego argumentis impulsus hæc pro tempore 17
tractãda suscepi Ἀξιώματα τῆς Πολιτείας Ἐκκλησιαστικῆς; quæ è media Fori nostri officina petita conferre nonnihil ad Ciuilẽ Cleri disciplinam arbitrarer. Deflebã enim ex animo traductos passim nostros Sacerdotes istorum conuitiis, qui Orthodoxæ Religioni, à qua dispeream priusquam desciscam, bellum indixerant nouorum dogmatum assertores. Quasi verò improbatis Sacrorum ministrorum moribus, Ecclesiasticum ministerium sit improbandum. Qua in re turpissimè labuntur pseudochristiani. Sed quia de sacro isto ministerio tot defensionum libelli sparsi sunt in vulgus à viris Theosophiæ peritissimis, tot Apologetici sermones, nihil vt amplius in illo esset desiderandum: alteram nobis partem selegimus de externa Ciuiliq́ue vitæ Clericorũ Politia, quam scriptis prosequeremur: rati Hierarchiam hãc, nostrámque adeo Ἐκκλησίαν, opinionum errore quum vacet, alieni etiam erroris occasione carere aut purgari oportere, præposito scilicet à singulis Clericis optimæ vitæ speculo ac exemplo. Non quòd vllam quidem mihi arrogem Sacerdotalium morum Censoriam virgulam, quæ Pontificio Magistratui competit solido iure: Verum ne cæteris nutantem Christianam Rempub. sustinentibus, ego vnus maneam ἀσύμβολος, si quam istuc forensis nostra Iurisprudentia opem possit adferre, & scripta palatinus quæcunque recepit Apollo. Vnde etiam minùs hoc in Opere nobis verendum I. Consultis, ne aliquo tanquam finium regundorum iudicio, vel noui operis nuntiatione à Theologis impediamur. Quin & Sacerdotum alij iudicio præditi, alij nuda & aperta vitæ freti innocentia probabunt forsitan nostum de Ecclesiastica Politia institutum: Quum constet adeo Flauianum Antiochiæ Præsulem, aduersariis mores criminantibus vtì Pontificia Cathedra minus dignos, tantam præbuisse anteactæ vitæ fiduciam coram Theodosio Cæs. vt ipsius iudicium committere se vltro accusatorum calculis, liberisque sententiis declararit. Si Theodorito credimus in Historia, quæ Θεοφιλὴς, i, religiosa Hist. dicitur.

Nam vt inferior hic mundus cæit tum motu tum lumine regitur, ita Christianæ gentes ab Ecclesiasticis rectoribus velut à cælestibus pastoribus gubernantur. Qui si boni futuri sũt, & alios docebunt, & motũ sanctarum actionum exercentes, quæ docuerint, ipsi in primis & agẽdo præibunt: Vt exemplo eorum colantur boni mores, & cõcordia Christiana in vnũ omnes coalescant.

AD HOC item Ecclesiasticæ scriptionis genus adege- 18
runt

runt me mei priuatim officij rationes, quæ tractato antea Nobilium virorum, ac Plebeiorum Iure, nos reliquum persequi, i, Ecclesiasticum impulerũt. Nobilitatis enim Leges mandauimus literis abhinc quinquennium grandiore cothurno in Volumine DE DOMANIO FRANCIÆ cũ nostris simul marginalibus Scholiis. Dehinc RVSTICORVM PRIVILEGIA excussimus Libro triplici, sed humiliore dicendi genere stylóque populari, pro Operis cuiusque argumento. Ex quo obiter placandi mihi nonnulli prioris illius Tractatus censores, tanquam Latinè exarati, qui Gallicè De reb⁹ Gallicis debuerat, & obscuriore phrasi nimisque adstricto verborum ac sententiarum Laconismo. At nobis idcirco decretum fuit Regale patrium Ius Romana interpretari potiùs quàm vernacula lingua, ne vulgari cuiusuis iudicio permitterentur arcana Sacri eiusce Patrimonij Regaliorumque adyta penitiora: Vnde graues alioqui manarẽt de opimis Fisci ditionibus controuersiæ cum nobilissimis Proceribus, fortassis & bella ciuilia ab iis, quibus Princeps lege Fiscalis Dominij conaretur opulenta latifundia extorquere. Quod mihi imprimis cauẽdum statui, ne quum bona fide DOMANIALE fuissem Opusculum meditatus ad ingenuam modò rerum Francicarum cognitionem ab honestioribus capessendã, viderer tamen excitasse dissidiorũ inter nostrates seminariũ aliquod velut ex cõposito, aut forensiũ saltem litium facibus accẽsis, domesticam multorũ quietem perturbasse. Hoc insuper Latinè scribendi consilium auxit publicæ vtilitatis ratio, quæ nobis communi omnium mortalium sermone loquentibus eo patebat amplior fauorabiliúsque amplectenda, quo latiùs erat ad vniuersos peruentura, nedùm ad Gallos. Ex Aristotelico elogio in Polit. Etsi enim varij gentium ritus, varias sibi regio quæque præscripserit leges, summa certè Reipub. ac fundorum publicorum iisdem vbique regulis ac præceptis fere continetur. Altera saltem alteri sic affinis est, vt mutua proferat auxilia ad Ciuilem gubernationem rectè instituendam. Huc spectat, quod ego illic crebriùs in exterarum nationum mores excurrens non minùs alienigenis scripserim quàm nostris, ob idque familiari omnib⁹

Singulis enim nostris Voluminibus attexuimus quasdam ad marginem Annotatiunculas: Quod in hoc quoque Opere à nobis est obseruatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idiomate ex æquo ſim vſus. Ad eos venio, qui obſcuritatis arguunt noſtros DE DOMANIO commentarios, ſed quorum vel accuſanda priùs incuria eſt peritiores nõ conſulentium, vel ardui ſublimiſque argumenti taxanda nouitas, quæ ſociam quandam aut comitem habet rerum caliginem. Ecquis enim de re ſumma ac difficillima facilè queat diſſerere? nullo præſertim antea magiſtro, nec poſitis vllis de Iure tanto ſcriptorum rudimentis? Difficultatem, fateor, mouent nonnullis ignota Regulorum Franciæ nomina, Vicorum, Oppidorum noſtro ſparſim inſerta Volumini: at quæ omittere integrum non fuit ſaluo tanti negotij pondere ac dignitate. Nec ignoro Maronẽ, quum animo propoſuiſſet Romanos Annales carmine complecti, ſtridore & quaſi barbarie propriorum nominum deterritum ad Troiana bella ſeſe conuertiſſe ob Græcorum vocabulorum dulcedinem. Haud alia itidem mente fuiſſe mihi videtur Politianus, homo delitijs ac lautitiis figurarũ dictionumque affluens: qui vbi animaduertiſſet ſe in exiguo libello Athanaſij nihil ſuæ indolis retinere potuiſſe, à cæteris, ne ſtylum deformaret, manum ſubduxit. Ego verò, licet ſpinoſi noualiſque Agri DOMINICI cultura ſuſcepta, non deſpondi animum, illudque incommodi, quod rudis & indiſcuſſæ materiæ forſan pareret obſcuritas, facilè leuatum iri in ſpem ſum adductus: quia & doctis præcipuè meas dicarem vigilias, & Tyrunculis inſuper præuium quoddam Lexicon, velut Ariadnæ filum, in calce Operis ſubtexerem. Nimirum pro captu Lectoris habet ſua fata Libellus. Non ideo tamen Auctorem ipſum culpa libero, cui interdum haud pauca excidant, negotiorum vndis obruto præſertim. Cuiuſmodi Nos forenſis aduocationis diſtricti muneribus hoc potuimus ſolum αὐτοσχεδιάζειν, & tantillum ſucciſiuæ operæ DOMANIALI impendere commentationi, noſtriſque aliis Opuſculis, quantulum cliẽtibus furtim eripi poterat minore diſpendio in Bimeſtribus Curiæ & Autumnalibus feriis poſteriorum annorum. Sic vitæ pars nulla vacat, quodcunque recedit litibus, eſt dandum ſtudiis, animúſque viciſſim imponat curam Populis, aut otia Muſis. vt ait ille. Imò nec vl-

lum

lum tam elaboratum puto ingenij monumentum, cui non dicere expediat, in prima ſaltem ipſius editione, Optime poſtremã, lector, deſidero limam. Vtut ſit, fas operi longo quandoque obrepere ſomnum. Nobis verò ſi diutius lucis huius vſura frui contigerit, ſtatutum eſt, in ſecunda editione raras quaſdam antiquorum Regum, Cæſarum, Pontificum tabulas DOMANIALI Codici intexere cum inſignioribus aliis vetuſtatis exemplis, quæ in noſtras manus abhinc triennium inciderunt. Omnia denique poſthac attentiùs, maturiùs, politiùs καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιχείρησιν, vt diui Baſilij verbo vtar, hoc eſt, ſecunda recognitione vel emendatiora, vel dilucidiora: Quemadmodum & Græco apophthegmate, δευτέρα ἀμείνονα.

i. altera meliora, ſeu poſteriores cogitationes ſapientiores.

19 CÆTERVM, vt profanis omiſſis ſacrata Iura, de quibus hic agitur, repetamus, vos oro obteſtórque (Præſules Ampliſſ.) noſtram hanc Sacræ Politiæ Chartulam beneuolè excipiatis: veſtræ nimirum Hierarchiæ cultricem magis ac veneratricem quàm obtrectatricem, veréque communis matris Eccleſiæ alumnam ſequacémque fidiſſimam, nec niſi Eccleſiaſticæ morum Politeiæ, quatenus Regiis S. Conſultis dictata eſt, ciuilem hac tempeſtate obſeruatricem. Alioqui planè viderer impudens, ſi occulti liuoris in veſtrum Ordinem virus Regia prætegerem auctoritate: nõ ignarus quanto obedientiæ cultu, qua pietate, quo honore Galli Reges fuerint hactenus Tẽplorum Antiſtites proſecuti. Nam & Philippus Cæſar protochriſtianus Epiſcopo paruit reuerentiſsimè, non modò vitia hominis increpanti, ſed eum quoque à ſacra cõmunione arcenti Die reſurgẽtis Domini feſto, quoad Imperatorem vera ſcelerum pœnitudo ſubiiſſet. Apud Euſebium Cap. 25. Lib. 6. Sicuti illius ætati ſuppar Theodoſius Mag. qui depoſita purpura inſignibúſque Imperij, hortante D. Ambroſio, ſacram fecit Exomologeſin in delubro Mediolanenſi ad expiandam Theſſalonicẽſium cædem: ne Rom. Auguſtus naufragij ſui tabulas ita colligens obrueretur, quũ emergeret fluctibus, ſed ſubleuaretur. Iuniorem verò Theodoſium ecquid attinet cõmemorare, Principem Sacerdoti adeo morigerum? Sacris enim abdicatus à monacho, nõ priùs Aulicæ menſę

Innocentius Pōtif. ab Ecclesia proscripsit Arcadium Cæs. quòd Ioh. chrysostomum liberè ac verè monentem in exilium eiecisset. Vt habetur in Can. Duo sunt 96. Distinct. & Can. Quoniam quidem Distinct. 18.

voluit accubitum, (regio licet apparatu instructæ solenniáque conuiuarum frequentia) quam ab eodem illo noxa solutus fuisset, in piorumque contubernium, summisse impetrata venia, reuocatus. Ex Theodoriti Lib. 5. Cap. 37. Itaque tantum abest, vt imminuti Sacri Magistratus rea agi debeat nostra hæc Politica tractatio, vt re etiam ipsa nihil aliud quàm Ecclesiasticam pro suo iure opem implorem afflictæ Patriæ, velut vnicum Ciuilibus Morbis ac efficacissimum remedium. Renouantem enim Politicas Clericorum regulas, quibus vti morum Magistris componitur vita mortalium, bona spes habet animum meum fore, vt sanetur pernicioſum Schismatis vulnus, quo Dei sponsa scissa dilectaque est ab Hæresiarchis: & ita hi aura Zephyri cœlestis afflati ad veram pœnitentiam reuertantur, festa pace languenti Galliæ restituta.

ATQVE id tanto assequemur commodiùs, nec minore fortasis bonorum omnium plausu, quòd Sacræ Politiæ theoriam nūc primum deducamus ad Praxim, nouo quodam necdum Auctorum trito vestigiis scribendi argumento. Νεωλεήτων autem plerique multa assolent ab Ecclesiasticis scriptoribus mutuari dicam an suffurari, quibus deinde non precariis sed pro suis vtātur in literario Opere cōtexendo. In iis planè odio digni, qui non tantum mutato Operis Titulo suppilant vndecunque aliorum scriptorum lucubrationes suppresso ipsorum nomine, sed eidem quoque interum non parcunt Auctorum nomini, si reprehendendum in iis aliquid existimarint. Quod & in nos ipsos vafrè vsurpatum, edito abhinc annum cuiusdam Volumine, extemplo deprehendet quisquis nostros de Domanio Francico Libros cum recenti eo Opere contulerit. At de Plagio viderit iste cum reliquis id genus, ideo furti reis manifesti, quòd ingenuè & candidè, à quibus accepe rint, minimè profiteantur. Ego verò ad perscrutanda Sacræ Politiæ documenta conuersus, ciuilium ea de re actionum syluam primum congessi, è medio fori vsu depromptam: Antiquā dehinc nostræ Galliæ tabularia perlustraui & Gallicæ Ecclesiæ monumenta, quæ in tenebris consenescere Maiores nostri, & in ipsa vetustatis

In quosdā huius ætatis Plagiarios.

statis caligine obsolescere permiserant, nequedum ea aut cuiusmodi fuerint indagare, aut comperta in lucem ad posterorum notitiam prodere studuerunt. Quales sunt max. Pont. ac Principum ad res ecclesiasticas pertinentes Codicilli, nullo quidem à nobis Romanæ facundiæ lepore conuestiti hoc loco, ne veteres illos Christiani Orbis Rectores, nisi prisca sua lingua loquerentur, minùs decore minorique legentium fide spectandos popositisse in hac veluti scæna videremur. Quum enim in dogmatico versemur genere dicendi, ciuilisque Sacrorum Institutione Politeæ, graues potius eorumdem Politicæ auctorum sententias expendendas duximus, quàm verborum in iis fucatum quendam ornatum & adscititium. Vtcunque sit, Regia perinde ac Pontificia diplomata ciuilis disciplinæ Sacrorum, quæ his passim Libris inspersa sunt, euidenter demonstrant, Magistratum vtrumque seu sacrum seu profanum in Ecclesiasticæ tuitionem Politiæ diligenter incumbere, ad communem hominum inter ipsos Societatem & concordiam Politico Religionis morūmque ciuilium nexu retinendam.

21 HVC ERGO æquanimes adeste (Christiani Patres) ac ne sperato tanti Boni fructu careamus, Vos ad id cum sacrosancta vestra Potestate Regiam istic conspirare patiamini non modò, sed & gratulemini. Quo Christianæ Politiæ Reique pub. Status, qui duobus his vinculis colligatus est, Sacerdotio ac Imperio, ab illo ordinatus, ab hoc tegatur & conseruetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE REGIA, AC CIVILI POLITIÆ Ecclesiasticæ Cognitione.

SORDIDA rura leues produnt habitasse Camœnas,
Aoniaéque casas humiles in fontibus vndæ:
Sacra sed Astrææ Regales incolit arces
Pallas, & in solio Patrum spectanda Forensi
Publica quæ tangunt Clero dat iura soluto,
Nec Canones intra memori se ferre vetustos.
Ciuilis sancti est hæc Disciplina Senatus,
In sacrúmque frequens Censura Politica cœtum.
Cæsariis haud eadem, fateor, quæ munera Petri,
Distinctíque louem dirimunt à Principe Fasces,
Vna nec Imperij in Clerum Populúmque potestas:
Sed quia stat geminis fultum Diadema columnis,
RELLIGIONE ac IVSTITIA *in Superósque Virósque,*
Sacra Sacerdoti, curanda Politica Regi,
Vt Canonum hic custos sit, quorum conditor ille:
Externos notat hic, ciuili vindice, Cleri
Ille velut sacro internos cum fulmine mores.
Diuidat ergo duplex licet horum quemque Tribunal,
Cum Lituo cernas in idem tendentia Sceptra,
Et baculum Pastore geri, gladiúmque Regente:
Mutuo vt auxilio subiectæ commoda Gentis
Curent, communem & foueant hinc inde salutem.
Quo Terrena Viris, Animæque Superna vicissim
Parta ab vtroque quies longum firmetur in æuum.
PROPRIA *Pontificum tamen ô tractate, Magistri*
Iura Sacri, modò nos Regum iactemus in Aula,
Ciuilísque fori sanctos penetrare recessus,
Morésque exemplis reuocare sinamur auitos.

TRIMEM-

TRIMEMBRIS

HAEC SACRAE POLITIÆ TRACTATIO.

VT ETHICÆ Philosophiæ, sic Politiæ Ecclesiasticæ adscribimus partes tres. PRIMO Libro, Μοναστικὴ, ï. singularis priuatim Clerici traditur ciuilis habitus, vitæque ratio Politica: Sacerdotis nimirũ ordinatione ad Ecclesiasticas aspirans præfecturas. SECVNDO, Πολιτικὴ, specialiter dicta, quod Clerico iam ad publicum Ecclesiæ Magistratum euecto præscribat sacræ Iurisdictionis modum: ne quid Hierarchæ in iudiciis decernant contra sanctissimos canones, qui summis Galliæ tribunalibus probati sunt, neu in Regij fori contemptum aliquid moliantur. TERTII Οἰκονομικὴ est peculiaris, ï. sacrarum facultatum Politica dispensatio, quæ formata priùs sigillatim publicéque Ecclesiastica disciplina, tempestiuè procuret Ministrorum Templi alimoniam, corporúmque humanorum sustentationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HORVM IGITVR LIBRORVM TITVLOS QVOSQVE SEquens Index ordine complectitur.

LIB. 1. MONASTIKOS.

1. *De Electionibus Sacris.*
2. *De Sacerdotiis quæ eligendo conferuntur.*
3. *De Pontificia qualitatum ſacerdotij derogatione.*
4. *De Profano Eccleſiaſtici beneficij patronatu.*
5. *De Collationibus ſacerdotiorum neceſſariis.*
6. *De Spontanea Eccleſiaſtici Miniſterij conceſsione.*
7. *De Regalibus Sacerdotiorum muneribus.*
8. *De Beneficiario in poſſeſsionem mittendo.*

LIB. 2. POLITIKOS.

1. *De Pontificia Iuris dicundi poteſtate.*
2. *De Variis & extraordinariis Præſulum cognitionibus.*
3. *De Re Iudicata, & Interlocutionibus Pontificiis.*
4. *De Appellationibus.*
5. *De Officio eius cui mandata eſt à Pontifice Iuriſdictio.*
6. *De Voluntaria Præfectorum Eccleſiæ Iuriſdictione.*
7. *De Lege Diœceſana.*
8. *De Cœnobiarchia, ſeu regulari monachorum præfectura.*

LIB. 3.

LIB. 3. OIKONOMIKOS.

1. *De Bonis Eccleſiaſticis, quæ morticinij iure donantur.*
2. *Sine cenſu ac reliquis fundum ab Eccleſia comparari non poſſe.*
3. *De Vſu ac fructibus ſacrorum prædiorum.*
4. *De Decimis, primitiis frugum, & ſacris libationibus.*
5. *De Adminiſtratione rerum ad Xenodochia pertinentium.*
6. *Ex quibus cauſis res Eccleſiæ alienare liceat, vel non.*
7. *Si ager vectigalis vel Emphyteuticarius ab Eccleſia detur.*
8. *De Publica ſacri fundi addictione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMA EORVM QVÆ SEquenti Titulo continentur.

1. *Moribus doctrináque probandus Sacerdos*
2.3. *Electionem Sodalitio competentem singulis priuatim sodalibus non permitti.*
4. *Idque Aresto iudicatum de Claromontano Canonicatu.*
5. *Similis quæstio de præbendis Agennensis Ecclesiæ.*
Concordatum Agennensis Capituli cum Episcopo de iure conferendorum beneficiorum.
6. *De Francicis aliis Aquitaniæ Sacerdotiis.*
7. *Lis in Curia de Statuto Lemouicensis Capituli.*
8.9. *An Romano Pont. liceat electiua specialiter beneficia conferre.*
10. *Non licere, decretum S. C. Parisiensi.*
11.12. *Idem sequendum in Royensi Decanatu fani Florentij.*
Vetus Transactio inter Royensem decanum, & Ambianensem episcopum à Senatu comprobata.
13. *Vitiosa nec solemnis electio appellatione ex abusu infirmatur.*
14. *Collegiatæ Ecclesiæ Decanatum Regia nominatione non conferri, nec Prioratus seculares.*
15.16. *Electionum vitia & eligentium.*
17.18. *Corrupti temporum mores.*

ECCLESIASTICAE POLITIAE FORENSIS

LIBER I. MONASTIKOΣ.

SEV

DE SINGVLARIBVS PRIVATI cuiusque moribus Politicos probandis ad Sacri Ministerij functionem.

Auctore Renato Choppino I. C.

TITVLVS I. DE ELECTIONIBVS.

1 SACRÆ POLITIÆ fundamentũ est, morum Sacerdotis cuiusq; obseruatio ac inquisitio Ecclesiastica, ï. τῆς Ἐκκλησίας probanda iudicio, quam Latini cœtũ, concilium, seu congregationem appellant. Nisi autem spectatę probitatis viri Sacerdotio fungantur, conspirantibus eo Sacri consessus votis cooptati, Principum animaduersio est quodammodo Ciuilisq; in eam rem Magistratus: quo adiutore retineatur canonicæ disciplinæ neruus in rebꝰ externis. Est enim anima Christianæ Reipub.

De Electiuis Sacerdotijs.

Magistratus, Lex animata & loquẽs, necnon minister Dei (vt D. Paulꝰ ait) Sed qui externam tantum Ciuilẽque Ecclesiæ disciplinã exercet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil aliud quàm Politeia, tantam in ea vim obtinens, quantã habet in corpore prudentia. Id quod generatim expressum videtur ab Isocrate in Panegyrico, ὅσῳ γὰρ ψυχὴ πόλεως ἄμεινον ἄλλο ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσῳπερ ἐν σώματι φρόνησις. Vnde refert Eusebius, Constantinum Cæsarem audisse se, Præsules ita compellantem: vos intimorum quidem Ecclesiæ officiorum, ego verò exteriorum Episcopus sum à Numine constitutus. Lib. 4. in vita Constantini. Atqui exorientis initio Ecclesiæ haud secus designabatur tẽpli Sacerdos quispiam ac Clericus, quàm Christiano collegio placuisset docendi facultas probæ vitæ testimonio cumulata. Pauli epist. 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Titum. 1. tum Actorum Apostolic. 6. & 14.

Religiosè B. Bernardus, Magnum prorsus, inquit, & mirabile est, Christi esse ministrũ, & mysteriorum Dei dispensatorem. &c. De sustinenda persecutione. Cap. 30.

VT ERGO Politiæ Ecclesiasticæ cum Theoria coniungamus Πρακτικὴν, infirmata est à Regio Parisiensi Senatu sacri ministri ordinatio præceps immaturáque, minùs nempe habito personæ delectu à collegis omnibus, nec vniuerso canonicorum conuentu viritim sententiam rogato. Puta, statutũ fuit à Claromontano Episcopali Collegio, ne ipsius vniuersim beneficiaria forent in posterum sacerdotia, quæ solemni eiusdem arbitrio electionéque conferebantur in Clericos: sed ea vt à singulis vicissim sacris Sodalibus erogarentur huic vel illi, vicario Sodalitij munere, ac circulari quadam beneficij Ecclesiastici dispensatione. Ab isto autem Collegij decreto, quod & Romanus Antistes comprobarat diplomate, prouocatur Senatus abusus causa à forensi Reginæ matris Actore,

S. Consultum Parisiẽse de canonicatu & præbendo Claromõtanæ Aruernorum principis Ecclesiæ.

Catharina Galliarũ Augusta.

Actore, Claromontanæ Comitis. Prouocationem adiuuabant quamplurima: fuisse matricem hanc Basilicam auita Aruernorum Comitum pietate extructam, patrimoniisque auctam: Istic religiosum antiquitus morem vsurpatum, vt in demortui beneficiarij locum haud alius sublegeretur, quàm ductis, velut ex vrna, sacri cœtus suffragiis Canonicus renuntiatus. Neque id commentitio iure receptum esse, verùm à priscis Orthodoxorum institutis repetitum, ex Lucio Pontif. Max. cap. 1. de Electione. Idem ritus olim sanctè cultus seruatúsque in Asiatica Ecclesia, cuius in partem ministerij sacri, nullus, nisi firma Cleri Plebísque consensione, solebat adsciscí: vti ad Meletium rescripsit Basilius, Epist. 58. Simili modo Europeæ Hierarchiæ mandabantur selectis panegyrico vulgi populariúmque iudicio, nedum clericorum: quo illi deinde plebem sibi commissam pascerent salutifera doctrina. Idipsum in Ambrosij præsulatu apud Insubres animaduertit Socrates Hist. Eccles. lib. 4. cap. 30. Eodem alludit Synodicus canon, vota Cleri & populi habere eum, qui Sacerdotij candidatus sit, oportere: Sicuti ex Romanæ Synodi constitutionibus perspicuum est, quas prisca illa ac veneranda vetustas tulit, Syuestro tum Sacrorũm principe, orbísque Christiani præside sanctissimo. Omnes itidem Pop. ordines regionis Asturicæ & Emeritæ monentur à D. Cypriano, vt Sacerdos præsente plebe deligatur per suffragia, dignúsque ac idoneus Sacrę functioni publicitùs acclametur. Lib. 1.

Publica Actio Senatũ appellantis abusus ergò.

Ita Moses sacri Oraculi monitu Aaronem fratrem, eiúsque filium Eleazarum sustulit in montem, spectandósque toti Synagogæ quũ proposuisset, illũ stola exuit, hunc induit. Numer. 20.

Eustathiũ sacerdotes & populus communi decreto ad Antiochenæ Ecclesiæ gubernacula delectum venire compulerunt. Tripart. Hist. Lib. 2. Cap. 5.

Non omnino, nec in omnibus Galliæ beneficijs abrogatæ sunt electiones Pacto conuento inter Francos Reges & Max. Pontifices, vt ostendemus postea latius.

epist. 4. Ab Heroïcis ergo ætatibus deuenientes ad nostrorum temporum fæcem conniti animo debemus, vt iisdem, quibus nata est, Christiana Philosophia moribus recolatur postliminio, híq; ad Ecclesiæ regimen assumantur soli, quos Sacra familia paribus calculis legitimáque vocatione in sanctum solium subuexerit, πολλῶν ἀνδρῶν ἀξίους ἄλλων. Nec diuersum statuendum ius de sacris Sodalitatum beneficiis in Episcopali delubro. Vtrique enim & Antistiti, & collegio Canonicorũ communia extitere quondam omnia, citra vllam Ecclesiasticæ mensæ partitionem, hodie tametsi diuulsę passim, inuicémque separatę. Atque ideo, vt propositam facti speciem prosequamur, Celestinus 2. Pontifex veterem memorat Claromontani Capituli communionem cum Episcopo, ne alterutri, spreto altero, quicquam liceat de sacris spiritalibúsque Annonis decernere. cap. quæsiuit De his quæ fiunt à maio. par. capit. Sigillatim verò Claromontis Decanatum electione deferri indicat rescriptum Innocentij. 3. Constitutus De appellat. & cap. Veniens De testib. Iungatur his Samarobrinum Ecclesiasticum Collegium, eodem collegæ deligendi cuiusque subnixum iure: de quo Innocentij. 3. extat Decretalis epistola Proposuit. de concess. Præben. Quemadmodum & in summo Bellocassiorum phano sacræ dignitates iustis sacerdotum comitiis adiudicantur. Cap. Auditis De elect. Cuius ad Ecclesiæ pontificem idem scripsit Innocentius cap. Cùm in iure. de offic. deleg. & cap. in nostra. de Sepult. Quinctiam

i. Plurib⁹ alijs digniores.

Canonicat⁹ & præbendæ Pontificalis cuiusq; templi, ceu sacræ Annonæ.

Gallus Aruernorum episcopus subscripsit Aruernensi Concilio. Theodoberto Francorũ rege. Præiecti autem episcopi Claromont. meminit Sigebertus in Chronic.

De Cameracẽsi Capitulo.

Baiocensis Normanorum Ecclesiæ sacræ dignitates.

ctiam Romuleæ vrbis conditor, cui sola naturæ scintilla prælucebat, in constituenda Repub. de Sacerdotibus legem tulit, cooptari non modò eos à suis curiis tributim, sed cooptationem ita demum ratam haberi, si ab Augurum Collegio comprobaretur. Apud Halycarnas. lib. 2. Qualem deinde Christiani Sacræ cõfirmationis ritum Ex Sanctis Oraculis vsurparunt, in Ecclesiasticis potissimùm Præfecturis.

Ex sacris Scripturis & Ecclesiasticorũ Patrum Annalibus sumpta cõsuetudo confirmandarum sacrarum electionum.

3 Disserebat, econtrà, Claromontanæ Ecclesiæ Sodalitium, ex vsu publico fuisse, veteres electionum huiusmodi formulas aliqua ex parte mutari, ad tollendum simul & Candidatorum ambitum, & emptitia aut emendicata Canonicorum suffragia. Nouum non esse, vt singularis Canonicus, mandante vices suas Collegio, exequatur commune negotium. Ex Panor. in cap. Quia propter, in ver. reliquis viris qui vice Capituli De elect. Nil enim vetat, quominùs sacerdotis ordinandi ius Ecclesiasticæ competens familiæ ad vnum transferatur. Abb. in. cap. scriptum De elect. Not. in cap. si compromissarius eod. tit. Apud Bonifacium. 8. Nec absimili ratione sancitum est ab Innocen. 3. Præsule Max. liberam solutámque in Sacerdotiis optionem, qua vtebatur Tholosanum sacrum Collegium, ab vno rectè exerceri. Cap. in causis De elect. Imò & collegam vnum Ordinis decreto posse certos specialésque suffragatores constituere asserit idem Innocentius Cleri Magister. cap. cùm in iure peritus. De elect. vbi nominatim de Ba-

S. Exuperium Tholosatium pontificẽ scribit D. Hieronymus (ad Rusticum) erogasse Christi viscerib⁹ pauperibúsque totã substantiã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bellocasiorum Normaniæ decanatus.

iocensi Neustriæ decanatu. Sic Ludou. Romano placuit, initam electionem ab vno è sacra familia, ab omnibus factam videri. Responso 116. Exhinc sumptum Pontificiæ legis ἀξίωμα, vt quo auctore auspicéque conflatum sit quicquam, eo ab vno perfectum illud existimetur. Cap. ij qui auctoritate Apostolica. De præbend. in 6. Haud aliter Iulij Pauli responso cautum, si decuriones statuerint actionem per eum mouendam, quem Duumviri eligerent, hunc quasi ab ordine electum, ritè deinceps experiri. Parui enim referre, ipse ordo eligat, an is cui ordo negotium dedit. Lib. 9. ad edictum in l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. Quo spectat & illud Papiniani lib. 19. quæstionum in l. vnum ex familia. §. 1. D. de lega. 2. Ob id quoque censuit Bartolus, semel consumptam Ædilitio Vrbis mandato optionem retractari à procuratore ipso non posse, tanquam ab Ædilibus ministerio alieno confectam & expeditam. In L. 2. ff. De Opt. Leg. & in L. omnes populi. ff. De Iustit. & iure. Quod autem Decurionum ordo semel decreuerit, non oportere id rescindi Diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit, nisi ad publicam vtilitatem rescissio prioris decreti respiciat.

Consilium Ludou. Romani 116.

Placitum Curiæ 18. die Aprilis.

PATRES Parisien. quum rem tantam misissent in consilium Kalend. Maiis. 1561. rectè prouocatum pronuntiarunt. Aresto 14. Cal. Maïas. Anno. 1562. Sed istic obiter de Gergouia, Aruernorum oppido illo, ne supprimantur, quæ pertinent ad Rempub. Ecclesiasticam, sacris annalibus docemur,

Pontifex ad Claromontē Asiatico bello ad recuperādas Hierosolymas nomen dantibus,

cemur, Vrbanum Rom. Pontificem è Claromonte totum Christianum orbem fuisse allocutum: indictis huc antea vniuersi Christiani nominis Comitiis: vt mores sacerdotum à prisca sanctitate degenerantes ad veterem frugem reuocaret. Philippo 1. Gallis imperante. Qua de Synodo Guibertus ita ad Lysiardum Suessionum antistitem (in Hist. Hierosolymitana nondum edita) *Annus*, inquit, *incarnati verbi 1097. properabat euolui, cùm Papa valde frequens acceleranit euocare Concilium: cui tandem in vrbe Aruernica scholasticissimo omnium præsulum Sydonio glorioſa dedit locum, cui tamen immutatæ Claromonti constat esse vocabulum. Quod fuit tanto celebrius, quanto excellētis & vsitatæ personæ ora cernere, verba audire, erat desiderabilius. Illic præter Episcoporum & Abbatum examina, quos circiter quadringentos per prominentes ferulas fuisse aliqui numerauerant, totius Franciæ & appendicium Comitatuū literatura confluxit.* Ibidem promulgati Synodici Canones, quorum vnum retulit in Decretorum syluam Gratianus. Can. nullus episcopus, 60. Distinct. & Can. congregato apud Claremontem vrbem multorum coepiscoporum synodali conuentu 16. Quæst. vlt.

dextro humero rubra cruce religioſè obsignato, cœlestis vitæ præmia promittebat.

Hierosolymitana hæc Chronica, ex Auctoris chirographo exemplari.

En tibi genuina scriptoris ipsius Historici phrasis, cui⁹ ne vocula quidem mutandam cēsui: quòd sua & priscæ ætati constiterit eloquētia, & sermonis gen⁹ hoc plus nescio quo pacto videatur habere grauitatis.

Claromontani Concilij canon.

5 VERVM, vt eò reuertatur vnde discessit oratio, heroicum illud Principis munus est, τὸ βασιλικώτατον, solemnes sacrarum electionum formulas in templis instaurare, prouocato ad id Regio Magistratu abusus nomine, factóque à Patribus Conscriptis S. C. abrogāte nouam sacrarum Familiarū consuetudinem, aut corruptelam potiùs, antiquæ

ï. & regium.

Cōducit Ecclesiastico ministerio adiutorem Magistratum habere.

disciplinæ expultricem. Id causæ est, cur Agenensis Canonicatus etiamdum forensi suspensus controuersia teneatur, quæ à nobis longo sermone est apud Curiæ Conscriptos disceptata. In publicis causarum Actionibus 14. Calend. Februar. An. 1574. Mario aduersæ partis aduocato. Quippe quum inibi Pauli Marquionis competitor Villerius intenderet, sacra Ministeria Pontificalis huius basilicæ conferri in aduersarium non potuisse, nisi Collegij totius electione, ac de communi Sacerdotum omnium sententia: more scilicet institutóque veteri Senatus eiusce Episcopalis repetito. Nam haud ita pridem inita conuentio ab Agenensi Garitum antistite cum sacro Sodalitio (quam Paulus 3. Pontifex comprobauit) de vacuis Sacerdotalibus sportulis, in hunc modum erogandis. *Item & pariter statuerunt & ordinauerũt, quòd loco nominationum & electionum Canonicatuum & præbendarum eiusdem Ecclesiæ, collationes & prouisiones eorumdem fiendæ diuidantur & fiant per septimanas inter eos diuidendas & assignandas. Videlicet quòd Episcopus Agennensis & eius successores habebunt duas septimanas integras & continuas pro quolibet turno, & ipsis finitis quilibet Canonicorum habebit vnam septimanam secundum eorum ordinem, & gradum vsque ad finem turni: & sic dicto turno finito & completo, idem Reuerendus Episcopus reincipiet alias duas septimanas, & quilibet ipsorum Canonicorum eius septimanam: & hunc ordinem, sic vt suprà, inter eos perpetuò durare & seruari voluerunt & ordinauerunt Canonici Agenenses, &c.* 13. Kalend. Sextiles 1542. Noua hæc

Lis ista supremo iudicio à Senatu decisa nõ est, sed ad libellarios Palatij recuperatores relegata, Decreto Senatus 19. Die Ianuar.

Garites, Agenensis regio apud Aquitanos.

Sacerdotales sportulæ, ceu Præbendæ.

Statutũ Capituli Agenẽsis Ecclesiæ 20. die Iulij, cum Bulla Pontificia illud confirmãte Die 4. Octob. 1542.

ua hæc transactio Pontificijs probata codicillis 4. Nonas Octob. eodem anno. Cui quidẽ Agenni Galliarum Ecclesiæ præfuit Phœbadius quondam, eximiæ Antistes eruditionis, D. Hieronymi coætaneus, à quo etiam in Arrianos scriptus liber multorum manibus circumfertur.

6 Ne avtem deprauatũ hodie miremur Agennensis Sacerdotij in eo statum, faciunt cõplura alia Aquitaniæ delubra, quorum symmistæ ad eundem fermè lapidem impegerunt: Xantonicum, Angolismense, Pictonicum, Petragoricense, Santoflorianum: vt antiquato sanctiorum electionum ritu, Canonicus quisq; vicissim fiduciarias præstet Collegij operas in sacris beneficiis cõferendis. Quę animo meditantẽ subit me interim Aquitanici elogij recordatio quædam, à Saluiano traditi, Aquitanorum mores perstringente. Lib. 7. De prouidẽtia Dei, his ferè verbis. Aquitani spiritalia Dei munera possederunt: & tamen priores in vitiis partes tenuere. Tota quippe Gallia, sicut opibus fuerunt superiores, ita flagitiis. Nusquam enim improbior voluptas, nusquam inquinatior vita, nusquam corruptior disciplina. Nec tamen in Celtica, seu Belgarum Ecclesia desunt etiamdum matrices ædes sacræ, eadem illa Sacerdotij erogandi vtentes consuetudine priscarum electionum derogatoria: Quippe quum variis in templis haud pontifices quidem ipsi, sed pontificale Collegium sibi vendicet præbendorum donationem. Huiusmodi habentur Lugdunensis, Cathalaunicus, Lingonensis, Cabilo-

Fani Flori Aruernorum collegium.

Ibidem Saluianus, Aquitani, (inquit,) populi medullam fere omnium Galliarum, & vber totius fœcunditatis habent, nec solum fœcunditatis, sed quæ præponi interdũ fœcũditati solent, voluptatis, iucunditatis, pulchritudinis.

In Cathalaunię Eccleſię ſenatu collatio præbendorum competit capitulo non Epiſcopo. Ad Ebalum autē Cathalaunenſem Epiſcopum ſcripſit D. Bernardus Epiſt. 58.

nenſis, Heduorum ſacri cœtus, quorum communem eligendi ſeu conferendi morem percenſet Honorius 3. Pont. Decretali Epiſtola, ex parte Epiſcopi Heduenſis. De conſtitut. Idemque iuris ſpeciatim eſt Cabilonenſi canonicorum ſodalitio tributum, Vidi Ionuillæ præſulis ceſſione, ac ſuorum aliquot deceſſorum, qui ſacra in Syriam peregrinatione ſuſcepta, canonicatuum collationem Epiſcopali Collegio trāſſcripſerunt. Annum circiter 1180. Id quod auctor eſt Vvaſburgius Virdunenſis archidiaconus Antiquitatum Galliæ Belgicæ Lib. 4.

De Cabilonenſi Præſule Innocentius 3. in cap. licet de Accuſat.

SECVNDVM quæ, pendet in foro lis prouocatoria à Statuto ſacri Lemouicum Collegij maximi, velut abuſiuè condito de præbendorum ſacrarúmque erogatione dignitatum, quas intēdit Epiſcopus diſtribuēdas ab eo Sodalitio nō eſſe ex formula Conſtitutionis eiuſdē infrà ſcripta. *Quod Canonicatuum & præbendarum eiuſdem noſtræ Lemouicenſis Eccleſiæ, quarum electio ad nos Decanum, Canonicos & capitulum, qui eligendo conferebamus, communiter ſpectare conſueuerat, collatio & prouiſio, quoties in poſterum vacabunt, ad Canonicum exiſtentem in aquila chori Eccleſiæ ad beneficia conferenda tempore vacationis eorundem Canonicatuum & præbendarum pleno & ordinario iure deinceps ſpectabit & pertinebit. Demptis tamen dignitatibus in dicta noſtra Eccleſia, Decanali, Cantoriali, & Archidiaconali cum illarum annexis, quæ quidem dignitates ad communem noſtram electionem, vt priùs conſueuerant, pertinebunt.* 11. Calend. Iunias. An. 1550. Cuiuſmodi ſacrorum ſodalium conſti-

7

Statutum Lemouicenſis capituli Die 22. Maij cōfirmatum Bulla Apoſtolica Die 14. Iunij An. 1550.

conſtitutio licet recepta ſit Pontificio Iulij. 3. diplomate 18. Calend. Quintiles, Pontificatus An. 1. Ab ea tamen Pariſiorum Senatum appellauit Lemouicenſis Antiſtes, eiúſque beneficiarius, nomine Benedictus, contra Eccleſiaſticū illud Collegium, & Iohānem Vexierium priuatum Sacerdotij competitorem : Boutino Senatore Regio huius litis inſpectore. Declarat equidem Innocentij 3. reſcriptum vetus, Sacram Lemouicum familiam deligere Canonicos conſueſſe, & in Collegarum fratrumque eos conſortium aſſumere: ijs demum renuentibus, vacuos Canonicatus donatos fuiſſe à purpurato Romano in Franciā Legato, qui Lemouicenſem pariter Eccleſiam, dictis Clero legibus, ordinarit. Cap. propoſuit. De Cleric. excommun. miniſt.

8 HÆC DE ſacris Sodalitiis electionum ſolemnia tollentibus, domeſtica ab iis ſtatuta in contrarium Lege: Quid ſi Rom. Pontifex talia dederit Sacerdotia, iúſne itidem erit à diplomatica iſta collatione prouocare ad ſupremas Galliæ Curias? quaſi illa abuſus ſit ſacri muneris candidatus ad piorum Canonum euerſionem? Prouocationi locum eſſe cenſeo, & Pontificiis id genus collationibus peræque diſtrictas electionum regulas accommodari. Ex Placitis Baſilienſis conuentus Eccleſ. in cap. 2. De election. Iuxta quæ, Ampliſſ. Ordo nuper iudicauit de Marcellei templi Decanatu, Lutetiæ ſuburbani, de quo nos infrà. Ac dicitur quidem Summus Pontifex liberam, nullíſque legum vinculis adſtrictam habe-

De Apoſtolicis prouiſionibus Electiuorū beneficiarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re ſacrorum beneficiorũ diſpoſitionem, nec cum omnibus tantum ordinariis collatoribus concurrere, ſed eos quoque anteuertere, ſacrũ phanum vacuum erogando, vt Innocentiana proditum eſt Sanctione, Propoſuit De conceſſ. præb. Admittimus rurſum, Apoſtol. Sedis Præſulem legibus ſolutum eſſe electiuorum, quæ vocant, ſacerdotiorum, vt nominatim Panor. aſſerit in cap. 1. De elect. Hinc etiam Pontifici Maximo licere, Eccleſiaſticas dignitates prȩuentione cõcedere, tametſi liberis Collegiorũ ſuffragiis adſcriptas. Cap. 1. §. nec tamen. De collat. in Prag. Sanct. & cap. Quanquam. De elect. in 6. cum eius gloſſemate. Nec inficiamur, eandem in partem trahi poſſe Clemẽtis 5. conſtitutionem in Concilio Viẽnenſi editam cap. 1. De prȩbend. Ex qua elicitur, Pontificios codicillos valere, electionum derogatorios. Vt taceam interim luculentam de eo Iohannis Seluæ diſputationẽ in 2. parte Tractat. benefic. Queſt. 1.

Gubernatio Populi illi tradatur, quem Deus elegerit, inquit D. Hieronym⁹, homini ſcilicet, qui Moſi notus ſit & familiaris, ï, in quo enitescat ſcientia & claritas Diuinæ legis, vt poſsit erudire filios iſraël.

PROBABILIVS tamen eſt, ſpecialem electionum libertatem infringi non debere collatorio Pontificis diplomate, nec diſciplinam Eccleſiaſticam temerè labefactandã: Huiúſque admiſſi cenſura ad Senatorium Principis tribunal pertinet, cuius imprimis eſt, ſuſcipere gereréque patrocinium rei Eccleſiaſticæ componendæ. Tit. de collat. & Tit. De reſeruat. in Prag. Sanct. Conſtat enim, ritum hunc in ipſis adeo Chriſtianæ Reipublicæ auſpiciis cuſtoditum, vt nemo ad Eccleſiæ miniſterium adſciſceretur, niſi & publicè facta de moribus inquiſitione, & Cleri aſſenſu conſi- 9

lióve ſolemni requiſito. Quã nos cõſuetudinem erutam ex obſcuriſſimis tenebris vetuſtatis, & à prima Chriſtianorum memoria, digeſſimus ſeriatim Lib. 2. noſtri Operis De Domanio Franciæ, Tit. De Regia ad Sacras præfecturas nominatione. Ne rem hoc loco retexere cogamur è variis Sanctorum Patrum monumentis. Tantum igitur Chriſtianarum electionum dogma, quod cœleſti Philoſophia partum, œcumenicis Synodis comprobatum, Regiis Edictis renouatum eſt, licebítne vna conuellere Pontificia chartula? Non licere conſtitutum eſt iamdiu in Regio Prætorio, (cui Poyetus præſidebat Galliæ Iuris Præfectus,) nec Põtificiis tabulis conferri poſſe electiuos Cathedralium templorum Decanatus. Areſto 5. Idus Ianuarias An. 1539. Cui Aulico Decreto cauſam dedit Meldorum Decanatus controuerſus.

Regium Decretum in Aulico Prætorio Die 9. Ianuar.

10 FRANCIÆ pariter Curia Centumuiralis, ad quam ſimile negotium eſt ex appellatione deuolutum abuſus ergô, decreuit Pontificia auctoritate abuſum fuiſſe eum, qui Decanatum fani Marcelli Pariſiẽ. impetrarat à Rom. Præſule, Collegij nempe ſuffragationi obnoxium. Areſtis Natalitiis An. 1563. ſecundum Franc. Curtium appellantem contra Ianum Sauarium Pontif. Summi beneficiarium: Thuano protopręſide tunc ſolẽni purpura recitante. Meritò quidem, cum ſingulari electionum iure ac priuilegio niterentur hi ſacri Collegæ, quod ſpeciatim reſeruatum eſt Bononienſibus Placitis An. 1516. §. Per præmiſſa De Regi. ad prælat. nominat. Ad hæc, Decani huiuſ-

Nec Romanus Pont. confert, nec Rex nominat quenquam ad Decanatum hunc electiuũ: quia Francici cõcordati verbis excipiuntur Electiua illa Sacerdotia, quæ ſpeciali eligendi priuilegio muniuntur. §. Monaſteriȳs. De Reg. ad prælat. Nominat.

Collegiatæ Ecclesiæ, & earũ decani.

modi vulgo iurisdictioni præsunt in Collegia illa inferiora, quorum hi primores existunt, vt potè Lituo non insignita. Quemadmodum Pontificiæ legis consulti adnotarunt in cap. Cùm ab Ecclesiarum De offic. ordin. Eámque iuris dicũdi prærogatiuam Francicis penè Decanis omnibus familiarem esse testatur Hostiensis in cap. Dilectis filiis Decano Altissiodorensi &c. De appellat. Et Guymerius in ver. Decanus Tit. Quomodo diuinum officium sit celebrandum. In Pragmat. Gallorũ Sanctione. Proin fani Quiriaci Decanus apud Agendicum Galliæ fertur iuridicam olim exercuisse potestatem Senonensis Archiepiscopi vice, quæ non nisi sacra dignitate prędito committi solet. Auctore Innocẽtio 3. in cap. Significauit. De conuers. coniugat. Cap. Statutum. De rescriptis Apud Bonificiũ 8. Parisiis certè fecit Hierarchica illa Politæa in deligendis, tum diligendis colendísque Sacri Sodalitij primoribus, (de quibus s.) vt Fortunatus Rauennas Pictonum Episcopus ornarit Lutetianum Clerum Encõmiastico hoc versu, quem è metrico illius Codice excerpsi, condito Chilperici, ac Clotharij 2. Regum temporibus, necdum typis excusso.

Sacra Poësis Fortunati Itali, de quo obiter Platina vnum hoc prodidit, Gallos ab eo ad mitiorem cultum redactos scriptis ac exẽplo, & ad Sigibertum eorum regem Libellũ de gubernando

Celsa Parisiaci Cleri reuerentia pollens
Ecclesiæ genius, gloria, munus, honor.
Carmine Dauidico diuina poëmata pangens
Cursibus assiduis dulcé reuoluit opus.
Inde Sacerdotes, Leuiticus hinc micat ordo,
Illos canities, hos stola pulchra tegit.
Illi iam senio, sed & hi bene vestibus albent,
Vt placeat

Vt placeat summo picta corona Deo.
In medio sedet antistes Germanus honore,
Qui regit hinc iuuenes, subregit inde senes.
Sub duce Germano fœlix exercitus hic est,
Moyses tende manus, & tua castra iuues.

regno perscriptum, vitãque D. Martini eleganter ab ipso exaratam. Plat. in Iohãne 3. Pontif.

11 QVA velut in tabula spectare liceat insignẽ sanctorum Canonum fructum, qui melioribus facti annis in ordinatione Clericorũ seruati sunt quondam: vt ijs tanquam & regulis vita Sacerdotum dirigeretur, & Patrum præscriptis posteri formarentur. Quum autem aduersus hosce Canones inferior ætas Pontificijs sensim abuteretur rescriptis, Galli Monarchæ, prætoréque Regij eo iure vsi sunt intra Gallicæ ditionis pomœria, ne cui in Ecclesiasticam disciplinam Ecclesiæ primati fas esset moliri quidpiam, aut alioquin districtè reuocaretur mos Hierarchiæ vetustioris. Huiúsque auctoritatis libertatísque Francicæ vestigia conspicimus identidem in profanis Principum tribunalibus, cùm ab executione Pontificiorum diplomatum interponuntur prouocationes, circumuenta videlicet à petitoribus Summi Pastoris religione. Puta, in Prætoriano Consilio quum agitaretur interdicti quæstio vti possidetis de Roye nsi Decanatu fani Florentij, Competitorum alter prouocauit incidenter à Pontificia eius Sacerdotij collatione ceu ab abusu ad Prætorianum Senatum. Mouebatur hac ratione, quod Royensis Collegij primores iam olim cõcordibus Canonicorum suffragiis deligerentur:

Prouocationes ceu ab abusu ad Regias Galliæ Curias introductæ ad Ecclesiasticam disciplinam cõseruandam.

Quippe qui ſacra quadam ſuffulti ſint in Eccleſiæ ſuæ chorum præfectura, iuris dicundi poteſtate,& Curiali in Royenſes parœcos omnes functione. Vt liquet ex honoraria Arbitrorum Sententia inter Richardum Ambianenſem præſulem, & Sacrum Royenſe ſodalitium lata Menſe Ianuar. An.1205. ſequentíque pacto comprobata Menſe Iunio, An 1235 . Proinde Sacri Collegij Præfectus deſignari haud aliter conſueuit, quàm liberis Sacrorum ſodalium votis atque ſententiis,non autem vnius Pontificis diplomate ambitioſiùs exquiſito. Talem enim primi Chriſti Legati ritum obſeruarunt, quorum exemplum vice cuiuſdam præcepti nobis eſſe debet. D. Lucas memoriæ prodidit, Apoſtolos communibus calculis ſeptẽ elegiſſe Diacones, quibus poſt ſolemnem precationem , adſtante populi corona, manus impoſuerunt. Actorum cap. 6. Idem in cooptatione Barnabæ & Sauli, quæ facta eſt Antiochiæ , adhibitam teſtatur manuum impoſitionẽ. Is quoque presbyteros aſſerit per ſingulas Ciuitates à Paulo & Barnaba conſtitutos , re diuina facta ieiunióque celebrato . Exhinc colligunt multi,ſuffragio populi creatos fuiſſe: Quod Græca dictio χειροτονῆσαι, qua vſus eſt Lucas,nõ ſimpliciter creare ſignificet, at ſuffragantis populi cõſenſu dũtaxat , qui manuum eleuatione ſignificetur. Vtcunque ſit,Euſebius tradit,omnes Apoſtolos, ac diſcipulos Domini,mortuo Iacobo Epiſcopo, ex variis locis in vnum conueniſſe, & communicato conſilio Symeoni faſces detuliſſe Pontificatus.

tus. Sacris dein Canonibus decretum, vt vota ciuium, teſtimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio Cleritorum in ordinando Sacerdote ad amuſſim exquirerentur. Can. vota 63. diſtinct. Ac ſimilem penè rationem creandorum Sacerdotum apud Romanos Ethnicos memorat Tullius in 2. Orat. de lege Agraria cõtra Rullum. Itaque decanus electus a Royenſi Canonicorum Collegio non temerè videtur Regios Iuridicos appellaſſe à Pontificia in alium collata Decanatus donatione. Nam & Royenſe templum à Regibus fundatum eſt, & canonicum electionis ius in Royenſi Clero ſancitum vetuſtiſſimis Placitis Curiæ Pariſien. conuentionem Ambianenſis Epiſcopi cum Royenſi Capitulo probantibus: Saluo eo, vt diœceſanus Ambianorum Antiſtes electum Decanum maturè confirmaret.

12 IMPETRANS igitur electiui huius Decanatus codicillos à Pontif. Max. abuti videtur benignitate Sanctæ Sedis in contemptum Regiorum Curię decretorum,profanæque in perniciem fundationis ſupradictæ. Iuxta quæ demum, patroni Curiæ nonnulli, in quibus eramus, conſulti reſponderunt.15. kal. Maias. An.1576 . Quum Leo Lepotus, & N. Colleſſon in Prætoriano Conſilio diſceptarent de Royenſi Decanatu . Priſci autem de eo S. C.formulam iſtic ſubiunximus. *Philippus D. G. Francorum Rex. Vniuerſis &c. Notum facimus quod cùm procurator noſter dudum in Parlamento conqueſtus fuiſſet de & ſuper pluribus caſibus nouitatis,in quibus aſſerebat Epiſcopum Ambianenſem impedire*

Die 17. Aprilis.

Vetus Placitũ Curiæ inter Ambianorum Præſulem, & Royẽſis templi Decanum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decanum & Capitulum S. Florentij de Roya in certis poſſeßionibus & ſaiſinis dictos caſus per ordinem proponendo. Tandémque per Areſtum dictum fuit, quòd dictus Epiſcopus in dicto Parlamento ſuper dictis caſibus iuriſdictionem ſpiritualem cernentibus reſpondere minimè tenebatur, exceptis ſolùm duobus articulis, videlicet articulo faciente mentionem de homagio ſeu fidelitatis iuramento, ad quæ ſibi facienda idem Epiſcopus dictum Decanum compellere nitebatur: Item alio articulo faciente mentionem de ſubſidio eidem Epiſcopo per Sed. Apoſtol. conceſſo, habendo & tenendo ſuper ſuis iuſticialibus & ſubditis. Demum inter dictum Epiſcopum pro vna parte, & Procuratorem noſtrum pro nobis, & dictos Decanum & Capitulum ex altera, inter alia tractata pro bono pacis de licentia Curiæ noſtræ extitit concordatum, in modum qui ſequitur. Videlicet quod Decanus confirmabitur per dictum Epiſcopum, & ab eo recipiet curam, iurabítque eidem Epiſcopo obedientiam, in his quæ concernunt curam, & compoſitiones ſeruare. Item quòd dictus Epiſcopus prædictum ius hac vice remittet Eccleſiæ Royæ & ſuperſedebit ob honorem & contemplationem domini Regis. Ita tamen quòd per præſens pactum non generetur domino Regi præiudicium, quin habeat iuramentum fidelitatis à Decano, in ijs quæ concernunt temporalitatem, & pari forma quòd per dictam remiſſionem quantum ad ſubſidium neutri parti etiam præiudicium generetur. Pariſijs in Parlamẽto noſtro &c. 11. Calend. Martias An. 1346.

Cõcordatum in Curia, (vt dicebant noſtrates pragmatici.) Die 19. Februarij.

Non tantùm Principis Senatus appellatur abuſus nomine, ſi quidem electiua Sacerdotia Pontificiis petantur codicillis, verùm & ſi in electionis negotio à præſcriptis formulis vel tantillum diſcedatur. Qua de re nos abhinc quadriennium longa oratione diſceptauimus in Curia pro Collegio Ædis Vedaſti Sueſſionen. Vacante eius fani Decanatu, Sacri ſodales in locũ Comitiorum vnà ſeceſſere, vt nouum Decanum in mortui vicẽ ſublegerent more inſtitutóque maiorum. Blaſius Montuellus plurimorum ſuffragiis allegitur ad Sacram Collegij præfecturam. Hinc Anthonius Duenſis prouocat ad Ordinem Ampliſſ. quaſi abuſiuè decreta Montuelli cooptatione. Intendit enim, Sacros omnes Collegas qui degebant in prouincia, vocari ad hæc comitia debuiſſe, vt ſanxit Innocentius 3. Pontif. Cap. Coram De elect. Alioqui paſſim dici ſolet, electioni magis obeſſe contẽptum abſentis vnius, quàm præſentiũ multorum interceſſionem & contradictionem. Cap. Bonę. Eod. tit. Infirmatur enim ob eã cauſam electio, quanquam aliàs ritè, & complurium aſſenſu celebrata: niſi fortè is, qui ſpretus proponitur, quod ita geſtum eſt, poſtea ratum habuerit. Cap. Quod ſicut. De Elect. Huic rurſum electioni opponebatur aliorum omiſſio ſolemnium, quæ & Baſilienſis conuentus Patres ſtatuerunt ſanctiſſimè, & conſtituta Francici Reges Magiſtratuſque comprobarunt. Tit. de Elect. in Prag. Sanct. Ad ea autẽ, Nos forenſi Actione, hunc rectè cooptatum videri, in quem πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, id eſt, maior meliórque pars Canonicorum conſenſerit, poſt communicationem deliberationemque mutuã, quæ in ipſis comitiis ſolemnem ſequitur ſuffra-

Contra nullitatem electionis aliquando imploratur remedium appellationis ceu ab abuſu.

giorum perſcrutationem. Idipſumque à veteribus, dirimere ſententias vel ſuffragia dicebatur. Non enim ſententiæ ſingulorum & calculi hîc numerantur velut ex vrna, ſed etiam ponderãtur, iſque potior habetur interdum, quem pars grauior atque melior Eccleſiæ miniſterio deſtinarit. Reſcripto Gregorij 9. De Elect. cap. in Geneſi, & Honorij 3. cap. Eccleſia veſtra. Eod. Tit. Nec enim vincit Suffragatorum numerus, ſi aliqua in meritis Candidatorum, aut eligentium affectu, cæteriſque huiuſmodi inæqualitas appareat: ad quam demonſtrandam admittitur is, qui contra numerum pugnat, niſi competitor duarum partiũ Collegij puncta tulerit, vt Concilio Lugdunenſi ſancitum eſt. Cap. Si quando. De Elect. Apud Bonifacium 8. Subdebã his, ſi quod electioni vitium ineſſet, ſuperiorem Antiſtitem fuiſſe potius appellandum, quaſi nulla ac irrita foret electio, quam Regios profanóſque magiſtratus: cum Eccleſiaſtici negotij cognitio arbitriúmque ſolis Hierarchis diuina lege tribueretur. Nihilo ſecius Conſcripti Curiæ electionem abuſiuè factã pronũtiarunt. Decreto 5. Idus Decemb. An. 1572. Ramato, appellantis, Nobis, cõtrà, Sacri ſodalitij cauſam orantibus. In volumine cauſarum Veromanduarum.

S. Conſultum Die 9. Decẽbr.

OBSERVANDVM hinc, Regiam Gallorũ nominationem ad præfecturas Eccleſiaſticas, locum non habere in Sacrorum Collegiorum primoribus, quæ lituo non ſunt inſignita. Etſi enim Bononienſi Conuentione Regium ius nominandi ad

Nũm Collegiatæ Eccleſiæ decani à Rege nominentur Pontif. Summo.

di ad ea pertineat Sacerdotia, quæ prærogatiuis eligentium antea votis deferebantur. §. vlt. in ver. capitulis Eccleſiarum De Regi. ad prælat. nominat. In Concord. Hoc tamen circumſcriptum eſt eo Sacerdotiorum genere expreſſim, quibus vacuis, orbata foret paſtore Eccleſia, quibuſque electione conferendis adhiberetur Innocentiana formula cap. Quia propter. Eam ob rem Canonicorum præfectus ſeu Decanus in inferiori Sodalitio minimè deſignatur nominatione Principali. Vt ſcitè notauit Scholiaſtes Concordat. in dic. §. vlt. Verſ. capitulis Eccleſiarum. Quam in ſententiam præſto eſt Areſtum Prætoriani Senatus pro Collegio ſani Æmylionis Burdegalæ ſuburbani, & Iac. Pontaco eiuſdem Decano aduerſus Regium cognitorem, qui à ſolemni Decani cooptatione Prætorianum Conſilium appellarat, tanquam abuſiue inita & peracta in Regij iuris diſpendium. Hi enim Magiſtratus recipiendum non eſſe prouocantem decreuerunt. Placito Conſilij Prætoriani 4. Idus Ianuar. An. 1538. Cui ſimilia produnt nonnulli de Ædis Seuerini Decanatu ad Burdigalam, templi Spiritus ad Baionam, aliáque in Prætoriano conſeſſu lata, patrum ætate, quæ Regius Actor in Senatu Burdegalenſi recenſebat 15. Calend. Ianuar. An. 1535. Vt eiuſdem Curiæ Regeſtis eſt traditum. Idémque nuper iudicatum de ſani Germani Decanatu in vrbe Pariſien. Areſto Prætoriani Senatus, circiter annum 1572. Naſuerio, Theobaldi Sudorij, & Daniele, Maignani Aduocatis. Sed maior ſubeſt dubitatio de Sacri

Decretũ Mag. Cõſilij Die 10. Ianuar.

Die 18. Decẽb.

Decretum Magni Conſilij regij apud Gallos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuentus Præfecto, ſeu quem vulgus Priorem ſecularem vocat, num à Rege nominandus ſit Pontifici Summo, ex Pactitia illa Lege Bononiẽſi. Quælibet enim Conuentuum Præfectura Auguſtæ ſubiacet nominationi, ſi modò illa antiquitus Sacrorum comitiorum ſentẽtiis cuipiam adiceretur. §. Monaſteriis verò & Prioratibus cõuentualibus. De Reg. ad Prælat. nominat. Primò igitur intuitu apparebat, ſecularem Conuentus præfectum Sacerdotalis peræque obnoxium eſſe nominationi Regiæ: quod ante Leoninam Bononiæ Sanctionem, tales Præfecti plerique cooptarentur à preſbyterorum cœtu in ſecularem eum prioratum, indéq; à ſuperiori Antiſtite confirmarẽtur. Verius eſt tamen, ſeculares eiuſmodi Primatus Auguſtę nominationis lege non teneri. Quoties enim Pontificij Canones Prioratuum conuẽtualiũ meminere, monaſticos tantum complexi ſunt, nõ ſecularium conuentuũ Primatus. Vt Clemẽs. 5. conſtituit Cap. Et ſi principalis De reſcrip. In Cõcilio Viẽnenſi, & Laterana Synodus in cap. Monachi De ſtatu Monach. vbi Panor. Regularium enim cõuentuum Primores Abbatum vice defunguntur, vti ab eodem Clemente reſcriptum eſt Cap. Ne in agro. §. Cæterum. De ſtatu Monac. Præfecti quoque id genus ſuis ius dicunt vniuerſim ſacra quadam poteſtate, de qua Panor. in cap. Cùm contingat. De foro compet. Quales iuridici Præfecti olim deligebantur, ex formula Concilij Lateranen. in Cap. Quia propter. Sicuti Panor. ibidem obſeruauit. Huc ſpectat Geminiani Re-

Monaſticorum conuentuũ primatus ſeu præfectura, vulgo Prioratus conuentualis.

ni Reſponſum 131. Pontificiam conſtitutionem de conuentuali Primatu non porrigi ad Primatũ cœtus preſbyterorum, ceu Collegij Canonicorũ, neque ad præpoſituras ſeculares, aut Sacri Sodalitij Decanatum. Quibus proximè accedit Clementina Sanctio 1. De Elect. in verbo Monaſteriis. Et cap. 1. De reb. Eccleſ. non alien. In Viennenſi Eccleſiæ vniuerſæ congreſſu. Secundum hæc, Prætoriani Conſiliarij fiſcalem cognitorem, qui à ſecularis Præfecti electione prouocarat abuſus ergô, appellatione ſummouerunt. Decreto 4. Idus Septemb. An. 1526. De ſeculari Primatu Pontis montium, in Hierarchica Vaſatenſis Epiſcopi ditione. Ac in ea quidem controuerſia multiplex variúmque abuſus argumẽtum in ſpeciem opponebatur electioni, ſed cùm leuia forent ſingula, vnum hoc probabilius viſum prima fronte, quòd publicus Cognitor ex Regiæ nominationis iure grauius inculcabat. Aſt nouam iuriſprudentiam priſcarum in eo electionum fauor ſuperauit.

Conſilium Geminiani.

Placitum Magni Conſilij Regij Die 10. Septemb. de prioratu Põtis mõtium, diœceſis Vaſatenſis (ſeu de Bazas) apud Aquitanos.

15 FATEMVR verò ſuffragatorum quandoque comitiis vitia obuenire, Sacrum miniſtrum legẽtibus, aut ambitioſa vota, obnunciationes interdum, nec rarò diſſidia rixoſáſque interceſſiones, quominùs ſpectatiſſimi viri prouehantur ad functiones Eccleſiaſticas totius conſenſione Cleri, ac prerogatiua Almi Spiritus afflantis ſententia. Qualis apud Sidonium refertur Bituricæ Eccleſię ſtatus, quæ Paſtore vacua, vtriuſque profeſſionis ordinibus ambiẽdi Sacerdotij quoddam claſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicum cecinit, frementè populo per studia diuiso: quum pauci alios, multi sese non efferrent solùm, sed inferrēt. Vt Sidonij phrasin vsurpē. Epist. Lib. 7. Epist. 5. Ex aduerso autē, mirè celebratur cōcors illa Germani cooptatio in Altissiodorensem Hierarchiam: De qua Henricus Benedictini ordinis cœnobita Antissiodoren. hoc poëmate Libri 2. Rerum à D. Germano gestarum.

Claruit Erricꝰ metricus scriptor An. Salutis 880. de quo nos posteà vberius.

Tum verò populos in consona vota ruentes
Aspiceres, spirante Deo: Namque agmina Cleri
Nobilibus conferta ruunt, plebs rustica plebi
Concinit vrbanæ, par est sententia cunctis,
Vox eadem, studiisque ardent communibus omnes
Germano titulum decernere Pontificatus,
Hunc claris meritis, hunc nobilitate legendum.

S. Amatore diē functo D. Germanus in eius locum suffectus est.

AT posteriori seculo Antissiodorensis Ecclesia quum grauiter concussa esset intestinis Canonicorum odiis atque dissidiis, Princeps in iura Episcopalia manum iniecit, Ecclesiasticas sibi vendicans possessiones: Circiter annum 1182. Vt narrat Monachus quidam D. Mariani Altissiodoren. in libro Chronicōn manuscripto, quibus multa itidem ab eo de Episcopis Altissiodoren. inseruntur. Floruit autem hic Chronographus An. Christianæ Pietatis 1172. qui (vt de se ipse scribit) mihi sextus decimus fuit æui, quo mea Christe tuo prębeo colla iugo.

VTRINQVE igitur illa tempestate peccatum est, tum ab Ecclesiasticis ministris tritas maiorum vias deserentibus, tum à Regibus ipsis: Quibus nec vllam paro excūsationem, quòd dum ciuiles

ciuiles Ecclesiæ motus ab iis pacari oportuisset, tūc tamen quasi de Sacerdotio vi sua victo triumphum ipsi trophæáq; expeterent. Nullis præterea vnquā probabitur bonis, quod paulò ante ea tēpora Francorum Regum beneficio Proceres profani acciperent locupletissimorum Cœnobiorum opes, ac monachis duntaxat suppeditarēt in sumptus, quantum necessarius vsus postularet, ex eísque ipsi deligerent, qui non Abba (nam id sibi nomen velut amplissimum arrogabant) sed decurio vocaretur. Sicuti à variis memoriæ scriptoribus proditum est. Eodem errore mos inoleuerat, qui ab Æmilio recēsetur in Gallicis Annalibus, vt Episcoporum iura viri summates inuaderent.

De veteri occupatione sacrarū facultatum & cœnobiorū per profanos Magnates diximus latiùs in nostro Tractatu de Domanio Franciæ Lib. 3. Tit. de oblato à Principe Monasteriis veterano Cum nostris in eundem Annotationibus.

17 AST HÆC non sine numine Diuûm, qui Pastores Ecclesiæ nonnullos perosi, fugitiuos gregis desertores, facilè passi sint Sacros Principatus adimi Clericis, & illota profanorum manu tractari, noua quadam rerum facie inopináque exurgente. Eo quippe seueritas Ecclesiastica maiestáſque deciderat, vt quos disciplinæ exactores grauissimos esse decebat, omniúmque officiorum ad Religionem pertinentium, remissiorem vitam & licentiæ plenam fouere, tueríque, nedum amplecti viderentur. Ecquam verò salutis spem præbuerint ij, qui cùm sint principes Sacerdotes, meridie in scopulos vitiorum impingant: & quum splendore vitæ prælucere familiæ Dominicę deberent, morum nobis corruptela tenebras offundāt plusquam Cymmerias? Idipsum prospexere antea cordatissimi duo Galli presbyteri, Prosper Aqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanicus, & Saluianus Massilienſis. Ab hoc namque ſumma Eccleſię pars Oculus appellatur, verbis ita conceptis. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Eſt enim Dei Eccleſia quaſi Oculus, & quemadmodum in oculum etiam ſi exigua incidat ſordes, totum lumen occæcat: ſic in Eccleſiaſtico corpore tametſi pauci ſordida faciant, totum prope Eccleſiaſtici fulgoris lumen offuſcatur. Proſper item improſpera omnia minitatur Chriſtianis, quorum Eccleſiaſtæ profiteantur in concionibus Euangelicam ſynceritatem, quam priuatis moribus non exequantur. Gregorium Nazianzenum prætereo, ſeueriſſimum Paſtoralis muneris ſacri Præconem, ac magiſtrum. In Apologetico 1.

Eccleſiaſtæ, ſacri concionatores.

ISTHÆC autem veſtra omnium pace dicta exiſtimate (Præſules Ornatiſſ.) quum & ad pios Sacerdotes ſuperior non pertineat expoſtulatio, & meum haud eſſe omnino concedam, de tanto Ordine cenſuram arbitriúmque morum interponere, quem meorum cenſorem agnoſco, & caſtigatorem. Verùm in propoſito Sacrarum electionum argumento nobis obiter exclamandum fuit, domeſtico Ciuilium malorum exemplo edoctis, ſpem vnam Chriſtianæ tranquillitatis ſuperfore, ſi ritè iuſtéque delectis addicerentur Sacerdotia, quæ fundationis lege iam olim Collegiorum iudicio committerentur. Ex quo futurum confidimus, vt ſermone operéque probatiſſimi Clerici diſpellant tandē à Dei Eccleſia ſacroſancta atram ſchiſmatis nebulam, quam hæreſes noſtrorum temporum excitarunt, ac penitus ab Orbe Chriſtiano

Collectáſque fugent nubes, Solémque reducant.

TITVLVS 2.

DE IIS, QVÆ ELIGENDO conferuntur, Sacerdotiis.

1. *Electiua quædam beneficia, quorum prouiſio ſola electione abſoluitur.*
2. 3. *In his locum eſſe Pontificiæ collationi.*
4. *Quod & Areſto iudicatum de Carnutenſi Decanatu.*
5. 6. 7. 8. *Núm præceptoriæ ordinis S. Anthonij ſubiiciantur Regiæ nominationi.*
9. *In Hiſpanicis Belgarúmque Eccleſiis Princeps necne vtatur nominatione.*
10. *Quid de Anglica Eccleſia.*
11. *Scotica.*
12. *Polonica, Bohemica.*
13. *Germanica.*
14. *Græca.*
15. *An Grandimontenſis ordinis Prioratus Regiæ ſubſint nominationi.*
Prioratus AEdis Mauritianæ Senlitenſis, ſeu Syluanectē.
16. 17. *Non vſquequáque permiſſa olim maiorum ſacerdotiorum reſignatio.*
18. *Sacrarum commendatio electionum.*

1 PRÆMISSO GENERATIM electionum tractatu, proximè videndum, an Põtificio diplomate electiuũ ius minui poſſit mixti Sacerdotij, ceu quod eligendo conferre Sacri Sodales conſueuerunt. Eſt enim duplex Electionum genus, vnum, quod maior Eccleſiæ Præfectus confirma-

De mixtis Sacerdotiis, id eſt, quæ eligendo conferunt canonici aliíve Suffragatores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re ſolitus eſt, manúmq; electis cauſa cognita imponere. Ex concilio Lateranen. in Cap. Nihil. & cap. Cùm dilectus. De elect. Et Bonifaciana Conſtitut. vlt. Eod. Tit. Iuxta primarium naſcentis Eccleſiæ morem, de quo in Apoſtolicis Actis ita conſtat. Cap. 14: χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν. Alterum electionis genus καθ' ἕξιν dictum, quando cum ſuis ſuffragiis Collegæ conferunt Eccleſiaſticum beneficium, nec vllam Epiſcopi confirmationem expectant. Cuiuſmodi habetur Vvlterani templi Canonicatus apud Innocentium 3. in Cap. Cum Eccleſia. De Elect. vbi Panormit. eleganter. Cap. Cùm in Eccleſiis. De Præbend. apud Bonifacium 8. Quod & fuſè diſcuſſum eſt ab Innocentio Pontificij iuris profeſſore in Cap. Tranſmiſſam. De elect. In hanc claſſem refertur Prępoſitura ædis Saluatoris in principe Mediomatricum delubro, vt tradit Innocẽtius 3. Pontif. cap. Conſtitutis. De Appellat.

Id eſt, cùm ipſi manuum poſitione creaſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros.

Elegans fori diſceptatio de carnutenſi decanatu, nũ ex reſignatione cõ ferri potuerit à Rom. Pontif.

EIVSDEM ergo ſpeciei cùm eſſet Carnutẽſis Decanatus, (quem idcirco moris erat latis ſuffragiis cõcedi à Sacro Collegio) donatus eſt à Rom. Pręſule quidam, cuius in gratiã deceſſor Eccleſiaſticũ munus hoc eiurarat. Mox grauis de eo mota cõtrouerſia à Põtificis beneficiario aduerſus Carnotenſis Sodalitij candidatum, cui Sacram Præfecturam in comitiis Canonici adiudicarant. Sed Curiam Pariſ. iſti appellant abuſus nomine, vna cum recens cooptato ipſorum Præfecto ſeu Decano. Contendunt Pontifici non licuiſſe antiqua electionum iura ſingularibus codicillis tollere, abroga-

abrogare, neque ſuffragatorum quod plurium commune eſt, vendicari ab vno oportere: Ex quo ſanctus electionum ritus violetur, peruertatur. vt aſſerit Panor. in cap. Cum Eccleſia. De elect. Et Reſponſo 38. volu. 2. Quum Carnutenſis præſertim Decanatus eximia præfulgeat dignitate ac Eccleſiaſtica præfectura. Vt Honorius 3. indicat Decretali Epiſtola ad Carnutenſem Decanum, Venerabili. De Senten. excommun.

Panormitani conſilium 38.

3 PONTIFICIVS, contrà, eum Decanatũ verius collatitium videri, quàm electione tranſcriptitium. Vt enim Sacerdotium collatione dicatur acquiri, nihil refert, an ab vno quopiam, an ab vniuerſitate aut Collegio conferatur. Eadem enim opera eligere ſimul & conferre cenſentur Canonici, quia electo nulla requirenda ſuperſit Epiſcopi ſententia ad electionem comprobandam. In huiuſmodi rurſum electionibus vſu receptam nõ eſſe Innocentiani formulam Reſcripti Quia propter, at conſenſum in ſacro cõuentu quoquo modo explicandum. Proinde hæc minùs verè electio nominanda ſit, tametſi forte ſuperioris Antiſtitis auctoritate confirmetur. Teſte Gloſ. in cap. Sicut. De elect. in 6. Vnde & Guymerius Pragmaticæ Sanct. interpres putat electionem impropriè Sacerdotiorum nuncupari, niſi quibus vacãtibus, Paſtore vidua eſſet Eccleſia. In ver. Prælato. De elect. in Prag. Sanct. Sic Rota Romana memorat Innocentium 7. P. P. electiua definiiſſe Sacerdotia, in quibus erogandis ſeruaretur electionum forma pręſcripta Synodo Lateranenſi: aut quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vacuis, Clerus populúſque Hierarchico rectore deſtitueretur. Deciſ. Rotæ 124. Alioqui nouum non eſt, cedente priuato beneficiario, Decanatum ei à Præſule Max. attribui, cuius fauore prior Decanus ipſam eiurarit Pontificalis etiam collegij præfecturam. Quod ita à Prætoriano Senatu decretum narrat Rebuffus de ſummo Andium Decanatu, Apoſtol. nimirum Præuentionis iure; quę ad electiuas id genus dignitates producitur. §. Declarantes. De mand. Apoſtol. in Concord. Rebuff. in §. per præmiſſa De Reg. ad Prælat. nominat. Idémque in Trecenſi matrice Baſilica vſurpatum à Rhemenſi Antiſtite Legato Pontificio, nedum à Pontifice ipſo. cap. Dilecto. De præben. Ac pari iure vſum Romanum Præſulem in Bituricen. Sodalium Sacerdotijs oſtendit Innocentius 3. Decretali Epiſtola Conſtitutus De reſcrip.

Areſtum De Carnutenſi deeanatu. Die 3. Februarij ſecũdũ Steph. Boudetum. Pontifficis beneficiariũ ex Decanatus eiuratione à Pet. Dhommeo in Boudeti gratiam facta.

PARTIBVS auditis, vicit Pontificis beneficiarius. Extẽporali Placito Curiæ 3. Nonas Februar. Anno Seſquimilleſimo vndeſeptuageſimo: Quũ Briſſonius pro Fontaneo electo, Montholoneus pro Capitulo Carnutenſi, Verſorius pro Pontificis candidato dixiſſent. Et verò Carnutum capitulum quondam inſignibus ornatum fuit priuilegiis à Sede Romana: ne cui imprimis liceret anathemate damnatũ noxa ſoluere, ni priùs reſarſiſſet damnum, eiúſque penſa æſtimatione crimen expiaſſet. Vt præclarè ſcriptum eſt ab Innocentio 3. ad Cœnobiarcham Diuæ Genouefę, Decanum, Cancellariúmque Lutetianos, cap. Ex parte. De Verb.

Verb. ſignif. Tum ad Bleſorum heroidem. cap. Cùm olim. Eod. tit. De Iuridica item illius Collegij poteſtate, & Epiſcopalis fori imperiíq; exemptione Oldradus nominatim in Reſponſo 206. & 254. Nec abs re profectò, quum Epiſcopalis Carnutum Senatus vix vllis cedat Francicis Collegiis ſacris, ſeu venerabilem huiuſce Eccleſiæ antiquitatem, ſiue antiſtitum ipſorum ſanctimoniam intueare. Nam ex Archiuis ſacræ Carnutenſis Baſilicæ comperimus, Aduentinum à B. Petro ſacratum Epiſcopum Anno Chriſti 36. Et Cathedræ præfuiſſe tricenis annis. Quod in literas retulit Monchiacenus Democharis, cum memorabili præſulum iſtorum Catalogo, cuius factam ſibi copiam à Carnotenſi Canonico fatetur ipſe In Tomo 2. De diuino miſſæ ſacrificio cap. 18. Sed iſtic obiter planum fecit Democharis, nondum à ſe lectam perſpectámque Henrici Huntindunẽſis Archydiaconi Hiſtoriam, cui inſerta eſt omnium ferè Pontificum ſeries Celticæ Belgicæque Galliæ, ac Carnotenſium ſpeciatim: Quorum ſua quiſque ætate eam diœceſin ſacro imperio moderatus eſt, à primo ſtatim Chriſtianæ Reip. auſpicatu. Ac Yuoni præſertim Carnutum Pontifici hoc debent reliquæ Gallorum Eccleſiæ propemodum, quod veræ Eccleſiæ ſint, formatæ ab eo ſcilicet, Canonicáque imbutæ diſciplina: Ex libro, qui *Decretum Yuonis* inſcribitur, contexto ſub annum 1090. quo Yuo inclaruit, D. Bernardo, quamuis iuniori σύγχρονος. Fulberti rurſus Carnutum Epiſcopi voluitur peruetuſtus codex De

Capituli Carnotẽ. Pontificia Immunitas.

Extat Huntindunenſis Archidiac. Volumen De Rebus Anglic. manu ſcriptum. An. 1135. cuius nobis præſto eſt exemplar.

Yuo, S. Quintini Bellouacorũ Prior, deinde Carnotenſis Epiſcopus ſcripſit ad Haymericum Aquitinenſem Abbã, num Chriſtus dederit diſcipulis in cœna

tribus maximè neceſſariis fidei Chriſtianæ capitibus. Durandum ſileo, re nominéque Speculatorem Carnutum Decanum, cuius monumenta extant canonicæ Pōtificięque doctrinę refertiſſima: vbi Auctor quoque poſteris teſtatum reliquit, fuiſſe ſe ea Carnotenſi præfectura inſignitum. In §. vlt. Ne Sede vacan. De quo etiam diximus nōnulla in noſtris Annotat. ad Tit. De Sacra Galliæ Regis initiatione Lib. 3. noſtri Tract. De Domanio Franciæ.

Corpus ſuum paſſibile, quum nos illud paſſibile ſumamus. In Epiſt. que intexitur Sacræ Bibliothecæ S. S. Patrum Tom. 1. Aliæ eiuſdem manu ſcriptæ Epiſtolæ lectitantur, de Francicæ Reipub. negotiis noſtrateq; Politeia, ſub Philippo. 1. Rege.

Ab INSTITVTO themate nō abludit quod de Anthonianis Præceptoriis quæſitum fuit in ſanctiore Principis Auditorio, num hæ quaſi electiuæ, Regia Gallorum nominatione tenerentur, ex Pactitia Conſtitutione Franciſci 1. Regis, & Leonis 10. Pontif. An. 1516. A parte Regij Candidati ſtabant validæ quædam rationes, D. Anthonij Commendas ſacráſque fiducias vnum monaſticę familiæ caput agnoſcere, archimandritam D. Anthonij Viennenſis, à ſacro conuentu deligi ſolitū: Ex præſcripto Bonifaciani diplomatis, quo Viennenſis Allobrogum Primatus monaſticus obtinuit Ordinis principatum 4. Idus Iunias Pontificatus Bonifacij 8. An. 3. ſolemni hac verborum nuncupatione. *Quotiens autem monaſterium ipſum fuerit Abbatis ſolatio deſtitutum, conuentus eiuſdem eligendi ſibi Abbatem iuxta formam in huiuſmodi electionibus introductam plenam & liberam habeat facultatem. &c.* Anno. 1297. His conſequenter dicebatur, ſingulos Cœnobitas, potiſſiméque Prioratuum præfectos vulgo deſignari ab Abbate con-

Cōcordata Galli Regis cum Leone. 10. PP.

Anthoniani huius ordinis regulares conſtitutiones decretæ ſunt probataq; ab Aymone Cœnobiarcha in generali Anthonianorū patrum cōuētu. An. 1298 Paulo poſt Bullam Bonifacianam. 10. Die Iun. An. 1297. Antonij AEgyptij, qui Conſtantio Imperāte floruit, vi-

te coniunctim cum ſacro regulari ſodalitio, dictíſque viritim de more ſententiis: Arg. Cap. Ea noſcitur. De iis quæ fiunt à præl. Panor. exactè in cap. Ad Apoſtolicam De Regular. Oldradus Reſponſo 97. Vnde probabilius videbatur, Regiam nominationem, quæ in electionum vicem ſuffecta eſt, hac in ſpecie locum habere, & ad præceptorias Antonianas producendam.

6 EDIVERSO allegabatur iuris axioma, de Carnutenſi Decanatu ſuprà relatum, Præceptorias videlicet non tam electione deferri, quàm collatione: Quippe quum maioris Antiſtitis confirmatione non egeant noui Præceptores, ſed à ſuo tantum Abbate cooptentur, ex priſcis Antonianæ familiæ inſtitutis. Ideóque in talibus Sacerdotiis locum non eſſe Gregorianæ ſanctioni in Concilio Lugdunenſi editæ (quæ incipit, Auaritiæ De elect. in 6.) vt Dominico viſum eſt. Reſponſo 15. Col. 3. & 6. Doct. in Cap. Tranſmiſſam. De elect. Rebuff. in Tract. nominat. Quæſt. 15. nu. 16. Ad hæc, Hieroſolymitanas Præceptorias Nominationi haud obnoxias eſſe cenſuit Barbat. in Clement. Cauſam col. 51. De Elect. Cuius opinioni ſubſcribit Rebuffus loco ſuprà citato. Sunt enim illę militarium ordinum certis adſcriptæ familiis, neque ad extraneos tranſferri poſſunt: hinc & nōnulli milites militantes, alij milites orantes appellantur. Quales Chriſti Equites in Luſitania inſtituti à Iohanne 22. Pontif. Summo, An. 1326. Et multò antea apud Hiſpanos Sacri milites D. Iacobi, Dela Spata, Calatraue, Alcantara, aliíque

tam ſcripſere Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, & Alphōſus Hiſpanus ex Arabico veteri Codice.

Luſitanorum Chriſti militū Cenſor moderatórque eſt Abba Archo-

ita seriatim decreti, quorum Volaterranus meminit Anthropologiæ lib. 21. post Oldradum I. C. à quo & illorum plurimi militantium Ordinum recensentur Consil. 93. 128. 300. Accedant his Lazarianæ militiæ equites sacri, constituti nuper, saltem restituti à Gregorio 13. Romani Solij Antistite, cuius nunc nutum Romana ciuitas grauissimũ intuetur: Apud quem nimirum precibus egit Alpinarum gentium regulus Philibertus, vt militaris hic D. Lazari ordo instauraretur Sacro rescripto, Pontificiisque auspiciis Allobrogum duces fuerunt Sacræ huius militiæ principes renunciati. Mense Ianuar. An. 1573. Pontificatus à Gregorio initi Anno 2. De solemni autem Electionis formula Prefecti Hospitali Hierosolymitano, lege Sacras Constitutiones Equestris huiusce familiæ Tit. 13. De elect. cap. 1. Hæc vulgò vocant *Statuta Ordinis domus hospitalis Hierusalem.*

siani Cœnobij Cistertiensis Vlyssiponen. Diœcesis, qui cõscribendi & exauctorãdi milites ius habet. Ex Taraffa in Hispan. Annal.

D. Lazari militaris ordo, cuius caput in Victonibus Galliæ iam olim constitutum. Sabaudiæ Dux Philibertus Emanuel.

De Sacris hisce militarium ordinum Legibus nos accuratè Lib. 3.

QVÆ cùm ita sint De sacris militaribus fiduciis seu Commendis, ne in vacantes ipsas ius nominationis Regiæ exerceatur, eadem firmius adhuc dicenda de Pręceptoriis Antonianis, quæ rectius Hospitales ædes habentur, quàm Ecclesiastica purè beneficia, vt potè Antoniano morbo affectis destinata. Cuiusmodi Nosocomia quàm longè absint à Sacerdotij natura ac cõditione, indicat Clemens 5. in Synodo Viennensi cap. 2. De præbend. Quandoquidem Bonifacius 8. leges dictans monasterio D. Antonij Viennensis in Delphinatibus, illud hospitale nũcupat diuersorium, ipsique tanquam Ordinis primati summisit reliqua eius-

Nosocomia, publica ægrorum domicilia.

clemens PP. Viennæ in Allobrogibus coacto Cõcilio trecentorum Pontificum, multa de eorum sententia sanctè

qua eiusdem Ord. Xenodochia, in hunc modum. *Prædictum hospitale cum omnibus membris suis in quibuscúnque mundi partibus constitutis, ipsi Abbatiæ subiicimus, & vnimus auctoritate Apostol. vt locus ipse, qui Prioratus antea dicebatur, sit & appelletur deinceps Abbatia, iique qui ei præfuerint, nomen & dignitatem obtinentes Abbatis, Abbatiam ipsam & dictum hospitale S. Antonij Viennen. diœcesis sibi vnitum simul gubernent perpetuò, nec magistri vel domini dicti hospitalis, sed Abbates monasterij S. Antonij tantummodo appellentur: quibus vniuersi fratres Hospitalis & membrorum eorundem, quos Canonicos seu fratres monasterij S. Antonij volumus de cætero appellari, pareant humiliter in omnibus & intendant.* Nec minus vrget, quod Antoniani Præceptores idcirco præferunt conspicuum viuificæ potestatis signum T, Ezechielis prophetæ symbolum, vt Antonij instar Anachoretæ, ipsi ab reliquo mortalium genere secernantur ac distinguantur.

constituit, & memoriam Petri, qui Cœlestinus in Põtificatu fuerat, sacrauit.

Bonifaciani Codicilli. 10. Die Iunij. An. 1297.

T. Græca litera.

8 PROLATIS tot in medium argumentis, decretum est ab Aulicis prætorij Sacri Senatoribus, Regi ad Antonianas Præceptorias nominandi ius non esse, quantúmvis Pontificia Leonis 10. Conuentione subnixum. Placito 5. Idus Septembres An. 1575. Butello victore, Antoniano monacho, cui nos operam Patroni præbuimus contra Francis. Bernam secularem Clericum, Lutetianæ Præceptoriæ competitorem. Ortus verò ac progressus Antoniani cœtus monastici denarrat concinnè Fr. Aymarus Falco Præceptor Barroducanæ Domus D. Antonio Sacræ: In Antoniana Hist.

Arestum arcani intimique Consilij regij, quod Priuatum consilium appellant. Die 9. Septembr.

Præceptoria seu Commenda D. Antonij Parisien.

Falco Antonianam Hist. prosecutus ad Annũ vsque

1530. *eam dicauit Antonio Langiaco Viennẽsi cœnobiarchæ.*

Istic Oldradus priuilegium recitat Antonianis fratrib. irrogatum de liberè audienda sacra Aulicorum omnium confessione, ijsdémque Christianæ mandandis sepulturæ.

Priuatos quosdã abusiuè in rem suã interpretari Concordata Francica Bononiæ inita An. 1516.

quatuor libris concinnata ex Cartophylacio Antoniani Cœnobij maioris, & ex variis sparsim Ecclesiasticis scriptoribus. Porrò de Antonianæ professionis Fratrum Priuilegiis Apost. tradita sunt non pauca ab Oldrado Iureconsl. in Responso 211. 293. & 321.

EXPENDITE obiter, quæso, quàm iniquum ad compendium trahatur à multis Leonina illa Constitutio Regiarum nominationũ auspex probatríxque, eo arctiùs sumenda temperandáque procliuiùs, quo longiùs abscedere videtur ab Ecclesiastica vetere electionum disciplina. Habuerunt olim Augusti Imperium maiestatémq; apud humanum genus, sacrarum clauium ius ditionémque iis relinquebant, quibus eæ diuinitus dabantur: Quum (metrico adagio) Iouis hæc sint, Cæsaris illa. Nam, vt de Hispanis loquar, egregiè quondam est de Sacra Repub. meritus Petrus Tarraconensium Rex, profligatis Mauris, & ab Ecclesia Iberica disiectis. Ast Vrbanus 2. pontif. illum quidem est remuneratus inclyto patronatus iure in ea templa ac oppida, quibus pulsi iam tum erant barbari Numidæ: Sed cum exceptione hac, ne idem posteríque Reges sibi vendicarent nuncupandorum præsulum auctoritatem, quos iurati Sacerdotes delectu habito cooptare assueuerant. Annum circiter 1100. Auctore Taraffa Barchinonensi Canonico de Regib. Hispan. Quo spectare videtur Alexandri 3. decretalis Epistola ad Toletanum Archipræsulem, improbantis electionem Oxomensis Episcopi, Regiis firmatam auspiciis

auspiciis. Cap. De hoc autem. De Symon. Hodie tamen in nonnullis Ibericorum principum ditionibus antiquatæ electiones. Quod apud Belgas illorum subditos, Sequanósque nimis verum experiare. Nouus enim iam in Belgicas oras mos irrepsit, vt primi nominis Sacerdotia, designante Principe, erogentur à pontifice Sacrosancto, si Guicciardino credimus in Belgiographiæ Tit. De Conuentionibus pontificiis cum Belgico Duce.

In Flandria aliisque huiusmodi Belgici Imperij finibus conferuntur à Põtifice maiorum ordinum Sacerdotia ex Principali nominatione.

10 BRITANNORVM planè Cathedralibus Collegiis demiror ademptum à Richardo Rege ius deligendi antistitis, in suúmque vnius translatum arbitrium. Constat enim ex Vvilelmo Neubrigensi, sacras complures præfecturas id temporis præsulib⁹ vacasse, quo Anglica sceptra Richardus obtinebat. Circa Annum 1200. Ab isto cumprimis fuisse Eliensem thesaurarium Cathedræ impositum Londinensi, Vintoniensi Gottofredum Luciensem, Eboracensi Gaufredum Regis germanum, cuius etiam coactu, minacibúsque literis, Eboracenses Canonici Gauffridum passi sint in Hierarchici Throni possessionem induci. Anglic. Histor. Lib. 4. cap. 2. Quo nomine Ecclesiasticum Statum cum Hieronymo deflere liceat, vbi nimirum multi ædificent parietes, & columnas Ecclesiæ subtrahant, marmora nitescant, auro laquearia splendeant, gemmis altare distinguatur, & ministrorum Christi nulla sit electio. Vti ad Nepotianum scripsit ille de vita Clericorum.

Anglicorum regum auctoritas in præficiẽdis Ecclesiæ episcopis.

11 ANGLIS porrò si vicinos Scotos hac in parte conferamus, dubio procul reperiemus, subla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scotica Politia in constituēdis Ecclesiarū Præsulibus plane impolita.

tas fuisse liberas Scotici Cleri electiones, Iacobo 3. Rege apud Pont. Max. procurante, An. 1473. Nam eo anno Henricus Crychtoun, nominante Rege, ornatus est Cœnobiarchia de Dumfermling, Pontificio Sixti 4. diplomate, qui nec vllam cooptati à monastico cœtu habendam esse duxit rationem. Ita paulo post Robertus Schaun Rector à Mynto creatus est monasterij Passeletij hęteriarcha, Regio libello, supplicíque Principis in Pontificem commendatione. Hinc seculares primum Clerici ad Cœnobiorum antistitia elati, neglecto piarum electionum ritu aureis maiorū seculis obseruato. Inde & Xenodochiorum omnium præfecturæ, quæ Episcopalis iuris muneríque extiterant, Regium sensim ad nutum arbitriúmque redactæ sunt, conniuente tunc, aut circumuenta potius Sacrosanctæ Potestatis Rom. pietate. Ex quo deinceps Scotici Hierarchæ neq; electos confirmare ausi sunt, neque electi ipsi cōfirmationem à Rom. Pontifice, vt moris erat, postulare. Factum insuper, vt monasteria ad Sacrā inopum stipem alimoniámque aucta patrimoniis, in profanos Aulicorum vsus conuerterentur, obliterata prorsus optimorum fundatorum memoria, piísque eorum decretis antiquatis. Tum piæ erogationes fouendis pauperibus destinatæ cessarunt, & in deliciarum abusum detortæ, iustis Cœnobiorum Præfectis, quibus diuini cultus conuentúsque sui cura mandabatur, detractę fuerunt. In summa, Scotis iam increbruit consuetudo creandorum Regia nominatione Antistitum,

Pontificiis

Pontificiis nonnunquam codicillis prętexenda ac comprobanda. Quemadmodum Scoticis Annal. perhibetur.

12 EODEM recidit Polonicus sacrati Ordinis Status, ex quo tempore habita sunt Petricouiæ comitia, An. 1463. In iis quippe detecta paucorum ambitione, qui impotentius Cracouiensem expetebant Præsulatum, imminuta est iam inde Ecclesiastica à Sarmatis Regibus auctoritas (de qua prius Æneas Syluius Epistola 288.) liberíque electionum votis tanta vis allata, vt eius leuis vmbra duntaxat penes sacra collegia remanserit, nec sine graui Hierarchię, religioníque iactura. Illic quippe Sennenius quum Episcopatum nactus esset Pōtificis Max. beneficio, repulsam tulit à Casimiro Rege, frequenti tum Polonico Senatu: Vnde illo cedente, Gruscinius statim ad id muneris ascitus successorem sibi designauit Lutecum Brezium, apud Sarmatas Iuris Propræfectum. Exhíncque solutus sensim Ecclesiasticæ disciplinæ neruus deploratur à Chromero Hist. Polon. lib. 5. In Bohemia pariter ingens orta est De pontifice legendo contentio Vladislai Principis cum Clero Pragensi. Sub annum 1198. Princeps enim Danieli sacellano aulico Pragensis Episcopatus fasces detulit pro arbitratu. Sed quum Pragenses Sacerdotes eū agnoscere recusarent, vt pote nondum ab Ecclesia cooptatum liberis Comitiorum sententiis, eo tandem adacti sunt, vt cōmuni suffragatione, & adumbrata quadam priscarum electionum specie Danielem assumerent ad Pragen-

Anno 1457. scripsit Æneas Syl. ad Casimirum Sarmatiæ Regem, se Varimēsium Canonicorū in Glogonia maiori, electione vocatum fuisse ad Varimensium Pontificatum, & Apostol. cōfirmatū iudicio. Hoc tātum petijt à Rege, vt per eum sibi liceret Episcopatus possessionē vicaria procuratoris opera adipisci. Epist. 288. In Lib. Epist.

Lutecus Brezius Procancellarius Regni Polonici.

sem Bohemiæ pontificatum. Vt refert Dubrauius Olomuzensis Bohemicæ Hist. Lib. 14.

A GERMANIS tamen haud explosa vtique 15 electionum solemnia, sed iis constricta legibus, vt auctore Cæsare, ineatur à suffragatoribus electio: semel deinde facta, Imperatoriis auspiciis confirmetur. Vt Suggerius memorat, Dionysianus Cœnobiarcha, in Ludouici 6. & 7. Rebus gestis, quæ nondum certè Typographicis operis vulgatæ sunt, sed quibus identidem interfuisse se Suggerius ἀυτόγραφο testatur. Quum enim ipsius ætate Pascalis Rom. Pont. migrasset in Gallias, iis apud eum verbis fertur egisse Treuirorum Archipræsul Cæsareæ Legationis princeps. *Temporibus anteceſſorum nostrorum, sanctorum, & Apostolicorum virorum Magni Gregorij, & aliorum hoc ad ius Imperij pertinere dignoscitur, vt in omni electione hic ordo seruetur, antequam electio in palam proferatur, ad aures Domini Imperatoris perferre, & si personam deceat, assensum ab eo antè factam electionem assumere, deinde in conuentu secundum canones, petitione populi, electione Cleri, assensu honoratoris proferre consecratum liberè nec symoniacè ad Dominum Imp. pro Regalibus, vt annulo & virga inuestiatur, redire, fidelitatem & hominium facere. Nec mirum: etenim Ciuitates, castella, marchias, telonea, & quæque Imperatoriæ dignitatis nullo modo aliter debere occupare.* Nec tamen æqua Pontifici visa est talis electionum formula, Legatis extemplo ita respondenti. *Ecclesiam pretioso Iesu Christi sanguine redemptam & liberam constitutam nullo modo iterato ancillari oportere, si Ecclesia eo inconsul-*

Suggerius Abbas sani Dionysiani, ad quem D. Bernardi extant Epistolæ. 78. 222. & 266.

Treuirensis Archiepiscopi Oratio ad Pontificem Summum nomine Germanici Augusti.

to Prælatum eligere non possit, cassata Christi morte, ei seruiliter subiacere: si virga & anulo inuestiatur, cùm ad altaria eiusmodi pertineant, contra Deum ipsum vsurpare: si sacratas Dominico corpori & sanguini manus, laici manibus gladio sanguinolentis obligando supponant, ordini suo & sacræ vnctioni derogare. Nihilo secius ab inuito Paschale extorsit postea Hēricus 5. Imp. priuilegium dicam an prauilegium, Episcopos Cœnobiorúmque primores sacra induendi Vestitura. Vt ait Crantzius in Metropoli, ceu Ecclesiastica Saxonum Histo. lib. 6. cap. 10. De Paderburnensi Episcopatu, cuius in templo maiore Decano rescribit Innocentius. 3. cap. Cum dilecta De confirmat. vtil. vel inut. Quanquam ius illud sicuti vi expressum est, ita denuo à Pōtifice Germanis Augustis ademptum fuit, pristinámque in causam reuocatum. Auctore ibidem Crantzio. Cuius rei fidem augent innumera sacrarum cooptationum exempla apud Gasparem Bruschium, in Epitome Germanic. Episcopatuum, quibus vacantibus prerogatiua vota sacrorum Collegiorum designarunt successores: Tum apud Alber. Crantzium De Saxonica Ecclesia, Tritemium, & Vrspergensem cœnobiarchas, quorum sparsim Chronici libri in eruditorū manibus versantur. Dempto hoc vno, quòd Germani Cæsares supremum calculum addunt electionibus: qualem adscripsit Erricus Augus. Iaromyrio Pragensium Hierarchæ. Circa annum 1070. Vt narrat Dubrauius Antistes Olomucensis, Bohemicæ Hist. lib. 8. Nec diuersum ab Ænea Pio

Vide Tritemiū & Vrspergensem Abbates historiographos.

De Imperiali Sacrarum electionum cōfirmatione.

Universidad de Deusto Biblioteca

Bohemici Annales Dubrauij Olomucensis Episcopi.

scriptum est An. 1453. in Epist. 148. De Patauiensi Pontifice solemnibus suffragiis cooptato, sed quem iratus Fridericus Imp. comprobare abnuerat. Per hunc modum refert alio loco Æneas, ei vni cessurum Frisingensem Præsulatum, cuius electioni Romanus Princeps auctoritatem interposuisset. Epist. 56. Quinetiam Seuerino P.P. cõfirmatum tradunt sacri Imperij fastigium ab Isatio totius Italię Exarchiam obtinẽte. Plura à nobis de Cæsarea hac sacrorum Magistratuum confirmatione repetes ex nostris monumentis, De Domanio Franciæ, Tit. De Regia ad Ecclesiasticas præfecturas nominatione. Quum mihi vsquequaque religio sit, alibi discussa vel à meipso, vel ab huius ætatis scriptoribus, refricare.

Seuerin⁹ Papa.

LATINO Imperio frustrà Græcum subiunxeris, cuius Principes, quod Ecclesiasticas obuio cuique functiones mandarent pro libidine, luerunt violatæ sacræ Politiæ pœnas, Thracio demũ Diademate cum vita mulctati. Nam & ipsi in publicas leges referre non erubuerũt priuatam profanámque sacrarum dignitatum largitionem, quã impiè sibi, nedum ineptè arrogabant. Id planum facit Nicephori Phocæ constitutio, cui leues quidam ac verè Græculi Pontifices subscripsere, ne Cæsaris iniussu vllus crearetur Episcopus, summisso etiam Aulico dispensatore, qui simul ac Præsul exisset è vita, definitos sumptus faceret, residuos verò sacrarum facultatum reditus in Fiscum inferret. Apertiùs adhuc polluta Sacra magnæ matris Ecclesiæ ab Alexio Comneno Imp. graui

Græci Augusti, Episcopatuũ collationem sui iuris fecere.

graui Edicto, sibi vni licere pontificalem thronum concedere Ecclesiis, ac præsulatus, vel archipræsulatus Metropoleon titulis adaugere. Cuiusmodi Byzantiorum Cæsarum leges extant, à Theodoro Balsamone digestæ, cuius Græcũ volumen Antiocheni Patriarchæ inscribitur Τοῦ Ανατολικοῦ Νομίμου Βιβλία Γ. Id est, iuris Orientalis liber triplex. Sed & Nicephori edictum fusiùs recitans Zonaras Ὁ βασιλεὺς (inquit) ἀφορμῆς ἐκ τούτου δραξάμενος, εἰς οἰκείαν ἐξουσίαν τὸ πᾶν τῆς τῶν ἐπισκόπων μετήνεγκε, προχειρίσεως, μηδένα κελεύσας γνώμης ἄτερ αὐτοῦ εἰς ἐκκλησίαν οἵαν δή τινα στέλλεσθαι· ἀλλὰ κἂν ἐτεθνήκει ἐπίσκοπος βασιλικὸν ὑπηρέτην εἰς τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν ἐξέπεμπε, καὶ γλίσχρως παρ' ἐκείνου τῶν ἀναγκαίων γινομένων ἀνάλωμα τῶν αὐτὸς ὠκειοῦτο τὰ περιττεύοντα. Annalium Tomo 3. Quæ cogitanti mihi subit ex aduerso heu pietas, heu prisca fides Constantini, ac Irenes matris Augustę, qui Tharasium Patriarcham electum in totius populi conspectum eduxerunt, libera omnibus potestate facta illum criminandi, vt innocẽtia se reus purgare cogeretur. Quemadmodum ex eorum Epistola ad Nicenam 2. synodum liquet, Annos ab Orbe redempto circiter octingentos.

Huius Græci Codicis Latinus Interpres Enimundus Bonefidius Iurecõs.

Græca hæc ita Latinis exprimuntur: Imperator ex hoc sumpta occasione, & omni auctoritate designandi Episcopos sibi vendicata, edixit, ne quisquam iniussu suo in vllam Ecclesiã mitteretur. Mortuo Igitur Episcopo, ex ministris suis in ecclesiam vacãtem mittebat aliquem, quo sumptus necessarios parcè fafaciente, ipse reliqua sibi vsurpabat.

15 SATIS de exterorum Politia Ecclesiastica, quæ reprehendi magis quàm corrigi possit. Nunc Franciam repetẽs gratulor Patriæ religiosiùs paulo tractanti Ecclesiastica munera, nec à semitis Patrum, tritísque electionum vestigiis omnino discedenti. Receptum quippe audimus in primatibus monasticis ordinis Grandimontani, vt

Regularium conuentuum Prælaturæ, seu Prioratus conuentuales.

Abbæ, Regularísque arbitrio cœtus distribuantur etiamnum quatuor primum vacuæ monasticorum conuẽtuum præfecturæ, ex qua die nouus Antistes Cœnobio præpositus sit Grandimontensi: Pro auspicato nempe Abbatis in sacram prouinciam ingressu, quem nostri homines iocundum aduentum appellant. Vsqueadeo, vt nec Gallus Princeps in ea Sacerdotia vtatur nominatione, nec Pontifex Regiæ nominationis probatorio diplomate. Tales itaque prioratus eligendo conferuntur à Cœnobiarchis, ex prisco monastici huius Ordinis instituto. Id quod variis Placitis Prætoriani senatus decretum est, secundum Francis. Neuuillam, Antistitem Grandimontanum, tricenos abhinc annos. Tametsi Romanus Pont. illic Principali nominationi suam adiunxisset auctoritatem, Regiúmque ius collatoriis prioratuum literis adprobasset. Præclaro certè Iohannis 22. rescripto electiui habentur primatus Conuentuales Grandimontani, cautúmque, sacro Conuentu eligere cunctante intra mẽstruum spatium, Grandimontis deinceps PRÆFECTOS, cui collibuerit, PRIORATUM donaturos, An. 1317. Hisdémque PONTIFICIIS tabulis recensentur vetustiores Clementis 5. ac Innocentij 4. codicilli De ordine Grandimontensi, & in vniuersum monasticæ huic familiæ præscriptæ sunt canonicæ Leges pleræque. Ordinis auctorem citat Vincentius Stephanum Stephani lib. 27. & Volater. Anthropol. lib. 21. At Stephani successores cùm Grandimontem occupassent, constituto ibidem regulari

Monastici omnes primatus Grandimõtensis ordinis sunt conuẽtuales, vt vulgo dicunt.

lari Primatu, sacri ordinis capite, Iohannes 22. subuexit Grandimontis PRIORATUM in Cœnobiarchiam, & illius Sacerdotia in sacros Primatus regulares, aut in cellulas monasterio annexas. Vt patet ex Pontificio Iohannis diplomate supradicto, quod nos haud semel tenuimus prę manibus, quũ Abbati pridem forense nostrum patrocinium accommodaremus. Suffragiorum item latione deligũtur monastici aliorum ordinum Præfecti nõnulli, quibus speciale hoc fuit comitiorum ius quondam attributum. Nam Ludouicus 9. Rex monasticam Ædem condidit in Syluanectensi vrbe, D. Mauritio sacram, eiúsque sociis: cuius legi fundationis adscriptum erat, ne quis alius monasticis suffragiis assumeretur ad regularis huiusce Conuentus præfecturam, quàm ex eodem cœtu Collega, & rubro indutus amictu, cœnobitis præscripto, celebrandæque Martyrum memoriæ destinato. Succedente tempore, PRÆFECTUS sacri primatus eundem eiurauit in certi successoris gratiam, qui exinde Pontificiis codicillis admittendam curauit eiurationem regularis sacerdotij. Interim monastici conuentus calculis defertur sacer primatus Fr. N. Cormelio cœnobitæ. Pontificis beneficiarius electionem oppugnat, appellato Senatu abusus nomine. An. 1520. Haud malè quidem prouocationi quæsitus color videbatur, quod cedentis sacerdotio successor receptus fuisset à Pontif. Maximo, & Regiæ manus, quæ sacerdotij fundis iniecta fuerat, mox tollendæ diploma impetrasset. Electus, contrà, defen-

D. Ludouicus Galliar. rex fũdator Prioratus D. Mauritij Senlstensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere, Pontificis candidatum Regia ipsa fundationis lege excludi monastico primatu: quippe qui nec regularis vitæ sacra instituta professus esset, nec rubræ vestis cultum atque insignia gestaret, eius Cellulæ monachis præstituta. Huic forensi actioni Lizetus interuenit pro munere publico fiscalíque aduocatione, obtestatur gratiosam huiusce Sacerdotij cessionem sibi non probari: postulauit demum, vt auctore Senatu, superioris monasterij Antistes labentis eiusdem Ecclesiæ reformationem aggrederetur. Conscripti Patr. de prouocationis negotio censuerunt maturiùs deliberãdum, iusso interea Caroliloci Cœnobiarcha, cui in sacra potestate contribuitur Mauritianus Prioratus, Vicarios duos præficere monastici huius conuentus emendationi: Adiectúmque est ab Ordine Ampliss. res spiritales monasticæ Cellulæ, à sacris duobus Ministris, prophanas à plebeiis totidem procuratum iri. Decreto Curiæ 17. Calend. Ianuar. An. 1521. Poyeto, appellantis Pontificij, & Vilmoreo, competitoris electi causam agentibus.

De reformatione Prioratus S. Mauritij Senlitensis.

S. C. Die 16. Decembr.

QVÆ apud me ipse voluens, vt non dubito successoris nominationem in Sacerdotiis fuisse antiquitùs iustæ adæquatam electioni: ita puto mehercle ætatum progressu deprauatam, muniisse viam Syoni in sanguinibus ædificandę, Deíque sanctuariis hæreditate possidendis. Sicuti Regius Psaltes indicat Psal. 81. & Habac. 2. Vaticinium, cum Rescripto Alexandri 3. Ad hæc De Decimis cap. Consuluit. De Iure patrona. Planè fœlici

Antiquus mos sacerdotum in adoptando sibi certo successore in sacerdotium quatenus probatus fuerit ac receptus.

fœlici illo primorum Christianorum seculo Sacerdos fere quisque sibi adoptabat successorem, non fraude, non affectione domestica, non carne, sed occulto Numinis iudicio, spirantéque cœlestis Patris instinctu. Sic Theotecnus Cæsareæ Palestinæ Episcopus Anatolio manus ad Episcopatum imposuit, philosopho ac Theologo laudatissimo, successorémque sibi eum in pontificalem sedem destinauit. Auctore Eusebio Sacræ Hist. lib. 7. cap. 32. & Nicephoro lib. 6. cap. 36. Quo etiam modo Alexander Alexandriæ præsul, cùm moreretur, successorem diuini arbitrij calculo reliquit Athanasium, vt tradit Sozomenus lib. 2. cap. 17. Ex Apollinaris Syri testimonio. Athanasio rursus in Cathedram Petrus successit, eius primùm suffragio huc allectus, sed quod ratum habuerunt prouinciæ Episcopi, Clerus, Magistratus, viri primarij, & Pop. vniuersus. Apud Theodoritum lib. 4. cap. 20. & Nicephorum lib. 11. cap. 26. Ad hæc, Bizantiorum Antistes Alexander fato proximus, in locum suum purè substituit neminem: hoc tamen, quibus id competebat, suasit è duobus quos nominaret, vnum cooptarent. Rogantibus enim Clericis, cui sacrum Solium, extincto eo, committendum foret, respondit, Paulum habetis presbyterum, virum in rebus diuinis probatum, & ad dicendum instructum: Sin mallent rebus gerendis aptum, & Principum, Magistratuúmque consuetudini accommodatum, in iis præcellebat Diaconus Macedonius ætate prouectior. Morte autem absumpto

designatore, maior super designatis turba atque contentio, Homousianis Paulum, Arrianis Macedonium petentibus. Ex Socrate lib. 2. cap. 6. Sozomeno lib. & cap. 3. Nicephoro lib. 9. cap. 4. Similis in Memphitica regione motus auctor fuit Melitus Alexandriæ decedens, Iohanne quodam ex familiaribus, præter Nicenæ Synodi præscripta, in ministerium suum subrogato. Vti à Socrate perhibetur lib. 2. cap. 21. Hierosolymæ Macarius metuens, ne Arriani, se mortuo, Sedem alicui ex suis eam concederent, Maximum ei successorem præfecit, virum optimum, eiusdémque in fide secum sententiæ. Pœnitentia itaque ductus, quod Diospoleos hunc creasset Episcopum, de successore sollicitus egit sedulò, vt eum Solymæ vrbis ciues detinerent, vnà secum Sacerdotio functurum, eóque sublato è viuis, sufficiendum. Agelius pariter cætera bonus, nisi quòd Nouatianus & Nouatianorum Antistes, Sisinium presbyterum instituit Cathedræ suæ successorem. Id plebi improbanti, & Martianum potius subrogandum fuisse censenti vt gratificaretur, hunc quoque, priore posthabito, Episcopum ordinauit, & ingressus sic ad populum retulit, Marcianum ab obitu meo, & post Martianum, Sisinium Præsules habebitis. Tripart. Histor. lib. 9. cap. 36. Socrat. lib. 5. cap. 21. Adde eiusdem factionis episcopum Paulum, qui migraturus ad Superos, vocatis Clericis dixit, pontificem se viuo deligendum vti cogitarent, & illis electionem deferentibus, scribite (ait) vos quem decreuero, cooptaturos:

ptaturos: Quibus scribentibus Marciani presbyteri nomen adscripsit & signauit, iussítque subscribere presbyteris: Chartam apud Marcum itidem deposuit, Nouatianorum Episcopum, ita fatus. Si vixero, mihi redde, sin abiero, hic inuenietis, quis debeat ordinari. Die igitur post obitum tertio resignata tabella, quum inuenissent Martiani nomen, electionem collaudarũt, ac protinus dolo bono vsi, illum manu prehensum deduxerunt in thronum Ecclesiæ, & Præfectum sacrorum ordinarunt. Tripart. lib. 12. cap. 14. & Socrat. lib. 7. cap. 48. Nicephor. lib. 14. cap. 41.

Aduerte hic successoris designationẽ velut hæreditariam, & vti videtur cum regressu, quem vocant, cessionem: cuius nullam in Iudicijs Gallicis habitũ iri rationem sãxit Francus rex Edicto Aurelianen. Art. 22.

VT A Græcis ad Latinos veniamus, constat Augustinum Valerio, Eradium Augustino designantibus successisse in pontificatum. Tradit enim & ipse Augustinus, Eradium à se viuo adiutorem adscitum, & successorem in Episcopale munus se relicturum. In Epist. 110. Talem Plebi, & Sacerdotio Thessalonicensi Ambrosius gratulatur, Acholio Pręsuli Anysium discipulum communi omnium plausu successisse. Epist. 59. 60. Et hîc successorem obserua à moribundo sene designatum, imò comministrum diu probatum antea, & tunc Plebi, Cleróque acceptissimum. Deinceps verò, cum sacra officia sanguini cœpissent deferri, non vitæ, & tales quisque præsulatuũ velut hæredes nuncuparet, qui docẽdi magis quàm docturi essent, huiusmodi successio sanctis Canonibus vetita est: Inita ratione, qua reperirentur Christi Principis famuli ea integritate vitæ, vt Plebis vtilitati studerent, non suæ, nec augendis

Universidad de Deusto
Biblioteca

opibus inhiarent. Id quod passim memorat Gratianus. Can. Qui in aliquo 51. distinct. cano. Petisti 7. quæst. 1. & 8. quæst. 1. in prin. Antiocheni Concilij can. 23. sub Iulio 1. P. P. qui idem Martini Bracarensis 8. sic habet, Episcopo morti vicino non licere successorem sibi constituere. Huc alludit Romanæ Synodi, Hilario Pontifice, Canon vltimus, noua & inaudita in Hispaniis vitiorum semina enasci: sacrorum præfecturam, quæ non nisi lectissimis viris debetur, hæreditarium compendium, non diuinum munus videri quibusdam: Sacerdotium, vt res caducas & mortales, legari, dimitti iure testamentario, fideicommitti: Pleroſque Sacerdotes, imminente fatali hora, in sacram functionem successores præscribere: vt non legitima expectetur censoriáque electio, sed defuncti gratificatio popularis suffragij vicem obtineat. Cùm igitur Nundinarius Barcinonensium Antistes, expleta humanæ conditionis sorte, Irenæum supremæ voluntatis arbitrio, vt in vicem suam substitueretur, optauisset, applaudenti Clero, & prouincialibus hanc quasi testamentariam substitutionem cupientibus comprobari, respondit Summus Pontifex, Barcinonis alium de Clero proprio legendum Episcopum, quàm Irenæum, ne Sacræ Dignitatis apex hæreditarium ius putetur, quod sola Dei Opt. Max. benignitate erogatur. Huius rescripti fragmentum extat. 7. quæst. 1. cano. Remoto. Vnde Canonicas hasce regulas diu seruauit Gallica Ecclesia in maiorum ordinum Sacerdotiis, quæ verè electiuè existunt, vtpote Hierarchicæ Dignitates superioris Præsulis confirmationi obnoxiæ. Iam verò piis huiusmodi electionibus derogatum quidem est Pactitia Lege Bononiensi, de qua suprà, non omnes tamen eæ idcirco abrogatæ. Monastici enim primatus almæ Triadi sacri eximuntur Regię nominationi ad Ecclesiasticas prę-
fecturas, singulari Principum nostrorum diplomate. Mense Martio an. 1559. quod Prætoriano Consilio probatum est pridie Calēd. Maias 1560. Atque obiter ex hoc annorum numero restitue mendosum locum libri 2. De Domanio Francię, in annotando istius Rescripti die ac Consule. Tit. de Regia ad Sacras præfecturas nominat. Artic. 11. vt Calcographis procliue est in numerali charactere labi. Reliqua de electione Ministrorum Sanctæ Triadis excussimus eod. Lib. ac Tit. De Domanio.

Sparsim hæc, Sacra Ministeria dicuntur Ordinis Sanctæ Trinitatis pro redemptione captiuorum. Placitum magni Consilij die 30. Aprilis.

17 DENIQVE magna me spes tenet fore, vt Electiones Francicis generatim Ecclesiis restituantur postliminio. Siue quòd Aurelianen. Edicto instaurata sit Basilienſium Decretorum auctoritas Bononiensi Pactione labefactata, seu quòd prisca Reipub. Ecclesiasticæ fœlicitas, repetitis veterum moribus, possit ad hæc quoque secula reuocari. Voluamus igitur solemnes tot Episcoporum nostratium electiones in Rhemensi Flodoardi Historia, diuino afflatas Numine, quas Regia pariter Maiestas temporum illorum obnixè tuebatur. Ea de causa scribit ille, in Rhemensibus Ecclesiæ Comitiis, quibus Nouiomensis

Regia constitutio Aurelianensis An. 1560. Art. 1.

Plinius ait Romanos, Gentilium deorum Sacerdotes certo die solitos nominare, quos dignissimos Sacerdotio iudicabant. Epist. Lib. 2. Epist. 1.

Episcopi cooptatio agitabatur, fuisse constitutum, vt Hugo Abba Ludouicum & Carlomanum
" Reges hortaretur, quatenus voluntatem Dei &
" antecessorum suorum consuetudinem hac in par-
" te conseruarent. Quibus Flodoarti verbis quo minus adest elegantiæ, tanto plus subest energię, Rhemens. Hist. lib. 4. Rursus coacto Rhemis Synodico conuentu, nihil antiquius visum in emendandis Cleri moribus, quàm perpetua lege sanciri Ecclesiasticas electiones, hoc modo. *Item vt decedente Episcopo, in locum eius non alius subrogetur, nisi loci illius indigena, quem vniuersale & totius Pop. elegerit votum, aut comprouincialium voluntas assenserit: Aliter qui præsumpserit, abiiciatur à sede, quam inuasit potiùs quàm accepit.* Hinc Gallicæ Ecclesiæ Synodo præsedit Somnatius Rhemorum pontifex, assidentibus Magnebodo, Andium, Chadoindo, Cenomanorum, & quadragenis aliis Gallię Præsulibus. Sicuti à Flodoarto enarratur, Rhemensis Hist. lib. 2. cap. 5. Cuiusmodi ex sanctarum electionum tractatu prodiere insignia Ecclesiæ lumina, gregis Christiani Pastores pietate iuxta ac eruditione cumulati: Talem Fortunatus Iginium depingit, Rhemorum Antistitem, hoc Carmine manu scripto.

Reformando Clero apprimè vtilis Sacrarũ Electionum obseruatio.

Synodicus Canon.

Fortunatus Rauẽnas Pictauorum Episcopus vixit sub Iustino iuniore Imp. Circa Annum 580.

Nil lupus insidiis cauto subducit ouili,
Te Pastore sacro peruigilante gregem:
Pontificis studio correctio plebis haberis,
Ne tenebræ noceant, semita lucis ades.

VNVM nobis supereſt, tantæ Maiorum Politeæ hæredibus, ne à solemni ipsorum ritu, sacráque ele- 18

que electionum disciplina recedamus posthac: Quam Reges nostri quandiu retinuerint, Orthodoxæ pietatis neruum, tandiu & Religionem Regno, & ita Coronam capiti suo hæsuram prædixit Clodoueo D. Rhemigius Rhemorum Archipręsul oraculo testamentario, quod à moriente editum, non tam humano iudicio, quàm cœlesti cuidam vaticinio adscribere debemus. Alioqui verendum dehinc, ne

D. Remigius Rhemorũ Archiepiscopus.

Tandem poscatur ab ipso
Principe, non tantum rerum quas gesserit ipse,
Subtilis ratio, verùm & quas gesserit olim
Improbus aut Iudex, aut praua mente Sacerdos:
Ille miser pœnas alieni criminis, imò
Exoluet proprij, qui non prouiderit antè,
Quos, quibus immeritos viuens mandaret honores:
Quósue minùs dignos sacris præponeret aris.

TITVLVS 3.

DE PONTIFICIA QVALITATVM Sacerdotij derogatione.

1. *Beneficiorum qualitas, conditióque in collationibus spectanda.*
2. 3. *Sic Cenomanæ Ecclesiæ semipræbendis certæ adscriptæ qualitates.*
4. 5. *Andegauensis itidem Collegij semipræbendis seu Corbicularijs.*
6. *Collegia Canonicorum olim monastica, vt plurimum, addicta professioni.*
7. *Quædam Francicarum Ecclesiarum Capitula in secularem statum commutata.*
8. *De Carnutensis Ecclesiæ sacerdotijs non nisi debitè qualificato conferendis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

9. *Mandatarij Apostolici seruandis etiam Sacerdotij qualitatibus adstricti.*
10. *Anglicorum Beneficiorum vindices patronique Angli Reges.*
11. 12. *Beneficia semel affecta perpetuò manent affecta, nisi ius antea alteri quæsitum sit.*
13.14.15. *Arestum Curiæ de huiusmodi Beneficiis affectis in Ecclesia Lingonensi.*
16. *De Sacellis quibusdam in templo D. Germani Altisiodor. apud Parisienses,*
17. *De Senonum Ecclesia.*
18. *An in talibus Beneficiis affectis locum habeat nominatio Vniuersitatum.*
De æqualitate præbendarum variis Curiæ Arestis constituta.

Communia vtriusq; generis Sacerdotiorum, siue electiua sint, siue collatiua: quorum Pontificia donatio vel Capituli electione adiudicatio, si qualitatum beneficij derogatoria sit, rescinditur à Senatu, interposita velut ex abusu prouocatione.

HABETIS DVPLEX Sacerdotiorum genus, quæ electione Clericis conceduntur. Vnum purè electiuũ, cui maioris Antistitis accedit confirmatio: Mixtum alterum, cuius plenam absolutámque electio inducit collationem. De quibus singulis distinctè superioribus Titulis actum est. Nunc externæ vtriusuis qualitates subiungendæ, quæ speciatim Ecclesiastici Beneficij adscribuntur fundationi: Ne liceat vtiq; suffraganti Collegio, summóve Pontifici, templi Sacerdotem constituere, nisi iis præditum qualitatibus, animíque dotibus fultum, quas ipsi primitùs Sacri fani conditor indixerit. Quo nomine etiam D. Bernardus Campanum Comitem monuit, Theobaldum sacrarum Campaniæ ædium fundatorem, ne aliis Ecclesiasticas mandari sineret functiones, quàm qui eas dignè ac pro Numinis 1

Numinis voto administrare vellent & possent. Epist. 271.

2 VERBI causa, in Sodalitiis Ecclesiasticis (quę Capitula vocamus) existunt Sacra aliquot Ministeria, vulgò Semipræbendæ, aut Vicariæ, symphoniacis eiusdem collegij olim pueris destinatæ, velut subsidio quodam militiæque sacræ supplemento: Ne diuinus cultus decrementum reciperet, antea prope neglectus, aut à paucis defunctoriè celebratus, multis absentibus Canonicis, aliis senio confectis, aliis morbo præpeditis. Nam tempora si fastósque velis euoluere rerum Ecclesiasticarum Galliæ, constitutas reperies ab Episcopali Cenomanorum Collegio semipræbendas binas, seu quas Præbendas seruas nominant. 16. kal. Ianuar. an. 1394: Cum hac adiectione, vt tales beneficiarij priùs ad sacrum Presbyterij ordinem promouerentur, omnibus dehinc horis interessent choro, sacrâ peragerent solemnia, hymnos etiam diu noctúque in Superos concinerent. Cuiusmodi præbendorum institutio, seu annonarum spiritalium probata est Benedicto 13. Rom. Pontifici, in hanc sententiam, *Ordinamus, quod dictæ semipræbendæ per aliquos obtineri non possint, nisi in dicto sacerdotio constituti existant: & quòd ipsarum præbendarum collatio & institutio ad Episcopum Cenomanensem, & ad Decanum & Capitulum pertineat præsentatio.* Auenione, Pontificatus anno 1. Nec ita multò post decretæ ab eodem Sacerdotum cœtu Cathedrali duę aliæ semiprębendæ, Eugenij 4. auspiciis, Pontif. Maximi,

Die 17. Decēb. An. 1394.

Carolus Mag. Galliarum Ecclesias à Pipino patre, Romano concentu modulísque decoratas præcipuarũ serie lectionũ insigniuit: Quas Paulus Diaconus Magni cliens è Patrum Catholicorum scriptis decerptas cuique in singulos annos festiuitati accommodãs duplici volum. Principi obtulerat.

cuius comprobatorio diplomati inſeritur hæc Clauſula. *Quam præbendam ita diuiſam in duas ſemipræbendas ſub quibuſuis gratiis expectatiuis, Apoſtolicis prouiſionibus, & diſpoſitionibus nullatenus comprehendi aut cadere poſſe decernimus.* 6. Calend. Iunij An. 1436.

Apoſtolica Bulla 27. Die Maij.

ITAQVE ex facto proponebatur in Senatu, 3
nûm tales ſemiprębendæ conferri in alios poſſent vel ab ipſo quidem Rom. Sed. Antiſtite, quàm ea morum ratione inſtructos, quæ fundationis lege præſcriberetur. De eo interlocuta eſt Curia Pariſien. ex fundatorum voto, priùs inquirẽdum de capacitate Pontificij Cãdidati, ſacríque cantus peritia in huiuſmodi beneficiariis requiſita. Sunt enim hi, operariorum inſtar, à Canonicis adſciti ad Cenomanæ Eccleſiæ miniſterium, quaſíque huic adſcripti glebæ, vt fiduciaria Canonicorum opera rem diuinã in Templis exequerentur. Quales memorat Innocentius 3. nonnullos Iotrenſis templi Meldorum ſacerdotes. cap. Dilecta. De Exceſſ. prælat. Habita demũ inquiſitione à ſacrificulis ſacelli Palatini, qui Pontificium, Eccleſiaſtici muneris capacem eſſe retulerunt, ſacerdotiũ eidem addixit Ordo Ampliſſ. Placito 4. Calend. Decembres An. 1573. Alioquin beneficiarij huiuſce incapacitate perſpecta, Senatus contra eum pronuntiaſſet, tametſi à Pontifice fundationis legibus ſolutum, veniáque ab illo & gratia Canonum impetrata: quum & Cenomani illius principis Collegij fundationem ſeruandam reſcripſerit Innocentius 3. Decano & Capitulo Cenomanenſi, Cap.

S. conſultum de Cenomana ſemipræbenda inter Boutieriũ & Rocherium cõpetitores. Die 28. Nouemb.

ſi. Cap. Cùm inter vos ex vna parte, & Canonicos S. Petri de Curia. De Conſuet. Lectiſſimos demum Cenomanæ Eccleſiæ Præſides emicuiſſe palam arguunt pij Hildeberti Verſus, Cenomani quondam Epiſcopi, (De myſterio Miſſæ,) qui etiamdum paſſim lectitantur.

4 EO MODO intelligendum Curiæ Decretum De Semipræbendis matricis Andium Eccleſiæ; quum nos, Actione forenſi, pro ſacro Andenſi Sodalitio diceremus in Senatu, rectè prouocatum abuſus nomine à Pontificiis codicillis eiuſce Sacerdotij erogatoriis, adiecta iiſdem profanarum fundationum, ac Statutorum derogatoria clauſula. Maius quippe Andium delubrum à Carolo Mag. extructum fuiſſe, nec tenui cenſuum dote cumulatum, hac Regiæ munificentiæ Formula nobis exhibita à Canonicis ſummi templi Mauritiani. *Carolus &c. Mauriolus Epiſcopus Andegauenſium Ciuitatis, qui monaſterio S. Stephani, quod eſt ſub vrbe ipſius Ciuitatis prope murum conſtructum, præeſt, nobis ſuggeſſit, vt quod anteceſſores Reges ipſi monaſteriolo ad ipſius lumen Eccleſiæ S. Mauritij conceſſerunt, & nos modò per mercedis noſtræ augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, vt in locella illa ipſius monaſterij, in quibuſcunque pagis vel territoriis libet ea videtur habere, nullus Iudex publicus, nec ad cauſas audiendum, nec ad infrandas nec freda exigendum, nec hoſtilitates nec manſiones aut paratas faciendas, nec vllas redibutiones requirendum, nec quæ fiſci à longo tempore fuit conſuetudo, exactandum, pro noſtro augmento ſub diuinitatis nomine in luminaribus S. Mauricij glorioſi*

Semipræbẽdas iſtas Andegauui vocant corbicularias, & qui eas obtinẽt, Corbicularios ſeu Corbelerios, maiores nempe Eccleſiæ Sacellanos.

Tabulæ fundationis Mauritiani Andegauorum fani, quarum mihi à Capitulo facta eſt copia, licet mendoſo aliquantulum, corruptóq; exẽplari.

Percelebrē quoque D. Mauritio Aedem sacrarunt Allobroges, Octoduri Veragrorum, quod hodie S. Mauritij oppidū dicitur.

martyris cōcedere deberemus. Quod ita & fecimus. Quapropter decernimus & iubemus, vt nec nos, nec iuniores nostri, nec successores eorum, nec quilibet de partibus iudicum Fisci nostri in quibscunque pagis ac territoriis, quæ ipsa cella S. Stephani locella tenere videtur, nec infrandas, nec freda exigendum, nec hostilitates nec mansiones nec paratás faciendum, nec vllas redibutiones requirendas ei, nec ad iuniores suos exactare, nec offerre penitus requiratur, & pro mercedis nostræ augmento in luminaribus ipsius S. Mauritij sub diuinitatis nomine, vbi ipse Mauriolus Episcopus custos esse videtur, proficiat in augmentū &c. Mense Martio Anno 2. Regni. Hinc consequens esse intendebam, Mauritianos Andium Canonicatus eoúsque patronali Regū munere datos fuisse, quoad Principes conferendi Sacerdotij ius Decano Collegij transcripserunt. Quod historica Epistola proditum est Honorij 3. cap. Dilectus 3. de Præben. Atqui profani Patroni auctoritas, nedum Regij, à Pontifice Rom. subuerti nō debet. Quin & Princeps ipse Regaliorum legibus conferēs beneficium Ecclesiasticum, tenetur eiusdem qualitatem sequi, fundationis tabulis indictam. Ex priuilegio Regaliorum apud Ruzæum vndequinquagesimo. Quibus consentanea est Clementis 5. Constitutio 1. De supplen. neglig. Prælat. Panormit. expressim In cap. Ne pro defectu & cap. Cùm in magistrum. De Elect. §. Item quod vniuersitates. De Collat. in Prag. Sanct. Multo minùs igitur priuato cuique abuti liceat Pontificiis rescriptis in neglectum pernicièmque Ecclesiastici Andensium Canonicorum

Statuti,

Statuti, quo decretæ primū fuerunt quatuor illæ spiritales annonæ, ceu semipræbendæ. An. 1366. Confirmatæ denuo authenticis literis Benedicti 13. Præsulis summi 12. kal. Quintiles Pontificatus An. 11.

Literæ Benedicti 13. PP. Die 20. Iunij.

5 His adiungebam, Reipub. interesse, Statúsque Politici, vt non nisi aptus idoneúsque sacro ministerio in cœtum Ecclesiasticum allegeretur: A quo ritè decentérque diuinus cultus celebraretur pro iure suscepti officij. Decreto Basiliensis conuentus in Tit. Quomodo diuinum officium sit celebrandum, & Tit. Quo quisque tēpore debeat esse in choro. Sunt enim Clericorum gradus, ordinésque distincti in sacro Episcopali Sodalitio, quo Diœcesani Cleri typus repręsentatur: Nec nouum, inferiores Presbyteros chori modulorúmque sacrorum curam gerere, maioribus vicissim suas partes munúsque obeuntibus. Teste D. Hieronymo in Tract. de septem ordinibus Ecclesię. Quod & latiùs explicat Yuo Carnutensis lib. 3. De officiis ordinandorum. Ne istic omittam Isidorum Hispalensem antistitem, in Epistola ad Ludifredum. Can. Perlectis 25. distinct. Nota sunt enim antiquiora illa Mediolanensis instituta Ecclesiæ, vt Dauidicum carmen, sacríque hymni canerentur à Templorum ministris, ex vsu orientalis Cleri: Quem ad nos traductum publicarum precationum morem æmulatæ sunt reliquæ propemodum Orbis Ecclesiæ: Vt narrat Augustinus Confessionum lib. 9. Neque enim his subtexere necesse est, quæ posterius à Rupert-

Cathedralis, seu matricis Ecclesiæ collegiū dicitur totius Diœceseos concilium & presbyterium. Can. Videntes 12. quæst. 1. can. Placuit, vbi Archydia. Et Can. Episcopi qui 12. quæst. 2.

Ecclesiasticus cantus in summo Insubrum templo institutus, præsente & vidente D. Augustino. Theodoritus tradit Flauia-

nũ & Diodorũ in Ecclesia Antiochena morẽ Dauidicos Psalmos decantandi, in duas partes diuisis canẽtium cœtibus, induxisse. lib. 2. Cap. 24.

Tuitiense monasterium è regione Agrippinæ Coloniæ, in ripa Rheni situm, ordinis Benedictini.

Rituales etiam Hetruscorum libri erãt, apud Festum, in quib⁹ scribebatur, quo ritu aræ, ædésque sacrarentur.

Bulla Martini 5. P.P. Die 21. August. An 1428.

to Tuitiensis cœnobij antistite de Diuinis officiis prodita sunt Libris 12. Proinde auorum memoria, Martinus 5. Pont. lege sanxit, Ecclesiastica illa munia templorum Pontificalium Galliæ nusquam collatum iri in Academiarum alumnos gradibus scholasticis insignes, neque in Romanæ Aulæ candidatos, in aliósue, præterquam sacræ ipsi familiæ addictos à puero, piísque eius cantecis, ac Ritualibus libris informatos. 12. Calend Septemb. An. 1428. hoc modo: *Quod vicariæ perpetuæ institutæ in metropolitanis, cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis in Regno Franciæ & Delphinatu Viennensi consistentibus, quibus incumbit onus officij diuini, necnon Capellaniæ, quarum cuiuslibet fructus 10. librarum Turonens. valorem annuũ non excedunt, exnunc in antea non cadant sub gratiis expectatiuis, nec sub aliqua reseruatione comprehendantur: Sed per locorum ordinarios & alios, ad quos ipsarum collatio pertinet, liberè conferantur.* Quibus in Senatu prolatis ad causæ nostræ defensionem, iusta appellatio à Patribus pronuntiata, vetitúmque, talia Andensis Ecclesiæ Ministeria aliis attribui in posterum, quam symphoniacis pueris Mauritianæ ædis huiusce sacrarum maximæ. S. Consulto 4. Calend. Februarias, An. 1575. Me, Collegij prouocantis ceu ab abusu, & Martino, Pet. Toucheti causidicis. Sacro huic Andium Sodalitio rescribit Innocentius 3. cap. Inter corporalia. De Translat. Episc.

Causa hæc post publicam forensium Patronorum concertationem consilio quidẽ permissa est à Senatu mense Iunio An. 1574. sed paulò pòst supremo iudicio definita 29 Die Ianuar. An. 1575.

EQVIDEM publicè expedit, certa Ecclesiastici officij præcepta, vt Monachis, ita Canonicis quibusque præscribi, Regio auctore vindicéque Magistra-

Magistratu, ad Ciuilem Ecclesiæ Statum commodè gubernandum. Nam & Canonici olim, cucullatorum instar sacerdotum, communem tenebant vitæ victúsque regulam, monastico simul iureiurando constricti. Quo sensu canonicè viuere illi dicuntur à Gregorio in can. Quoniam 12. quæst. 1. Inde Eboracenses quondam Anglorum Canoniæ regulares, Alexandri 3. Rescripto, Auaritiæ De Præben. Tholosanæ item, in Gallia, Lumbanenses, Burdegalenses, Turonum Martinianæ, Auxitanæ, vt testatur Iohannes 22. Pontif. in Extrauag. Saluator, & Extrau. Nuper 2. De Præbend. Tum Alexãder 3. in cap. Præterea. eod. Tit. in Antiq. Et Innocentius 3. idem subindicãs, missa ad Auxitanum præsulem Epistola Quanto. De officio ordinarij. Perbeato enim seculo illo, quemadmodum Sacri Orientalium cœtus votiuam profitebantur D. Basilij regulam: Ita passim D. Benedicti, Occidentales. Cui rei argumento est vel Aquisgranensis sanctorum Patrum consessus, quo Sacri sodales, amictu, mensa, clausträísque communibus vti iubebantur, (quasi publica Pythagoreorũ lege:) quum Ludouicus Pius Romano Orbi imperaret. Quin & Britannorum Rex Eadgarus Pacifius eo impulit Anglicos põtifices, vt in Cathedrales Basilicas, exactis Clericis, monachos sufficerent. An. 970. Vnde D. Ossuualdus Eboracensium Præsul ex Clericis Vvigornienſibus fecit cœnobitas, & vestium cultu mutato, sacrum cucullum induere coëgit. Vt est apud Matthæum Vvestmonasterienſem, qui Bri-

Auxitana Ecclesia metropolitica, olim regularis fuit monastícáque: sed paulò ante nostra tẽpora secularis facta est Pontificio diplomate.

tannicos præsertim annales scitè descripsit, ad Annum vsque 1307.

AST sequenti ætate, horum Collegiorum 7 quamplurima voto exempta sunt monastico, factúmque hinc, vt cæteri Sacri collegæ, quorum haud mutata conditio est, ab illiteratis non simpliciter Canonici, sed Canonici regulares vocarentur, quasi non idem vtraque vox Græcè significaret. Ita centum abhinc annos, monastico solutum est sacramento princeps Sodalitium fani Flori Aruernorum, Pontificiis codicillis Sixti 4. in hæc verba conceptis. *Supplicationibus dicti capituli S. Flori & memorati Regis Ludouici consideratione inclinati ad Dei omnipotentis laudem, gloriosæ virginis Mariæ & S. Flori, cuius dicta Ecclesia dicata est nomini, honorem, auctoritate Apostolica ex certa nostra scientia, in præfata Ecclesia & prioratibus ac membris ab ea quomodolibet dependentibus, ordinem prædictum S. Benedicti penitus supprimimus ac extinguimus, & illius Priorem, Decanum, Camerarium, Cantorem, Sacristam, Eleemosynarium, Infirmarium, Præpositum, & Priorem Montisacuti, aliósque monachos & personas etiam ordinem prædictum expressè professas ab obseruatione regularium statutorum, institutorum, & ordinationum ac diffinitionum dicti ordinis emissorúmque per eos votorum quorumlibet in professione huiusmodi, castitatis, paupertatis & obedientiæ votis substantialibus per eos emissis (quæ in sua volumus firmitate manere) duntaxat exceptis, absoluimus & totaliter liberamus, & ad statum secularium presbyterorum & Canonicorum reducimus ac pro talibus haberi volumus, eísque, vt de cætero re-*

Nostra quoque tempestate Vergiliacense Cœnobiũ in Antisiodorẽ. Diœcesi, quod nostrate lingua dicitur, de Vezelay, traductũ est in secularem collegiatæ Ecclesiæ habitum à Paulo 3. Ecclesiæ Pastore summo. sub An. 1537. Auriliacensis item Aruernorũ Ecclesia, regularis quondam, mutata est in seculare Canonicorũ Collegium: Idem de S. Mauri monastica Aede in agro Parisiẽsi, aliísque non paucis secularium iam Canonicorum sodalitiis.

Fani Flori Aruerniæ meminit Ioh. Gallus quæst. 385. In Arest. Parlam.

tero regularem habitum dicti ordinis gestare, & eiusdem regularia statuta, ordinationes, diffinitiones, ritus, & mores, quoad diuinorum celebrationem, indicta ieiunia, victum & ciborum vsum, ac alia quæcunque obseruare minimè teneantur, sed possint & debeant in habitu, ceremoniis, ritu, moribus, & vita, quoad omnia, secularibus Presbyteris, Canonicis Cathedralium Ecclesiarum partium illarum se conformare, concedimus &c. 8. Idus Ianuar. An. 1476. Nec multo pòst Tutelensis Ecclesiæ Chorus apud Lemouices conuersus est à Leone 10. P. P. in secularem vitæ cultum, sublata Monastici voti professione. An. 1513. Sagiense rursus cathedrale Collegium, à Paulo 3. summo Christianæ Ecclesiæ Sacerdote. An. 1542. Quo de Sagiensi Episcopatu, ac diœcesi Gregorius 9. cap. Rodulphus. De Rescript. secundum Clementem 3. cuius de Sagiensi Archidiacono Rescriptum legitur, Ex insinuatione De Procur. Taceo Maleacense Ecclesiasticum sodalitiũ, Cœnobium quondam à Villelmo conditum Aquitaniæ Duce, sed Pontificali lituo auctum, & monastica lege solutum à Iohanne 22. Præsule Max. Circa Annum 1333. Cuius fundationem Cœnobij scriptam mense Iunio, An. 1003. Sergius 4. P. P. quadriennio pòst comprobarat. Teste Bocheto in Aquitan. rebus gestis. Subdatur huic Lucionensis Pictonum sacra familia, ab eodem illo Iohanne 22. elata in Episcopale fastigium, at regularis vitæ statu ad hanc vsque lucem neutiquam immutato. Quod si addubitet quispiam, nûm Sacri Collegæ fani Quiriaci apud Agendicum

Literæ Pontificiæ Die 6. Ianuar. Ann. 1476.

Tutelensis Ecclesia, antiquitùs simplex Archidiaconatus sacræ Lemouicen. Basilicæ, erecta est in Episcopalem sedẽ à Iohanne 22. Pontif. Alia dicitur Tullẽsis Diœcesis apud Lotharingos, de qua Innocẽtius 3. cap. In nostra De Procurat.

Alia quædam in Pictonibus Cœnobia, hactenus regularia permansere, ac nominatim Boribarti Monasterij Præfecto, Pictauen. Diœcesis, rescripsit Innocentius 3. cap. veniens. De Conuers. coniugat.

Briæ Francicæ fuerint Monasticis olim regulis deuincti, huic, documento erunt solemnes maiorum Tabulæ An. 1160. Quibus Abba & Canonici regulares Ædis Quiriaci, Augustiniani ordinis, translati sunt in Cœnobium eiusdem oppidi, D. Iacobo sacrum: eiúsque translationis executores dati ab Adriano P. P. Hugo Senonum, Theobaldus Parisiorum, & Manasses Aureliorum põtifices.

Priscæ regularis vitæ vestigia multa apparent etiamdum in Ecclesiis collegiatis, & Cathedralibus.

VTCVNQVE sit, in quibusuis Canonicorum 8 sodalitiis permanserunt cum nomine ipso regularium institutorum vestigia nonnulla, statæque ac definitæ Ecclesiastici officij Regulæ, destinatis in id sacerdotiis quibusdam certo Clericorum generi, qui & sacra cantica scitè modulentur, & in diuinę rei ministerio versentur assidua functione. Ideóque talium Sacerdotiorum destinationem quotiescunque Romanus Antistes euertere conatus est gratioso ac veniali rescripto, Senatus parendum ei non esse, abusus causa pronuntiauit. Decreto in publicis causarum actionibus lato 3. Idus Quintiles, Ann. 1563. De Sacellis quibusdam Carnutensis Basilicæ maximæ, de quibus à Carterio, & Langlesio, qui abusus nomine Patres Parisien. appellarant, certabatur contra Claudium Tuuaium, & Mathur. Hachæum Pontificis Sũmi beneficiarios ex cessione sacri beneficij eorum gratia facta. Huic S. C. respondet posterius Curiæ Placitum 5. Idus Februar. An. 1576. Mario, Vvilelmi Moysei, Cauchonio, Sacri Collegij, & Ramato, Mauritij Lorgei aduocatis. Quibus

S.C. 13. Iulij.

Robertus Carterius, & Renatus Langlesius.

Placitum Curiæ. Die 9. Feb. An. 1576.

Patrum

Patrum sententiis causam præbuit Pontificium Martini 5. Diploma An. 1427. impetrante maiori Carnutum sodalitio Ecclesiastico, ne 12. spiritales Annonæ Sacelli Piati in Æde Carnutensi, aliæque capellæ sex eodem in templo vllis conferrentur in posterum, præterquam eiusce familiæ choro olim adscriptis, sacrísque Cantoribus. Quo spectant itidem Carnutensis Capituli Sanctiones duæ: Prior, die Purificationi festo edita, An. 1428. Altera, diebus Iohanni Baptistæ sacris, An. 1429. Secundum quas etiam Ordo Ampliss. litem diiudicauit. 7. Idus Quintiles An. 1558. Ægidio Sohierio, & Iohanne Malleto hinc inde contendentibus de fani Piati Sacello Carnutensi. Imò & Gregorij Magni iudicio postpositus est Florẽtio Rauennatium diacono Rusticus Diaconus in adipiscendo præsulatu Anchonitano, quòd Psalmos ignoraret, sacrarúmque esset cantionum imperitus. Ex Regesti lib. 12. cap. 6. Iis enim permagnam Ecclesiasticæ functionis partem constare ostendit B. Ignatius Ioh. Euangelistæ auditor, qui mirifica Angelorum visione edoctus, sibi inuicem carmine respondentium, Sanctámq; Triadem laudantium, auctor fuit Antiocheno Clero Antiphona instituendi, hoc est, responsoria, seu hymnos alternis concinendos. Tripartitæ lib. 10. cap. 9. & Socratis lib. 6. cap. 8. Similiter Apostolorum seculo proximus Philo scriptum reliquit, solita iam tunc ab Alexandrinis Christianis sacra carmina decantari: sic, vt vno ex omnibus medio consurgente, qui versiculum rythmis ac

Arestum Curiæ Die 9. Iulij An. 1558.

modulis numeríſque certis ritè obſeruatis, decenter pſallebat, præibátque, cæteri extremas hymnorum clauſulas terminarent. Hiſt. Eccleſiaſt. Euſeb. lib. 2. Cap. 17. Nicephori lib. 2. cap. 16. Quare Ciuilis etiam Poteſtatis ſtudiũ valde probandum eſt, antiquam illam Eccleſiaſtici cantus Politeiam inſtaurantis pro virili, aut certè procurantis, vt Eccleſiæ cantoribus, pſaltíſque deſtinata olim ſacra beneficia iis ſolis adplicentur. Sicuti præcedentibus rerum iudicatarum exemplis eſt demonſtratum.

Beneficia affecta non debentur mandatarijs Apoſtol. niſi eo modo qualificatis.

HAVD diſpari ratione nititur Senatus Placitum in mandatarios Apoſtolicos, eo tametſi fauorabiliores, quod alteri quæſitum ius minimè præripiant, ſed futurum qualecunque in Sacerdotio expectent Rom. Pontificis Candidati. Nihilo ſecius enim ſuccubuit beneficiarius Sanctæ Sedis, Areſto Curiæ, decretúmque, ſemipræbẽdas Cenomani templi maioris nulli poſthac diſpenſatum iri, vel Põtificio quidem Mandatario, niſi iis artibus, viuendíque norma inſtituto, quæ fundationis tabulis diſertè indiceretur. 11. Calend. Martias An. 1563. Pouleno & Germontio litigatorib⁹. Pręclarè, quũ ſimili modo Sacerdotale beneficiũ munúſq; alij non ſit diſtribuẽdum, quàm preſbytero, veréque Sacerdoti. Quales extare in Laudunenſi Collegio inſignes præbendas refert Innocentius 3. Decretali Epiſtola ad Epiſcopum & Capitulum Laudunenſe. Conſtitutus De conceſſ. præben. & Bonifacius 8. cap. cui de non Sacerdotali præbenda De Præbend. Huiuſmodi

Decretum Ordinis Ampliſſ. 19. Die Febru. An. 1563.

Sacer-

Sacerdotiorum diſtinctio, cõditióque multiplex mihi videtur ex vetuſtiori Chriſtianorum ritu repetita, apud quos certum erat miniſterium cuiuſque, ſiue Preſbyteri, ſiue Diaconi, ſiue Lectoris, Cantoris &c. Et cuique certus locus adſignabatur, cui velut mancipatus adſtrictúſque erat. Atque illud eſt, quod abſolutè olim, & ſine titulo ordinationes fieri vetabantur à Chalcedonẽſi Eccleſiæ Chriſtianæ congreſſu, in hanc formulam, Μηδένα ἀπολυμελῶς χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρείῳ ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπιχωρήσοιτο. Huic conforme Placentinum concilium, quod recitat Gratianus in Can. Sanctorum canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Eccleſia quis intitulatus eſt, in ea perpetuò perſeueret. 70. Diſtinct. Ita apud priſcos Romanos ordinari dicebatur is, qui ad magiſtratum aliquem prouehebatur. Vt perſpicuè narrat Tranquillus in Veſpaſiano, qui publici muneris Cãdidatum ad ſe vocauit, exactáque pecunia, quãtam is cum ſuffragatore ſuo aliquo pepigerat, ſine mora ordinauit. Pari modo Metium Rufum à Domitiano Cæſ. ordinatũ ferunt, decreta ei Memphiticæ prouinciæ præfectura. Id quod Suetonius auctor eſt in Domitiano. Veteri autẽ ſacrarum ordinationum iuri derogatum eſt Pontificia lege poſteriori, cautúmque, non ideo irritam fore ordinationem, quia abſque titulo ſacri muneris peracta ſit, ſed ordinatorẽ tantiſper eum

Sacerdotes antiquitus non niſi cum titulo ordinabantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alere cogendum, qui ordinatus laboret inopia, dũ certus ei titulus fuerit adsignatus. Vti Alexander 3. statuit ex Lateranensi Concilio. in cap. Episcopus. Et Innocentius 3. Pont. cap. Cùm secundum. De Prębend. Regiis certè Gallorum Constitutionibus interdictum est Episcopo, ne quem sacris presbyterij ordinibus exornet, nisi iamdum Sacerdotio munitum, aut prophanis ditatum latifundiis, ad quinquagenas vsque libellas Francicas, valoris prouentúsque annui: Sin minùs, Antistes ipse ordinatis alimenta suggerere de suo teneatur, donec locuples sacerdotium fuerint nacti. Artic. 12. & 13. Edicti Aurelianen.

Francica Lex Regia habitis Gallici Pop. comitiis lata Aureliæ an. 1560.

TAMETSI igitur Clerici ordinentur hodie gradatim citra Ecclesiæ certæ assignationẽ, certíve populi, cuius in sacro subinde ministerio curationem gerant: ne tamen antiquæ disciplinæ nerui eliderentur penitus, varia Sacerdotia à maioribus perpetuò addicta sunt certo Clericorum generi, alia Presbyteris nuncupatim, alia Diaconis, Cantoribus, iísque potissimum, qui Diuûm ante Aras sacris operarentur assiduè, non aliis. Id causæ fuit, cur Regij Britanniæ Insulæ procuratores olim Pontificiis Legatis responderint, à triplici Angliæ Ordine petentibus duo Sanctæ Sedi præbenda attribui in principe delubro cuiusuis Diœcesis, & duas simul in quolibet cœnobio monachi portiones: fuisse scilicet Regia, Procerúmque beneficentia extructas Angliæ Sacras Ædes, ac dotatas. Ideóque profanæ fundationis munera non esse in alios aliorúmve vsus conuertenda ac detor-

Varijs Ecclesiæ ministerijs distincta sacra quædam beneficia.

Duplex præbẽdũ Cathedralis cuiusq; Ecclesiæ Anglicæ petitum à Nuncio Apostol. Sedis in publico Angliæ Parlamento.

detorquenda: graui sancito Edicto in Anglicos sacrorum Præsules, qui Regiæ clientelæ opimos tenebant dominatus, ne profana beneficiarij huiusmodi iuris prædia Romanæ obstringerent Ecclesiæ, vnde clientelari Reges obsequio fraudarentur. Itaque summus Orbis Christiani Præses repulsam tulit, in publico Anglicorum Ordinum conuentu Vvestmonasterij habito An. 1226. Sicuti à Matthęo Vvestmonasteriẽsi memorię proditum est. In Britann. Chronic.

Ecclesiastica præbenda in Cathedrali Æde Lingonẽsi. Insigne illud est, quod mox ab initio Daniel significat Regi scholã curæ fuisse. Præcepta enim dat de rebus scholicis Præfecto prætorio. In lege iubet Deus manibus suis Regem tenere librum legis, & secundum hũc omnia regni sui dirigere Deuter. 17. Proin regũ ac principum est, dare populo doctores & administratores, adeóque singulariter curare scholas. Διδακτήριον, seu Minerualemunus.

11 TEMPERATVR superior regula in Sacerdotiis certo dicatis ministerio, post ius alteri semel partum & acquisitum. Puta, Senator quidam Parisiensis Regia suffultus nominatione eam denũtiauit Lingonũ Episcopali Collegio, ita quidem, vt sibi primum quodque eius templi præbendum teneretur erogare. An. 1559. Postero anno constitutæ sunt à Principe magistrales quædam præbendæ in Ecclesiastico vrbium Sodalitio, quæ literarum Magistris adsignentur. Edicto Aurelianensi Artic. 9. Vacante dehinc sacra annona seu præbẽda in Lingonensi phano maiore, hæsitatum est, vtri ea rectiùs adiudicaretur, Regió ne Senatori, an Literarij Ludimagistro. Huic ille quidem videbatur postponendus, quia Minerual istud, seu διδακτήριον merito adsignetur iuuentutis præceptori: cuius è schola nimirum, velut seminario quodã, noui identidem prouinciarum Rectores exurgãt sparsim in suam quamque Politeiam gubernandam, vberrimo cum Reipub. fructu. Id iuris non solum Regia constitutione inuectum in Gallias,

sed Synodicis Comitiis decretum, veteríque templorum more vsurpatum: vt teneræ ætati formādæ quęrerentur ingenuarum artium professores, Ecclesiasticorum hominum cura, ac impensa. Nam Paulus ille magnus Ecclesiæ propugnator, & diuinitùs electum organum Euangelicę Philosophiæ refert, alios esse in Ecclesia doctores, Pastores alios, nonnullos ministros inferiores. Epheſ. 4. Ex quo antiquitus proditæ Ecclesiasticæ scholæ, ad Clericorum, cęterorúmque egentium eruditionē: Quibus literariis gymnasiis viri præficiebātur lectissimi, qui nō Theosophiam modò, sed Grammaticam quoque, & humaniores edocerent disciplinas. Vetustæ sanè huius consuetudinis in Alexandrina Ecclesia meminit Eusebius lib. 5. Sacræ Hist. cap. 10. Qua in Ecclesia functos eo professionis munere Achillam, Pantenum, & Origenem ab eo ipso scriptum est. Lib. 6. cap. 3. & lib. 7. cap. 29. Nec diuersum de Alexandrino illo Didymo recitat Ruffinus lib. 5. Ecclesiast. Hist. cap. 7.

Didymus Alexandrinus præceptor D. Hieronymi breuem contexuit enarrationem in Canonicas Epistolas.

VNDE continuus fuit hic, & ad longas ætates mos perductus, vt à Presbyterorum Collegio pubis instituendæ functio mandaretur literato gymnasiarchæ, illiúsque officio incumbebat, prospicere, vt politiori doctrina iuuentus imbueretur. Sicuti ex canonibus à Gratiano congestis perspicuum est. In Cano. De quibusdam 37. distinct. HODIE etiamnum in Cathedrali quolibet Sacerdotum cœtu Scholiarchos videmus, ludo literario præpositos, qui doctores ingenuarum artium seligant,

Sacer hic canō desumptus ex Synodo Eugenij 1. P. P.

ligant, cæteraque Musæi publici commoda procurent, exequantur. Imo & sacram hanc dignitatem esse in pontificali templo quolibet ostendit Innocentius 3. Moguntinensi rescribens Studiorum Præfecto. cap. licet. De Translat. episc. Scholastico item Demerensi, intra Coloniæ Agrippinæ prouinciam. cap. Veniens. De Regular. Tum Archipresbytero, & Magistro Scholarum Bituricensium. cap. Cum Apostolica. De his quæ fiūt à Prelato. De Hildesensi pariter Scholiarcha. cap. Cum dilecta. De Rescrip. Ita Gregorius 9. rescriptum emisit ad Morinensem Scholæ Gubernatorē, in principe scilicet Morinorum Basilica. cap. ex parte. De Appellat. Legitur & hac tēpestate Leodiensis Scholastici D. Adelmanni Epistola ad Berengarium. *De veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia*. Heduorum tamen id matrici Ecclesiæ peculiare est, vt eius Cantor Scholas Ciuitatis, Diœcesísque moderetur, ipsásque distribuat iuuenum Rectoribus pro arbitratu: vti Oldradus memorat, in foro Romano causarum patronus, quo tempore Iohannes 22. summum gerebat Pōtificatum. In Responso 146. Nam in Anglicis etiā fanis quibusque, Præcentores obtinent primas sacræ dignitatis partes, teste Innocentio 3. cap. Cùm olim de Consuet. Quocirca Lingonensis pędagogus, quem Canonici honestarant præbendo templi maioris, abusus ergô Senatum prouocauit à Pontificia sacræ annonæ donatione collata in Senatorem, Principis candidatum, præfractéque asseruit, concessionem hanc irritam, inu-

D. Adelmannus ex Eburonum Scholastico, Brixiensis fuit Episcopus. Consilium Oldradi.

Sicut ex ordine presbyterorum & diaconorū antiquitus creati sunt archipresbyteri, & archidiaconi, sic cantorum choro hodie præsidet vnus, Præcentor vulgo dictus, penes quem est auspicatus melodiæ, quod Græci εὐθόσιμον appellant can. Cleros 21. Distinct.

tilémque esse, Regio nimirum edicto priscísque Ecclesiæ institutis repugnantem. Quippe quum ad tuendam rei Ecclesiasticæ tranquillitatem necessaria sit legum Principalium, Magistratúsque seueritas. Magistratus enim ab Aristotele definitur his verbis, ὁ ἄρχων φύλαξ ἐστὶ τοῦ νόμου. Deus idcirco cùm eidem traderet vtramque Decalogi tabulam, eum iussit harum custodem esse Sanctionum: vt Politicam Religionis, Ciuilísque disciplinæ tutelam, defensionémque susciperet. Nam & Homerus Thesmophylacas esse Reges significat: quibus nempe Sceptrum, nota sit Iusticię, hasta verò, Symbolum fortitudinis. Iliados lib. 1.

i. Magistratus est legis custos.

Thesmophylacas, id est, Legum & institutorũ custodes diuinitùs præfectos.

Nos verò, in illa Actione forẽsi, pro Senatore, huic iã purè adscriptũ fuisse Sacrũ beneficium nominatione Principali, antequã Lege Regia Magisterij merces, præbẽda Ecclesiastica sanciretur. Haud temerè à Rota dici, *Beneficium semel affectũ, semper durare affectum*. Decis. 617. in Antiq. Qua die nunciatum est Lingonensi Capitulo Principis nominantis diploma, tum inde addictum fuisse Nominatario sacerdotium vacaturum, nec alteri potuisse conferri à Lingonensi Canonicorũ Collegio, quorum ius dandæ præbendæ proprium est. Id quod specialiter notat Innocentius 3. scripta ad Archiep. & Archid. Senonens. epistola Decretali, Dilectus filius T. Canonicus Lingonẽsis De præbend. Pontificiis rursus mandatariis scholasticas cedere nominationes, quamlibet publica Concordati lege ratas, probatásque. §. Declarantes. De mandat. Apostol. in Concord. Iuxta hæc,

Auctoris forensis Actio pro Senatore, Regis nominatario.

De Capitulo Lingonensi D. Bernardus in Epistola 59. ad Guilentũ Lingonensem Episcopum, & Innocentius 3. Episcopo, decano, & Thesaurario Lingonensi in cap. significaust. De conuers. coniugat. cap. si vero. De Iure Patron. & cap. cum capella. De priuil.

ta hæc, à Senatu Burdegalensi decretum, Mandatis Pontificiis Sacras etiam sportulas contineri Theologis attributas, (quæ à nostris præbendæ Theologales nuncupantur) & curationem animorum in Ciuitate, seu Comopoli quacunque mœnibus cincta, licet alioquin scholasticis gradibus prædito deferendam. Decis. Burdegal. 225. Quanto firmiùs idem in Regis beneficiario statuetur, Pontificia simul auctoritate subnixo?

Comopolis, vicus maximus, aut oppidulum Episcopali ciuitate inferius.

14 Singvlaria enim iura quædam prodita sunt Principali sacrorum munerum erogationi: Cuiusmodi illud, nominationum lege Regalia non teneri. Priuilegio 9. Regaliorum, ex glossemate §. Quod ad dictas in vers. Ecclesiastico. De Collat. in Prag. Sanct. Dein Pontificius canon *De verisimili notitia* cessat in Regia sacerdotij donatione, tametsi eadem Romanæ Curiæ regula porrigatur ad collationes factas ab ordinario Sacrorum Antistite. Quod Delphinatium Senatus iudicasse fertur, apud Decium, Responso 398. Similiter Regia De Magistralibus præbendis Sanctio, quæ in Collegia sacerdotum lata est, protendi nõ debet in legislatorem ipsum, Regémque ad Sacerdotia nominantem; Quum generali Constitutione nunquam comprehendi Regia iura censeantur, nec à sceptris abdicari. Quibus consentanea est Romanæ Rotæ sententia secundum Hispani Regis beneficiarium, ex vetusto priuilegio, concessúque Alexandri 6. Pontif. Etsi enim Iberici Regni sacerdotia aliquot iam olim adsignentur certo clericorum generi, ad ea nihilo minùs Re-

Regula Cancellariæ Apostolicæ De Verisimili notitia.

Consilium Decij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giam trahi posse nominationem putat Staphyleus, cum Rota. In Tract. De Literis gratiæ, in 3. forma Mandati. Et hæc quidem rectiùs adhuc aptantur Regiæ nostratium Senatorum nominationi, quam mirè celebrat Petr. Paul. Parisius Responso 40. vol. 4. Ne istis permisceam insigne Senatorij ordinis decus, quo minimè dubium est exornatum iri sacrum Sodalitium noui collegæ Senatoris Parisien. accessione. Idque eo magis singulorum canonicorum interest, quo amplius Lingonensis Cleri prisca celebritas, honósque instaurabitur, adscitis in pium consortium Iuris doctrina, purpuræque dignitate præstantibus. Emicuit enim antiquitus Lingonum Desiderius Præsul, qui Agrippinensi concilio interfuit; Gregorius, qui Epaunensi, & Aurelianensi 3. Tetricius, Aurelianensi 5. Mummolus, Matisconensi synodo: Bertoaldus, Cabilonensi: aliique id genus sanctissimi Patres, quos difficile non sit ex veteris Ecclesiæ memoria istuc producere.

Lingonenses Episcopi.

HÆC EGO cum pro Senatore dixissem in clarissimo illo Curiæ Parisien. Auditorio, Regiæ tandem aduocationis fidem subscriptionémque imploraui, quam ilico, vt par erat, habui causæ meæ adiutricem. Mox Curiæ Conscripti abusum nullum esse in Pontificia collatione, secundum clientem meum pronuntiarunt. Præsentaneo Aresto, postridie Idus Ianuar. An. 1575. Quod & iudiciis decisum fuerat paulò antea à Consilio Prætoriano 5. Calend. Iunias An. 1574. Nisi autẽ gymnasiarchæ obstitisset Regij Candidati diligentia,

Placitũ Curiæ Die 14. Ianuar.

Magni Consilij decretum Die. 28 Maij.

ligentia, nominationem profitentis nunciantísque Ordinario Præsuli, ante publicam illam Magistralium præbendorum sanctionem, periculum erat, ne Iudices in diuersam procliuiores forent Sententiam, Sacrámque annonam addicturi potius Literario iuuentutis moderatori, quàm Senatori, Principis candidato. Adeo constans certúmque est Iuris theorema, sacris beneficiis adscriptas qualitates à fundatore, vel Rege ipso, seruari ad amussim oportere. Quin & fatetur Æneas Syluius, ideo se Canonicatus repulsam in Vangionib⁹ passum, quod Italus, Germana Vangionum Ecclesiæ Constitutione, Sacerdotiis illis excluderetur. In lib. Epistol. Æneæ, Epist. 370. Ad Decanum Vvormatiensem.

Vangionũ Ecclesia, Vvormatiensis apud Germanos.

16 DEMITVR tamen ab hac Thesi casus sequens, quo de primaria sacerdotij qualitate non liquebat. Instituta sunt olim Sacella aliquot purè simplicitérque à Flaminum Collegio D. Germani Antissiodoren. apud Lutetiam. Cautum dehinc Pontificio Benedicti 13. diplomate, ne Sacras capellas posset quis adipisci, nisi ab ineunte ætate mancipatus diuino Templi eiusdem ministerio. An. 1412. Secundum hæc, statuit Collegium, ne ad ea Sacella impetranda cuiquam pateret aditus, nisi antea sacris delubri huius operanti continuo, auctore Martino 5. Pontif. An. 1423. Nouissimè sacra capella eiuratur à Sacrificulo in Titij gratiam, huícque attribuitur, Romani Pontif. rescripto. Expostulare ilico Sodales fani Germani, Senatúmq; appellare à Pontificio collati sacelli mu-

De Semipræbendis Ecclesiæ collegiatæ D. Germani Altissiodorensis in vrbe Parisiensi.

nere, tanquam abusiuè impetrato. Citant in suas partes vetus S. Consultum, Apostolicas improbans expectationis literas sacellorum Ecclesiastici huius Sodalitij. Ann. 1415. Pontificius autem, ex aduerso, nil proponi, cur liberum initio Sacerdotium Antistiti Summo non liceat erogare, quamuis temporum successu certis Templi ministris consecratum à Collegio ipso. Secus respondendũ, si profana fundatione designata fuisset Clericorum species quædam sacello administrando. Acta insuper Benedicti 13. Pseudopontif. rescissa fuisse Constantiensi Synodo: illud porrò Curiæ Placitum infirmasse duntaxat Pontificias sacerdotiorum expectationes, non autem vacantis iam Sacelli concessiones Apostolicas. Causam demum vtrinq; actitatam Senatus ad pleniorem deliberationem reuocauit. Thorodeo, & Danesio dicentibus. 8. Calend. Martias An. 1571. At postea accepimus Collegium prouocationis causa cecidisse.

Die 22. Februar.

CVIVSMODI controuersiam similis plane excipit, De Senonum semipræbendis in foro nuper agitata: quum Metropoliticum in Senonibus Collegium abusus nomine prouocasset à Pontificia semipræbendæ donatione, quam intendebat antiquo solum huius Templi ministro posse concedi, teneríque ab vnguiculis eiusdem Choro inseruienti. Firmabat hanc sacerdotiorum destinationem Constitutione sacri Sodalitij, pactísque ab eo conuentis cum Senonum Antistite Lodoico Melodunensi, quæ Syxtus 4. Pontifex insignibus codi-

Senonensis Ecclesiæ semipræbendæ.

bus codicillis adprobarit. An. 1471. Eo quoq; accedebat non incelebre Senatus Decretum de 14. Semiprębēdis phani huius, in aliũ haud conferendis, quàm qui vetusta Collegij lege vocatus, habilísque sit ad eas possidēdas renunciatus. Postridie Calend. Maias An. 1573. Aduersarius autem sic defendebat, capacem se idoneúmque esse Ecclesiastico huic muneri. Statuto Collegij non tot, tantáque exigi à Semipræbendario, quanta à seipso Pontificis beneficiario facilè præstentur. Aliísque permultis idem Pontificiæ collationis ius tuebatur. De eo Curia Ornatiss. amplius deliberandum censuit. Pridie Calend. Iunias 1575. Bautruo, & Ramato causæ patronis.

Arestum Die 2. Maij.

Die vlt. Maij.

18 POSTREMO cessat axioma supradictum in scholastica Nominatione. Semipræbendæ enim seu Vicariæ sacrarum Sodalitatum licet addicantur certo presbyterorum generi, licitè tamen vendicantur interdum à studiosis literarum Scholastico gradu insignitis. Placito Curiæ, De Sacellis quibusdam Turonen. Basilicæ 11. Calend. Ianuar. An. 1520. Quod tamen ita velim acceptum, dummodo Academicus ille præditus sit iis animi dotibus, quæ in Sacerdotiis huiusmodi desiderantur. An verò talium præbendorum vt grauiora sunt Ecclesiastica onera, sic fructus aliis sint præbendis exæquãdi, oneráve saltem inter Collegas æquo iure partienda? Quidni? (inquies) Nam Prębendorum æqualitatem sanxit Innocentius 3. Rescripto Cùm omnes. De constitut. iuxta Trecẽsis Capituli Constitutionẽ De Sacerdotalibus spor-

Decretum Curiæ 22. Die Ianuar.

statutum Capituli Trecensis Ecclesiæ.

Basilienſis Cõcilij decretum.

tulis ad æqualitatem redigendis. Cui conuenit Synodica Baſileæ Rauracorum Sanctio in §. Iubet. Tit. Quo quiſq; tempore debeat eſſe in Choro. Eámque in partem Lutetiani Senatores pronuntiarunt. De ſacris Annonis D. Hilarij Pictauenſis. Areſto 7. Calend. Apriles An. 1529. De Aurelianis. Non. Quintilibus 1535. De Lugdunenſibus 6. Calend. Iunias, ſeu 3. Non. Quintiles An. 1535. & 7. Idus Iulias 1565. De Lucionenſibus 17. Calend. Quintiles 1553. Déque Vindocinenſibus, poſtridie Idus Septembres An. 1570. Enimuerò iſtæc locum non habent in annonis ſpiritalibus cenſu, oneréve inuicem diſtinctis: in quibus toleratur annuorum prouentuũ imparitas, ex variarum fundationum præſcripto, quas Baſilienſis Eccleſiaſticorum Patrum Conuentus minimè abrogauit. Cap. Cùm in tua. De conſuet. apud Bonifacium 8. & Placito Curiæ ſecundum Nouiomenſe ſacrum Collegium, aduerſus inferioris gradus Flamines, ceu quos alibi ſemipræbendarios nuncupamus. 4. Nonas Decembres An. 1538. Nouiomenſibus Canonicis mandata eſt litium diſceptatio, arbitriúmque ab Innocentio 3. P. P. cap. Ad petitionem. De Accuſat. Eiuſdem Pontificis reſcriptum extat ad Nouiomẽſem Epiſcopum. Cap. Paſtoralis De Cauſa poſſeſ. & propriet. Mota rurſus Nouiodunenſi Præſuli controuerſia à Collegio ſani Quintini narratur à Gregorio 9. Cap. 1. De Lit. conteſt. Sed ante horum pontificum tempora, ſcripſerat D. Bernardus ad Balduinum Nouiomenſem Antiſtitem. Epiſtola 339.

Areſtum 26 Die Martij. Die 7. Iulij. 27. Maij. 9. Die Iulij 1565. 15. Die Iunij.

14. Die Auguſti.

De præbendorum æquatione fuſius libro 3. Sacræ Oeconomiæ iura explicante.

Die. 2. Decẽb.

IN SVM-

19 IN SVMMA, laudamus erectas à Canonicis Semipræbendas, ſeu Vicarias, ad Eccleſiaſticum officium accuratiùs excolendum. Sed canonicos ipſos nihilo magis probamus, Vicariis Eccleſiæ ſeruis committentes Templorum miniſteriũ, cui erant ipſimet mancipati. Nam, Flacci verſu, Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret, vti mos Veſter habet, ſeu conſeruus, tibi quid ſum ego? nempe Tu mihi qui imperitas, aliis ſeruire te oportet. Ita Canonici non ideo ſacræ ſeruitutis iugum poſſunt excutere, quod Vicario ſeruorum munere vtantur defunctoriè, conductitiiſque aliorum operis in re diuina facienda. Demus enim, ſua cuique meſſis operario, ac Chriſti vineæ cultori fuiſſe diſtributa munia, in ipſis adeo Chriſtianæ Eccleſiæ cunabulis: alios Pſaltes, ſeu Cantorũ principes extitiſſe, alios Pſalmorum lectores, quos D. Auguſtinus obſeruauit ex ſolenni Eccleſiaſtico ritu B. Patris Athanaſij. Lib. 10. Confeſſionum. Cap. 33. Concedamus item, in Moſaica Eccleſia Pſalmiſtarum functionem fuiſſe à reliquis ſacris muneribus ordine, vicibúſque diſtinctam. Lib. 2. Reg. Cap. 6. & Paralip. 6. cap. 9. Eſdræ 2. & Neemiæ 12. Addatur etiam, Cyprianum expreſſim feriatis diebus ſacros lectores inſtituiſſe, Aurelium modò, modò Saturium, qui diuinis celebrandis lectionibus perſonarent. Lib. 2. Epiſt. 5. & 22. At certè ſtatuta ſemel μυστήριον, Eccleſięque miniſtrorum Politeia, quæ iam antiquitus Epiſcopalis Cleri, & Canonicorum inſtitutione perfecta eſt, ij quidem officij deſertores, militiæque ſa-

Sacrum officiũ Canonicorum.

Subſerui, ceu Vicarij Eccleſiæ.

cræ sunt existimandi, qui per procuratores ministerio Ecclesię sibi commisso impositóque defungantur. Idque eo ferẽdum minùs videatur, quod, in Hellenismo etiam ipso, Alexander Seuerus edixerit, Rectores prouinciarum eas per se administrare debere, non per assessores, vt scribit Lampridius. Vtcunque sit, nemo dignè satis commendet auctum symmistarum numerum (in Cathedrali præsertim delubro) quibus adiutoribus, sanctum ministerium celebriùs, grauiúsq; adimpleatur. Sed hoc ita, ne obtentu auxiliaris, & adscititiæ Clericorum turmæ, Sacri Præfecti solutos se putent Ecclesiasticæ militiæ, operaéque sacramento. Ast eorum spectatissimus quisque, veluti Censor, intersit Sacerdotali choro assiduè, cæteros ad officium extimulet verbo & exẽplo, (vt Dauidicis modulis concinendis feriant cœlos) curétque identidem reliquum Superis debitum Sacrificium,

Hellenismus, gentilismus.

Per medios instans Operi, Regnísque futuris.

TITVLVS. 4.

DE PROPHANO TEMplorum patronatu.

1. *Beneficia, spreto patrono laico, nec à P. P. quidem conferenda.*
2. 3. *Laico patronatui haud licitè Pontificis literis derogatur.*
4. *Patronatus aliquando certa propinquorum linea, gradúve constringitur.*
5. *Limitatæ etiam patroni cognationi quædam addicta Sacerdotia.*

6. 7. *An Re-*

6. 7. *An Regius Patronatus in emptorem fundi tacitè translatus videatur.*
8. *Germanici Episcopatus sunt Regij Gallorum, aut Cæsarei patrocinij.*
9. *Polonicarum Ecclesiarum patroni, Græcarum, Hungaricarum.*
10. *Scoticarum patroni Reges.*
11. *Pensionem Sacerdotio citra Regis patroni consensum imponi non posse.*
12. *Honoraria iura Patronis debita.*
13. *Dolensis Biturigum Cœnobij fundatio.*
14. *De Dolensis monasterij patronatu forensis actio.*
15. 16. *Quosdam Sacrorum præfectos, territorij etiam principes esse.*
17. *Possessoris patroni nominatio ad Sacerdotia potior, licet iudicio postea euicta possessione.*
18. *Pacifici possessoris resignatarius, licet incapacis, nouum superat impetrantem.*
19. *An excommunicato Patrono ius sit ad Sacerdotia nominandi.*
20. *Nûm patronus duorum modò vniformium beneficiorum subiiciatur graduatorum nominationi.*
21. *Laus veterum fundatorum Francicæque passim Ecclesiæ patronorum.*
22. 23. *Reges ac Principes Sacerdotale etiamdum munus in quibusdam Ecclesiis obire.*

1 QVALIS SACERDOS quisque in Collegiis Ecclesiasticis esse debeat ex fundatione Sacerdotij, diximus suprà: iam de vniuersò fundatorũ genere, ac Patronorum in collatitia quæuis beneficia, quærendum est. Nam profanos imprimis Templorum patronos miro fauore prosequuntur non modò Pontificij canones, sed & Iustinianus Cesar in Græco ... Nouell. codice: Quo

Laico patronatui nõ est Pontificia collatione derogãdum, nostrate vsu Gallico

minùs Summo Pontifici liberum sit, patrono neglecto, Sacerdotia cõferre. Nouell. 67. 123. & Can. Decernimus 16. quæst. 7. Quem ex Toletano Cõcilio 4. deprompsit Gratianus. Itaque vsu Francicæ Iurisprudẽtiæ recepta est prouocatio ad Regium Senatum abusus nomine, siquidem Romanus Antistes profani Iuris patronorum gratiam fecerit exoranti collatorios sacri fani codicillos, iisdémque Laico patronatui derogarit. Vt est apud Guymerium Pragmat. Sanctionis Gallorum interpretem, & in Tridentini Concilij Sessione 25. cap. 9. Id quod meo iudicio ad patronatum producitur, aduentitia etiam dote comparatum, nedum fundatione.

Tridentino Ecclesiæ conuentu cautum est, Sacerdotij patronum audiendũ neminem, nisi qui solẽnes iuris patronatus tabulas exhibeat, aut quinquagenariæ possessionis fidẽ faciat authenticis scripturis. Reliqui patronatus antiquati, nisi qui Summis principibus cõpetant in cathedrales aliásue Augustæ fundationis Sacras Basilicas.

Exempli gratia, Alebretus Regulus Pontificiis auspiciis commutauit paroeciacam Ædem oppiduli sui Castrogelosi in Canonicorum sodalitium, quod & ampliſſimo censu locupletauit, recepto patronatus iure, nominationísque ad sacra beneficia Ecclesiastici huiusce Collegij. An. 1520. Puteano postea decanatui Collegij cedente in fauorem nepotis ex sorore Labatij, Romanus Prẽsul eiurationem probauit sacro diplomate Decanatus erogatorio, contempto Albretẽsi dynasta, qui Sacerdotis nominandi decus sibi, Ecclesiæque patronatum reseruarat. Mortuo interim Puteano, Alebretus Toparcha obtulit Episcopo Vasatensi nouum Decanatus petitorem, oblatum Diœcesanus Decanum instituit. Indè patroni beneficiarius Francicam appellat Curiam à Pontificia illa Sacerdotij donatione: Quippe quum

pe quum profani Templorum patroni, Canonicis etiam decretis, possint Ecclesiæ gerendę rationem constituere: eatenus Sacratis viris imperantes Politica Ciuilíque potestate, quatenus illi prisca Ecclesiæ instituta, dignitatémque labefactare fuerint ausi. Can. filiis vel nepotibus. 16. quæst. 7. Gallicis planè vsitatum est sacerdotiis, ne ea impetrantem Pontifex Max. soluat lege profanæ nominationis, seu quam patroni laici præsentationẽ vocitamus. Et hoc quidem Francicæ Ecclesiæ priuilegium Geminianus commemorat in cap. 2. De Præbend. Apud Bonifacium 8. Vbi nominatim de Gallis Britãníque Regibus, sacrarum passim Ædium patronis. Nec verò tantùm paratur ius Patronatus fundi traditione, in quo solemnes Diuis aræ extruantur, verùm & dotali prædiorũ assignatione. Imol. in Rubr. De Iure Patron. Bald. in cap. Quoniam. Eod. Tit. Vsque adeo, vt qui priùs conditam sacram Basilicam opimis ditarit latifundiis, ei competat patronatus suo quodam fundationis iure potiùs, quàm noua & adscititia prædiariæ dotis constitutione, aut Sanctæ Sedis munere singulari. Vt sanxit Clemẽs 3. cap. Nobis De Iure Patron. Et Gelasius Pontif. in Can. Eleutherius 18. quæst. 2. Hostiens. & Imol. in cap. cùm accessissent De constitut.

Fũdatum iam Templum dotanti patronatus cõpetit veriùs apostolico priuilegio, quã primæuo fundationis iure.

3 Certabat, ediuerso, Pontificis Candidatus, semel conditis piis Ædibus imponi seruitutem non potuisse aduentitia dotalium aruorum donatione. Vt ait Bartholom. Brixiensis in can. Piæ mentis 16. quæst. 7. Ideóque adiecta prædio-

Apostol. Sedis beneficiarius.

rum dote phano iam constructo, veriùs patronatum cõsequi nos beneficio Romanæ Sedis, quam ex templi fundatione. Panor. in Cap. Cum Ecclesia Vvlterana De Elect. Cardin. in Clemẽt. Per literas. De Præbend. Panor. Responso 6. in 2. Volum. Alioqui dotis concessio sola non inducit ius patronatus fundationi debitum: Imò delubrum iam Diis sacratum ab Antistite, licet indotatũ fuerit, seruituti non adstringitur denuo, nec iuri patronatus, ex dotali quolibet munere. Brixiensis glossematarius in d. Can. Piæ mentis & Can. Quicunque Ead. quæst. Feder. Senens. in Conclus. 234. Felin. in cap. Cùm venerabilis De except. Ergo Pontificis indulgentia partum patronale ius nominandi ad sacerdotia faciliùs remittatur aliquando diplomatica Pontificis ipsius derogatione. Vt censuit expressim Butrigar. in cap. Cùm dilectus. De Off. leg. Vbi Panor. Fridericus Senensis Responso 65. Cardin. respon. 61. Rem vltrò citróque disceptatam Patres consilio commiserunt. 17. Calẽd. Apriles An. 1540. Marillaco & Reburtio dicentibus. Obserua interim Vasatis Ecclesiæ, cui canonicorum illud Collegium subiicitur, vetustatem admirabilem: Quum imperante Orbi Tyberio, templum in Vasate vrbe extructũ fuerit à Christiana matrona, & D. Iohanni Baptistæ dedicatũ. Auctore Gregorio Turon. in lib. Glori. plur. Martyr. Eandem Vasatium ciuitatem celebrat Sidonius, Burdegalæ nempe Vasconum principi finitimam. Epistol. lib. 8. Epist. 12.

Die 16. Martij

De Vasatensi Aquitanorũ Ecclesia, cuius Episcopus est Burdigalensis metropolis suffraganeus. Hanc Regionẽ illustrauit Faustus Poëta natione Gallus, patria Vassates, Boëthij æquæuus, Claudiani, Mamerci, & Cassiodori, qui à secretis fuit Theodorici Italiæ Regis. De eo Poëta vide Crinitum.

INTERDVM

4 INTERDVM patronalis Clericorum nominatio ad Sacerdotia coarctatur certo cognatorum gradu lineáve, aut numero personarum: sic, vt absoluto eo, libera redeat ad ordinarium Præsulem Sacri beneficij erogatio. Plautius duo sacella erexit in phano Quintini apud Augustam Veromanduorum, legémque scripsit fundationi, se ac posteros gradatim ad quartam vsque lineam presbyterum nominaturos Quintiniano Canonicorum Collegio, sacelli ministrum ordinandum. Longo pòst interuallo, nepos fundatoris sacrificulum obtulit Sodalitio templi Quintiniani. Nominatoris denuo filius sibi arrogauit ius offerendi sacerdotis Ecclesiastico Collegio. In alium autem Canonici liberè sacrum munus contulerunt. Itaque delata ad Senatum Patronatus controuersia, intendebat ille, compar sibi patronalis nominationis decus, ac patri suo, competere, qui vacuo antea sacello ministraturum Clericum obtulisset Quintinianis sacris Sodalibus. Parentem quippe suum è recta patroni linea postremum nõ extitisse, sed quartum, ceu quartam modò personam in recto eo limite. Quum ergo nondum quartum à fundatore contigisset propinquitatis gradum, sequebatur, omnib⁹ licere ad quartum vsq; eum gradũ posteris frui benefica illa & honoraria Sacerdotis nominatione. His verò ita respondebat Canonicorũ cœtus, non esse istic necessitudinis gradum à linea secernẽdum ac distinguendũ: Qua de linea, gradúq; mixtim scripsit Iulius Paulus Lib. Singulari. De gradibus & affinib⁹

Captiosè dixit Caligula, posteros vltra filiorũ gradum intelligi non debere. Vt refert Sueton. in Calig.

eorum in L. Iuriſcõſultus & L. Stemmata cognationum. ϖ. De gradib. & affini. Modeſtinus in L. non facile. π. Eod. Tit. In propoſito enim, Capitulum iſtud ſacerdotij fundationem admiſerat, patronaléque ius à conditore reſeruatum, formula ſequenti, *Ad quartam vſque lineam, ſiue gradum*. Vnde quartam ſanguinis lineam tranſgreſſo Aduerſario, euanuit iam inde patronatus, libera manente poſthac penes Sacros Collegas Sacellorum donatione. Secundum quos propterea Senatus iudicauit. Areſtis Purificationis ſolemnibus, quæ Montholonius Præſes in conſpicua purpura pronuntiabat. An. 1537.

Decretum. Senatus Die Purificationi Virginis profeſto.

CREBRÒ itidem à patrefamilias eriguntur Sacerdotia, dedicantúrque, eo animi decreto, vt ſacrorum cura, fructuúmque Sacerdotij ipſius perceptio, ad ſolam gentem, familiámque ſuam longis ſucceſſionibus deuoluatur. Quod Sacerdotiorum genus à priſcis Gentilia Sacerdotia, à noſtris Beneficia ſunt iuris patronatus appellata. Hinc apud Tacitum Otho Cæſ. legitur recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis Sacerdotiis in ſolatium repoſuiſſe. Sic Hercules ſtatuit, ſola vt Pinariorum familia miniſtra eſſet epulantibus Potitiis, & complentibus Sacra. vti apud Feneſtellam relatum eſt, & Valer. Max. Lib. 1. Ex quo à Marone dictus

Familiaria & gentilitia ſacerdotia, quæ à fundatore agnatis ſuis & propinquis gradatim adſignantur.

primúſque Potitius auctor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

Æneid. 8.

Gentilitia item Chriſtiani patroni Inſignia ſeruantur

uantur in ſacris Ædibus vſquequaque interdicto vti poſſidetis. Ob id recepta eſt à Senatu huius formula interdicti pro Lauallo Comite, qui profanum ſe templi patronum ferebat, ne aliena cuiuſquam inſignia in eo delubro, niſi illius permiſſu, collocarentur: Tametſi Laualli tum aduerſarius à poſſeſſoriæ actionis libello Curiam prouocaſſet. S. C. extemporali, quum Magiſter, appellantis, & Thuanus, Laualli, publicè cauſam egiſſent. Recte equidem. Ne enim eius nomine, cuius liberalitate pium Opus extructum eſt, eraſo, aliorum nomina inſcribantur, Præſes Prouinciæ auctoritatem ſuam interponit, vt Papiniano placuit, Lib. 3. Opinionum L. 2. ϖ. De operib. publ. & ibi Bart. nuncupatim. At ſi ſacra potius in delubris, quàm profana hæc iura vendicentur à cõditore templi, puta, vt parœcorum primus hic ſacrum panem conficiat, pacis ſymbolum teſſerámque aſſumat, ceu aris ſeſe ſuáque offerat libamina, tunc interdictum mouens non eſt audiendus. Quemadmodum à Patribus decretum eſt 4. Nonas Martias. An. 1533. Capello, & Magiſtro partium aduocatis, Præſide Guillarto. In hunc ſenſum plura à nobis citantur ex variis rerum ſcriptoribus. Lib. 3. De Domanio Franciæ. Tit. De exceptione fidei Clientelaris in concedendo Domanio. Artic. vlt. Politica certè ac Ciuili in Eccleſiam poteſtate vnus vtitur auguſtior patronus Galliæ Rex, ne ſacræ quiſquam Baſilicæ miniſterio præficiatur pontificali auctoritate, contra publicam Eccleſiæ diſciplinam, & honeſtatem. Ver-

Areſtũ Curiæ Die 4. Martij.

bi cauſa, vacantem monaſticum primatum *De Brains*, qui Belliloci cœnobio ſubiacet in Cenomana Diœceſi, Vid. Parcus Abba ſibimet curauit conferendũ. Inde ſacro inceſtu pollutæ manus Archimandritæ, qui prioratum monaſterio, quaſi filiam matri pellicem, adiunxiſſet. Quippe quum Cœnobiarchæ vulgo inferiorum Primatuum obtineant præfecturam, eóſque monachis ſuis munifico iure quodam largiantur. Natiuum autem inter donatores huiuſmodi, & donatarios interponitur diſcrimen, ne Cœnobij antiſtes minorem ſibi primatũ attribuat. Reſcripto Innocentij 3. ad Trecenſem Epiſcopum, & Archidiaconum Pariſienſem Cap. vlt. De Prębend. Et Cap. per noſtras De Iure Patron. Quocirca Regium Senatũ abuſus nomine appellat Procurator fiſci, vnà cum priuato monaſtici Primatus competitore, abuſiuéque hunc Abbati ipſi collatum vterque contendit, alteri licet poſtea Abba ius ſuum tranſcripſiſſet. Patres, diſcuſſo accuratè negotio, rectè prouocatum decreuerunt. Placitis Septembribus An. 1570. Fr. Franciſco Bellea, Stephano Launeo, & Vidone Tohiero litigatoribus. Forgetus Litis enarrator in 3. Claſſe Inquiſitionum.

Solemne Areſtũ Curiæ Die Natiuitatis B. Mariæ profeſto.

In tertia Camera Inqueſtarum.

SICVTI mehercle illuſtris Herois inſtitutum commendatur, qui pio affectu, religioſóque ductus patrimonium ſuum conſecrat Principi Deo: Ita æquum viſum eſt, eum iure abs ſe retento minimè priuari, quod pietatis ipſius, ſingulariſque in Eccleſiam voluntatis perpetuum extet monumentum. Non quidem, vt ſacrarum facultatum poſſeſſio- 6

Honorariæ patronorũ ſacerdotij Prærogatiuæ.

poſſeſſionem ſibi vendicent Patroni, ſed honorificam modò nominandi Sacerdotis prærogatiuã, cum tutela Eccleſiæq; procuratione coniunctam. Id quod Tridentina Synodo ſancitum eſt, 25. ſeſſione. Cap. 9. Quam illi patronalem eminentiam tanto ſtudio ſunt complexi, vt fundi alienatione patronatum transferri in emptorem paſſi nõ ſint, niſi de eo nominatim tabularum verbis caueretur. Ita Ludouicus verè Pius, cùm Regni portionem ſpecie diuiſionis cuiuſdam adſignaret Carolo filio, ſtatis Regionum limitibus circumſcriptam, ei diſertè adiecit Præſulatus quoſcunque, Cœnobiarchias, Comitatus, fiſcos, & reliqua iiſdem ſepta finibus, quæ ſui iuris erant, quæq; tunc Carolo tranſcripta percenſet ſigillatim Flodoardus in Ludou. Pio.

7 AST poſteri Galliarum Principes auguſtum Templorum patrocinium à Regiis faſcibus nunquam abdicarunt: Reges nimirum egregiis factis, non minùs quàm ſolemni cognomine Chriſtianiſſimi. Teſtatur idipſum magnifica illa Eburouicũm donatio à Philippo 4. collata in Ludouicum fratrem, cum hac exceptione. *Dicto fratri noſtro in locis infrà ſcriptis aſsidemus & tradimus 15. millia librarum Annui rẽditus in aſsiſia terræ. Imprimis facimus dictum fratrem noſtrum Comitem Ebroicenſem, & tradimus & aſsidemus ſibi Ciuitatem, præpoſituram, & Caſtellaniam Ebroicenſem, cum earum pertinentiis: exceptis & retentis nobis & ſucceſſoribus noſtris Regalibus, reſſorto, ſuperioritate immediata, & gardia Epiſcopi & Capituli, & Eccleſiæ Ebroicenſis, & ter-*

Gemina Pactione à Philippo 4. conuentũ eſt de Ludouici fratris Panagio. An. 1298. & 1307. Poſterioris autem ſcriptura hæc eſt.

Ebroicenſis Normanorum Eccleſia, fundationis, tutelæque Regiæ.

Rigordus genere Gotthus, professione Physicus, B. Dionysij Areopagitæ clericus libriũ contexuit, quem habemus manu scriptum De gestis Christianiss. regis Phil. Augusti à Deo dati.

rarum & feodorum, & retrofeodorum suorum, placito de spata in terris eorum antiquis, & aliis per ipsos de nouo acquisitis, & per nos admortizatis &c. Mense Aprili An. 1307. Neque huic dissimile est, quod antea Rigordus Philippi. 2. coætaneus, rerúmque ab eo gestarum scriptor, Francorum Reges, insit, Ecclesias suæ fundationis in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscunque Principibus terras custodiendas tradidissent, tamen Ecclesias sub potestate & protectione sua retinere decreuerũt: Ne principes, quibus terra delegabatur custodiẽda à Regibus, Ecclesias vel Clericos ibidem Domino seruientes, angariis, talliis, vel exactionibus aliis grauare præsumerent. Hactenus Rigordus.

Hos fundatores Constantiani, & Vormatiensis Episcopatuum recitat Brucchius in lib. De omnibus Germaniæ Episcopat. Reliquos Crantzius in Ecclesiastica Saxonũ Hist. Vbi etiã de Ludgero Phrysio, primo Episcopo Monasterienst.

QVOCIRCA præfecturas etiam Ecclesiasticas Reges in suum patrocinium asseruere, velut iusti patronatus symbolum. In Germania quippe Constantiensis, Vangionúmq; Episcopatus munificum celebrant conditorem, Clodoueum Regem Gallum: Dagobertum, Spirensis Nemetum, & Argentinensis: Bremẽsis Carolum Mag. quem simul patronum vendicant Mindensis, Verdẽnsis, Padeburnensis, Osnaburgensis, Hildesemensis, Halberstatensis, & Monasterierisis Pontificatus. Nec aliter Otto Magn. Cæsar Magdeburgensem præsulatum instituit procurauit: Misnensem, & Babenbergensem Erricus 2. Imp. Alióque alij Germanici Augusti, quorum cura, feruentíque in Sacram Rempub. studio, Ecclesiis præfecti sunt primitus viri morum integritate conspicui, decretis tum horum cuilibet iustis Episcopi insignibus.

bus. Quemadmodum à Crantzio scriptum est, Hamburgensis Ecclesiæ Decano, In Saxonica Hist. Imprimis verò Othonem illum Cæs. luculento elogio vocauit Templorum patronum Ditmarus Mersburgius Præsul, quod Mersburgium phanum ad Salam, Brandeburgium ad Hauelum, Citiense ad Elistrum amnes extruxerit, amplissimísque possessionibus cumularit. Annum circiter 958. Auctore Fabritio Chemnicẽsi In Annalibus Misnæ vrbis, & Misnensium Marchionum lib. 1. Proinde mos hic est à Proceribus summis vsurpatus, vt Episcopos oppidatim constitui studerent nonnulli, alij ritè creatos, electósque sacra vestitura adprobarent, quasi Principali auctoritate. Sic Boleslao Bohemorum principi ius nuncupandi præsulis datum Pontificio Iohannis 9. diplomate An. 897. Exin Bohemus Dethmarũ primum in Bohemia Antistitem nominauit, mox inaugurandũ à Moguntino metropolite; vti nou' deinceps Episcopus Regalia ab Otthone Cæs. acciperet. Cuius rei testem habemus Ioan. Dubrauium Olomuzensem pontificem In Bohemicis Annal.

9 HAVD secus à Miecislao Sarmatarum Rege conditæ Basilicæ nouem, peramplis auctæ ditionibus, & in Diœceses distributæ: quarum duæ quidem Archiepiscopis, Gnesnensis nempe, & Cracouiensis, cæteræ verò Episcopis ab eo adsignantur: hoc est, Posnanienſis, Smogorouiensis, Crusuicienſis, Plocensis, Culmensis, Lubussensis, & Camenensis. Harum item singulis Miecislaus

Polonici Episcopatus. Smogorouiẽsis, postea Bicimensis, ac demum Vratislauiensis dicta est: Crusuicensis progressu temporũ Vladislauiã translata est.

Cracouiēsis tamen remansit postea simplex Episcopatus.

frugum omnium decumas adscripsit è suis iuxtà, ac Equitum, Plebísque latifundiis. Circa An. 965. Vt est apud Chromerum De rebus Polonic. lib. 3. In Græcia quoque, probabile est eapropter Sacros Byzantiorum Primates non modò cooptatos olim à Cæsarei Cleri Collegio, sed & pastorale pedum in Imperatorio suggestu, de more ab Augustis porrectum assumpsisse. Ex quo Thracij Cæsares Patriarchica etiam iura tractabant, quæ cum Sacerdotio nihil haberent coniunctum. Teste Gregora Hist. Rom. lib. 6. vbi de Græcorum Patriarchis alia multa: In quibus Tharasius efforuit, Byzantiorum Hierarcha sanctissimus, qui ad Max. Pontif. Adrianum *De non faciendis pecunia ordinationibus* Epistolā scripsit, nunc commentariis illustratam Balsamonis Patriarchæ Antiocheni. Quid verò Græcis vicinos Pannonas commemorem? D. Stephanus Rex Strigoniensem erexit Ecclesiam, sibíque hoc natale solum, metropoliticum Pannoniæ solium esse iussit: tum Colocensem excitans Basilicam, Austricum ipsi Archipræsulem designauit. Auctore Bonfinio Rerum Vngaric. Decade 2. lib. 1. Ex eo deinceps Strigoniensis Archiepiscopi suborta grauis est cum Colocensi altercatio de sacra Hunnorum metropoli. Apud Innocentium 3. Cap. Cùm in iuuentute De purgat. Canon. At enim Strigoniensem veriùs metropoliten habendum, quàm Colocensem, haud obscurè innuit Pontifex idem Innocentius Cap. Bonæ. De postul. Prælat. Tametsi complures Colocensi suffragantes Episcopos non

De Constantinopolitano patriarcha.

Hungarica Ecclesia.

D. Paulus Epistolam ad Colossenses emisit, id est, Colossarū ciues, Phrygiæ oppidi non procul à Laodicea. Quo de oppido Orosius, & Plinius lib. 5. cap. 32. Alia autem est Colocensis Hungariæ ciuitas, de qua nos hoc loco. Nam illa sub Nerone, cū Laodicea, & Hierapoli terræ motu concidit. Vt idem tradit Orosius.

Multi Suffraganei Colocensis Archiepiscopi.

pos non ignoremus, vel ex Gregorij 9. Rescripto Cùm inferior De Maior. & obed. vbi Cœnobiū De Cheur. situm in Firmiensi Archidiaconatu, Colocensis Diœcesis, subuectum est in Episcopalem Cathedram ab Archipræsule Colocensi.

10 ET HÆC in continenti, quid de Insulis, Europeis præsertim? Dauid 1. Scotorum Rex quatuor Episcopatus constituit, Rossensem, Brechmensem, Dunkeldensem, Doumblacensem. Pari pietate Scotici alij pontificatus, qui vetustate aboliti erant, instaurantur à Malcolmo Rege. Ex Boëthio in Scotiæ Chronic. Nec tamen huiusmodi templorum conditores sibi arrogabant plenam summámque creandi Pastoris Ecclesiastici potestatem: sed honorarium duntaxat noui Antistitis auctoramentum, seu clientelare iusiurandum, quod ex profanis Ecclesiæ prædiis Reges omnes videntur suo quodammodo iure sibi vendicare. Eóque grauiùs lapsum ferunt Erricum 1. Britanniæ insulæ Regem, qui cum Anglicarum se Ecclesiarum patronum iactitaret, in Episcopali Sede, quos vellet, pro arbitrio collocarit. Tales autem Principis beneficiarios sacrare recusauit Anselmus Cantuariensium pontifex, tanquam abortiuos Religionis filios, nec à publico Ecclesiæ Senatu vocatos ad Sacrum magistratum.

Sacræ apud Scotos Præfecturæ.

Hector Boethius Scotic. Annaliū scriptor.

11 VTVT SIT, nouæ pensitationi subiici nequeunt Regij muneris sacerdotia, nisi Rex patronus eiipsi calculum adscripserit. Abbas in cap. Suggestum. De Iure patron. Idémque iuris sibi arrogant priuati patroni, siquidem sacerdotio

Regiæ collationis, nominationisue beneficijs pensio vlla, nisi consentiente rege, imponi non potest.

onerosa fuerit admodum annua pensitatio pacto conuenta. Decisione Bellamer. 179. & 181. cum sexcentis aliis in hanc sententiam prolatis à Gygante Forosempronienſi In Tract. De Pensionibus Ecclesiasticis. Quæst. 23. & 24. Quæ quia iste interpretatur ἀοριστως, infinitè, non planè, neq; definitè explicando, clariùs illustrabimus forẽsi hac hypothesi. In maiore Trecensium phano Regij beneficij sunt Præbendæ, ceu annonæ spiritales. Canonicus ibidem suum eiurat Sacerdotium, recepto sibi annuo quodam, vel menstruo. Hac pensione mox Pontifici rata, gratáque habita, successor canonicus Amplissimum Ord. appellauit à Pontificia pensionis comprobatione, velut abusiuè nec Regio permissu constitutæ. Senatus, disceptato vtrinque negotio, secundum appellantem pronuntiauit. Aresto 4. Calend. Sextiles Anno sesquimillesimo vndeseptuagesimo. Ramato prouocantis, Chiparto, pensionarij Causidicis. Huiusce Tricassium Ædis Stephani Decano rescripsit Honorius 3. Cap. Dilecto. De Offic. Archid. Quod autem in pensitationis fructuarium diximus, ita est accipiendum, nisi ex diutina nummariæ pensionis præstatione eliciatur Regij consensus præsumpta opinio quædam ac coniectura. Nam isto casu longinqui temporis ratio, totiésque iterata solutio pensionis supplet legum solemnia; inducítque tanto silentio Principalis assensus probationem. Arg. L. Si filius Cod. De Petit. hæred. Bald. in L. Emancipatione Cod. De fide Instrum. Proinde interposita ad Curiam prouocatione,

Placitum Curiæ die 29. Iulij An. 1569.

uocatione, Conscripti Patres abusum nullum esse in Pontificio talis pensitationis diplomate decreuerunt. S. Consulto Parisien. 11. Calend. Maias An. 1575. Nobis tum, Iani Chandei, Mario, Lenoncurij causam agentibus.

Aresium Curiæ die 21. Aprilis, apud quam controuersum ius erat pensionis mille librarum Francicarum à Lenoncurio reseruatæ super Cœnobio De Doigny, Burgundæ ditionis Francicæ.

12 ADVERTE porrò, templa condenti iure succursum, vt tametsi nulla sibi nominandi Sacerdotis cauta fuerit prærogatiua Lege fundationis, ipsi tamen honoraria quædam præstentur iura, venienti occurratur procedatúrque obuiam, solemni Ecclesiasticorum hominum ritu, egenti alimenta præbeantur, eúmque Sacerdotes ex professo agnoscant Delubri sui conditorem. Decretali Epistola Clementis 3. Nobis De Iure Patron. Et Hostiensis sententia in §. Quid sit ius Patronatus, & §. Quid competat patrono. Tit. De iure Patron. De quo mota est olim forensis contentio Vidi Chauuignei cum Dolensi Biturigũ Cœnobiarcha, seu Burgi Dolensis. Carolo. 7. Gallorum Rege. Faber Chauuignei causidicus, Dolense cœnobium extructũ fuisse ab Ebbone, Dolensi Regulo, Annos abhinc quingentos. Normanis enim per medias Gallias prædonum more grassantibus, Armoricæ oræ monachos, è D. Gildæ familia, Bituriges se profugos recepisse: quorum sortem miseratus Ebbo, Vilelmi Biturigum principis frater, duas excitauit monasticas Ædes, D. Gildæ, ac Dolensem: Ne illi Diuinis mancipati obsequiis deserere sacram militiam cogerentur. Cœnobiorum quidem istorum fundationi nullam fuisse patronatus cautionem adhibitam.

Antiqua fori disceptatio in Curia Parisiesi De iure Patronatus.

At nihilo secius honorariam fundatori deferendam eminentiam, piæque benignitatis memoriã esse omnib⁹ grati animi officiis colendam, ac prosequendam.

Chartula fundationis Dolẽsis Cœnobij in agro Bituricensi, cuius exemplar nobis datum est à domino Arcis Rodulphi, Dolensiũ procerũ hærede.

QVOD vt pateat apertiùs, cape verba fundatoris, *Res iuris mei B. Dei genitrici Mariæ, & S. S. Apostolis Petro & Paulo de propria trado donatione. i. in villa Dolis, in territorio Bituricensi in vicaria Britenense capellam in honore S. Germani, & quantum in ipsa villa visus sum habere. Item in ipsa villa capellam in honore S. Mariæ super Andram fluuium mansum in dominicatum cum molendinis duobus &c. Ea igitur hoc dono tenore, vt in Dolis in honore B. Mariæ virginis, & S. S. Apostolorum Petri & Pauli monasterium regulare construatur, ipsíque monachi iuxta regulam S. Benedicti viuentes congregentur, qui istas res perenni tempore possideant, teneant territorium atque ordinent: ita duntaxat, vt ibi venerabile orationis domicilium votis atque supplicationibus fideliter frequentetur. &c.* 13

Die 2. Septẽb. *4. Nonas Septemb. An. 20. Regnante Carolo Rege.* Quotus autem hic Carolus Francicis tum rebus præesset, declarat Hugo Floriacensis in Gallorum Historia manuscripta, præfatus, Vvilelmum Aruernorum comitem, Calui Regis temporibus, Cluniacense fundasse monasterium; & D. Geraldum, Auriliacense: vti Vizeliacense à comite Geraldo, ac Dolense ab Ebbone castri Rodulphi dynasta fuisse constructum. Huius dein cœnobij Præfecto scripsit Alexander 3. Decretali Epist. Cum inter. De Renunc. Ex quibus probabile erat, Chauuigneo Ebbonis hæredi negãdum non esse ius

Carolus Caluus Galliarum Rex, Imperatórque Romanorum.

esse ius patronatus in Dolẽsem Cœnobiarchiam, háncque illius patrocinio, tutelæque committẽdam. Iis adiungitur luculentum testimonium Monachi D. Mariani Antissiodorẽ. in Chronicon Libello, mirè laudantis piam, egregiámque Ebbonis munificentiam; qua D. Gildæ, ac Dolense cœnobia condiderat dotarátque in Dolensi sua Biturigum ditione. Anastasio Christiani tum Orbis Præside Max.

Narrat hic monach⁹ S. Mariani in eo Libro, D. Gildã emicuisse Leonis 4. Cæs. seculo, & Britãniũ eũ Roma reuersum in Armorico regno resedisse, ibíque Abbam factũ scripsisse Britonum Annales, multa etiam de Regibus & ad Reges Britanniæ.

14 A LVLERIO, in contrarium, pro Cœnobitis suggestum est, Ebbonem nil iuris sibi reseruasse in donatione fundi, Cœnobiíque constructione: Igitur secundum libertatem sacræ Ecclesiæ iudicandum, vt Gelasius P. P. Senectiori episcopo rescribit, apud Gratianum 16. quæst. 7. Barbinus item, fisci Aduocatus, monachorum causam amplecti, quum dissereret, priscos Reges, in emancipando Biturigum Ducatu, Regiísque liberis fiduciario dando, suam in tutelam fidémque recepisse Dolense monasterium. Ad hæc, Philippum Longum singulari diplomate tutorem se, ac protectorem gessisse Dolensis Cœnobij: Neque huic ius dicere alios consueuisse, quàm Principales Yssoduni Biturigum Magistratus. Gallum Regem speciali priuilegio Monasticarum ædium defensorem perhiberi, Regiæque fundationis templorum Patronum tutelarem. De tanta quæstione Senatus censuit amplius deliberandum. Nonis Martiis An. 1447. Dehinc transactione conuentum, vt adeunti monasterium Toparchæ Arcis Rodulphi in occursum iretur à cucullatis sacer-

Lulierius causarũ patronus in Curia Paris.

An Gallus princeps in re dubia præsumatur generatim patronus sacrarum Basilicarum Regni discutit Boërius copiosè, in Decis. Burdegalẽsi 32. Die. 7. Martij.

dotibus, eíque honorifica alia quædam exhiberentur quotannis, velut antiqui beneficij μνημόσυνον. 4. Calend. Octobres An. 1459.

28. die Septēb.

HODIE etiamnum Dolensis antistes vetusta 15
Dolensium procerum liberalitate, his se iactat titulis, *Abbas & Princeps Dolensis*: Quemadmodum & Corbiensis Ambianorum scribit, *Abba, & Comes Corbiensis*. De quo expressim Innocentius 3. Cap. ad petitionem. De accusat. Est autem Corbiense alterum Saxoniæ Cœnobium, cuius illata ab eodem Pontifice mentio cap. Cùm venerabilis. De Consuet. Francicum quidem illum haud absimilis excipit Abba Comésq; D. Iodoci in Ambianis, seu maritimis Belgarum oris: Huic vicinus Cœnobiarcha S. Monstroliensis, de quo Alexander 3. P. P. ad Ambianorum episcopum cap. ad hæc De decimis. Ne iis sacros Germanorum Præsulatus adiiciam, apud quos Vlricus S. Galli Abba, princeps est à Philippo Cæsare salutatus: Ex eóque posteri omnes nuncupari se principes voluêre. Vt refert Simlerus De Rebus Heluetiorum Lib. 2. ex Stumpfio, & Conrado Fabariensi Annalium scriptoribus. Fuldensis itidem, aliæque Principes Teutonum Cœnobiarchiæ recensentur à Munstero Germanograph. lib. 3. Tot enim Principatus insignia fecit munifica Regum patronorum pietas, ac propensa in Hierarchicum Ordinem affectio. Inde profecta Agennensis Gallorum Comitatus vnio cum Episcopatu. Hinc & Laudunensis Ducatus sacro eius Regionis Antistitio coniunctus. Planum est enim,

Vlricus Cœnobiarcha D. Galli ex Altosaxa familia oriundus, Basileæ à Philippo Imp. in principem promotus est, sed Mũsterus narrat Cõradum Abbã hoc sibi primũ principis nomẽ adscisse. An. 1226. Cosmograph. lib. 3.

enim, longo post creatos Lauduni Præsules interuallo, floruisse Laudunensem Comitem Heribertum, déq; ea ditione in Odonem filium transferenda armis contendisse cum Rudolpho Rege, Martis demum iudicio hęreditarium euicisse Comitatum. Anno Christi 927. vt auctor est Flodoardus In prophana Regum Francorum historia. Cuius nimirum alter extat de Rhemensibus Archiep. historicus Codex. At multo pòst, Laudunensi dominatu Episcopis transcripto à prophanis Comitibus, illi non modò Ducalem titulum prætulere cum Pontificali, sed Galliæ quoque sunt Sexuiris adnumerati, quos Franciæ Pares seu Patritios Ecclesiasticos appellamus.

Laudunensis rursum Episcopus Dúxque potitur Danysio Comitatu, augusta Caroli 6. Regis beneficentia. Et Lingonẽsis præsul Mõtis Saugronij Comes solet nuncupari.

16 SECVS in Bellouacorum antistite, Francico etiam Patritio, cui Bellouacensis Comitatus nec Regio munere adiectus est, nec inferiorum Procerum donatione. Si enim Monacho S. Mariani credimus, sua istic verba sonanti, *Tempore Conradi Imp. Rogerius Episcopus Beluacensis inter alia Beneficia dedit Ecclesiæ S. Petri, cui præsidebat, Alliacum in Normania, & Montiacum in Vermendensi patria: Comitatum quoque eiusdem vrbis ab Odone Campaniẽsi Comite impetrauit, dato ei pro commercio Castro, quod dicitur Sacrum Cæsaris, in Bituricen. territorio sito, quod sibi patrimonij iure competebat.*

Monachus S. Mariani Antissiodorẽsis in Historico Volumine nondum in lucem emissa, vt antea diximus.

17 PATRONOS templorum accepistis multos, at si mota Patronatus controuersia, vacet interim sacerdotium, quæri poterit, vtrius litigatoris potior sit ad sacrum fanum nominatio. Puta, Palaisei magnatis diuisa est à liberis hæreditas: inter ip-

Rescissio diuisionis bonorum non tollit effectum præsentationis antea factæ à coharede secundum illã diuisionem.

sos. Mox resciſſorio diuiſionis iudicio accepto, dié obiit ſacelli beneficiarius, erogari ſoliti patronali nominatione Palaiſeorum procerum, ex clientelari prędio, cui ius patronatus connexum eſt. Eâpropter media lite, feudi poſſeſſor vtitur iure ſuo nominandi ſacerdotis. Reſciſſa tandem familiæ bonorúmque partitione, nouus beneficiarij agri dominus alium quendam obtulit Epiſcopo inſtituendum Sacerdotem. Dubium erat, vter ex nominatis ad Eccleſiaſticum Miniſterium, legibus anteferretur. Vt rem paucis complectar, decretum à Summa Curia, priorem alteri anteponendum. Celebri S. C. 4. Idus Apriles. An 1554. Arnoldo Ferrerio litis inſpectore, Magiſtro autem Protopræſide tunc more maiorum pronuntiante. Nec immeritò, quum priùs nominati intuitu, perinde haberetur poſſeſſor beneficiarij fundi, ac ſi eiuſdem proprietarius, indéque legitimus ſacerdotij patronus extitiſſet, quo tempore is primum eſt ius prodendi Epiſcopo ſacerdotis executus. His aptatur vulgata Alexandri 3. Epiſtola Decretalis ſub Tit. De Iure Patron.

Domini de Palaiſeau.

Arreſtum Curiæ Die 10. Aprilis.

Cap. Conſultationibus de Iure Patron.

POSSEM hoc loco cum patronatu templorum conferre Ethnïca Manumittentium iura, veterúmque libertorum. At ſacra tractanti indecorum viſum eſt adhuc ἑλληνίζειν, ac priſcis Gentium moribus, inſtitutíſque immorari: De quibus idé mihi dicere expediat, quod de glande, repertis frugibus, vulgò tritum eſt, ἄλις δρύος. Nempe vt à veteris Philoſophiæ ſpatiis atque vmbraculis iam ad Salomonis porticum deficiamus, in qua certiſſima vitæ

Mihi propoſitũ eſt in Opere Eccleſiaſtico prophanos ſcriptores non niſi rarò, ac neceſſario citare.

ἄλις δρύος. Satis quercus.

ma vitæ ratio, veritáſque continetur. Ea de cauſa Auguſtino gratulatus eſt Simplicianus pater, quem ille conuenerat ſuſcepturus gratiam Ambroſij Epiſcopi, quòd adoleſcens in Philoſophorum ſcripta non incidiſſet, fuci plena, fallaciæque, & deceptionum ſecundum elementa huius mundi, vt cum Auguſtino loquar Confeſſionum lib. 8. Hoc tamen adhibito temperamento, quod Baſilius Magn. annotauit, in homilia, cui Titulus eſt, De vtilitate ex Gentilium auctorum libris capiẽda. Ne ergo longius à Chriſtianis patronis ſacrarum Ædium diuertamus, en tibi, Statutũ à Trecenſi Collegio Eccleſiaſtico, (cuius patroni ferũtur Campaniæ Comites,) vt nouus Canonicus ſolemni iureiurando profiteatur apud Collegas, iuſtis ſe nuptiis progenitum. Spurius quidam legitur in Senatum illum Epiſcopalem, venialis obtentu diplomatis, quo Pontifex nothum canonibus ſoluerat, piíque Sodalitij Conſtitutione. Eiuratur poſtea à notho Canonicatus in gratiam purè legitimi. Huic nothi ſucceſſori negatur poſſeſſio ſacri beneficij ab Eccleſiaſtico Collegio prætextu illegitimorum natalium auctoris ſui: Quaſi nothi ſucceſſor ex incapacitate auctoris poſſeſſione arcendus ſit, aditúque in Capitulum prohibẽdus. Neque his refragari videbatur Canonici illius Statuti Pontificia venia, cuius effectum, profana templi fundatio præpediat, vt potè contempto à Pontifice patrono laico delubríque Epiſcopalis conditore. Ediuerſo vrgebat nouus beneficiarius, auctorem ſuum Eccleſiaſtico fun-

Simplicianus in reprobanda Philoſophorum lectione excepit Platonicos, in quibus fatetur omnibus modis inſinuari Deũ, & eius verbũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum munere, non ſine Sacri cœtus applauſu, nedum ſine vllius interceſſione. Igitur natalitiam illius maculam ſucceſſori obeſſe legitimè nato non debere. Quippe cui ſatis ſit, deceſſorem tempore eiurati ſacerdotij quietè ipſum liberéq; poſſediſſe. Vt Guymerius cenſuit Tit. de Pacif. poſſeſſ. in Prag. Sanct. Panor. in cap. Cùm venerabilis. De except. Rota Romana in Deciſ. 115. Deciſ. Capel. Tholoſanæ 477. Placuit Senatui, nouum Canonicum in poſſeſſionem mitti. Areſto 9. Cal. Decembres An. 1549. Martinellus Litis enarrator. Trecenſes verò Canonici qua formula recipiantur à Sodalibus in ſacrum conſortium, déq; Trecenſi Eccleſia omnino, conſule Innocentium 3. Cap. Dilecto. De Præbend.

Areſtum Die 23. Nouembr.

AMBIGVI iuris eſt, nûm prophano patrono, qui ſit anathemate perſtrictus, liceat nominare Sacerdotem. Licere putat Rota Romana Deciſ. 161. 527. In Antiq. Et Deciſ. 2. Tit. De Iure Patron. Sed huiuſmodi opinio refellitur multorum ſentẽtiis, Pontificiæ legis interpretum. Nam proſcriptus ab Eccleſia ſummouetur tacitè Sacrorũ iurium, ſpiritaliúmque exercitio, quale eſt Ius patronatus. Archid. in Cap. Pia. De Except. in 6. Panor. in Cap. nobis. De Iure patron. Lapus Allegat. 7. Quin & diris Pontificiis grauiùs punitur Chriſtianus quiſque, quàm ſi vel gladio feriatur, vel abſumatur flammis, vel feris ſubiiciatur. Teſte Auguſtino. Hanc partem denique in patronum cenſura notatum pontificia ſecutus eſt Ordo Ampliſſ. Ludou. Seguiero Pariſ. Senatore, &

An ſacrorum communione motus patronus laicus rite nominet Epiſcopo inſtituendum ſacerdotem.

Franc. Michaële inuicem altercantibus. Circa Annum 1534. Vt refert Longolius Conſcriptus Curiæ in ſuis Areſtorum Collectaneis: Eodémque Senatus Placito decretum, Clerici nominationem à prophano patrono ſordibus factam, cõtractámque Simonum ambitu, nullam eſſe.

Symoniacã præſentatione Laici patroni irritam eſſe.

20 ERE EST hîc ſubiungere non vulgarem patronatus quæſtionem, alicui competentis in duo ſolum vniformia Sacerdotia, an is ſcholaſticæ nominationis lege teneatur, ex Decreto Baſilienſi. Mæuius nempe ad ſcholaſticos gradus prouectus nominatur ab Vniuerſitate literaria Prẹfecto Cãpanici Cœnobij, qui illum primo quoque eſſet ſacro beneficio ornaturus. Vacante mox curiali ſacerdotio, Cœnobiarcha obtulit Lucium Epiſcopo Curionem preſbyterum eo loci inſtituendum. Hinc agitata controuerſia apud Cenomanum Proprætorem, nûm adſtrictus fuerit monaſterij præſul ſcholaſticæ nominationi, Mæuióque publici Muſæi Candidato. Inſtabat enim Lucius, ſacerdotiorum duntaxat trientem deberi, ſeu tertiam partem alumnis Academiæ gradu inſignitis. Quod de conformibus, eiuſdémque generis ſacerdotiis accipiendum erat. Proinde Abbam, cuius præſentationi duo tantum ſubſint, non tres parochi, minimè eſſe Academica nominatione onerandum. §. Præfati. 1. De Collat. in concord. Guymerius in §. Item quod Parochialis in verb. Triennium. Eod. Tit. in Prag. Sanct. A Mæuio, contrà, dicebatur, longè plura quàm tria Abbatis patronatum ſacerdotia agnoſcere, diſformia illa

De paræciaco ſacerdotio, cuius præſentatio pertinet ad Abbatem cãpaniæ, in Cenomana diœceſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem, sed quæ simul posita ternarium numerum impleant, Scholæ nominationi obnoxium. Vtputa, sacra duo beneficia curationi animarum coniũcta, cum aliquot Sacellis. Senatus, ad quem res est ex appellatione delata, curionatum Lucio adiudicauit. Decreto 4. Nonas Iunias An. 1504. Regius autem patronatus vsquequaque diffunditur iuris coniectura & opinione, in monasticas Ædes præsertim: nisi quæ priuatorum opibus excitatæ euidenter ostendantur. Ac propterea veterano inopi, qui cœnobio fuerat oblatus à Principe, summatim addicta sunt alimenta in monasterij Antistitem Vindiciario Curiæ Placito, quousque cœnobium à priuatis magnatibus extructũ fuisse apertis documentis probaretur. 13. Calend. Martias An. 1550. Leuesco, veterani, & Riantio, Ædis Culturæ Abbæ causam orantibus. Hunc Cœnobiarcham & conuẽtum de Cultura, in suburbiis Cenomani oppidi, memorat Honorius 3. Decretali Epistola ad monasticos præsules Tyri & Iosaphat in Carnutibus. Cap. Venerabili De Censib.

Arestum 10. Die Iunij 1504. De parœcia de Chãbiers, Cœnomanæ diœcesis, cõtrouersa inter Renatum de la Varye, & Stephanum de Boisfrond.

Arestũ, quod vocant prouisionale, die 17. Februarij.

EX QVIBVS in Sacram Rempub. officiis colligere est, Principes nostros, non titulo solũ Christianissimos extitisse, sed omnibus Regiis dotibus apprimè cumulatos. Quum enim sacras Ædes illi partim excitarent nouas, partim vetustate labẽtes restituerent, tantæ pietati comes succedebat armorum fœlicitas, fiebátque, vt è noua Hierosolyma, (ï. Ecclesia Regio structa munere) ad veterem inde Christo instaurandam armati ipsi proueherentur

Iura templorũ Numine sancita sunt, & augenda potiùs quàm minuenda.

Euseb. lib. 9. Euang. Præpa. Hierosolyma appellari ait,

ueherentur Solymorum vrbem, postremo in Ciuitatem Dei, cœlestiáque Hierosolyma recipiendi. Tunc tota Europa, totus Oriens, omnia propinqua, omnia longinqua, referta erant trophæis, victoriísque Francorum. Gallia interim domesticæ pacis, cum externæ victoriæ bonis perfruente. Ita visum est τῷ δωροδότῃ Spiritui, qui rectè actis præmia metitur: vt quandiu pontifex quilibet dignè versatus est in sacro imperio, tandiu Principes ad Aras Diuis immortalibus ponendas vltrò incitarentur, annuóq; censu ditarent Ecclesias. Quandiu rursus hi piè se gesserunt in Superûm Templa, eorúmque administros, tandiu Pax cum subditis festa agebatur, cædes, cruor, omnia bellorum exempla in Syriacos Christi hostes vertebantur. Nec verò ierim inficias, Sidonij quoq; seculo dormitasse in Gallia Pastores, quos idem increpans Aruernorum Præsul, exclamabat, κακοδαίμονα, facilè insultare balatui ouium destitutarum. Epistol. lib. 7. Epist. 6. ad Basilium pontificem. Eadémque ætate Saluianus, episcopus & ipse Gallus, asserit, Francicis in oppidis præstantissimos quósq; suis ærumnis factos esse deteriores. Lib. 6. De Iudicio & Prouid. Sed hæresum tamen mõstris Franciam ea circiter tempora caruisse scripsit in Vigilantium Hieronymus: Nec diu pòst Agathias scholasticus testatum Francos omnes esse Christianos, optimæque inter cæteros persuasionis. Ob id, sacra virente Gallorum disciplina, Antistites vt rerũ Ecclesiasticarum formatores erãt, ita Principes Politicarum rectores præferuidi, qui

quasi ἱερὸν Solomonis, ï, ædẽ ceu templum à Solomone Hierosolymis constructum. Idẽ scribit Egesippus. Victoria, cœli munus.

Cacodemonem, malum Geniũ.

Deo persona nulla eximia est, si D. Paulo credimus, & æquè rigidè pessum à primis ordinib⁹, vt ab aliis, est exacturus.

sanctos illorum conatus iuuabant amplissimis in Numinis cultum collatis ditionibus. Imprimis verò, D. Anselmus Vilelmum commendat Neustriæ Ducem, quod Britannica expeditione confecta, sedulò animum adiecisset Diuinæ rei ministerio, idque, excitatis passim delubris, stabiliendum & augendum curasset. In lib. De Conceptione.

ATQVE adeo Augusti tẽplorum patronatus tessera veluti quadam, permansit antiquus mos in variis Sacerdotum Collegiis, à prisca Regum pietate repetitus, vt sacrorum Sodalium cathalogo se ipsi adscriberent, & siquando istuc proficiscerentur, Regiis insignibus depositis, fascibúsque Religioni summissis, lineum supparum induti, Ecclesiastico munere cum aliis Collegis fungerẽtur. Nam in Andium Æde summa, Cenomanorum, & Martini Turonensis accensetur Princeps Canonicorum albo, cui & sacram annonam viritim, sigillatímque attribui refert Feraldus, fiscalis quondã cognitor apud Cenomanos. In libro De Priuil. Regni Franc. in 7. Iure Liliorum. Eo modo Carolus 5. Cęsareum diadema susceperturus Aquisgrani, quum Traiectẽses adiisset Canonicos templi Seruatianorum Euang. maximi, talarem in eo linteámque togam assumpsit tanquam Brabantię Dux, & Sacra amictus veste, cum Ecclesiasticis collegis Diuini cultus munia obiuit. 3. Idus Octob. An. 1520. Auctore Ioh. Placentio Trudonensi In Catalogo Episcoporum Tungrorum, Traiectens. & Leodiens. Sic Hebræorum morem,

Feraldus, Regius Actor in foro Cenomano.

Carolus 5. Imp. lineam stolam sacerdotalẽ gestauit in medio cœtu Canonicorũ Traiectẽsium. Die 13. Octob. An. 1520.

Ioan. Placẽtius Trudonensis, Dominicanus cœnobij Traiectẽsis ad Mosam.

rem, Ægyptiorum, Romanorum nostri Reges secuti sunt olim, Sacerdotalem dignitatem cum Regia Maiestate coniungentes. Hodie verò neglecta Pastorali cura, Principalis quoque deferbuit: & tametsi nulli hactenus Gallis iura dederint, quàm pij, veréque Christiani Reges; media tamen Francia grassari hæreses cœpere liberiùs, tumultúsque ciuiles, simulac plures visi à populo Ecclesiarum incubatores, quàm Ouilium excubitores. Ecquis enim decor rei Clericæ, quæ Religionis reuerentia, quænam & optimatum in Ecclesiam speranda largitio, tam multos cernentium, qui in pontificio cultu scurriles actus imitantur? Tales eheu plerique spectantur in sacrosanctę dignationis habitu, mimos tamen & planipedes, velut in scæna, tragicè actitantes.

23 QVARE, nisi ad priscorum institutorum normam redigantur Sacerdotes (pace tanti Ordinis dixerim) rari sunt posthac templorum patroni expectandi: Vt patronos denuò præstent Reguli, Proceréque, vicissim Pastores se præstent Hierarchæ: si fuerint Marones, non deerunt Mœcenates. Sin minùs, patronatus iura tantum scripta sciant Clerici, acceptáque ferant, vt vetustæ piorum Regum munificentiæ, sic maiorum suorum vitæ, ac venerabili Ecclesiasticorum morum integritati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLVS. 5.

DE COLLATIONIBVS SACERdotiorum necessariis.

1. 2. *Necessaria beneficiorum collatio in graduatos, iustissimáque.*
3. *Vtilis Sacerdoti præsertim literarum cognitio.*
4. *Dummodo prophanorum lectioni scriptorum non immoretur.*
5. *Resignata morientium beneficia non deberi graduatis, papa derogante Regulæ De infirm. resign.*
6. *Nûm requisitio inutilis impediat præuentionem Papæ.*
7. *Capitulo exempto refutante, ius conferendi non ad Papam, sed ad Diœcesanum deuolui.*
8. *Bulla exemptionis Capituli Cenomanensis ab Episcopali imperio.*
9. *Capitulum, Sede vacante, succedit in necessarias collationes beneficiorum, non in voluntarias.*
10. 11. 12. 13. *Secus de literarij gymnasij primatu, & similibus, inter beneficia non numeratis.*
14. *Vtrùm graduato simplici debita collatio fieri possit à Capitulo, tanquam necessaria.*
15. 16. 17. *Nominatio Senatorum Parisien. ad beneficia, cum illius priuilegiis.*
18. *De forma Mandatorum Apostolic.*
19. *Litigiosum beneficium mandatarios acceptare non cogi.*
20. *Exhortatio ad Mandatarios Apost. Sed.*

De collatiuis Sacerdotiis, post patroni præsentationẽ, si quis tũ patronus extiterit, ab ordinario conferendis.

PATRONALEM CLERICI nominationem sequitur Pontificia institutio, ceu sacri collatio beneficij, quod propterea in foro collatiuum vocitamus. Collationum autem quum duo genera sint omnino, necessariũ alterum, alterum spontaneum, ab illo, tanquam digniore,

digniore, puréque canonico ordiendum.

2 SANCTISSIME enim cautum fuit Placitis Concordati Bononiens. vt sacra Ministeria literatis concederentur, & ab Academia collatori nominatis. Ast in eorum fraudem nouo commento impetrantur codicilli à Summo Pontif. identidem, Pactitia Lege illa soluentes ambitiosum petitorem, addita Bononiensis Pacti derogatione. Sed hanc legum solutionem, aut potiùs dissolutionem morum diutius ferre non potuit Schola Parisiensis: Qua instante, latum Edictum à Franco Rege, ne vlla deinceps venialium huiusmodi diplomatum ratio haberetur à Ciuili Magistratu: Vetitum etiam districtè, alios institui in oppidis animorum curatores, quàm scholasticis gradibus præditos. Edicti tabulæ in Senatu promulgatę 7. Idus Martias An. 1552. Ex quo perspicuè cernas, quanta sit Potestas Ciuilis, quanta Regum Politica gubernatio, qui nec temere Nutritij Ecclesiæ dicuntur ab Esaia sacrorum vatum Homero. cap. 49. Vnde etiam scriptis professus est Princeps Iustinianus, nihilo minorem sibi Ecclesiastici Status, quàm vitæ suæ incolumitatem curæ esse. Nouel. 3. Quid autem Ecclesiasticæ vtilius Reipub. quàm Doctorum hominũ delectus ad sacra munera obeunda?

Pontificia collatio, Gallici iuris graduatorum derogatoria, in iudiciis declaratur abusiuè exorata petentis importunitate.

Die. 9. Martij.

Hebræi quoque Vates minorum gentium sacra Vaticinia edidere, quæ legimus, Eusebij Cæsariẽsis manu descripta Græcè, ante mille & ducẽtos annos. Parui illi Prophetæ sunt Oseas, Amos, Micheas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum Eltesei, Abacuch, Sophonias Aggeus, Cacharias filius

3 SACERDOTIS enim partes sunt, sacra præcepta edocere, eóq; diligenter euoluere quatuor potissimum libros Didascalicos, quæ Euangelia nuncupantur. Hæc est in vita humana Summi Boni medulla, quem velut thesaurum in Sacrario

Abdo, Malachias, Ysaias filius Amos, Hieremias filius Elkiæ de sacerdotibus.

Corpora malos medicos, animas imperitos sacerdotes occidere dicebat Pius 2. Pōtifex Apud Platinam in Pio.

Nouum, vetúsque Testamentum.

sapientiæ conditum tot Philosophorum classes omnem mouentes lapidem inuenire nequiuerūt. Literarum autem ignaris Clericis metuendum Oraculum, quod Deus Oseæ Vatis ore effatus est. Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi. Oseæ 4. cap. Ridet pariter Nazianzenus Clericos nonnullos, qui priùs ferè quàm primam abiecissent lanuginem, diuináque atria ingressi essent, priusquàm sacra volumina nouissent vel de nomine, priusquàm Noui, Veteríque Instrumenti signa & notas cognossent, si tres pias voces didicisset ex auditione quidem potius quàm ex lectione, statim pallium cōtrahebant, aut zona tenus philosophabantur, pietatísque obiecta specie, ac fuco semetipsos oblinebant, vt profani vulgi præconio laudarentur. Apologet. 1.

Cōcilio Carthaginēsi 4. interdictū episcopis, negētilium libros euoluant, hæreticorū autem perlegant pro necessitate aut tēpore. De his vide Gratiani Distinctionem 37.

CAVENDVM porrò, ne Ecclesiæ sacrati institutis Philosophicis nimiam dent operam. Vt Haymoni visum est, Halberstatensi Episcopo, De Christianarum rerum memoria, lib. 1. Quod enim errore lapsus sit Origenes, putant hoc ei accidisse, quia Pythagoræ dogmata, scitáque Zenonis Stoici amplecteretur studiosiùs, eorúmque lectione impensiùs delectaretur. Atque ideò cōsultiùs secum agere mihi videbuntur Christiani omnes, nedum Clerici, quum à lectione Gentilitiorum scriptorum, quasi à voluptariis fabularum argumentis, ad Sapientiæ & veritatis fanum accesserint. Scilicet ex optimis sacrosanctæ doctrinæ monumentis videre est per nebulam captus

ptus humani ingenij, quæ præmia eos maneant, qui calcatis fortunis temporariis & caducis, in expectationem supremæ fœlicitatis spes omnes suas rationésque contulerunt. Sed iam Academię alumnos repetamus.

Nūm beneficia à moriente resignata peti possint à graduato, tanquā morte vacantia.

5 NON omnia vtique Sacerdotia debentur literariæ Vniuersitatis candidato. Eiuratum est à Curione paroeciacum templum D. Nicolai Campestris in amici gratiam, qui ne à limine quidem Musas salutarat. Ita sacerdotium à Præsule Summo huic erogatum, quem parochus moriens sibi delegerat successorem, addita Pontificiis tabulis clausula Concordati derogatoria; vt Academicis Sacerdotio inhiantibus os occluderetur. Ilicò pòst, eiuratore diem functo, sacerdotium petit is, quem nostri praxiarcæ *graduatum* appellant: obídque à Pontificia collatione prouocat abusus ergô ad Senatum Parisiensem. Eum mouebat, quod sicuti Reges in clauium Ecclesiasticarum cōtemptum, ita Pōtifices in despectum sanctionum Regiarum moliri nil planè oporteret. Ex §. Statuimus. De Collat. in Concord. Pontificis, contrà, beneficiarius, ea tantum Sacerdotia scholasticæ obnoxia esse nominationi, quæ, ex Sacerdotis obitu, vacarent possessore: non quæ, facta ab illo cessione, alteri deferrentur. Vt cautum est Synodica Basiliensi Constitut. §. Item quod omnia, De Collat. & §. Volumus. Eod. Tit. in Concord. Excepto, si fraudandi animo exquisitam Sacerdotij renunciationem proponeretur, agente tum animam ipsius eiuratore: aut si pingue cum tenui

sacrum beneficium commutetur à presbytero incolumi cum moribundo. Arg. sententiæ Vlpiani lib. 35. ad Sabinum in L. filiæ meæ emancipatæ & ægræ. Solu. matrim. Et Cap. Si te præbendam. De Renunciat. Apud Bonifacium 8. Perorata causa, Senatui placuit graduatum prouocatione summoueri. Decreto 16. Calend. Februar. An. 1548. Eodémque Patres S. C. disertè contestati sunt, non ideò sibi Pontificiam Concordati derogationem probatum iri, alio casu emergẽte: Monitis simul, qui Ecclesiarum clauum tenebant, ne Musæi publici candidatos repulsam ferre sacrorum munerum paterentur. Hæc à Molinæo prætermissa, Pontificiorum Canonum interprete, quos Apostolicæ Cancellariæ regulas nuncupamus. De aliis autem id genus eundem consule, ne antea literis mandata vel adscribere mihi ipsi, vel saltem odiosè inculcare videar voluisse.

Arestum die 17. Ianuar.

A SACERDOTIIS cessione vacantibus, transeundum ad vacantia per obitum, quatenus ea Scholarum candidati iure possint vendicare. Extat Regia Gallorum Constitutio, facta ab Academico requisitione, præueniri Romanum Antistitem: quo minus huic deinceps liceat Ordinarium anteuertere in sacro Ministerio conferendo. Artic. 14. Legis latæ Mense Iunio An. 1510. quam Senatus promulgari iussit 5. Calend. Maias An. 1512. In proposito hæsitatum est, an inutilis petitio, facta ab eo nimirum, qui literariis gradibus non sit ornatus, rectè præpediat Apostolicam præuentionem: vt requirenti dehinc Academico Pontificius,

Beneficij requisitio inutilis impedit Præuentionem Põtificis Max. fauore graduati.

S. Consultum die 27. Aprilis.

Pontificius, licet præuentione superior, postponatur. Dubitandi argumentum erat, quod actus inefficax nihil haberet virium, nullósque effectus produceret. Per contrarium dicebatur à Scholæ candidato, id suo ipsius tantum fauore introductum, vt sacerdotij donatio in eum collata, qui scholastico gradu insignitus non sit, inualida cẽseretur, nec talem concessionem sacri beneficij purè irritam esse, sed irritandam, graduato forsan, cuius interest vnius, conquerente. Ergo incapacis diligentiam esse commodo graduati, non Põtificij, adplicandam. Cuiusmodi opinionem firmat Rota Decis. 52. quæst. 22. & Decis. 536. in Antiq. Iohan. Monach. in cap. Statutum. De præben. in 6. Oldradus Responso 305. Steph. Bertrandus Consil. 38. Guymerius Tit. De Collat. in verb. irritum In Prag. Sanct. Excussis partium tabulis, Conscripti Pat. graduato sacerdotium addixerunt. Placito 9. Calend. Quintiles An. 1534. Dezasses Regio Consiliario litis inspectore. Altero item Curiæ Decreto 12. Calend. Martias An. 1540.

Arestum die 23. Iunij.

Placitũ curiæ die 18. Februarij.

7 DE PONTIFICIIS Collationibus hucusque, nunc Collegiorum proprias expendamus. Non ambigitur, Episcopales Canonicorum cœtus plerosque in Gallia eximi Prælulis sui potestate, neq; alium sibimet præfectum agnoscere, quàm Maximum Pontificem. Ab huiusmodi sacro Sodalitio postulat quidam Academicis gradibus decoratus, sibi sacerdotium dari, iam ex Quintili mense vacuum, graduatis lege attributo. Repul-

Nota quoque requisitionem sacerdotij sacro Collegio factã non valere, nisi Canonicis in Capitulo congregatis, vel eo loco vbi solent

ab iis communiter tractari negotia Sacri sodalitij. Gloss. in. Cap. Cùm omnes. De. Cōstit. Gloss. in Cap. Si capitulo. De conces. præb. in 6. Vnde & ibidem nūciationes sūt solēnesque professiones faciēdæ, nullæ alioquin & irritæ. Vti à Curia Paris. decretū narrat Longolius, regius Senator in suis Arest. Collectaneis. Circa An. 1535. Litis expositore Natali Burgoino.

sa accepta, quæro, vtrū adire tutius sit Academico, Diœcesisne antistitem, an Romanum Pontificē. Respondeatur prima fronte, ad hunc duntaxat esse recurrendum, quem exemptis vnum præesse constat, non ad Episcopum, cuius foro soluti, immunésque ferantur sacri Sodales. Eíque opinioni suffragatum Guymerium legimus in verb. Graduatum. Tit. de Collat. In Prag. Sanct. At diuersum censuere Parisien. Senatores, rogatísque sententiam singulis Curiæ Classibus, decretum fuit, vt reiectus à Collegio Ecclesiastico Diœcesanum priùs, quàm Rom. Præsulem imploraret. Quo iure Galli semper vsi sumus, ex Clementis 5. Constitutione lata in Concilio Viennensi. De suppléda neglig. Prælat. Cap. 1. Hæc enim tametsi speciatim legem præscribat regularium Ecclesiarum primoribus, non secularium: Eadem tamen vtrobique ratio Curiæ visa est locum habere. Graui S. C. Annum circiter 1535. Quod & summatim à Longolio in Miscellanea relatum est, senatore illorum temporum clarissimo.

Clemēs 7. Antipapa Auenione sedens, Carolo 6. Galliarum Rege: Cuius imperiū Pontificis scripto agnouerunt aliquot sacrarum Legum professores, Zabarella. Cōsil. 150. Geminia-

VNIVERSIM autem quousque trahantur prædictæ Sacrorum collegiorum Exemptiones Pontificiæ ab Episcopi imperio, paucis accipe, & diplomate ab vno disce complura. *Clemens &c. Volentes Ecclesiam Cenomanam, cuius glorioſus confeſſor Iulianus, qui de numero 72. discipulorum existens, à B. Clemente ad partes illas destinatus gentilem populum ad fidei catholicæ cultum reduxit, prior extitit antistes, fauore prosequi gratiæ specialis ob ipsius S. Præsulis reuerentiam, necnon consideratione charissimi in Christo*

Christo filij Caroli Francorum Regis ipsius Ecclesiæ Canonici præbendati dignis extollere titulorum insigniis, & amplis dictæ Sedis præsidiis communire, vt personæ in eadem Ecclesia degentes, eo diuinis obsequiis votis feruentioribus intendant, dictámque Sedem eo maioris deuotionis affectu studeant reuereri, quo ipse, ipsáque Ecclesia dotatæ extiterint maiori libertate, Ecclesiam ipsam, Decanum, Capitulum, Canonicos, Capellanos, Vicarios, Clericos, Chorarios, & alias quascunque dignitates, personatus, officia, & beneficia in eadem Ecclesia obtinentes, necnon familiares & seruitores eorumdem tam laicos, quàm Clericos præsentes & futuros, vnà cum prædictorum omnium dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, domibus, iurisdictionibus, iuribus, possessionibus, bonis patrimonialibus, & aliis quibuscunque, etiam si extra dictam Ecclesiam existant, ab omni iurisdictione ordinaria, dominio, visitatione, & potestate qualibet omnium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & specialiter venerabilis fratris nostri Gonteri Episcopi Cenomani, successorum suorum, & aliorum ordinariorum quorumcunque prorsus eximimus, & Apostolica auctoritate liberamus: huiusmodi Ecclesiam, Decanum, Capitulum, Canonicos, & alios prædictos cum omnibus suprà scriptis in ius & proprietatem B. Petri, & sub nostra, & dictæ sedis protectione suscipientes, ipsi Sedi Apostolicæ duntaxat immediatè subesse, & subiectos fore in perpetuum decernimus &c. Datum *Auenione 3. Calend. Martias. Pontificatus Anno 9.* Pontificiam hanc exemptionem secuta est vindiciaria Curiæ Sententia pro Cenomano templi maioris Collegio aduersus Episcopum. Ca-

nus Consil. 8. & 93. hoc colore, quod Vrbani 6. in Pontificatum allectio vi expressa diceretur à nōnullis, extortáque armorum necessitate.

Apostolica exemptio Capituli Cenomanēsis ab Episcopo Diœcesano.

Die 27. Februar.

Arestum die 1. Decembris.

lend. Decemb. Anno 1397.

Vtrùm Capitulo ius sit, sede vacante, graduato beneficia conferre, quasi necessaria sit beneficij in graduatũ collatio, non voluntaria.

QVOD tradunt Pontificiæ legis professores, necessariam esse sacri Ministerij collationem in graduatos, id porrigitur ad ius Episcopalis Collegij, vacua Cathedra, conferentis. Scitum est enim, Canonicorum Collegia, licet Episcopo non succedant in vltroneam Sacerdotiorum donationem, ea tamen erogare posse, quæ certo hominum generi erogandi ingruat necessitas. Cùm ergo Collegium, Sede episcopo vidua, teneatur electis manus imponere, nominatos à patrono instituere, quidni & nominatos ab Academia? In hanc nos quæstionem multis egimus nuper in Senatu pro Brilleto Rhemensis Collegij beneficiario aduersus noui Antistitis candidatum, ex facti specie infrà relata.

Collegij scholastici primatus, nũm à Capitulo ecclesiæ perinde conferri possit sede vacante, vti ab Archiepiscopo ipso, nisi decessisset, conferretur.

RHEMORVM Præsule fatis functo, vacauit silico post primatus Rhemensis gymnasij Lutetiani, quem ex fundationis præscripto alij attribuere vetabatur Rhemorum Pontifex, quàm Rhemensi ciui artium magisterium adepto, cæterísve, gradatim fundatoris iudicio designatis. Itaque vacuo Rhemorum præsulatu, cliens meus impetrat collatitium munus hoc à Metropolitico Rhemorum Collegio: Alter postea à nouo Archipræsule, tum à Rege, quasi regaliorum iure quodam. Proin causæ cognitione delata ad Ordinem Ampliss. illius ego patronus defendebam, tales erogationes sacerdotiorum, quæ Academiæ Candidato destinantur, vel mandatario Sanctę Sedis, innoluntarias censeri: ideóq; ad Sodalitium Ecclesiasticum

siasticum, vacuo sacro Solio, pertinere. Vt ait Panor. in Cap. Illa Ne Sede Vac. Ioh. Andræas in Cap. Vnico. Eod. Tit. in 6. Rebuffus expressim in Tract. Nominat. quæst. 8. num. 30. Ad hæc, Rhemensis Scholæ præfecturam omnino non esse Ecclesiasticum beneficium, sed prophanam veriùs administrationem quãdam, aut principatum laicæ scholasticæque societatis. Idque sensisse de Scholasticis huiusmodi Collegiis videtur Bartol. in L. 1. §. Sed religionis D. De Collegiis & corporibus. Bald. in Authent. habita Cod. ne fil. pro pat. Idem in L. 2. ff. Quod cuiusque vniuers. nom. Et in L. Id quod pauperibus. Cod. de Episc. & Cler. Quinetiam nõnullis placuit, Academiam ipsam Parisiorum inter prophana Collegia potiùs, quàm Ecclesiastica numerandam. Iuuat hãc opinionem caput sequens Statutorum Vniuersitatis (quæ à Tuteuilla Cardinali edita sunt, illam restituente An. 1452.) *De coniugatis à regentia medicinæ non repellendis.* Ex quo elicitur, Sacram Rhemorum familiam, cui vacantis Ecclesiæ custodia commissa est, ludo literario administratorem rectè præfecisse: Quod vulgò receptum sit, à custodibus Sacræ Sedis vacuæ dispensatores constitui, seu rectores, in iis quæ Ecclesiæ iura spectarent. Panor. in d. cap. Illa. Ne Sed. Vac. Argumento cap. Bonæ. De appell. & cap. Vlt. De Regular.

Reformatio Vniuersitatis Parisiensis Calẽd. Iunijs An. 1452.

Ramatus aduersæ partis aduocatus.

QVVM autem iuri nostro opponeret Aduersarij causidicus Pontificios Codicillos, Rhemensis Antistitij erogatorios collatori suo, antequam noster cliens primatu scholastico donaretur à

Rhemensi Capitulo; Respondebam, illos fuisse iam tum quidē Romæ decretos Præsulatus Rhemensis candidato à Summo Ecclesiæ Sacerdote: At nihilo secius vacasse Cathedram Pastore Ecclesiastico, donec nouus Archiepiscopus possessionem nactus esset. Iudicio Hostiensis in cap. Olim. De restit. spoliat. Felin. Responso 40. Ea propter in aduentum vsque successoris omnia debet Capitulum agere, & ius dicere, Romanorum instar Proconsulum. Sicuti lib. 10. Vlpiani De horum officio continetur. In L. Meminisse ff. De Offic. Procons. & Leg. Neque iis obstabat Regia Scholastici primatus collatio lege Regaliorum, quam competitor Archiepiscopi donationi velut cumulum adiunxerat. Tales enim Principum erogationes ad ea porrigūtur duntaxat, quæ sacri beneficij titulum gerant: vt patet ex Francica veteri Constitutione, quæ Parisiensium Ratiociniorum Actis perscripta est, in hæc verba. Dum " Episcopus alicuius Episcopatus, vbi Dominus " Rex habet regaliam, ab humanis decedit, immediatè per obitum ipsius, est Regalia in dicto Episcopatu aperta, & succedit Rex loco boni & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti " Episcopatus, confértque beneficia non curata. " Inde Valetudinarium, Regij idcirco iuris non est muneríque Regaliorum, quia sacerdotij nomine non censetur. Teste Ruzeo in 51. Priuileg. Regaliorum. Alia causa existit matriculariæ Ecclesiasticæ, quæ à profana quum distet plurimum, sacríque Ministeriis adnumeretur, ideò Regaliorum legi-

Consilium Felini.

rum legibus eam teneri proditum est 15. Priuil. Regal.

12 NOBIS hæc, aliáque in Senatu dicentibus subscripsit Thuanus patronus fisci, agnouítque non modo Regaliorum iuri locum nullum esse in Gymnasiarchiam, sed hanc quoque, vt necessario, sic ritè collatam à Rhemensi Sacerdotum Collegio, sacra Rhemorum vacante Metropoli. Interim verò causæ huius Actione interrupta, negotium transactione deciditur, Capituli beneficiario cessit Gymnasij præfectura, malluítque iniustæ litis conscius competitor herbam porrigere, velut deditia victoria, quàm ancipitem iudiciorum aleam diutius metu suspensum experiri. Calend. Sextilibus An. 1575.

In hac forensi quæstione litigatores Antonius Baysius, & Vuilelmus Sōmelardus Regalistæ, simul & Archipræsulis beneficiarij aduersus Remigiū Brilletum Capituli Rhemensis sede vacante beneficiarium.

Die 1. Augusti.

13 IN PROPOSITO obuersatur memoriæ disceptata apud Patres Conscr. Appellationis controuersia De Burgundij Musæi magisterio in Academia Parisiensi: Quod quidem à Sede Rom. abusiuè impetratum, quasi Sacerdotium, appellans intendebat. Burgundum enim gymnasium fuisse à profana patrona conditum, Galliæ Augusta Philippi 6. coniuge, ad pueros humanioribus literis informandos. Ob idque gymnasiarcham subinde constitutum, non qui perpetuò ibidem dicaretur Numinis ministerio, sed curationi morum puerilium, & docili iuuentæ in literario officio continendæ: Dum faciles animi iuuenum, dū mobilis ætas. Ideo quippe Musęa structa sunt literarum studiosis, teste Flacco,

Scilicet vt possint curuo dignoscere rectum,

Duo Parisiensis Academiæ gymnasia regē Patronum fundatorémque esse profitentur: Nauarricū seu Campanum, à lana Campana extructū, Philippi 4. Regis vxore: & Burgundum à Iana Burgunda coniuge Philippi Valesij Regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque inter ſyluas Academi quærere verum.

Hinc Σχολὴ dicta, otium, vel diſputatio, quæ per otium agitatur. Quibus conſequens erat, gymnaſij præfectum, Pontificis beneficiarium dici non poſſe, nec gymnaſiarchiam albo ſacrorum beneficiorum adſcribendam: Neque igitur Pontificio reſcripto obtineri ipſius collationem debuiſſe. Ediuerſo Pontificius, Burgundi gymnaſij præfecturam Pontificio muneri acceptam ferri conſueuiſſe quadraginta abhinc annos: Nouiſſimæ poſſeſſionis ſtatum in ſacerdotali controuerſia eſſe ſpectandum, vt notat Bonifacius 8. Cap. Cum de beneficio De Præben. Quin & gymnaſiarchæ in antiquioribus Politiis Sacerdotes fuere, qui vt rectiùs naturalium rerũ cauſas ſcrutarentur, iuuentutémque erudirent, è ſacris reditibus alebantur, & ciuilium munerum habebant vacationem. Vt auctor eſt Iſocrates in Buſirid. Ac pariter gymnaſij principes viros Tertullianus vocat Sacerdotes. In Lib. contra Iudæos: Prophetas Clemens Alexandrinus pontifex eoſdem appellat, in Commentariis, quæ Στρωμαλεῖς quaſi ſtragula picta dixeris, inſcribuntur: Illi à mulieribus, vino, & eſu carnium abſtinere cogebantur. D. Hieronymo teſte Lib. 2. conta Iouinianum. Itaque nil mirum, Scholaſticos Primatus vnicuiq; dari Pontificio diplomate: quum & Romanus olim Antiſtes Regiæ huius Scholæ fundationem ſolemnibus tabulis comprobarit. Cauſa pleniſſimè cognita, decreuit Senatus, rectè illum appellaſſe, nec ſcholaſticas præfecturas in Sacerdotiis

dotiis numerari. Placito Curiæ 12. Calend. Februarias An. 1562. Petro Gemello appellante, & Alexandro Blanco litigatoribus. Quoniam autèm de Lutetiana Academia dictum eſt, expende ipſius Conſtitutiones magnopere probatas Innocentio 3. reſcribenti ad Pariſienſes liberalium Artium profeſſores. Cap. Ex Literis De Conſtitut. Tum ad Scholaſticos Pariſien. Cap. Quia in cauſis. De Procur. Quemadmodum ab eodem Pontif. ſcriptum eſt Doctoribus Decretorum Bononienſ. Cap. Inter alia De Sententia excommun.

Areſtum Curiæ die 21. Ianuar.

14 SCHOLASTICO gradu ſimpliciter ornati licitè necne donentur ſacerdotiis à Capitulo, Sede vacante, nondum ſatis eſt definitum. Tametſi enim illorum alterutri concurrentium gratificari liberum ſit, Placitis Baſilienſis conuentus. Nihilo magis tamen ſpontanea hæc dicitur collatio ſacri Miniſterij: quum facultas neceſſariæ electionis nõ ſit propriæ liberalitatis beneficium. Auctore Papiniano in L. vnum ex familia §. 1. ϖ. De Legat. 2. Pari modo, cùm quidam pluribus hæredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet, vt ſi moreretur, vni ex cohæredibus, cui ipſe vellet, reſtitueret eam partẽ hæreditatis, quæ ad eũ peruenisſet, reſpondit Caius vtile eſſe fideicõmiſſum. Nec enim in arbitrio eius qui rogatur, poſitũ eſt, an omnino velit reſtituere, ſed cui potius reſtituat. Plurimũ enim intereſt, vtrùm in poteſtate eius, quẽ teſtator obligari cogitat, ſiet, ſi velit dare: An impoſita neceſſitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberũ arbitriũ concedat. L. vtrum. §. 1. ϖ. De Reb. dub. Quo refertur

An graduato ſimplici debita collatio beneficij cẽſeatur neceſſaria, vt à Capitulo, ſede vacante, fieri poſſit.

Q

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam Bartoli ſententia in L. illa inſtitutio in fi. ff. De hæred. Inſtit. & Bonifacianum reſcriptum Duobus In verſ. Quem voluerint, eligere teneantur. De Reſcrip. in 6. cum §. Præfatíque Ordinarij Tit. De Collat. In Concord. verſ. conferre teneantur. Et hæc gradu ſcholaſtico ſimpliciter honeſtatis aptanda videntur peræque, vti ab Academia ſimul nominatis. Ita S. C. deciſum, collationem vtrilibet factam, neceſſariam eſſe, ideóque ad Epiſcopale collegium, vacante Cathedra, pertinere. 11. Calend. Quintiles. An. 1532. Alio item Curię Placito 5. Calend. Iulias An. 1562. ſecundum graduatum ſimplicem, Epiſcopalis Senatus beneficiarium, De Archidiaconatu Conuenatis Eccleſiæ. At conſimili deinde ſuborta cõtrouerſia de ſacro Cancellarij munere in Ambianenſi templo max. Dicebam in Curia, variiſque argumentis intendebam, collatum graduato ſimplici ſacerdotium, ſponte, puréque donatum videri. Cuicunque enim ordinarius Antiſtes gratificetur in Eccleſiaſtico beneficio dando, is collatori obſtringitur tanquam ex mera liberalitate. Vt ait Panor. in cap. Poſt electionem. De conceſſ. Præb. Et in cap. Relatum. De Præb. Atqui neminem in rebus neceſſariis liberalem exiſtere putat Modeſtinus lib. 8. differentiarum. Vnde ſequebatur, voluntariam eſſe ſacerdotij donationem, quæ in graduatum ſimplicem conferatur: Proindéque eam exerceri ab Ambiano matricis Eccleſiæ choro non potuiſſe. Sicuti rurſus nominatione ipſa Patronali, ſaciáve electione in neceſſitatem

Areſtum Curiæ die 21. Iunij.

Placitum die 27. Iunij de archidiaconatu Commingiæ Eccleſiæ.

ſitatem coniicitur Ordinarius & nominati inſtituendi, & electi confirmandi: Ita facit Academica Nominatio, vt is cui nominatur Muſæi publici candidatus, eidem neceſſe habeat Eccleſiaſticum tribuere Miniſterium. Quæ omnia in Scholaſtico ceſſant, nudis Academiæ inſignibus prædito, necdum ab ea Collatoribus nominato. Rem vltrò citróque diſceptatam, Patres conſilij eſſe pronuntiarunt. In publicis Cauſarum actionibus 4. Nonas Ianuar. An. 1576. Me, Iac. Saguierij, Magiſtro, contrà, Huberti Morierij cauſidicis. Quæretur obiter de literarum alumno, qui nominante Schola, ſacerdotio donatus ſit à pontifice diœceſano, vel à Sodalitio Canonicorũ, vacuo eo pontificatu: eíne præferendus ſit alter ſacerdotij eiuratione ſucceſſor, ſeriùs publicata, contra Pontificium Canonẽ *De publicandis reſignationibus*. Clamitet iſte eiurantis ſucceſſor, ſacra beneficia, quæ prioris ceſſione ſacerdotis vacent, non deberi Academiæ candidatis. Sed hoc ita Nominatus diluebat, ſacram functionem, cuius ceſſio proſcripta publicatáque non fuerit, cedentis obitu verè vacaſſe, non ceſſione. Replicat Aduerſarius, Sacerdotij quidem eiurationem paulo ante cedentis obitum fuiſſe prœconio promulgatam: Aſt diu ſe multúmq; antea incubuiſſe ſacerdotij poſſeſſioni. Quo intellecto, Senatus admiſit longæ poſſeſſionis exceptionem, eámque teſtibus probatum iri decreuit. Areſto 17. Calend. Ianuar. An. 1574. Mario, Reſignatarij, & Chauuelino, aduerſæ partis cauſam orantibus. De curionatu

Die 2. Ianuar. An. 1576.

Regula Cancellariæ De Publicã. Reſignat.

Decretum Curiæ die 16. Decembris. An. 1574.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Magdalenes in Vrbe Parisien.

HACTENVS nominatos ab Academia, nunc à Principe nominatos discutiamus. Quanquam enim vtrique Candidatorum generi adstrictus sit Ordinarius in sacerdotiorum collatione: Academicis tamen anteferuntur Galli Regis candidati. In his primum locum obtinet Regij Scrinij Magister, togati ordinis princeps, legum tutor, censórque morum grauissimus; tum Parisiensis Curiæ Præsides ac Senatores, ceu in Senatum lecti, quemadmodum liquet ex Pontificio Pauli 3. diplomate subsequenti: *Paulus &c. Charissimus in Christo filius noster Franciscus Frãcorum Rex Christianiss. suo & dilectorum filiorum modernorum Cancellarij, Præsidentium, & Consiliariorum suæ Supremæ Curiæ parlamenti Parisiens. nominibus nobis exponi fecit, quòd licet dudum Eugenius P. P. 4. prædecessor noster, procurante Carolo Francorum Rege, literas Apostolicas in forma gratiarum expectatiuarum, seu mandatorum de prouidendo, tunc & pro tempore existentibus Regni Franciæ Cancellario, necnon Præsidentibus & Consiliariis Curiæ Parlamenti Parisien. quorum nonnulli laici esse consueuerunt, ac per eosdem laicos loco sui nominandis parentibus, familiaribus, & aliis tunc expressis de eiusdem Curiæ corpore & gremio existentibus ad omnium Episcoporum, Abbatum, & Capitulorum, ac aliorum ordinariorum collatorum dicti Regni collationes & dispositiones, ita vt Cancellario, Præsidenti, Cõsiliario, seu personæ per Cancellarium, Præsidentem, aut Consiliarium, seu aliam personam dictæ Curiæ laicam, & ad obtinenda beneficia non capacem, nominatæ, ad eiusdem*

Iuris Præfectus Gallicus ceu Cancellarius Franciæ.

Bulla Apostolica Nominationis Senatorũ Parisien. ad sacra beneficia. Die 19. Iunij An. 1538.

eiusdem Caroli Regis nominationem vni ex eisdem ordinariis collatoribus de persona huiusmodi faciendam, de vno beneficio seculari, vel cuiusuis, etiam Cluniacensis ordinis regulari semel in illorum nominandorum, & ordinarij collatoris vita duntaxat, per eundem ordinarium prouideri deberet, Apostolica auctoritate perpetuò concesserit. Tamen pro eo quòd illi nominandi, qui pro tempore fuerunt, literis & gratiis Eugenij vti, & illarum effectum prosequi forsan prætermiserunt, à nonnullis de viribus literarum prædictarum hæsitatur. Quare Franciscus Rex suo ac eorundem modernorum Cancellarij, Præsidentium & Consiliariorum nominibus, nobis supplicari fecit, vt ne Cancellarius, Præsidentes ac Consiliarij & personæ Curiæ huiusmodi, qui in reddendis iuribus in Regno prædicto continuè intenti existunt, dictarum literarum frustrentur effectu, in præmissis opportunè de benignitate Apostolica prouideremus. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, literas Eugenij cum omnibus clausulis, etiam ad hoc vt Cancellarius, Præsidentes & Consiliarij Curiæ Parlamenti Parisiens. nunc, & pro tempore existentes, beneficia Ecclesiastica secularia, vel regularia sub dictis gratiis comprehensa assequi possint, & illis de eisdem beneficiis per eosdem ordinarios collatores, aut iudices per nos infrà deputatos prouideri liberè possit, ita tamen quòd propterea mandatariis nostris præiudicium non afferatur, approbamus, confirmamus, & innouamus eisdem modernis, & pro tempore existentibus Cancellario, &c. Et vt beneficia infrà valorem 200. librarum Turon. harum nominationum à Francisco Rege faciendarum vigore acceptare, seu requirere minimè teneantur. &c. 13. Calend. Quintiles. An. 1538.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tres iudices delegati, seu Conseruatores Apostolici huius Rescripti.

QVIBVS Pontificis codicillis dati sunt tres executores Apostolici rescripti sigillatim, D. Maglorij, Diuíq; Victoris Cœnobiarchæ, & Cãcellarius Academiæ Parisiensis, tanquam Ecclesiastici in eo genere Seruatores. Verùm Ædis Genouefæ Abba idem iuris sibi vsurpauit aliquoties, donauítque sacerdotia, quasi Paulino Diplomate huic negotio delegatus. Cuius proinde collationes Prætorianum Consilium iudicio comprobauit, ex vulgari impetrantium vsu, aut potiùs errore communi. Aresto 4. Calend. Sextiles An. 1575. secundum Iac. Bellangerum senatorem, (nomine tamen Fr. Dionys. Danguyj interposito, cuius Senator fidèicõmissarius erat,) contra Fr. Iacob. Arnaultum, Ludou. Mortonem, Ioh. Charrierium, & Iac. Reginaldum sacerdotij competitores. Nec diuersum postea à Prætoriano Senatu decisum, pro Gilloto Principis Consiliario in Curia Parisien. aduersus Lingonense canonicorum Collegium, qui collatorium illius titulum ea de causa, prouocationis auxilio, tanquam abusiuè concessum infirmare nitebantur. Placito 9. Calend. Februarias. An. 1576. Quo tamen diserte cautum est, nullam in posterum eiusmodi collationum rationem habitum iri, nisi quæ ex Paulino diplomate à tribus ibidem adscriptis nominatim præberentur. Quia autem Apostolico hoc Rescripto vetus repetitum est Eugenianum Priuilegiũ huic non planè dispar, inde duplex emergit quæstio: Prior, nûm Regis Candidatus, lite de Sacerdotio mota, purè adstringatur Eugenianis tabulis

Decretũ Mag. Consilij Regij Die 29. Iulij Pro. Fr. Diony. Danguyo Bellãgeri Senatoris nominatario de Prioratu Liuryaco, qui B. Mariæ de Rota Cœnobio subiicitur, ordinis Augustiniani.

Aresti Mag. cõsilij die 24. Ianuarij.

nis tabulis exhibendis, ac in iure proferendis: Altera, nûm Regia hæc nominatio producatur in Purpuratos Romani Senatus Patres, quibus sacerdotium erogaturis singularia sunt iura quædam indulta. Verùm duo hæc quæstionis capita præciduntur Regia Lege lata secundum Parisien. Senatores, Principis nominatarios. 15. Calend. Februar. 1541. Quam quidem Constitutionem Prætoriani iudices extemplo promulgarunt. pridie Calend. Februar. Eod. Anno.

17 IVXTA hæc, Lizeto addictæ Vindiciæ, ibidem contendenti de monastico primatu Chemilleo, qui Maiorismonasterij fano contribuitur. Decreto Prætoriani Consilij 7. Idus Februar. An. 1541. Cuiusmodi cœnobium summa dignatione præstare, ac inferiorum amplitudine primatuum docet Honorius 3. cap. Dilectus. Vt lite pend. Huius item Maiorismonasterij Abbæ rescriptum est ab Innocentio 3. Cap. Inter Dilectos. De excess. Prælat. Post Alexãdrum 3. Cap. Quoniam Abbas. De offic. Deleg. Ex quibus affirmare ausim; Regiam Senatorum nominationem haud commentitio iure receptam in Gallia, sed à priscis iam Põtificibus comprobatam: quum adhuc extent Põtificij diplomatis exemplaria, quo Martinus 5. perillustrem hunc Ordinem sacrorum munerum expectatione, similibúsq; aliis prærogatiuis exornarit. 6. Calend. Apriles An. 1428. Imò & memorabili antea S. C. decretum, Pontificias reseruationes expectationésque sacerdotiorum; quæ Parisiensi Curiæ concessæ fuerant, quauis esse, vel

Hanc in partẽ citatur aliud sanctioris cõsilij Regij decretum, Cardinales obnoxios esse Regiæ Senatorũ nominationi, eíque postponi Academicas nominationes 3. Idus Mart. An. 1543.

Edictum Regium Die 18. Ianuarij.

Arestũ Mag. Consilij die vltima Ianuar.

Placitũ Mag. Consilij de Chemilleo prioratu pendente à Maiorimonasterio Turonen. Die 7. Februar.

Põtificij Codicilli Martini 5. Die 27. Martij An. 1428.

Academica nominatione potiores. Menſe Quintili, An. 1417. De Canonicatu & præbendo Carnutenſis Ædis ſacrarum maximæ. Vſqueadeo, vt variis Curię Placitis definitum ſit, Senatorio munere fungentem lucrifacere ſacerdotiorum reditus, tanquam abſentem Reipub. cauſa. Areſto ſecundum Chabanierum eiuſce Ordinis conſiliarium 14. Calend. Sextiles An. 1550. Quam in ſententiam Regij olim codicilli ſunt à Nicol. Vilmareo exorati, Pariſien. Senatus Actuario, vt Rhemenſium præbendorum abſens fructibus potiretur. 7. Calend. Iunias, An. 1365. Ex Curiæ monumentis. Denique licet Tridentina Synodus beneficiarias illas reſeruationes abrogarit, Senatibus etiam, Collegiis, Vniuerſitati olim adſcriptas: nihil tamen receptius hodie, ac vſitatius Regia Senatorum Pariſien. nominatione. Veneti quidem ſacerdotiis interdictum conſtantiſſimè voluerunt iis, qui patritij ordinis forent. Auctore Egnatio lib. 9. At noſtrati Conſilio Centumuirali tolerabilior videtur ſacerdotiorum poſſeſſio, tanquam ſacro cuidam Confeſſui, & ſacratis viris peræque, ac profanis conſtituto.

Decretũ Curiæ die 19. Iulii.

Die 26. Maij.

Tridentini Cõcilii Seſsione 24. Cap. 19.

Senatus Pariſiorum, mixtũ Corpus ex laicis & ſacris Magiſtratib⁹.

VENIAMVS iam ad mãdatarios Pontificios. Mandatorum forma ſigillatim præſcripta eſt Regia Sanctione 9. Calend. Apriles An. 1527. Regeſta paulò poſt in publicas tabulas Conſilij Prætoriani, 16. Calend. Sextiles An. 1528. Ne cui ſcilicet ex condicta formula quicquam liceret in poſterum immutare, iuxta ea, quę Conuentis Regiis, Pontificiiſque ſanciuntur: Simul & priori Edicto

Edictũ die 24. Martii.

Die 17. Iulii.

cõcordata Frãci Regis cũ Põtif. Maximo.

Edicto Ludouici 12. Regis Menſe Iunio An. 1510. Artic. 1. cum aliquot ſequentibus. Merito autem Apoſtolicis mandatis huiuſmodi (quæ Gregorius 9. introduxit) ſtatutus eſt modus: ne collatorum vota in probatiſſimos viros à circumforaneis quibuſdam præuertantur, ſacras viuorum functiones ambitioſi diplomatis aucupio venantibus. Quibus etiam conſultius ſit, ſuas priùs vires experiri, ſacerdotalis muneris meminiſſe: Sacerdotes puta internuncios eſſe, interpretéſq; Numinis ac mortalium, qui voluntatem Patris cœleſtis filiis in ſpem ſupernorum Hieroſolymorum procreatis, ſuſceptíſque enuncient: Ab iis Superûm iram in humanum genus placari precibus, lachrymis, cilicio, vitæque exemplo: eos, inquam, ipſos deleri malle è libro viuentium, quàm vt vel horum minimus pereat, quos ſanguine ſuo à morte Seruator vindicaſſet. Eos Apoſtolis ſucceſſiſſe in Ouilis Chriſtiani cuſtodiam: eorum denique mentem conſilio, pectus fortitudine, animum Numine à Diis impleri. Nec moror vileſcentem hodie gregariorum Sacerdotum multitudinem, quos eodem loco, gradu, numeróque cum Epiſcopis extitiſſe planum fit veteris Eccleſiæ memoriam recolenti. Idem enim erat olim preſbyter, qui & Epiſcopus, & antequam ſtudia partium in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi præſbiterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam verò vnuſquiſque eos, quos ſacra aqua tinxerat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, toto

Circumforanei Clerici.

Sicut presbyteri (inquit Hieronymus) ſciũt ſe ex eccleſiæ cõſuetudine ei qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: Ita Epiſcopi nouerint ſe magis conſuetudine, quã diſpẽſationis dominicæ veritate presbyteris eſſe maiores: et in cõmuni debere Eccleſiam regere.

Orbe ſtatutum eſt, vt vnus de præſbiteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem cura Eccleſiæ pertineret, & ſchiſmatum ſemina tollerentur. Teſte D. Hieronymo In Epiſt. ad Titum Cõmentariis, & Gratiano Can. Olim. 95. Diſtinctione.

Mandatarii Apoſtolici litigioſa beneficia acceptare non tenentur.

NIHILOMINVS ſacrarum opum auido Mãdatario Sed. Apoſt. ſcriptæ ſunt regulæ quædam mirè fauorabiles. Qualis hæc, controuerſum ſacerdotium ab inuito Pontificis candidato non acceptandum, neque aliud phanum quoduis certo Clericorum generi antiquitus deſtinatum. De priore illo, citat Longolius ſenator ſui Decretum Ordinis, Circa annum 1534. Hugone Meillarſio litigante aduerſus Franciſ. Caluimontem. De hoc autem, conſtat Placitis Curiæ Septembribus An. 1556. quæ Sant Andræus Præſes ſolemni ritu recitabat. Iſtic enim iudicatum, nihil obeſſe mandatario, quod ante litigioſi ſacerdotij vacationem cunctatus eſſet requirere ſacerdotalem ſportulam fani Auſtrigiſili in Biturigibus, vtpote iam olim ſymphoniacis pueris adſignatam, miniſtríſque Eccleſiaſticis Regij Sacelli Bituricenſis. Adde quod mandatario ſufficit moribus noſtris gratioſi reſcripti denunciatio ac profeſſio, nec executorium neceſſe eſt ſeorſim Ordinario ſignificari. Admittamus enim, nudo mandato Summi Antiſtitis non præripi Ordinario liberam, ſolutámque dandi ſacerdotij poteſtatem, niſi mandatis ſingulis eidem priùs exhibitis. Cap. Si capitulo & ibi Iohan. Andræas De conceſſ. præb. in 6. cap. Propoſuit. Eod. Tit. in Antiq. Demus rurſum,

ſum, executore ad conferendum delegato, nihilo ſecius valere collatam in alterum ſacerdotij donationem. Cap. Dilectus 2. De præb. Quod & adnotauit Compoſtel. in cap. Capitulum De reſcript. Tamen noſtrorum temporum iuriſprudentia reiecit ſcrupuloſas & anxias tot Inſinuationum formulas: quippe quum lege Concordati gratioſum ſimul & executorium mandatum vno cõtextu expediantur à Pontif. Summo. Quibus alias item rationes ſubiunxit Longolius in ſuis Areſtorum Collectaneis, adiecto eo, Curiam ita ſecundum Mandatarios decreuiſſe, ſub Annum 1535. Longolius ipſe litis expoſitor, quæ de ſacra annona Petragoricenſis Collegij fuerat inſtituta. Porrò hi Petrocoriorum Canonicatus celebrantur Decretali Epiſtola Innocentij 3. ad Petragoricenſem Canonicum, Propoſuit De Cler. excommun. miniſtr.

Profertur ab aliis Curiæ Areſtum 10. Calend. Ianuar. An. 1541. inutilẽ eſſe gratioſi reſcripti inſinuationem, neque ei parere cogendũ Ordinarium, niſi huic pariter executoriæ literæ ſignificẽtur.

20 INNVMERA alia de mandatis Pontificiis hoc loco facilè fuerit attexere, ſed quæ vel trita vulgo, vel à Pontificij iuris ſcriptoribus prænotata conſulto omittimus. Id vnum rogatos velimus Mandatarios, ne Pontificio munere, benignitatéque abutantur ad Eccleſiaſtici miniſterij functioníſque contemptum, neu ſacram Spartam aſſumant, niſi quam dignè poſſint ornare: vt ſuas partes agente Clero, cæteri Chriſtianæ Reipub. Ordines in officio piè contineantur, ſeriatímque (iuxta illud Martialis)

Det Populus, det gratus Eques, det thura Senatus,
Ac libent Latiæ tertia dona Tribus.

Tullianum adagiũ, ἀτάρταν ἔλαχες, τάὠταν νόσμει. Lib. 4. Epiſt. Ad Attic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLVS. 6.

DE SPONTANEA SACRORVM beneficiorum concessione.

1. *Quinam primi Gallicarum diœcesum Episcopi.*
2. *Nunquid solidum ius conferendi ad Episcopum spectet in Gallia.*
3. *Regula De Infir. Resign. cessat in Voluntaria Ordinarij collatione, secus in necessaria.*
4. *Capitulum, Sede Vacante, permutata confert Sacerdotia.*
5. *Capitulum Regia cessione conferens non Vtitur Principali Regaliorum priuilegio.*
6. *Atrebatensis Regaliæ remissio.*
7. *De iure procurationis, quod Reges in Variis Ecclesiis habuere.*
Ambianorum Episcopis remissa Regalis procuratio.
8. *Vicario concurrente cum Episcopo in conferendo, præualet Episcopi collatio.*
9. 10. *Beneficia officiaque captantium taxata ambitio.*
11. *Episcopum ante apprehensam Episcopatus possessionem, licitè beneficia conferre.*
12. *Resignatio facta à procuratore constituto ad acceptandum beneficium, & acceptatum resignandum nulla est.*
13. *Contra impedientes expeditionem literarum Apostolic. collationis beneficij.*
14. *De sacra Andium præpositura in Ecclesia D. Martini Turonen.*
15. *Aliæ eiusdem Martiniani Templi præposituræ.*
16. *Sacra non temerè contrectanda.*

NECESSARIÆ SVBNECTAMVS voluntariam collationem Ecclesiastici beneficij. Primitus enim Episcopi vltrò Sacerdotes ordinarunt, non alieno mandato, sed cum assensu plebis, ac ciuium. Vt docet 67. distinctio apud Gratianum. Manauítque

uítque hoc institutum à prima illa Christianorum colonia, qui in varias terrarum oras digressi, Religionem Orbi dedere: eorúmque sacram quisque sortitus prouinciam, alios imbuit Orthodoxa fide, alios etiam promouere cœpit ad sanctum Ecclesiæ ministeriũ. Ita in Gallicis sparsim Ecclesiis legatione functi sunt vice Christi, Dionysius, Lutetiæ: Saturninus, Tholosæ: Vrsinus, Auarici Biturigum: Trophimus, Arelate: Clemẽs, Mediomatricũ Præsules: Iræneus, Lugduni: Crescẽs, Viennæ: Andochius, Flauiæ Heduorũ: Lingonum, Benignus: Austremonius, Aruernorũ: Lemouicum, Martialis, Burdegalæ Pictonúmque: Eronto, Petrocoriorum: Santonum, Eutropius: Gatianus, Turonum: Iulianus, Cenomanorum: Senonum, Potentianus & Sauinianus: Mellonus, Rothomagi: Taurinus, Eburouicum: Regulus, Syluanecti: Treuirorum, Valerius: Tullensium, Mãsuetus: Bellouaci, Lucianus: Rhemorum, Timotheus, & Apollinaris. Quos quidem Galliæ nostræ primos Apostolos recensent Ecclesiastici annales Bedæ in Martyrologio, & Petrus Cluniacensis Abba lib. 1. Epist. 2. Ætatum verò successu, Episcopi in ius suum priuatim transtulerunt Sacerdotum ordinationem, seu collationem Sacerdotiorum, huc tantum adscito sacri Sodalitij consilio: Demptis tamen Collegiorum sacerdotiis, quos nempe Canonicatus & præbendas solebat Capitulum communi iure quodam cum suo Pontifice erogare: vt à Cœlestino 3. perhibetur. Cap. Ea noscitur, & ab Innocentio 3. Cap. Tua

B. Cæsarii Arelaten. Episcopi extat Homilia ad populum in quadragesimam: Eiusdem Homiliæ 5. De Paschate, & in varia scripturæ loca, Homiliæ 40.

Hic Petrus Venerabilis floruit An. 1140. Ex Iohan. Trithemio.

De iis quæ fiunt à prælato. Idque in ſummo Biturigum Clero vſitatum animaduertit Bonifacius 8. Cap. Si pro te. De reſcrip. Doct. in cap. Cum Eccleſia De Elect. & in cap. Si Capitulo. De conceſſ. præb. Apud Bonifacium 8.

AST NE longiùs à noſtratium Præſulum cõſuetudine recedamus, inualuit mos ſacris penè omnibus Franciæ Præfecturis, vt Eccleſiaſtica beneficia ſolus conferret Epiſcopus, in quem collibuiſſet. Hinc patrio Gallorum vſu ferè non ſolet collatio ab Antiſtite deuolui ad Sacrum Collegium, velut extraneum quodammodo, ſed ad Eccleſiæ Præfectum Epiſcopo ſuperiorem. Diuerſum tamen ſeruatur in Carnutenſi Templo maiori de præbendorum ipſius erogatione. Priſcis enim illius inſtitutis petitor Canonicatus pridie Epiſcopalis collationis offerre ſe debet Eccleſiaſtico Senatui, 4. canonicorum examine probandum, vt poſtridie in eodem ſacrorum Sodalium cœtu repræſentetur Antiſtiti, vice nominéque Collegij, aut Propontifici, qui Vicarius Epiſcopi nuncupatur. Ex quo protinus Carnutum Antiſtes illi in medio Sacerdotum conuentu conferat canonicatum. Huiúſque vetuſti moris vindicem ſe, & aſſertorem præbuit Ordo Ampliſſ. Areſtis Septembribus An. 1479. Vt refert Molineus in Regul. Cancellar. De Infirm. Reſign. Nam & Apoſtolico Petri ore proditum eſt, non Regi modò parendum, ſed Præſidibus ab eo miſſis ad publicæ diſciplinæ tutelam atque cuſtodiam. Nec ideò abſurdè hos Vlpianus vocat Iuris ſacerdotes. Lib.

Decretũ Curiæ inter Carnutũ Pontificem & Capitulũ. Die 7. Septembris.

tes. Lib. 1. Inſtitutionum In L. 1. π. De Iuſtit. & iure. Pari modo Pelagius Pontif. Regio magiſtratui commendat ſacram Politiam, externámque Status Eccleſiaſtici reformationem in Venetos, Ligures, Iſtriorúmque Epiſcopos, De quibus ab eodem acerbè ſcriptum eſt ad Narſen Patritium Can. De Liguribus 23. quæſt. 5. In Narſete enim pietas imprimis eluxit virtúſq; militaris: Ita quidem, vt non tam bellicis armis, quàm fuſis in Numen precibus, victorias de hoſte reportaret. Quæ omnia latius exequitur Paul. Diaconus tanti Ducis ἐγκωμιαστὴς. Lib. 8.

3 SENATVS haud ſemel ex prouocatione reſcidit Pontificios codicillos, quibus venia, gratiáque exoranti facta erat Regulæ Diplomaticæ, *De infirmis reſignantibus*, expoſtulante ſcilicet Scholarum cãdidato. Quid in ordinario collatore? Nûm in eo locum habeat Romanæ Curiæ Regula? Hac diſtinctione ſoluitur nodus: aut vltronea eſt, ſpõtaneáque Ordinarij collatio, tunc duodeuiceſimus Canon Innocentij 8. De Infirm. reſignan. qui editus fuit Ordinarij fauore, in eius odium detorquendus non eſt, nec eo caſu cuſtodiendus. Vt perſpicuè admonemur Placitis Curiæ Sextilibus An. 1550. à Magiſtro recitatis, Senatus principe, Ex Reſponſo Decij 224. Tametſi Rebuffus aduerſarum ſe partium ducem prætulerit, fretus anteriore S. C. An. 1539. Aut verò coacta eſt ac neceſſaria ſacri Miniſterij donatio, vt potè permutationis cauſa, tunc Regulæ in Ordinario locum fore decreuit Pariſiorum Curia Sũma. Are-

Romano Pontif. licitum eſt Cãcellariæ ſuæ Regulis derogare, ſed eine in præiudicium graduatorum, qui Baſilienſi Sanctioni & Concordatis innituntur, liceat derogare, dudum fuit in foro diſputatum.

Areſtum die 14. Auguſti.

Anterius hoc Curiæ Placitũ die profeſto Aſſũptionis Deiparæ Virginis, An. 1539.

Areſta Natalitia, quæ die profeſto Natiuitatis Chriſti palã recitãtur.

ſtis Natalitiis An. 1552. quæ Sant Andræus Præſes ſolemni more pronuntiauit, ex appellatione quam Mich. Natalis à Tricaſſium proprætore interpoſuerat de Trecenſi Canonicatu: Bizeto, cõtrà, diſceptante.

Capitulũ, Sede vacãte, permutata confert ſacerdotia.

VTRVM autem, Collegij Epiſcopalis intuitu, neceſſaria hęc cenſeatur Sacerdotij collatio, quod permutatione eiuratum ſit, an verò ſpontanea, ius eſt controuerſum. Finge enim, vacuo Præſulatus Solio, ſacerdotij ceſſionem permutãdi cauſa factam, Nunquid Collegium licitè eam renunciationem admittet, quaſi neceſſariam? Dubitandi ratio eſt, quia ſacrorum beneficiorum ceſſiones ſolus recipiat Epiſcopus. Vrbani 3. Reſcripto Quæſitum De rer. permut. Imò nec Sodalitio Eccleſiaſtico fas eſt, inaugurato nouo Antiſtite, commutata inuicem ſacerdotia conferre, ipſorum licet donatio ſacris alioqui Sodalibus ſuo iure competiiſſet. Hoſtienſis iudicio in §. Quæ poteſt. De Rer. permut. Archidiac. in cap. Vnico Eod. Tit. in 6. & Ioh. Imolenſis in Clem. Vnica. Eodem. Mihi tamen vtique arridet contrariæ partis ſententia, Collegium, vacante Cathedra, admittere mutuas ſacerdotiorum renunciationes poſſe, permutatione contractas: puras verò ac ſimplices, quia voluntariæ ſunt, non poſſe. Vt Ægid. Bellameræ viſum eſt. Deciſ. 94. Dominic. in cap. vlt. De Offic. vicar. in 6. Bald. in Cap. ne pro defectu De Elect. Planè de eo Senatores in varia diſtracti ſunt iudicia, opinionúmque adæquati calculi. Menſe Quintili. An. 1532. Georg. Pontano,

Pontano, & Ioh. Britone altercantibus, quorum forenſem controuerſiam Gayantus ſenator enarrabat: quemadmodum ab huius Longolio collega in Aduerſariis ſuis traditum eſt. Atque adeo Neotericus ſcriptor putat conſultiùs, adiri Præſulem ipſum, eóque auſpice permutationem ſacerdotiorum recipi, veſtiri, confirmari. In Praxi Benefic. Tit. De Deuolutionibus.

Regÿ iuris ceſſione conferens Capitulũ, ſede vacante, nõ vtitur Principali Regaliorum Priuilegio.

5 MVLTO infirmius ergo eiurata purè ſacerdotia conferentur à Senatu Epiſcopali. At nonnulla, inquies, ſacerdotum Collegia Regio iure prędita ſunt liberè dandi ſacri beneficij, vacuo tum Eccleſiæ ſuæ pontificatu. Quum enim Gallus Princeps, vidua Epiſcopo Sede, diſtribuat more maiorum ſacra poſcentibus Miniſteria in variis Gallicarũ Diœceſum finibus, cenſeas prima fronte, Canonicos templi maioris, quorum gratia ceſſerit Rex donandi ſacerdotij priuilegio, eadem vti prærogatiua debere, & quaſi tranſcriptitia Regaliorum Lege, ſacra phana conceſſuros. Verùm eximio munere illo Francus Rex, qui & ſacrorum Interrex iactabatur, nil aliud quàm piè, officioſéque reſtituit Eccleſiis ſacerdotiorum erogationem, velut poſtliminio quodam: Non vt Epiſcopale quidem Sodalitium, ſacro conſtante Interregno, Regalia exerceret collationum iura, ſed rem totam vt ad Eccleſiaſticum commune ius, veteréſq; Eccleſiaſticæ libertatis ritus reuocaret. Nuda nimirum puraque Regaliorum remiſſione, &, vt aiunt, *Ad opus futuri Epiſcopi.*

6 NAM ita cautum eſt Philippi Auguſti diploma-

Atrebaticæ Eccleſiæ remiſſa Regalia à Philippo Theodato Galliæ Rege.

te, Regalia Atrebaticæ Eccleſiæ condonantis. *Nouerint &c. quòd vacante quocunque modo Atrebatenſi Eccleſia, medio tempore Capitulum Atrebatenſe reſeruabit penes ſe ad opus Epiſcopi, qui ſubſtituetur ibidem, omnia regalia, & omnes reditus & prouentus regalium, & quicquid ad eorum res pro aliquo quod regalia ſpectat, manum emittimus: Et ſi medio tempore aliquam Præbendam, vel plures vacare contigerit, ſimiliter reſeruabuntur ſubſtituendo Epiſcopo ab illo conferendæ. Poſtmodum cùm ad electionem fuerit peruentum, Canonici præbendati Eccleſiæ poterunt eligere, non requiſita à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris licentia eligendi, ſed electum ſuum confirmatum nobis præſentabunt, vt nobis fidelitatem faciat, ſicut alij Epiſcopi Regni noſtri nobis facere conſueuerunt &c. Retenta tamen nobis procuratione noſtra, quam Epiſcopus Atrebatenſis nobis debet ſingulis annis, ſi ad locum illum acceſſerimus. Actum Pariſijs,* An. 1203. Ad eundem Atrebatum pontificem Innocentius 3. Epiſtola Decretali. Cùm Dilecti. De Empt. & vend. Cap. Dilecto. De Teſtib. Ac paulò antea ad Aluiſum Epiſcopum Atrebatenſem D. Bernardus Epiſt. 325.

Secundum hãc Regaliorũ ceſſionem Senatus Pariſ. indicauit pro Atrebatica Eccleſia pridie Calend. Ianuar. An. 1392.

Phil. Probus, quum Regium hoc diploma remiſsionis Atrebaticæ Regaliæ, vt opinor, nõ legiſſet, ſcripſit remiſſam fuiſſe Regaliã An 1202. in Quæſt. 60. Regaliorum.

PROCVRATORIVM certè illud in Eccleſiam munus, quod ſibi Auguſtus in Atrebatibus reſeruauit, vendicarant primitus Franci Reges, vt prouinciam quamque luſtrantibus iis commeatus ab Epiſcopis præberetur. Quo modo Sarmatarum Boleſlaus Princeps egit cum Cracouienſi Antiſtite, vt ſemel quotannis principem hoſpitio exciperet, ſubuectionéſque ipſi vt præſtaret, quãdo ei vſuueniret per Epiſcopalia prædia iter facere.

Regia Eccleſiarum Procuratio.

Annum

Annum circiter 1279. Vt tradit Chromerus Rerum Polonic. lib. 9. At Regaliorum ius, vacuo ſacro Solio, durius fecere quondam Regij ſatellites ac miniſtri, prauéque detorſerunt in Clericorum onus incommodúmque grauiſſimum: Sicuti de Senonum Eccleſia, quum Paſtore deſtitueretur, relatum eſt à Monacho S. Mariani Antiſſiodoren. (in Francica Hiſt.) hoc verborum ſchemate. "Ludouicus Rex Senonenſem Eccleſiam libertate "donauit à malis & peſſimis exactionibus, quibus "Senonica Sedes, moriente Archiepiſcopo, ſolet "fatigari & opprimi. An. 1156. Similiter Ludouici filius Philippus 2. Ambiano Sacerdotum Collegio ceſſit prædicto Eccleſiaſticæ procurationis munere: Ex quo Regaliorum quoque ius Ambianis remiſſum maiores noſtri vtcunque coniectabant. Regiæ huius remiſſionis Tabulæ ita exaratæ. *Nouerint &c. quòd quando terram Ambianeſij & Comitatum Ambianenſem, Philippo Comite Flandriæ id nobis relinquente, recepimus, fidem & deuotionem, quam ad nos habebat Ambianenſis Eccleſia, dilucidè cognouimus, quod non ſolum nobis Artahmultum deuotionis exhibuit, verum cum feodus terræ prædictæ, & Comitatus ad Eccleſiam illam, ex eo quod habet de noſtro Regali, pertineret, & exinde ſibi debet hominium recipere, voluit hæc Eccleſia, & benignè conceſsit, vt feodum ſuum abſque faciendo hominio teneremus, cùm vtique nemini facere debeamus hominium, vel poſsimus. Ad quod Eccleſiæ deuotionem attendentes, dictam Eccleſiam & Epiſcopum ab omni procuratione noſtra, & ſeruientium noſtrorum abſoluimus, & quietos eſſe præcipimus,*

Quid diſtet Regia hæc procuratio à Regalibus ſacerdotiorum, dicemus Tit. ſubſequẽti.

Ambianorum eccleſiæ remiſſa procuratio Regia.

quandiu nos & ſucceſſores noſtri Reges Francorum terram Ambianen. & Comitatum tenebimus. Ita quod ſi fortè terram iſtam aliquis deinceps habuerit, qui Eccleſiæ Ambianenſi poßit hominium facere, hominium Epiſcopo faciet de prædicto feodo, & Epiſcopus nobis, & ſucceſſoribus noſtris procurationes, ſicut antiquitus cæteri Ambianen. conſueuerant Epiſcopi, ab illo tempore in futurum exoluet. Ann. 1185.

In cõcurſu collationum Epiſcopi, & Vicarij eadem die, potior eſt illius collatio.

INITO deinceps ſacræ diœceſeos pontificatu, planum eſt Sacerdotiorum diſpenſationem Præſuli competere, ordinario iure. At ſi cum Epiſcopo concurrat eodem die propontifex, ſeu vicarius Epiſcopi in erogando huic & illi ſacerdotio: cedo, vtrius collatio obtinebit? Neutra probanda videbatur, quia Antiſtitis & Vicarij æqua poteſtas, idémque in ſacro imperio tribunal exiſtimetur. Vt ſanxit Innocentius 3. in concilio Lugdunenſi. Cap. A collatione. De Appellat. in 6. Et Bonifacius 8. in cap. 2. De conſuet. His cõſequenter credibile erat, vtramque collationem mutuo ſe concurſu præpedire, niſi alter alterum ſacri muneris poſſeſſione præuertiſſet. Argumento Bonifaciani Reſcripti. Duobus. De Reſcr. & Cap. Si à Sede De præb. At noſtrati Curiæ placuit, Epiſcopi beneficiarium cauſa ſuperiorem fore, licet cœptæ poſſeſſionis ordine poſteriorem.

Placitũ Curiæ Die 19. Auguſti.

Decreto Senatus de Saſſeyo in Senonib⁹ parœciaco beneficio 14. Caléd. Septébres AN. 1564. Adrian. Thuanus litis enucleator. Cuius ratio S. C. hæc ſubiici poteſt, quia Pontificia conſtitutio (Si à ſede) ius tantum dicit Apoſtolico, & Ordinarij inuicem

uicem candidatis, non autem Epiſcopi, Vicariíq; beneficiariis vnà occurrentibus, qui Pontificia illa lege haud nominatim comprehenduntur. Diſſimilis cauſa eſt duûm Apoſtolicorum, qui eodem die ſeorſum Eccleſiaſtico donati ſunt Miniſterio. Et ſi enim alter ſacri fani poſſeſſionem adeptus ſit prior: vtramque tamen collationẽ Senatus irritam inutilémque pronuntiauit. Areſtis Pentecoſtes An. 1552. quæ Minardus Præſes in cõſpicua purpura recitabat. Nec mutat, quod Bonifacij 8. ſanctione celerior poſſeſſio ſacerdotij hanc diluat Pontificiæ voluntatis ambiguitatem, quæ ex paritate concurrentium diplomatum obortа erat: vt potior dehinc fiat occupantis conditio. Cap. Duobus. De reſcript. Intelligitur quippe hoc Bonifacij reſcriptum in nudo iure ad rem, quòd longè faciliùs ſacri fundi occupatione præripitur, quàm ius iam quæſitum Pontificia pura conceſſione, de qua nos hoc loco.

9 EXPLORANDA interim ſacerdotum ambitio, tot petacibus libellis Hierarchas onerantium, ſummatéſque Eccleſiæ viros: Quo ſacra munera conſequantur, æquè neganda poſtulanti, vt fugienti offerenda. Gregorio auctore in Regeſto. Nec enim quiſquam ſibi ſumat honorem, niſi vocatus à Numine tanquam Aaron. Haud aliter de Mario iuniore Sylla dicebat, debere iuuenẽ priùs remo, quàm gubernaculo admoueri: Ita de ſe ipſe ſcribit ad Valerium Auguſtinus, quid aliud exiſtimet, neſcire, vt ſecundus locus gubernaculorum ſibi committatur, quum remum tenere vix

In præpoſterã ſacrorum munerum cupiditatem.

Vide quæ in hunc ſenſum Gregorius 1. reſcripſit Childeberto Regi noſtro Lib. 4. Epiſt. 53. Et Theodorico ac Theodoberto Francorum Regibus

lib.7. Epist. 114. Ita Nicolaus 1.P.P. in Photiū fulminat, per nullos Ecclesiæ gradᵒ Constantinopoleos factum Pseudopatriarcham Can. vlt. Distinct. 48.

norit. At plerique mortalium hodie, dum vires suas non consulunt, sacrorum ambitu magistratuum occæcati, quantum malum inuehunt in Ecclesiasticam Rempub.? Quot Basilicæ sine plebe, quota plebs sine Sacerdote? vt D. Bernardi verbis vtar. in Epist. 240. ad Hildefonsum fani Ægidij Comitē. Inde etiam anxiæ prodeunt sacerdotiorum contentiones, quibus passim forum nostrum scatet, Christiano gregi oppidò quàm infestæ, si Sulpitio fides habeatur. Sacræ Hist. lib. 2. Eodem ex fonte profecta sunt nundinaria sacrorum commercia, nummariæque Ecclesiasticorum munerum collationes. Qualis sceleſta illa Antiochi Regis in Iasonem Oniæ fratrem, cui sacerdotium perpetuum ille auro corruptus attribuit, annalibus sacrarum functionum Legibus posthabitis. Atqui in Ethnicorum ritus intuenti sese ilico prodit Romulus, qui nec venalia esse voluit sacerdotia, nec sorti subdita; Legémque sanxit, vt è singulis Curiis legerentur bini annum egressi quinquagesimum, qui virtute ac genere cæteros præcellerent. Eam Constitutionem de Romana vetere Theologia seruatam diutissimè à S. P. Q. R. testatur Halycarnass. lib. 2. Antiquit. Roman.

Vbi nō merita, sed pecuniæ suffragantur, restat, vt nil sibi grauitas, nihil sibi defendat industria. Ex B. Gregorio Epist. 114. lib. 7.

In sordidos negotiatores Magistratuū, quos & quæstui assuescere credibile est, quum facto sumptu imperia sint assecuti, inquit Aristot lib. 2. Politic. Cap. 9.

QVOD si ab Ecclesiasticis ad prophanos, Ciuilésque magistratus liceat paulisper excurrere, quidnam Senecæ respōsuri sunt publicorum munerum mercatores? exclamanti spoliari prouincias, & nummarium tribunal, audita vtrinque licitatione, addici alteri: Quum quæ emeris, vendere gentium ius sit? Lib. 1. de Beneficiis. Alexius planè

planè Byzantiorum Cæsar in auspiciis Principatus sui edixit, magistratus in posterum minimè venum iri, sed eos se, delectu ex optimis habito, mandaturum. Consilium deinde istud, iustæque gubernationis firmissimum fundamentum Nicetas agnouit, sic fatus sua lingua. Ἄρξας εὐθὺς ἀνεκήρυξε, μὴ χρημάτων ὠνίους τὰς ἀρχὰς ἀναπίθεσθαι, ἀλλ' ἀεικινδύνῳ δῶρον αὐτὰς βραβεύεσθαι. ᾗ διὰ ὅλως τὸ τοιοῦτον ἐννόημα ἐλευθέριον τε ἄγαν ᾗ ἀξιάγαστον, ᾗ κρηπὶς χρηστῆς βασιλείας ᾗ ὑποβάθρα ᾗ θεμέθλος. Nolim autem hac in re nostris hominibus Græcorum mores imitandos proponi, at domesticam solum, nostratémque Maiorum Politiam, Græca prudentiorem. Ludouici 9. seculo largitionibus parari cœperant decuriæ, honoréque, sed hunc morem graui edicto D. Ludouicus soluit, sibi primùm imperans, quod virtuti, meritíve deberetur, fortunæ auróve non dari. Vt ab Æmilio proditum est lib. 7. Gallic. Annal. Atque vtinam sanctissimæ huius disciplinæ vestigiis insisteret Francica nostrorum temporum Respub. De ea tamen peius nil ominandum ratus in spem adducor, aurea secla reditura, i. non auro quidem mercales fore olim Regias forenses Præfecturas, sed precio virtutis, auro quouis præstantiore. Nonnulli interim Aduocationis munere contenti, Iurisscientiæ studiis parabili, solidam mallunt, honestóque partam labore gloriolam, quàm emptitia ciuilium honorum insignia: quorum & ambitio grandi patrimonij ære mulctetur, charissimis liberis piè potiùs adseruandi. Sed iam à Regiis ad Pontificia, sacráque munera reuertamur.

Nicetæ verba Latina facta. Initio principatus proclamari iussit, se magistratus non vēditurum, sed optimè selectis gratuito concessurum. Atque id consiliū liberale & præclarū erat, & optimæ administrationis stabile fundamentum.

Hæc ipsa res quæ tot magistratus & iudices facit, pecunia, ex quo in honore esse cœpit, verus rerū honor cecidit, mercatorésque & venales inuicem facti, quærimus non quale sit quicquid, sed quanti. Ex Senec. Epist. 116.

PROPONTIFEX Seio erogauit beneficium Ecclesiasticum, antequam pontifex diœcesanus, cuius vicaria ille fungitur opera, cœpisset Episcopatus possessionem. Dubitatum est, valeret necne collatio. Non valere probabile erat. Quia possessionis fructus sit, conferre licere: nec nuda iuris concessione, sed in possessionem ingressu trãsfertur rerum dominium, liberáve earum disponendarum facultas. At Curiæ idcirco diuersum placuit, quod verbo absoluta fuerit Rom. Pontif. gratia in nouum Antistitem. Cui exinde permissum censetur, fiduciaria cuiuis, seu procuratoria Præsulatus munia demandare. Fateamur enim, nec Episcopum verè quenquam dici, nec quæ ordinis iura sunt, ab eo conferri legitimè, nisi priùs solemni ritu sacratus sit, Cap. Licet. De trãslat. Episc. Cap. Tua De iis quæ fiunt à præl. Cap. super his. De accusat. Cap. Nosti. De Elect. Designatus certè pontifex, etsi nondum fuerit inauguratus (tanto minùs adeptus possessionem) exequi potest iurisdictionis munia, voluntariæ præsertim: cuiusmodi habetur sacrorum beneficiorum dispensatio. Abbas in Cap. Suffraganeis. De Elect. Ruzeus 5. Priuil. Regaliorum. Ideóque Senatus vicarias istas sacrorum Ministeriorum collationes decreuit ratas esse. An. 1541. Harleyo litis enarratore in primaria classe Inquisitionum Curiæ, vt Longolius tradit in suis Arestorum Miscellaneis. Senatorio autem Decreto causam præbuit Ædis Gildæ cœnobiarcha, qui Meudonio Cardinali vicariam eius monasterij functionem, procuratio-

Vicario noui Episcopi necdũ in possessionem ingressi licitũ est vicariã potestatem exercere.

Arestum in prima Camera inquestarũ Curiæ.

procurationémque delegarat. Gildæ illius Britanni monachi Libellus extat, nominatim inscri-
"ptus De calamitate, excidio, & conquestu Bri-
"tanniæ, ac flebili castigatione in Reges, Principes,
"& Sacerdotes. Attende obiter, propontifices in Gallia nullos posse ab aduenis Episcopis constitui, ceu Vicarios, nisi indigenas, tametsi peregrinis illis Episcopatus fasces delati sint Principali permissu. Vt cautum est Regia Sanctione Mens. Septembri 1554. Curiæ Actis consignata 8. Idus Octobres Eod. anno.

Francicum Edictum, ne exteri alicuius in Gallia episcopi Vicarius, nisi Erãcigena, admittatur. Senatu Edictum promulgante, Die 8. Octob. An. 1554.

12 VICARIVM Episcopi collatoris Procuratorem sequitur priuatus Clerici procurator, ad acceptandum collatoris munus Ecclesiasticum constitutus, acceptatúmque ad id subinde eiurãdum. Pone enim, ab hoc mandatario acceptatum Ecclesiæ Ministerium, eóque mox cedente, transcriptum alteri: Videamus, iusta sit necne procuratoria sacerdotij eiuratio. Specie ipsa prima eam haud improbandam duxeris, quum procurator ad futura quæuis negotia, in diem dari possit, & sub conditione, & vsque ad diem. Vlpiani Responso Lib. 9. ad Edictum in L. 3. ff. De Procur. Eo pertinet Rotæ iudicium Quæst. 242. in Antiq. Vicit tamen diuersæ partis sentẽtia, procuratorium illud mandatum inutile videri. Felyn. in Cap. Nõnulli. §. Sunt & alij De Rescrip. Imola in Cap. Vlt. eod. tit. Cap. Gratum. De offic. Deleg. Romana Rota Decis. 529. in Antiq. Secundum quæ, Prætoriani Senatores aduersus mandatarij renunciationem iudicarunt. Placito 13. Calend. Februar.

Irrita est beneficij resignatio facta à procuratore constituto ad illud acceptandum, acceptatumq; resignandum.

Arestum Magni Consilij Regij die 20. Ianuar.

An. 1536. Cui cõgruit Burdegalense S. C. à Boërio relatum Decis. Burdigal. 308.

In callidorum Sacerdotij competitorum fraudes, occultè impedientium, ne aduersarius collationis suæ literas à collatore recipiat.

ACCIDIT interdum, nouo Pontificis beneficiario subdolè negari collati sacerdotij tabulas, ne hac velut assertoria tessera, ille Pontificij muneris fidem facere posset iudicanti. Nec enim desunt sacerdotiorum competitores, qui Pontificiæ benignitatis chartulam clanculum supprimẽdam curent, vt Apostolico nudato, victoriæ palmam referant ipsi. De quo pridem, adito Senatu, Malletus pro Poyeto, rectè hunc prouocasse à vindiciariæ possessionis sententia Libellarium Palatij Recuperatorum, de sacra Andensi Prætura in Martiniano Turonum templo, quam aduersarius ob non editas in iure collationis literas euicerat. Quippe quum istius fraude insidiisque Poyetus Apostolicæ donationis codicillos nequiuerit à Sacræ Aulæ ministris recipere: Obnitente etiam Regio Francorum oratore Bordeserio Purpurato, qui competitoris impulsu, omnem mouerat funem, ne Pontificiæ collationis diploma instanti Poyeto traderetur. Ex contrario, Desporta, pro Philiberto Houdrio, talis exceptionis, quæ in facto consistebat, nullam habendam esse rationem in hoc interdicto vti possidetis: fiduciariam saltem possessionem sibi iustè addictam fuisse, cui vni certæ collationis ius in foro exhibitum suffragaretur. Decreuere Patres, collationis instrumentũ à Turonensi antistite Poyeto porrigi eo iure, Die ac Cos. quo primum Romæ in Poyeti gratiam admissa fuerat, Præpositu-

Sacra Andiũ Præpositura in Æde Martini Turonen.

Cardinalis à Bordeseria Gallı regis legatus.

Eodem die ac Consule expediendum collationis instrumentum, iubẽte Senatu, quo die primum collatio facta fuerit ab Ordinario, vel à Papa.

ræ eiuratio: eadem hac interim publicæ sequestrorum curationi commissa. Præsentaneo Aresto Curiæ, pridie Calend. Martias An. 1563. Nec iniuria sane, quum iam tunc Poyetum tempore superiorem extitisse sacerdotij donatarium summatim liqueret, ex sumpto quodam in Vrbe admissæ resignationis exemplari. Planè Regia Lege posteriori adempta est profanis magistratibus potestas Ordinario iubendi sacrorum Antistiti, vt sacerdotium conferre nil cunctaretur, néue recusaret: salua petenti duntaxat collationis ad superiorem Præsulem deuolutione. Edicto 16. Calẽd. Maias An. 1571. Verùm huius Constitutionis Senatus tandiu sustinuit comprobationem in eo capite, quoad Princeps maturiùs consuleretur. Placito 16. Calend. Septembres. An. 1571.

Placitũ Curiæ die vltima Februar.

Regia Cõstitutio die 16. Aprilis An. 1571.

Arestum Die 17. Augusti.

14 NOLITE porrò mirari sacram Andium Præturam, de qua suprà, tot expetitam & captatã procis (si ita loqui fas est.) Hæc enim vt opulenta habetur passim, ita mirè honorifica, cùm in Martiniano Turonum delubro, tum in Andium finibus quibusdam, intra quos sacer Prætor dominico, patronalíq; vtitur imperio, summæque, mediæ, ac infimæ coercitionis ius obtinet. In mediis sanè huius territorij, feudíque septis gentile mihi prædium Chastonium, meq; domicilium originis, quod maiores nostri vetustæ clientelæ feudũ posteris nobis reliquêre, in Baillolio situm Andegaui agri vico: Quippe qui sacræ Andium, simul & regiæ Baugei Andensis Suppræfecti iurisdictioni subiiciatur. Ac natalis quidem huius, patrii-

Præpositura Andiũ in Ecclesia S. Martini Turonen.

Chastonius fũdus clientelaris, mihi gentilis natalisq; in rustico vico Baillolio, apud Andes.

que ſoli tanta vis eſt, energiáque, vt Ithacam illam pariter in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam, ſapientiſſimus vir anteponeret immortalitati. Sed vt Eccleſiaſticas illas præfecturas repetamus, Summi Pontifices eximio ſunt honore proſecuti ſacrarum ædium Præpoſitos, Eccleſiaſticíſque eos litibus Iudices delegarunt. Quod non niſi ſacra dignitate præditis fuit olim attributum. Sic Gregorius 8. Decretali Epiſtola ſalutauit Præpoſitum D. Cataldi. Cap. Propoſuiſti. De probat. Alexander 3. Embrudenſem Præpoſitum. Cap. Cum tu. De Teſtib. Ita Innocentius 3. Epiſtolari reſcripto dignatus eſt Suburgenſem, Strigonienſem, Inſubriæ, ac Colocenſem templorum Præpoſitos. Cap. Conſtitutis. De Teſtib. cap. Bonæ. De poſtulat. Prælat. Cap. Dudum. De præſump. Cap. Dudum. De Elect. Tum Honorius 3. Præpoſitum Laudunenſis ſacræ Baſilicæ, Moliſij item, Firman. diœceſeos, ac Vercellenſem. Cap. Præſentata. Cap. Per tuas. De Teſtib. Cap. Significauerunt. De except. Eo autem inſigniores cenſentur Martiniani Turonũ fani Præturæ, quòd huius templi ſacerdotes præclaris Regum, Pontificúmque muneribus aucti fuerint quondam, ad Numinis cultum reuerentiſſimè celebrandum. Idque Innocentius 3. diplomate teſtatum reliquit, quo iſtius emendationem Cleri mandabat Hamelino Cenomanorum epiſcopo, & Adamo Perſeguei Cœnobij Antiſtiti, in hanc ſententiam: *Cùm olim Eccleſia ipſa S. Martini inter alias Eccleſias Gallicanas rerum vbertate & libertate nobilior haberetur,*

Idem Innocentius Auguſtèſi præpoſito reſcripſit. Cap. Exore. De his quæ fiunt à maior. par. Capit. Et Honori 3. Præpoſito Cameracenſis Eccleſiæ. Cap. Cum dilecta. De conceſſ. præb. Gregori 9. Magdeburgenſi præpoſito. Cap. Cum bonæ. De Probat. Lauſanenſis verò ſacræ Præturæ mentio fit in Cap. Cũ noſtrès. De Conceſſ. Præb.

Pontificia Bulla de dignitate Eccleſiæ D. Martini Turonen.

tur, nũc faciente importunitate guerrarũ in cinere iacet, & incendio deſolata eſt. Spreuerunt enim eam domeſtici eius: quia illi qui maiores in ea tam in honoribus, quàm in beneficiis percipiendis exiſtunt, ſicut Priores, Capicerij, atque Præpoſiti, rarò intrant Eccleſiam ipſam. &c. Pontificatus Anno 7.

15 IBIDEM igitur quindecim numerantur potiſſimum Præpoſituræ: in Turonibus videlicet, Præpoſitura Oeti, Varennæ, Courſaij, S. Spaui. Apud Andes, ſacra prætura Noenti (Andegaua dicta) Altera item Reſtigniaca. In Pictonibus, Anthoniaci, & Blalaij: in Cenomanis, Præpoſitura Mayetia: Bleſis, Valeriorum, & Sedobrij: in Biturigibus, Theriaci: Lingonibus, Cabliorum: in Trecenſi regione, Caleſtria: in Cabilonẽſi, Milceya Præpoſitura. Adiice his Præturas alias Eccleſiaſticas, quæ à Martinianis Canonicis Præſtimoniæ vocitantur. Caſtillioneam nempe, in Aurelianis finibus, & Alexandrinæ diœceſis præſtimoniam apud Longobardos. Quo in fundo D. Martini idcirco Ticinenſi pugna victum ferunt, captúmque à Cæſarianis Gallum regem, quod argenteos cancellos Martinianæ Turonum Aræ tolli iuſſiſſet incautiùs, neceſſaríiſque Regni vſibus impendiſſet. Tantæne animis cœleſtibus iræ? Hæc planè in memoriam reuocanti, ni ſumma alioquin Franci huius in Diuos pietas mihi omnibúſque comperta extitiſſet, viderentur hæc conferenda quodammodo cum vltore cõtemptæ religionis Æſculapio, qui conſecratum templo ſuo lucum, à Turulio præfecto Antonij, ad naues ei

Præpoſituræ Ædis Martini Turonen.

Ticinenſe prælium 6. Calẽd. Mart. An. 1524.

faciendas succisum dolens, profligatis Antonij partibus Cæsariana acie, Turuliũ manifestis Numinis sui viribus, in eum locum, quem violauerat, traxit, effecítque, vt ibi à militibus Cæsarianis occisus, exitio suo euersis arboribus lueret pœnas. Quòd à Valerio Max. relatum est Lib. 1.

VIDERINT ergo quamlibet pij & orthodoxi Principes, ne vrgentibus etiam Reipub. negotiis, dicata Deo facilè contrectent; Cui vel rerum omnium gerendarum primordia, progressus, exitúmque debere nos solido iure profitetur B. Gregorius Theologus in Sermone de Virtute, cuius initium, Θεὸν τὸ πάντων ἄριστον πρῶτον καλῶ, hoc est, Deum cunctorum auctorem primum inuoco. Secundum autem Deum, Diuis suus constet honos, sacræque rei Diuis nuncupatæ: Quos, & Martinum imprimis, (de quo superius) sancta vetustas est venerata. Docent idipsum Gregorius Turonensis, & Sulpit. Seuerus in vita B. Martini, ab iis piè simul, & accuratè perscripta. Iisdem concinit Rhemensis Historiæ liber 4. Cap. 48. apud Flodoardum *De Ecclesiis in honorem S. Martini circumquaque constructis*. Quibus demum subnectere visum est hæc Fortunati Heroica De B. Martino, Christianum magis pectus spirantia, quàm Poëticum, aut facundum.

Conuenienter enim me ratio plena poposcit,
Huius pontificis solui præconia verbis:
Cuius causa fuit hac me regione venire.
Ergóne dignus ero Martini gesta Beati
Pannoniæ

D. Sulpitius Seuerus Biturigũ Archiep. scripsit Vitã B. Martini, de virtutibus Monachorũ Orietalium, & sacræ historiæ lib. 2. Hic cellã patris Martini lustro integro obtinuit hæreditate præclara Quẽ postea licet renitentem, Bituricensis Clerus inde abducens, Archipræsulem sibi designauit.

Flodoardi Rhemẽsis canonici Opera peruetusta, quæ necdũ, vt Fortunati Carmina, typis commissa sunt.

Pannoniæ geniti, qua clara Sabaria vernat,
Enarrare? &c.

TITVLVS. 7.

DE REGALIBVS SACERDOtiorum muneribus.

1. *Reseruata à Pontifice beneficia Regaliæ subiici.*
2. *Regaliam extendi ad beneficia permutatione vacantia.*
3. *Literæ remissionis Regaliæ Aquitanicæ.*
4. *De Commingiæ, & Petragoricæ Ecclesiæ Regalia.*
5. *In Occitanis partibus cessetne Regalia, & fidelitatis iusiurandum.*
6. *Literæ remissionis Regaliæ Altissiodoren.*
7. *De Niueruensi Regalia.*
8. *Ambianensi.*
9. *De Regaliorum origine.*
10. *Quomodo dispensandi vacantis Ecclesiæ fructus, Regalibus non subditæ.*
11. *Ius conferendi in Regalia, à Regis persona inseparabile.*
12. *Patroni & Aduocati Ecclesiarum.*
13. *An Regalia locum habeat in Prioratu habente curam animarum.*
14. 15. *De Regalia Britanniæ minoris.*
16. 17. *Regia nominatio ad Episcopatus, & Abbatias.*
18. *Scotiæ, & Hispaniæ Episcopatuum institutio.*
19. *De Regia nouorum Episcoporum inuestitura.*
20. *Quosdam abuti Regiæ nominationis beneficentia.*
21. *Ius patronatus à laico datum Ecclesiæ, fit Ecclesiasticũ.*
22. *Paganorum templa à Christianis Cæss. diruta non fuisse.*
23. *Triplex genus collationum Regiarum.*

QVANDIV SACER Magistrat⁹ Diœcesi præfuit, ei tributa est sacerdotum ordinatio, seu erogatio sacerdotiorũ: Cuius adiutorẽ se Princeps, tutorémque præstitit pro vetere Politica sanctorum Ca-

De Frãcico Regaliorum iure in plurimis Galliæ eccleſiis: Quænam autẽ ab eo excipiantur eximãtúrq́, infrà dicemus.

nonum diſciplina. Nunc autem, ſublato è viuis Antiſtite, Regium munus eſt, cum tutelari illo Eccleſiæ patrocinio, res Epiſcopatus tractare, dignis ſacra diſpenſare Miniſteria, cæteríſque eiuſmodi Præſulatus oneribus, admota manu, identidem defungi. Inde Regaliorum lex dicta, tanti momenti, efficaciæque, vt Pontificias quaſuis ſuperet Eccleſiaſtici beneficij collationes, tametſi à Sed. Apoſt. reſeruati ante Regaliorum ius adapertum, ſeu quam Græci σχολάζουσαι ἐκκλησίαι vocabant in Antiocheno Chriſtianorum Præſulum conuẽtu. Placito Curiæ lato poſtridie Martinalium. An. 1361. Petro Ordeomonte, & Ioh. Morelio inuicem certantibus de Morinenſi Regalia, cui aditũ patefecerat epiſcopi Morinorum allectio in Romanum illum Senatum, qui ex Cardinalibus conſtat. In eadémque Morinenſi Eccleſia Regaliorum ius adſtruunt S. Conſulta alia duo: prius 7. Idus Septembres. An. 1417. Iano Derpio aduerſus Ioh. Torotium contendente. Alterum, 8. Idus Maias An. 1440. quum Mauritius Faulpius in Nicol. Menatum lege diſceptaret. Hanc tamen Morinorum Regaliam minùs videtur animaduertiſſe Alexãder 3. ſcripta ad Decanum, & Capitulum Morinenſe Epiſtola, de alieno ære exoluendo, quod pontifex demortuus in rem Eccleſiæ cõflauerat; Quaſi ipſius vacãtis curatio adminiſtratióque ad Epiſcopale Collegium, nõ ad Regem pertineret. Cap. 1. De ſolut. Licet autem Morinorum nunc ciuitas ſolo æquata ſit hoſtili ferro: ea nihilo ſecius, tanquam metropoli, tres poſtea deductæ

i. vacantẽ Eccleſiam.

Cõcilium Antiochenum.

Morini, ſeu Teruannæ populi in Belgica Gallia.

Areſtũ die 7. Septembris.

Placitũ die 8. Maij.

De Morinenſis Epiſcopi Electione, huiuſque Eccleſiæ Canonicis in eligendo diſſidentibus, vide Innocẽtium 3. cap. Cùm dilectus. De Elect.

deductæ coloniæ ſeu Epiſcopales vrbes, Bononia Belgica, Ypretum, & ſanum Audomari. Vt conuentum fuit Samarobrino Regum fœdere. Menſe Aprili An. 1559. Antiquitus enim ſanum Odomari cõtributum fuiſſe liquet ſacræ Morinorum præfecturæ. Ex Decretali Epiſtola Gregorij 9. Ex parte. De Appellat. Sicuti & Hypretum Belgarum oppidum. Cap. Ex parte. De Alienat. iudic. mutan. Morinenſium autem catalogo pontificum primus accenſetur Aimundus ab Errico Huntindunenſi, in Anglicis Annal. quos pertexuit is Anno Virginei Partus 1135.

2 TANTA vis igitur Regaliorum, vt ſiquid moliatur Rom. Pontifex, quo Regium ius minuatur, id velut abuſiuè factum reſcindat Curia ſecũdum Principis beneficiarios. Conſtante Laudunenſi Regalia, Nicolaus 4. P. P. ſororis filiũ in templo maximo Lauduni ſacerdotio honeſtauit, quod ipſemet obtinebat, priuſquàm in ſacroſanctæ dignitatis faſtigium efferretur. Eam Rex ſpiritalem Annonam erogat alteri. Re in iudicium adducta, victus eſt tandem Pontificis donatarius, quemadmodũ Gulielmus Durandus atteſtatur §. Nunc tractemus. Tit. De Legato. Nec aliter in Neruiorum quondam Regalia decretum, quam induxerat noua Sacræ purpuræ roſeíque Galeri acceſſio ad Tornacenſem epiſcopatum, quem Andræas Florentinus tum gerebat. Nam etſi Pontificis candidatus ſacrum deinde beneficium accepiſſet mutua cum aliis permutatione contracta, exequendum tamen hoc caſu Regaliorum ius Patres

Samarobrina, ſeu Cameracẽſis Pax Regum Galliæ, & Hiſpaniæ.

De Prebẽdo ſũmi tẽpli Laudunenſis.

Neruiorum ſeu Tornacẽſis Põtificatus apud Belgas, quem momento vacaſſe ſufficit quoad aperturam Regaliæ, nimirum Epiſcopi promotione ad Cardinalitium titulum, licet ab eodem vtrumque cõtinuò retineatur, ex Pontificia gratia, veniáque.

censuerunt. Postridie Martinalium An. 1404. Inter Durandum Aorontum, & Vidum Arnaldum sacerdotij competitores. In promptu causa est, quia Eugenius 3. P. P. Neruiorum Præsulatum instituit, qui sacro antea Nouiomensis Episcopatus imperio subiiciebantur. Hic autem Regalibus iam olim obnoxius est pontificatus, adeo, vt iisdem Apostol. reseruationum diplomata nequicquam officere definitum sit Aresto Curiæ in Regalia Nouiodunensi. 3. Nonas Maias An. 1350. Comperimus item, Nouiodu-

Placitū Curiæ die 5. Maij.

ni, Neruiorúmque Præsules eadem serie, ordinéque descriptos ab Errico Huntingtonensi Archydiacono, Augustinum, Gondulfum, Ebrulfum, & alios complures. Quisquis autem expenderit Alexandri 3. rescriptum ad Tornacenses episcopos, haud dubiè intelliget, Gallicam Regaliorum legem vel ignoratam ab Alexandro, vel astu dissimulatam. Cap. Eam te. De Rescript. Idémque scripsit ad Neruiorum antistitem. Cap. Admonet. De Renunc. Cap. 1. De his qui fil. occid. Et paulò post ad eundem Innocentius 3. cap. Cum iamdudum De Præb. Cap. Tua De consecrat. Eccles.

Profani Regaliorum fructus debentur à die obitus Episcopi, & pro rata tẽporis. Nã mortuo Andium præsule Gabri. Bouuerio Mẽse Febr. 1571. & ita post fructus à defuncto perceptos, damnati sũt eius hæredes à Senatu restituere fructus Canonicis Sacelli Palatini Regaliorum donatarijs à die obitus defuncti computandos. Solemni Aresto 19. Calẽd. Septẽb. An. 1576.

REGALIORVM quum vsus sit certissimus, origines percensere vereor ne minùs gratum sit, aut (quod malo dicere) mihi nimis arduum: Socraticos imitatus, qui à rebus dubiis assensionem cohibent: tutiórque est Academiæ aporia, quàm audax memoriæ veteris assertio, eadem aut plerumque fallax, aut odiosa receptissimi iuris oppugnatrix.

Academicorũ acatalipsia.

pugnatrix. At enim Reges prisci varias Ecclesias soluerunt Regaliorum legibus, & in primæuam libertatis causam restituêre. Huius remissionis Regaliæ peruia sunt exempla in sacris Aquitaniæ præfecturis, ex regio Ludouici Iunioris diplomate ita scripto. *Ego Ludouicus Iunior, magni Ludouici filius, D. G. Rex Francorum, & Dux Aquitanorum tibi Gaufride Burdegalensis Archiepiscope cum suffraganeis Episcopis Raymundo Agennensi, Lamberto Angolismensi, Guilielmo Pictauensi, & Guilielmo Petragoricensi, necnon cum Abbatibus Burdegalen. Prouinciæ, vestrisque successoribus, petitionibus vestris, communicato priùs Episcoporum, Abbatum, & Procerum nostrorum consilio, duximus annuendum, & in Sede Burdegalen. & in prænominatis Episcopalibus Sedibus, Abbatiis eiusdem Prouinciæ, quæ defuncto Aquitanorum Duce, & Comite Pictauis Guillelmo per filiam ipsius Alienoram nobis sorte matrimonij cedit, in Episcoporum, & Abbatum suorum electionibus, canonicã omnino concedimus libertatem, absque hominij, iuramenti seu fidei per manum datæ obligatione. Porrò decedentis Archiepiscopi, & suffraganeorum ipsius Episcoporum siue Abbatum decedentium, res vniuersas successorum vsibus Regia auctoritate seruari volumus, & concedi præcipimus illæsas. Hoc quoque adiicientes, vt omnes Ecclesiæ infra denominatam Prouinciam constitutæ, prædia, possessiones, ac vniuersa ad ipsas pertinentia secundum priuilegium, iustitias, & bonas consuetudines suas habeant, & possideant illibata. Quinimo Ecclesiis ipsis vniuersis, & earum ministris cum possessionibus suis canonicam in omnibus concedimus potestatem. A-*

His similes planè Codicilli à Ludou. Crasso huius patre irrogati, eodẽ die ac Cõsule: quos istic ad verbũ adscribere haud necessarium existimaui.

Remissio Regaliæ Burdegalẽsis Prouinciæ.

ctum Burdegalæ. An. 1137. Regni noſtri 4.

Conuenatis, ſeu Cõmingiæ Eccleſiæ libertas, exemptióque à iure regaliorũ, Decreto Curiæ die 27. Iunij.

PROPTER hanc Regaliorum immunitatem, quæ Aquitanis Eccleſiis irrogata eſt, decreuit Senatus Cõuenarum diœceſim Regalibus vacuam, exemptámque eſſe. Areſto 5. Calend. Quintiles An. 1562. Briſſoneto litis expoſitore, quam Ordo Ampliſſ. antea in conſilium miſerat. 9. Calend. Maias. An. 1556. Durando, Antonij Dumaſi Regaliſtæ, Dauide, Perceualis Boyſredoni, & Portano, Dominici Fogaſſeti cauſam agentibus. De ſummo Conuenarum Diaconatu. A quibus haud longiſſimè abeſt Conuenatis epiſcopi libera ſolutáque electio, apud Innocentium 3. Cap. Per inquiſitionem, in verſ. Tholoſanenſi Præpoſito in epiſcopum Conuenarum electo, & Cap. in Cauſis. De Elect. Ne iſtic Conuenatem Vigilantium commemorem, à D. Hieronymo miris exagitatum modis, tanquam monſtrum vnicum, quod aleret Gallia. Verùm aliquanto poſt Clodoueus 1. Rex ſtruxiſſe fertur pontificalem Conuenarum Baſilicam, Gotthis inde profligatis. Sub Annum 510. Porrò contra Tarbelorum Regalia S. Conſultum protulimus lib. 2. noſtri Operis De Priuilegiis Ruſticorum. Tit. De Arboribus in confinio poſitis, & earum fructu. Nec diuerſum in Petragoricam Regaliam bino deciſum Placito Curiæ: Vindiciario altero 8. Idus Apriles. An. 1556. Altero vltimæ Sententiæ decreto, diebus Natalis Dominici profeſtis. An. 1564. Sacræ tamen Pictonum Regaliæ diſceptationem conſilio permiſit Senatus. 3. Idus Maias. An. 1575. Mario, Regaliſtæ,

Die 23. Aprilis An. 1556.

De Archidiaconatu Cõmingiæ Eccleſiæ.

Vindiciarium Decretũ, quod dicunt prouiſionale, die 6. Aprilis. An. 1556.

Die 13. Maij.

ſtæ, Durando, aduerſarij, & Auguſt. Thuano fiſci patronis. In profana autem Pictauenſi Regalia, quam ſibi aſſeruerunt ſacri Sodales Palatinæ Ædis Lutetianæ, Conſcr. Patres iis fiduciario quodã iure addixerunt duo millia Pariſien. libellarum ex annuis Pictonici epiſcopatus prouentibus, nullo interim ſummæ quæſtionis præiudicio. Areſtis Natalitiis. An. 1574. Deſcarſio Pictonum præſule, & Canonicis Palatini Sacelli hinc inde altercantibus.

5 HÆC DE Aquitana Eccleſia Regalibus immuni, ſolutáque: Nunc proximam ei Occitanam adeamus. In ea quippe ceſſat lex Regaliorum, ſic, vt in ſacris pleriſque eiuſdem præfecturis iam olim exoleuiſſe fidelitatis iuſiurãdum ferant, quo noui alioquin epiſcopi Francico Diademati conſuêrunt deuinciri. Produnt idipſum inſignes Caroli 5. regis Codicilli, his verbis. *Carolus &c. Seneſchallo Bellicardi Salutem. &c. Pro parte Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum Tholoſæ, Carcaſſonæ, atque veſtri Bellicardi Seneſchalliarum conſortium in hac parte nobis extitit grauiter conquerendo monſtratum, quod licet nonnulli ex eiſdem Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis teneant & poſſideant plures temporalitates iudiciarias, & alias de quibus ipſi, & eorum prædeceſſores homagium facere, ac præſtare fidelitatis ſacramentum non ſunt ſoliti &c. Nos qui iura & libertates Eccleſiarum illæſas permanere volumus, vobis præcipimus & mandamus, quatenus dictos Prælatos, & alias perſonas Eccleſiaſticas dictæ veſtræ Seneſ-*

Reſcriptũ Caroli 5. Franciæ regis pro libertate Occitanæ Eccleſiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

challiæ ad recognoſcendum aliquas temporalitates, de quibus vobis non apparuerit per libros ſeu regeſta ordinaria Seneſchalliæ veſtræ, vel alias legitimè, quod pro eis conſueuerint ipſi, vel eorum prædeceſſores facere recognitionem vel homagium præſtare ac fidelitatis ſacramentum, ſeu quod ad prædicta faciendum aliàs reperiantur adſtricti, minimè compellatis. Illis autem Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, cæteríſque Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis in dicta Seneſchallia conſtitutis, qui ratione ſuæ temporalitatis nobis recognitionem vel homagium facere tenentur, ſeu fidelitatis præſtare ſacramentum, præcipiatis, quod dictam recognitionem infra feſtum omnium ſanctorum, & nobis homagium faciant, præſténtque fidelitatis Sacramentum &c. 5. Calend. Iunias. An. 1373.

Die 28. Maij. OCCITANAS Celticæ excipiunt Diœceſes, quarum itidem compluſculæ abnuũt detrectántque Regalia: quædam Regalibus verè ſubiiciuntur. In his diplomaticæ fidelitatis induciæ Regiã manum tollunt duntaxat à profanis Epiſcopatus latifundiis, non à ſacrorum munerum erogatione, quæ nihilo ſecius manent Regaliorũ iure conferenda. Vti Carolus Pulcher edixit præclara Cõſtitutione 12. Calend. Octob. An. 1322. Quæ patrio ſcripta idiomate nobis eſt in manu, cum poſteriore Philippi 6. Reſcripto eam comprobante. Omnino autem Altiſſiodoren. Clero remiſſa ſunt Regalia à Philippo 2. perpetuæ Immunitatis iure, in hanc ſententiam: *Nouerint &c. Quod nos intuitu pietatis, & ob remedium animæ noſtræ, & parentum noſtrorum damus & concedimus in perpetuum Eccleſiæ Altiſſiodoren.*

Edictũ Caroli 4. Regis Galli die 20. Septẽb.

Literæ Philippi Valeſij Regis ita inſcribuntur apud Rationales Pariſiẽſes, Declaratio Regis Philippi pro beneficiis vacãtib⁹ in Regalia.

Altiſſiodoren. quicquid iuris habebamus in Regalib⁹ Altiſſiodor. vacante ſede: Ita quod Decanus & Capitulum eidem Eccleſiæ cuſtodient Regalia ſede vacante, & omnes prouentus qui exinde procedent, & præbendas, ſi quas interim vacare contigerit, ad opus futuri Epiſcopi: Saluo ſeruitio noſtro, equitationis, exercitus, & ſubmonitionis, ſicut Epiſcopi Altiſſiodorenſ. nobis fecerunt. An. 1206. In noſtris autem Lib. De Domanio Franciæ mendoſè ſcriptum reperitur Chalcographi incuria (Philippus 4.) & (An. 1306.) loco harum literarum, (Philippus 2.) & (An. 1206.) quæ ἰδιόγραφο noſtro ex fide adſcriptæ erant. Cuiuſmodi numeralium characterum valde lubricus Typographis locus eſt, lapſúſque procliuior, niſi numerales literas obſeruent oculatè. Porrò Antiſſiodorenſes epiſcopos, de quibus hic agitur, primarios recenſet Erricus Huntindunenſis, S. S. Peregrinum, Marcellianum, Valerianum, Elodium, Amatorem, Germanum, Alodium, Fraternum, Cenſurium, Vrſum, alióſque quamplurimos. Meminit & Antiſſiodoren. Præſulum Innocentius 3. graué́mque ipſorum refert de hæreſi controuerſiam aduerſus Charitatis oppidi in Biturigibus ciues. Cap. Literas. De Præſumpt. Ab eodem reſcriptum eſt Altiſſiodorenſi antiſtiti Cap. Cùm tibi. De Teſtamen. Cap. Tuæ. De Cleric. non reſid. & Cap. Cùm in dicœceſi tua De Vſur.

Altiſſiodorenſi Eccleſiæ remiſſa perpetuò Regalia Principalibus Philippi 2. codicillis.

In numeris facilis lapſus Librariorum.

Altiſſiodoren. Epiſcopi.

Prioratus item de Charitate in Biturigibus memoratur à Gregorio 9. in Cap. Sacroſancta. De Elect.

7 ALIQVANTVM diſſimilis, ſaltem diſſimiliter iudicata Niuernenſis Regalia, cuius quæſtionem antea P. C. audita patronorum actione, in conſilium miſerant 4. &. 5. Idus Quintiles. An. 1541.

Die xi. & 12. Iuly.

Iuuabat tum quidem Ordinarij cauſam Regaliæ immunitas Niuernenſi Clero conceſſa, regiis Philippi 2. codicillis. Sed contrario vſu Regaliorum ius nitebatur, longáque ad eam ætatem poſſeſſione in ſacram Niuernenſium diœceſim. A ſingulis enim Senonum metropoli ſuffragãtibus agnita eſt Regalia, & vſu probata, vno dempto Antiſſiodoren. epiſcopatu, vt Probus Bituricus ſcripſit. Quæſt. 60. vbi Niuernenſis Regaliæ ſpeciatim habita mentio. Idem moribus receptum in Trecenſi Hierarchia, cuius tametſi Regalibus ceſſiſſet Auguſtus Rex, in eam nihilominus Regaliorum ius obſeruatum retentúmque conſuetudine tradit Probus. Quæſt. ſupradicta. Num. 34. Quinimo Regali Magiſtratui imprimis conuenit, cœleſti Chriſmate perũcto, vt Sacrorũ procurationem ineat, vacua diœceſani pontificatus Sede. Notum eſt quippe ex Bibliorum libris, Hebræum Regem, ſacerdote fatis functo, tenuiſſe Eccleſiæ clauum, populíſque Eccleſiaſticos miniſtros præfeciſſe. Atque vt Dauida ſilentio trãſigamus, qui 24. templi flamines conſtituit, idẽ de Salomone illius filio prædicauit antiquitas, tũ de Iuda Machabeæ gentis principe. Ex 1. Paralipom. Cap. 24. & 3. Reg. Cap. 1. tum 8. cap. Machab. Omnimodo enim ſacerdotij honos Iudæis firmamẽtum potentiæ aſſumebatur, vt ait Tacitus Annal. lib. 21. Quid plura? Senatus, diligenter excuſſum Regaliorum ius Procuratori fiſci in Niuernẽſem Eccleſiam adiudicauit, poſthabita illa verè Auguſta Regaliorũ ceſſione, cuius ſcriptura hæc eſt.

Niuernẽſis Regalia, ſecundũ quam vltimũ Curiæ decretũ à nobis cũ die & Conſule recitatum eſt lib. 2. De domanio Franciæ.

Suffraganei Senonẽſis archiepiſcopatus Regaliæ obnoxij.

Refert Ioſephus in Vita ſua, Aſamonæorum familiam lõgo tempore regnũ ſimul & ſacerdotium in gente ſua obtinuiſſe.

Nouerint

Nouerint &c. quod nos dilecto & fideli noſtro Guillelmo Niuernenſi Epiſcopo totum ius illud, quod habebamus in Regalibus Niuernen. conceſsimus & quictauimus in perpetuum ipſi, & ſucceſſoribus ſuis, & donationem etiam præbendarum: Ita quòd vacante ſede nihil de mobilibus, vel immobilibus per nos, vel per alios capiemus in domibus Epiſcopi, nec in caſtellis & villis eiuſdem, neque in hominibus Regalium, nec in rebus eorumdem. Neque in prædictis Regalibus aliquid prorſus retinemus præter exercitum & procurationes, ſicut nos, & prædeceſſores noſtri ea ſolent & debent habere. Concedimus etiam, vt ſede vacante eadem Regalia ſint in manu Decani & Capituli Niuernẽ. Vt tam ea, quàm præbendæ, ſeu dignitates, ſi quæ interim vacauerint, ad opus futuri Epiſcopi ſaluæ & integræ reſeruentur. Anno 1208. Niuernenſium præſulum Hiſtorici Canones meminêre in cap. Cùm olim. De offic. Deleg. Extat quoque ad eoſdem Innocentij 3. Epiſtola decretalis. Literas De præſumpt.

Niuernenſis regaliæ remiſsio Philippi 2. Reſcripto conceſſa.

8 Celticis Belgicæ ſuccedant Eccleſiæ, quarum nonnullas Regalibus immunes, exemptáſq; eſſe Patres decreuerunt. Celebri S. C. in Ambianenſem Regaliam. Pridie Calend. Februar. An. 1561. Pro Itierio Bardello, & Firmino Picqueto aduerſus Rodulphum Rogium Principali ſubnixũ liberalitate. Et hoc quidem Curiæ placitum non animaduertit Magiſter Regaliorum ſcriptor in Libris Deciſion. A quo tamen alia tria in eandem citantur ſententiam: Quorum ſecundum notatu dignius, quia ab illo leuiter perſtrictum eſt, hiſce τῶν ἄλλων inſerendum curaui. *Carolus D. G. Fran-*

Arreſtum Curiæ contra Regaliam apud Ambianos Die vlt. Ianuar. An. 1561.

Vetuſti Curiæ Decreti formula ab Antiquitatis ſtudioſis obſeruanda.

corum, & Nauarræ Rex. Notum facimus &c. Quod cùm nos Bailliuo Ambianensi per nostras literas mandauissemus, quod cùm olim viuente chariss. Domino genitore nostro certum Arestum pro Episcopo tunc Ambianensi prolatum fuerit super possessione collationis præbendarum Ecclesiæ Ambianen. quas sede vacante contingebat vacare, Nósque, & procurator noster probabiliter ignoraremus, an in simili modo cæterorum collatio beneficiorum vacantium in Ciuitate & diœcesi Ambianen. ad ipsius Episcopi collationem spectantium, ad nos ratione iuris Regalium pertineret. Nos nè ex ignorantia ius nostrum deserere, aut alienum inuadere contingeret, mandauimus Bailliuo Ambianen. quòd se ex præmissis fideliter informaret, & quicquid inde reperiret, sub sigillo suo fideliter inclusum, Procuratori nostro Parisien. mitteret, vt deliberare valeret, an super ijs cedere, vel contendere deberet. Facta igitur informatione super præmissis per prædictum Bailliuum, & nostræ Curiæ reportata, Auditis nostro, & dicti Episc. procuratoribus, visa & diligenter inspecta relatione super iis per gentes Parlamenti nostri nobis facta, Curia nostra præcepit Procuratori nostro, & per Arestum, quod ipse super præmissis vlteriùs non contendat, sibi super præmissis silentium perpetuum imponendo. Datum Parisiis in Parlamento nostro Die 9. Ianuar. Anno 1327. Hinc proximè consecutum Curię decretum aliud secundũ Droconem Martiam, & Ianum Montignyũ, aduersus Ioh. Campensem, & Pet. Hallam Regis beneficiarios in Ambiana Regalia, de Sacello D. Ni-

De Ambianẽsi Regalia extat forẽsis Actio à Senatu consilio cõmissa 15. Cal. Februar. An. 1546. Quum Regnardus, Iani Morelli, Thuanus, Riuerei, Lestrei, Boytelli, Magister, fisci causã perorassent. A quibusdam scilicet ex Camera Regiarũ rationum proditum est, semel remissos fuisse à Carolo 5. Principe Regaliorũ fructus Ambianensi episcopo, summisse id postulanti. An. 1373.

Ex his fœdè lapsum constat Phil. Probum Quæst. 60. Regaliorum, vbi censuit, Ambianis Regaliã locum habere, fretus ijs quæ collatione fani omnino, nulla notantur à Ruzeo 27. Priuil. Regalior. Sed ibi disceptatur de præbendorum Vulfranny Pontiuensis, quæ Regiæ sunt vt fundationis, ita donationis Regaliorum ratione necessariò habita, de quibus nunc quaritur.

colai,

colai, & sacra Pœnitentiarij dignitate 11. Calend. Februar. eod. Anno. Quibus S. Consultis causam dedisse videtur aliqua ex parte Regiæ procurationis exemptio Ambianis templis irrogata à Philippo 2. Rege, & à nobis Titulo perscripta superiori: (quæ tamen à Regaliorum iure discrepat plurimum). Ambianam quoque vrbem Augustus Rex insignibus decorauit priuilegiis, instituto illic Decurionum Collegio, Ordiníque huic attributo quouis iurisdictionis genere, dempto *Meurtro & Raptu.* Præsules sanè Ambianorum vetustiores celebrat Huntindunẽsis D.D. Firminum, Honoratum, Saluinum, Bethundũ, cum quadragenis aliis. Quorum posteros Honorius 3. Põt. salutauit Decretali Epistola, Ex literis De vita, & honest. Cleric. post Alexãdrum 3. in Cap. Ad hæc. De Decim. Cap. Sane De Regular. Cap. Porrò. De Priuil. Deniq; Ambianorũ Regalia illa à nobis in Senatu discussa est Actione Forensi nuperrimè, pro Iac. Saguierio aduersus Claudiũ Saisseuallẽ Principis beneficiariũ, cuius Mangotius causam orabat. Quo in negotio Conscripti Curiæ amplius deliberandum censuerũt. Quarto Nonas Ianuar. An. 1576.

9 Novvm putet quispiam, ex Regiis tabulis solum, patriísque S. Consultis peti hanc à nobis Regaliorum tractationem, nulla subiuncta priscarum rerum memoria, externáque disciplina. Sed meminerimus Regalia esse hæc, nostratúmq; Regum, Senatoriáque placita veriùs, quàm descriptis initio certæ artis præceptis constituta.

Placitũ Curiæ die 22. Ianuar. An. 1327.

Procurationis Regiæ sumptus Episcopo à Rege indicuntur Episcopales agros circumeũte, lustrãtéq; Regalia verò in Ecclesiã ipsam, mortuo Episcopo, exercẽtur.

Regia hæc priuilegia in Ambianos Ciues auxere Philippus 4. & 6. concesso Ambianis Decurionibus politico imperio in oppidanos artifices, seu opifices. An. 1292. & 1339. Dehinc Ludouicus 11. Vnionis Ambianorum cum Frãcica corona Rescripto, Ambianos iisdem frui voluit priuilegiis, quibus Lutetia vtebatur. Quæ omnia Francisco 1. comprobante An. 1545. in Senatu sunt promulgata, ab eóque deinceps secundum huiusmodi priuilegia iudicatũ 5. Idus Ianuar. seu die 9. Ianuar. An. 1575.

Universidad de Deusto Biblioteca

De Arte Cabalistica & Cabala. Siquidem diuinæ legis interpretatio, quam Moses ab ipso deo accepit, subinde per animos reuelata est, & Cabala dicta, Hæbræo nomine, ï. Sciētia secretior, quòd illam doctrinam non per literarum monimenta, sed ordinarijs reuelationum successibus alter ab altero quasi hæreditario iure acciperet. Sed Esdras præfectus Ecclesiæ constituit, vt conuocatis sapientibus, afferret quisque in medium, quæ de legis mysterijs memoriter tenebat, adhibitísque Notarijs hæc in 70. Volumina relata sunt.

Qualis Hebræorum Cabala, qui doctrinæ suæ rationem quærentibus, vnum hoc respondebant: אמרו חכמים, ï. Dixerunt Sapientes. Paria item Pythagoreorum instituta probauit Naziãzenus, quum Iuliani Cæs. occurreret conuitio in Christianæ Philosophiæ dictatum hoc, Πίστευσον. ï. Crede. Nam εἰς ταὐτὸν εἴκοντος τοῦ, αὐτὸς ἔφα, τῷ, περὶ ἡμῖν πίστευσον, ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς τε καὶ ῥήμασι. ï. In diem cedente isto, ipse dixit, & apud nos, crede, licet aliis syllabis & verbis. Ita Nazianzenus. Ac velut Procopij τὰ ἀνέκδοτα memorauit Suidas, quasi nondum vulgatum Opus, nec apertè scripta methodo cõstans: sic Regaliorum cognitio vix patuerit antiquarum duntaxat lectionum studiosis, sed Praxiarchis, assiduísque forensium causarum auditoribus. Vnde & ἀκροαματικὴν ï. auscultatoriam recte voces Regaliorum disciplinam. Quo modo Aristoteles commẽtationum suarum speciem quandam habebat Auscultatoriam, cuius arcana planè abscondita essent, nec scriptis publicata. Vt monet Aristotelis responsio ad Alexandri Mag. Epistolam. Teste Gellio Lib. 20. Cap. 4. Hoc certe literarum monumẽtis proditum comperimus, Regium nomen in terris haudquaquam ortum fuisse, sed è cœlo diuinitùs emissum, Regésque ipsos ita institutos, qui Numine afflati, & sacro delibuti oleo, diuinum quid pręferrẽt: penes quos etiam Sacrorum potestas foret. Auct. Eusebio Hist. Eccles. Vol. 1. Exin Gallicus orator Ægid. Romanus libris editis asseruit, sacrorum Beneficiorum erogationem ad Reges ac Cæsares pertinere.

Lib. Ægidij Romani.

nere. Philippi 4. Regis temporibus. Nostri saltem Principes, Augustus, Pulcher, ac posteri enixè intenderunt, sacrum scipionem, anulúmque pastoralem Episcopis dari solitos Regio munere, eósque suo se arbitratu induere consuêsse. Quemadmodum enim nascentis Ecclesiæ primordiis deligebantur sacrorum procurandorum Antistites de communi Plebis, simul ac Cleri sententia: Reges ita, in quos ius suum omne transtulit Populus, id sibi probabiliter videntur Regaliorum legibus arrogasse, vt fermè Rex idem hominum esset, Phœbíque Sacerdos: nempe vt vacuo sacro Solio, Princeps Regali vteretur conferendi sacerdotij prærogatiua in Ecclesiasticis aliquot Præfecturis, non in omnibus, pro more institutóque maiorum. De quo Durandus Speculator in §. Nunc tractemus, vers. Sed nunquid Legatus. Tit. de Legato. & §. Restat. Tit. De Prębend.

Remissa à Prĩcipe regalia, quomodo percipiendi à Capitulo Ecclesiæ reditus, & quo onere.

10 CONDONATIS verò alicui Ecclesiæ Regalib⁹ à Principe, dispiciendum subest, quænam onera Ecclesiastico incumbant Collegio, antequam nouus Cleri Antistes renunciatus sit, ac inauguratus. Promatur facti exemplum. Lemouicum Diœcesis Regalibus soluta est, Regio in Aquitanam Ecclesiam immunitatis beneficio, (de quo s̃.) ac singulari itidem Caroli 6. rescripto 12. Calend. Februar. An. 1403. His congruit Prætoriani Consilij decretum 6. Nonas Maias. An. 1513. Quo agitata est potissimũ electionis Episcopi comprobatio, vel retractatio. Vacua igitur ea pontificali Sede, aut pendente quidem electionis controuer-

Patentes literæ Caroli 6. Regis die 21. Ianuar.

Placitum Magni Consilii die 2. Maij.

Lemouicensem regaliam adnotauimus Lib. 2. De Domanio.

Franciæ. Ex Anno 1391. Sed ad huius rei interpretationem aduerte ibi Regium fuisse diploma duntaxat, quo narrabatur, Lemouicenses Principis magistratus regiã manum iniecisse in episcopalia iura Regaliorum, ab iisque Canonicorum collegiũ prouocasse ad Sedem Apost. euocatis quoque Romam Lemouicens. Iuridicis. Proin regio illo Rescripto dies dicta est in Curia Parisien. sacro Sodalitio pariter & Regiis Lemouicum Præfectis: illi quidem, vt aduersus Regaliorũ possessionem ab eo tentata Romæ in irritũ deducerentur: His verò, vt œconomicæ Regaliorum perceptionis ederent rationes An. 1391. supradicto.

sia, incidit quæstio, cuinam interim Legibus deferretur opum, munerúmve Episcopalium administratio, & qua cautione, quo onere, qua conditione. Prætoriani tum Senatores iudicarunt, sacram, profanámque vacui Præsulatus gubernationem Sodalitio competere Cathedrali: Sed ita, vt Episcopalium rerum prouentus adseruarẽtur futuro pontifici, eíque curationis bonorum rationes à cœtu Canonicorum redderentur. Placito suprà relato. Cui haud dissentaneum est Alexandri 3. Rescriptum, Cùm vos. De offic. Ordin. Et Bonifacianum illud, Præsenti. Eod. Tit. in 6. Ad Lemouicum Præsulem missa extat Decretalis Epistola Innocentij 3. Accedentibus. De Priuil. Et Cap. Constitutus. De Appellat.

TRACTATVM est à Regalis iuris professoribus, nûm captiuo Regi liceret Regaliorum exercitium priuato committere, Regis saltem primigenio Delphinatium Principi. Et à multis responsum fuit, rata habenda non esse, quæ quis bello captus hac parte egisset, tanquã compedibus adstrictus, nisi soluto hostili vinculo, liberior anteacta denuo confirmaret. Quid autem in Rege libero, cuius vicario munere Delphinus Allobrogũ exequatur Regalia? An si rex vni, Delphinus alteri eroget sacerdotiũ Regali iure, hæc illi sit collatio anteponenda? Quæstionem mehercle intactam à Regaliorum scriptoribꝰ diremit Senatus. Insigni Aresto contra Delphini Viennensis beneficiariũ, cuius tamen delegatæ à Principe potestati inserta erat clausula irritans, actorúmque in contrarium derogatoria. Postridie Calẽd. Maias Anno 1408. Petro Lorono petitore, & Gulielmo Cardouello reo litigantibus de Rothomagensi canonicatu. Huius Rothomagen. Ecclesiæ primarij citantur antistites S. S. Nigasius, Mallonus, Auitianus, Seuerus, & Eusebius cum reliqua posterorum Archipræsulũ serie. Auctor Huntingtonẽsis Archydiaconus, qui & Rothomagensi suffraganteꝫ Episcopos enumerat, complureſq; Præfectos cœnobiorum Becci, & S. Michaëlis de periculo maris. Cui D. Michaëlis cœnobiarchę rescriptum est ab Honorio 3. cap. Dilecta De maior. & obed. Præsto sunt quoq; ad Rothomagensem Neustriæ Primatẽ Decretales Epistolę Innocentij 3. ac Gregorij 9. Per nostras De iure patrõ. & Cap. olim. De accusat. Porrò ne cui mirũ sit, Senatus iudicio victorem euasisse Principis beneficiarium cum illo Delphini regalista contẽdentem, nunquã ita plenum cuiquã mãdatur imperium à Principe, potestáſq; exercendorum Regalium, quin ampliorem mandator vberiorémq; penes se retineat: quemadmodum de Summo Pontif. ac eius Legato sacris Canonibus perhibetur.

Arestum Curiæ Die 2. Maij An. 1408.

Rothomagens. canonicis rescribit Honorius 3. Cap. Ecclesia vestra De Elect. & Cœlestinus 3. Rothomagensi decano in Cap. Prudentiã De Mutuis petit. Rothomagensis item concilij meminit Tuo Carnotẽsis Decret. Lib. 2. & Gratianus in Can. Si quis de ordine Cã. Sãcitũ 7. quæst. 1.

12 REGALI itẽ illi sentẽtię subscripsit Curia Placito posteriore inter Robertum Clericũ, Regis, & Guilielmũ Leuescũ, Delphini candidatos, seu regalistas, vt aiũt. Idibꝰ Septẽbr. An. 1410. de canonicatu in Abbeuillana æde Vvlfrãnij: cuius ecclesiastici Collegę patronũ regẽ profitentur, ï. Pontiuẽsiũ Comitum patronorũ succesſorem. Iidem sacri Sodales forẽse causarũ suarũ patrociniũ nobis pridẽ decreuerũt, licet huic forsan muneri imparibꝰ.

S. Cõsultũ Die 13. Septemb. An. 1410.

Quam tamen defendendę Eccleſię in Senatu prouinciam feruentiùs ſemper expetiſſe me non diffitebor. Ita nos ſuarum litium aduocatione dignati ſunt Cathedralium templorum ſacri cœtus nonnulli, Andegauenſes, Cenomani, Aurelianenſes, ſani Flori Aruernorum. Hæc nimirum protectio Eccleſiaſticorum iuriũm non minùs fœliciter Frontbraccio ceſſit, quàm ipſorum oppugnatio frequens infœliciter Mareſio, ambobus cauſidicis in ſupremo Pariſiorum Tribunali. Carolo 5. Rege. Ille enim in purpuratorum Patrum ordinem allectus deinde eſt à Rom. Pontifice: Huic ignominioſa mors purpureum ſanguine galerum attulit, capitis damnato poſt fallaces regiorum honorum fumos. Nam vtriuſque fatales progreſſus exitúſque cœleſtibus auſpiciis tribuit Nic. Ægidius Francicorum annalium ſcriptor, diuinóque iudicio metitur, vt proſperos defenſoris Eccleſiæ ſucceſſus, ita eius aduerſarij miſeros ac calamitoſos. Eadem ex cauſa priſcis ſeculis Eccleſiæ ſibi aduocatos adſciuerunt præpotentes Dynaſtas, ſacrorum prędiorum vectigaliúmque patronos & aſſertores. Hinc Feudiſticis legibus Aduocatia dicta, defenſio tutelâque Sacerdotalis collegij alicuius, vel monaſterij. Cui rei documento ſunt donationis tabulæ, quam in Vlmenſes monachos contulit Carolus Mag. tãta pij religioſique animi ſignificatione, vt Adelbertum propinquum ſuum donatariis aduocatum protectorémque conſtituerit. Apud Nauclerum. Eo ſpectant varia de Aduocatis capita Legis

Petrus Frontbraccius, & Iohannes Mareſius Cauſidici quondam in Senatu Pariſiẽ.

Aduocatia, Feudi Eccleſiaſtici genus.

Legis Francicæ Caroli Mag. Hludouici, & Hlotharij Auggg. Neque ab iis alienum eſt, quod Archiepiſcopus quidam, auctore Tritemio, inſtituit aduocatum Hirſaugienſis cœnobij Erlafridũ Comitem, hac cautione, vt patre demortuo, filius in beneficiarium aduocationis munus non ſuccederet, niſi ad illud fuiſſet aſſumptus à monaſterij præſule ac cœnobitis. Nec diſpari argumento narrat Vrſpergenſis, Philippum Cæſ. monachorum fundis annuum quiddam ipſorum permiſſu indixiſſe, defenſionis Aduocatiæque nomine ſibi penſitandum. Qua etiam beneficiaria formula Pontifices Max. ſeſe prædicarunt ſacrarum eccleſiarum Aduocatos, & Maniburgos. Teſtatur idipſum vetus Germanici cœnobij pactio cum ſacroſancta Petri Sede, apud Trithemiũ, vt Romæ quotãnis perſolueretur numus aureus, quo Pontificiæ Maieſtatis auſpiciis præſidióque firmum illud, ſtabiléq; ſemper tegeretur. Trithemij Pag. 88. Sed ad propoſitas Regaliorum theſes redeundum.

Hoc memoriæ ſcriptores Mũdiburdium appellant.

13 MONASTICOS primatus, qui ſimplices vocantur, Regalibus ſubiici eſt exploratum. Conſtante Bellocaſſiorum Regalia, vacuus factus eſt Primatus quidam conuentus monaſtici D. Nicolao ſacer, collatitius, ordinis Auguſtiniani. Quæſitum fuit, vtri competeret ipſius collatio, Regíne, an Pontifici. Nam à parte Regij candidati ſuggerebatur, hanc regularis conuentus præfecturam, quæ vulgò prioratus conuentualis dicitur, verè paroeciacum non eſſe Sacerdotium, tametſi

De Baiocenſi Normanorũ regalia.

Hic Prioratus ſani Nicolai inſtitutus eſt, opimóque patrimonij cenſu ditatus ab Errico Angliæ rege, duce Normanorum, & Aquitaniæ regulo.

coniunctã quandam animorum curationẽ habere videatur. Vt Clemens 5. notat in Concilio Viẽnensi Cap. ne in agro. §. Cæterũ. De statu monach. Multum referre, an huiusmodi prioratuũ Præfectis annexa sit plebeculę Christianę curatio, an curiones reuera sint ipsi, seu animarum curatores. Quam distinctionẽ, rerúmq; discrimen animaduertit Panor. in cap. De multa, & cap. Extirpãdę. §. Qui verò. De præb. Doctor. in cap. Cũ in illis eod. Tit. in 6. Huc alludit Bonifaciana sanctio, quæ incipit, Statutum. De Elect. vbi licet parochi annali lege teneatur sacri cuiuscunq; ordinis capessendi, alioquin mouẽdus curionatu, vt Gregorius 9. ediderat in Synodo Lugdunensi. Strictè tamen interpretandum esse parœciacum fanũ illic constituit Bonifacius 8. neque ad eas plebanorum parœcias voluit Annariã legem pertinere, quæ collegij nomine censerentur, seu quæ vulgari sermone appellantur *collegiatæ ecclesiæ parœciales*. Itaque nil proponi contendebat Regalista, quo minùs prioratum suprascriptũ Princeps Regaliorũ iure conferre potuisset. Ediuerso autem Pontificis beneficiarius, Regaliorum lege ecclesiastica munera nó comprehendi, quæ animorum curationi coniuncta sint. Primatum monasticum, de quo quærebatur, hoc ipso merè parœciacum & curiale sacerdotium existere, quòd Augustiniani ordinis monachis purè addiceretur. Vnde tales Prioratus, passim regularia parochorum sacerdotia nuncupamus. Tanto nimirum sanctissimi auctore Ordinis Augustino, quasi Triumuiro constituen-

stituendæ rei Christianæ: Qui in Africa peræque, vti Ambrosius in Europa, Hieronymus in Asia coætanei Christianæ ditionis fines propagarint. Ex quibus Pontificius obnixè defendebat, sacros hosce Primatus, quia communiter parœciacam obirent functionem, & insuper conuentuales forent, minimè adstringi Regaliorum legibus oportere. Actitata causa, interfatus est Senatus, decreuítque de litigiosi Prioratus qualitate, nûm actu ipso parœciacum beneficium esset, inquirendum. 3. Non. Maias An. 1575. Thorodeo, Regalistæ, Pasquero, Pontificij, Me, Nicotij interuentoris causam orantibus. In Bellocassiorum Regalia, quorum antiquissimos Præsules commemorat Huntindunensis Archidiaconus, S.S. Exuperium, Ragnobertum, Rufinianum, Lupum, Patritium, nec paucos alios.

Senatus Præiudiciũ Die 5. Maij.

Baiocẽses Normaniæ Episcopi.

14 NANNETENSEM Britonum Regaliam sibi asseruere abhinc triennium sacri Sodales Palatini Sacelli Parisien. Quibus profani Regaliorum prouentus competunt Principali munificentia. Vilcotius enim pro iis in summo Curię Auditorio, Armoricam oram vetus esse Gallici sceptri beneficium, prędiúmque inferius: Hincq; Armoricos præsulatus eadẽ Regaliorum lege obstringi, qua sacras alias Gallici nominis præfecturas: Iam inde pręsertim, ex quo deletis Britonum Regulis, Ducalis ditio in corpus relata est publici Frãciæ patrimonij, eiúsq; fiscalib⁹ fundis adiuncta

Forẽsis Actio de Nannetensi regalia.

Continẽtis Britanniæ episcopatus 9. Inter quos Venetensis, cui rescriptũ est ab Honorio 3. Cap. Ex parte de Capel. Monac. Cap.

Iohannes De Homic. Coriſopitenſis autem epiſcopi mẽtionem fecit Innocentius 3. in Cap. Accedẽs Vt lite non cõteſt.

Armoricæ Britanniæ Vnio cum Gallico diademate relata eſt in Acta Curiæ Die 21. Nouemb. An. 1532.

inſolubili Vnionis nexu, quam Patres Pariſien. comprobarunt 11. Calend. Decemb. Ann. 1532. Nos autem pro Philip. Becco Nannetum Antiſtite, contrà nitebamur, Britanniam quidem in regia Francorum clientela poſitã eſſe, vectigalémq; iis factã à Carolo Mag. vt refert Aimoynus De rebus geſt. Franc. lib. 4. cap. 78. & 89. Tum à Hludovvico Magni filio, vt eſt apud eundẽ Lib. 4. cap. 106. & 112. Nunquam tamen ſuos Britonibus, ad nouiſſima vſque tempora, Duces defuiſſe, qui beneficiaria cum Gallo Pactione ſibi reſeruarũt maioris imperij prærogatiuas complures, cuſtodiam imprimis tutelaréque patrocinium matricis Baſilicæ cuiuſuis: Eccleſia nimirum pontifice rectoréque deſtituta. Vt liquet ex clientelari illa conuentione Petri 1. Armorici Ducis, ad vnguem tranſcripta à Feraldo In tract. De Iurib. & priuil. Reg. Franc. & in Stylo Parlam. Parte 4. Dicebam præterea, Regaliorum ius à patronatu templorum fundationéque hauriri ſolitum, vt indicat Archydiaconus in can. Imperium 10. Diſtinct. Atqui vel ante Francicum Monarchatum inſtituti feruntur Armorici pontificatus. Quippe quum Euſebius Nannetum præſul Concilio Turonen. 1. ſubſcripſerit, & Epiphanius Aurelianenſi 1. Meroueo Francorum ſecundo Rege. Nec ita multo poſt, Fœlici Nannetum epiſcopo Fortunatus porrexit ſacrum hymnum, quem eorum memoriæ dicarat, quorum oſſa piè adſeruabantur in ſacra Petro ac Paulo Nannetenſi æde. Tametſi verò Gunthranus Franciæ Rex Nanneticos ſibi limi-

ſibi limites vendicarit, non ideò ſequebatur Nannetenſem regionem ac diœceſim Gallico teneri dominatu. Auctore Greg. Turonen. Hiſtor. Franc. Lib. 9. artic. 18. Aliud eſt enim Nanneticos terminos, aliud Nanneticam ditionem ſibi arrogare: Quum & Iul. Cæſar longè antea Nannetenſes Armoricis populis adnumerarit, & Britones Nannetum municipium ſibi à priſcis iam ſeculis vſurparint. Sicuti ab eodem Turonenſi enarratur. Lib. 9. artic. 24. Admittamus igitur, Palatinos ſacellanos inſigni munere à vetuſtis Regibus accepiſſe profanos Regaliorum reditus perpetuò fruendos, nominatímque à Ludouico 11. tum Carolo 8. Poſtridie Idus Decemb. An. 1483. Ludouico 12. 4. Idus Quintiles 1498. Frãciſco 1. 15. Calend. Apriles, 1514. Errico 2. 3. Idus Nouemb. An. 1547. vt Probus ſe legiſſe atteſtatur Quæſtione Regaliorum 52. Nihilo tamen amplius in donatarios tranſlatum ius eſt, quam habuerint Frãci monarchæ in citerioris Britanniæ Baſilicas epiſcopales. Conſtabat autem ex antiquo Gallicorum præſulum Cathalogo, qui è Rationalium Archiuis producitur, Britonicas Cathedras Regalibus nunquam obnoxias extitiſſe.

15 ARMORICI certè principes quondam tutelari fungebantur officio in vacuos earum diœceſum pontificatus, annuáſq; ſacrorum prædiorum obuentiones, publica iniecta manu, iubebant ab Oeconomo adminiſtrari: Sed ea quidem lege canonicis decretis conſentanea, vt Eccleſiaſticæ rei prouentus omnes redderentur ſucceſſori in epi-

Caroli 8. diploma iſtud probatũ eſt à Magiſtris Rationũ Regiarum Pariſien. 16. Cal. Mart. An. 1483. Ludouici autem ſucceſſoris, Calẽd. Decemb. An. 1498. Franciſci 1. Pridie Cal. Septemb. An. 1515. & Henrici 2. 19. Cal. Ianuar. An. 1547. Reliqua de profanæ Regaliæ donatione collata in Clerum Palatini templi cõperies in Regeſtis Cameræ Ratiociniorum Lib. I. fol. 62. & Lib. M. fol. 20. & Lib. 8. fol. 94.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcopatum. Alexandri 3. reſcripto, Cùm vos De offic. ordin. Quemadmodum ex veteribus monumentis patet Armoricæ Cameræ ratiociniorum. Haud aliter vacantiũ Siculæ eccleſiæ Sedium cuſtodes ſe profeſſi ſunt Neapolitani reges priſci: ita, vt condendis Præſulatus fructibus commiſſi diſpenſatores nutu auctoritatéque Principali, rationes eiuſce curationis reddere nouo pontifici cogerentur. Neapolitana Lege Vvilelmi Siculi regis Tit. De Adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prelatorum. In Conſtitut. Neapolit. Quinetiam Armoricis olim Ducibus nouus quiſque Britonum Antiſtes protinus adſtringebatur fidelitatis ſacramento: vt produnt ſolemnes Tranſactionis tabulæ Petri Chaffauldi Nannetẽſis Epiſcopi cum Armorico Duce Frãciſco. 5. Calend. Ianuar. An. 1477. Quæ Britonicis Annalibus nominatim percenſentur. At non idcirco Britonũ princeps Eccleſiaſticos fructus ſuos faciebat, velut Regaliorum iure quodam: donec in eius verba Epiſcopus iureiurando adigeretur. Nã & hanc ob rem Bernar. Montillius Armoricum Senatum pridem appellauit, quod Britonicæ Cameræ Rationales eum damnaſſent Oeconomicæ curationis rationes edere Nannetenſis epiſcopatus: Quas priuatim iam is ediderat Antonio Crequyo Iani Lotharingi Cardinalis ſucceſſori, qui ſacro Nannetum Solio præfuerat. In eo autẽ prouocationis iudicio faſſus eſt ingenuè Bariotus Aduocatus fiſci, Præſulatus vacui prouentus minimè competere Franco Regi, ſed carpendos interim, profani diſpenſa-

Tranſactio Nãnetenſis epiſcopi cum Britonũ duce Die 28. Decemb. An. 1477. Iuriſdictio tamen & feuda epiſcoporum Britanniæ minoris à ſumma vetuſtate nominantur, Regaires, quòd iã inde à Maucleri Ducis ſeculo, ad Regiũ Galliæ Senatũ recta deuoluerentur prouocationes à Profanis Antiſtitum Iuridicis, non ad Ducales Magiſtratus. Ex quo hodie etiam Regia ſumma Britanniæ Curia appellatur immediatè à ſententijs Epiſcopalium huiuſmodi iudicum. Vti ab iiſdem Epiſcopis accepimus.

diſpenſatoris miniſterio: vt annuis deductis oneribus, ſuccedenti in Cathedrã reſtituantur, pro iure patrio veteríque Britonum obſeruatione. Cauſa cognita, placuit Armorico Senatui rectè prouocatum, actione ſummoto Regio cognitore apud Ratiociniorum Præfecturam. 8. Idus Apriles An. 1556. His ſubiungebam, Gallicos agros, qui Pontificiæ obedientię vulgò dicuntur, Regalib⁹ immunes, ſolutóſque eſſe. Cuiuſmodi habetur Phocẽſis prouincia, Delphinatus Allobrogũ, & Britannia continens: In qua nimirum Summus Põtif. ſacerdotia confert ordinario iure octo anni menſibus, & Epiſcopus quatuor duntaxat. Idque ipſum Molineus adnotauit in Regul. Cãcell. De Infir. Reſign. Eapropter Henricus 2. ſanxit Edicto, Armoricas Eccleſias Regalibus non teneri. Calend. Sextilibus An. 1550. Tametſi Regia hæc conſtitutio in Curiam perlata non fuerit, Senatorio decreto promulganda. Quod attinet ad Britonici Ducatus cũ Francico ſceptro coniunctionem, talis Vnio non peremit antiqua Ciuium iura, priuilegiáq; ſubditorum, ac immunitates ſeu Eccleſiaſticas ſeu prophanas: Vt variis tunc Auctorum teſtimoniis adſtruebam. Quib⁹ cùm plurimas alias rationes ſubieciſſem, partim ex iure Pontificũ, partim ex Chriſtianis ſumptas Annalibus prophaníſq;, deſcendit in cauſam Briſſonius patronus fiſci, retulítq; Carolum Pulchrum Nannetenſi Antiſtiti profanas Regaliorum obuentiones ſemel condonaſſe. An. 1322. Hinc conſequens videri, vt Armoricæ Britãniæ ſacerdotia Regem patronum agnoſcerent. Id

Armoricæ Curiæ Placitũ Die 6. Aprilis 1556.

Comitatus Prouinciæ, & Delphinatus dicitur Patria Obedientiæ Romanæ Curiæ.

Hac eadem Errici Regis Sanctione cautum fuit, monialiũ Cœnobia non contineri Regia ad Sacras præfecturas nominatione; nec primarias ſacrorum Collegiorum dignitates: Quæ ideo in ſua iura, priſcámque electionũ normam redactæ ſunt Edicto die 1. Auguſti. An. 1550. ſed quòd in Curiã illatum nõ eſt, publicis eiuſdẽ Actis conſignandum.

Senatus Interlocutio de Nannetensi Regalia Die. 17. Maij. An. 1576.

quod aduersus Franciscũ 2. Armoricarũ Ducẽ Ludouic⁹ 11. obnixé intẽderat An. 1464. Apud Æmilium in Gallic. Chronic. Quæstionẽ demũ vtrinq; agitatã Conscripti Curiæ ad pleniorẽ deliberationem reuocarũt. 16. Calend. Iunias An. 1576. Sanè Philip. Probus Regaliorũ scriptor affirmat Britonicas Diœceses eximi regio huic iuri, supremæq; Franci Principis in sacras Sedes vacuas potestati. Quæst. 60. Art. 37. Nannetensium verò Præsulum virtus quondam emicuit, quum Eumerius Aurelianensi 2. & 3. Salappius Cabilonensi Synodis interfuissent. Ne Guymardum omittamus, Nannetum pontificem, qui inter sacrificandum ad Christi aram confossus est hostili Danorum ferro, vt Gaguinus scripsit in Carolo Simplice. Quibus subnecti possit Bernardus Nannetensis episcopus, huiúsq; in Cathedram successor Robertus ex fratre nepos. An. 1171. Apud Sigebertum. Cætera de Regaliorum legibus in Armorica, aliísue Galliarum Ecclesiis perstrinxi λακονικῶς Lib. 2. De Domanio Franciæ. Tit. De summo Principis imperio, & legibus Regaliorum.

Regaliorum ius in Gallia pertuum non esse generaléque demonstrat cõstitutio Philippi Pulchri An. 1302. (quæ nominatĩ recensetur in Stylo Parlam. Parte 3.) & Ludouici 12. Editũ An. 1499. Artic. 11. & 12. vbi & triceno annorum spatio claudi-tur semel aperta Regalia.

Nãnetenses Episcopi.

Regia ad Prælaturas nominatio.

COGNATVM Regalibus censetur ius Principalis nominationis ad Ecclesiast. Præfecturas. Qua enim ex causa vacui Episcopatus iura occupantur à Regibus Lege Regaliorum, quoad nouus Pontifex ab iis fidelitatis sacramento rogetur, eadem quoque probabile fuerit, nominari ab ipsis Sanctæ Sedi episcopum oportere, quasi Principis beneficiarium, iuratúmque clientem futurum. Hoc nomine multiplex olim exorta contentio inter

inter Præfectos Ecclesiarum, alterum Regis arbitrio, alterum Cleri suffragiis designatos. Carol. Caluus Galliæ Romanorúmque Imperator Hilduino abrogauit Tungrorum põtificatum, quem ei prius concesserat, sacróque Solio Richardum Abbam imposuit. Non ideò tamen Hermannus Rhemorum antistes Hilduinum ordinare destitit, quem & conspirantibus denuo Sacerdotum votis electum cõfirmauit. Vt auctor est Flodoardus in Francica Hist. Quo etiam referre liceat veterem morem cooptandi Monasterienſis Germaniæ Episcopi, non presbyterorum quidem, sed Cæss. libero, solutóque iudicio: quoad Natus Debenthem Comes sacri Collegij sententiis Episcopatum est consecutus. Annum circiter 1160. Ex Albert. Crantzio Hamburgensis templi Decano, in Metropoli seu Ecclesiast. Saxon. Hist. lib. 7. cap. 33.

17 ILLA nimirum ætate Principes vbique gentium ferè hoc sibi ius nominandorum pontificum arrogabant, suáque auctoritate & creabant Episcopos, & creatos iubebant Hierarchicam ingredi prouinciam. Cuius in Sacra profani imperij non vnum est apud Anglos exemplum. Polydoro teste in Henrico 1. Lib. 11. Britannic. Annal. In Germania nec non grauissimè succensuit Hammenburgensi Archiepiscopo Erricus Leo Saxoniæ Dux, quòd ille non modò instaurasset, Ducis iniussu, tres Slauorum Præsulatus dudum abolitos, Racesburgensem, Aldenburgensem, & Mickilenburgensem: sed quòd Vicelinum etiam in-

Britannici, & Germani Præsulatus identidem olim delati Principali auctoritate.

ſtituiſſet Aldenburgẽſem epiſcopum, ſpreto Duce ac inconſulto. Verùm huic Saxonum Regulus ad ſe venienti, Parerat quidem (ait) ô Epiſcope, vt tibi nec ſalutem exhiberem, nec ſalutantem exciperem: Quippe qui ſacroſanctũ hunc pontificatus titulum, me inconſulto, aſſumpſeris. Ego enim huius rei auctor, moderatórque eſſe debueram. In Terra Saxonia præſertim, quam patres mei, Diis bene fauentibus, clypeo, gladióque aſſecuti mihi poſſidendã reliquêre. Sed quia morũ tuorũ ſanctimonia omnibus comperta eſt, ac propinqui tui fidum nobis te, officioſúmque clientem adprobarunt, decretum nobis eſt noxæ huius obliuiſci, nouæque gratificari ſacrorum Prefecturæ: Cum ea tamen lege ac cautione, vt ſacram epiſcopatus veſtituram ab hac dextra ſuſcipias, Eccleſiaſtici in Saxonia Magiſtratus auctoramentum. Atque ita Saxonem elocutum perhibet Helmoldus Preſbyter in Slauorum Chronic. cap. 70. Iam è Latio excurramus in Græciam. Nota eſt vetus Byzantij Patriarchæ deſignandi formula, ex Georgio Pachymerio, qui à Michaëlis Paleologi tyrannide hiſtoriam auſpicatus, eam vſq; ad Catelanorum ab Andronico defectionem perduxit. Stante igitur Chriſtiano Thraciæ Principatu, Græcis morem inoleuiſſe tradit Pachymerius, vt Cæſaris nutu, arbitrióque cooptaretur ſacer Byzantiorum Primas, vnúſque is tanto muneri obeundo cenſeretur idoneus, qui acceptus fuiſſet Thracio Imperatori.

Patriarcha Byzãtiæ Eccleſiæ creari ſolitus quondã Cæſaris Conſtantinopolitani arbitratu.

CREDO equidem, nec vana fides, ſacras prę-

fecturas ideò à Monarchis tractatas licẽtiùs, ſuíſq; Aulicis pro imperio diſtributas, antiquatis Collegiorum ſuffragiis: quòd hi orbis terrarum Domini Ciuitates fieri primum Epiſcopales permiſiſſent. Ob ídque vulgò perſuaſum, Scoticos epiſcopatus 4. fuiſſe à Dauide 1. rege inſtitutos: quibus ſuprà citatis opimos idem cenſus adiunxerit. Circa Annum 1100. Quemadmodum & paulò antea Glaſquenſis, ac Candidæ caſæ dilapſi præſulatus reſtituti ſunt à Malcolmo Scotorum Principe, qui duos item nouos ſuis decreuit, Morauienſem, & Cathenenſem. Vt eſt apud Boëthium Scotic. Annal. lib. 12. Ex contrario, infirmata eſt, poſtulante Scoto Rege, Glaſtonenſis primamatus monaſtici erectio in pontificale Sacerdotium, priùs ſancita ab Innocentij 3. deceſſore, qui Glaſtonenſi pariter Bathonienſem Eccleſiam adunarat. Vti ab Innocentio ipſo reſcriptum fuit Priori, Conuentuíque Glaſtonen. Cap. 1. Ne ſed. vac. Quid de Ibericis populis dicam, quorum Alphonſus 3. rex ſacram Iacobi Baſilicam excitauit primus, & Ouetenſem metropoliticam conſtituit? Exhinc ad Alphonſum ita ſcribente Iohanne 8. Pontif. *Alphonſo Hiſpaniæ Regi Chriſtianiſs. ſalutem, &c.* inditum fuit poſteris Regibus Orthodoxi cognomentum. Roderico teſte, Archiepiſcopo Toletano. Vnde & celebre cumprimis B. Iacobi templum extitiſſe, votorúmque in Diuum religione inclytum oſtendit Innocentij 3 epiſtola

Scotici hi Præſulatus ſigillatim à nobis enumerati ſunt 5. In Tit. 4. De profano patronatu.

Catholici cognomentum vnde Hiſpanis Regibus adiectum ſit.

D. Iacobi Compoſtellani Phanum miraculis donariiſque venerabile.

ad Zamoren. & Salamantinum Hiſpaniarum epiſcopos. Cap. Ex parte Compoſtellani Archiep. De cenſibus. Et Cap. Propoſuiſti. De conſecrat. Eccleſ. vel Alt. Diuerſa tamen ratione quodammodo Pragenſis Bohemorum Hierarchia à Carolo 4. Imp. aucta eſt Archipræſulatus inſignibus. Produnt enim Bohemici ſcriptores, Carolum, in contumeliã Moguntini metropolitæ, qui aduerſas Cæſari partes fouerat, procuraſſe apud Romanum Pont. vt Arneſtus Pragenſis epiſcopus crearetur Archipræſul, poſteríque denuo, Archiepiſcopi titulis dignitatéque ornarentur. Teſte Ioh. Dubrauio Olomuzẽſi Epiſc. Rerum Bohemic. Lib. 22. Iuxta Æneæ Syluij Bohemicam hiſtoriam. Antea quippe ad Pragenſem purè epiſcopum miſit Honorius 3. epiſtolam Decretalé, Explicari. De obſeruatione ieiunior. De eodem Bohemorum Antiſtite Innocentius 3. Cap. Conſtitutis 2. De teſtib. Et cap. Veniens. De accuſat. Nos de his plura Lib. 2.

QVORSVM hæc? quo tendunt Regiæ ciuitatum Epiſcopalium inſtitutiones Pontificiis factæ auſpiciis? Non eo quidem, vt Præſulatus & Cœnobiarchiæ diſpenſentur Principum arbitrio, ſed vt canonicè delecti, ordinatíque Præſules veſtiantur à Regibus, queîs externum competit ius lituí & ſacri baculi dandi. Talis veſtituræ formulam cernere eſt apud Helmoldum Slauorum Chronographum, de Aldenburgenſi Epiſcopo, qui *ſuſcepit Epiſcopatum per virgam de manu Ducis.* Cap. 71. Quod verò attinet ad ſolemnem illam Antiſtitũ vocatio-

De ſacra Epiſcoporum veſtitura per ſcipionem ſacrũ annulúmque paſtoralem.

vocationem, cooptationem, ordinationem, Reges priſci eam collegiis canonicorum, ac Pontif. liberam relinquebant. Excepto duntaxat, ſi à preſbyterorũ cœtu eligentiũ, vel à ſacri muneris candidato violata fuiſſet vetus electionum diſciplina: cuiùs vindices ſe & aſſertores gerere iuſtæ Regũ partes ſunt, Ciuiliſque Magiſtratus. Quod planè edocuit Conſtantij Auguſti ſententia in Arianum Germaniciæ præſulem memorabilis. Arianus enim, defuncto Antiocheno pontifice, ſpretis vicinis epiſcopis, ad quos ſpectabat ſuffragationum ius, Antiochenam ſedem ſua auctoritate arripuerat. Sed ilico Euſtathius Sebaſtiæ, Baſilius Ancyræ, aliíque Epiſcopi tantum Eccleſiaſticæ diſciplinæ contemptum inſimularunt apud Cæſarem, queribundi corruptos Nicenos canones, patrióſque ſanctarũm electionum ritus inſolenti hoc admiſſo labefactatos. Antiochenis reſcriptum eſt à Romano Principe, Arianum ſacro Solio exturbarent: inſuper vt doctrinæ rationem iſte redderet, publicum Eccleſiæ congreſſum indixit Niceam Bithyniæ. Quemadmodum narrat Sozomenus Eccleſ. Hiſt. lib. 4. cap. 9. Et Theodoritus lib. 11. cap. 25.

Mortui itidẽ in Vtopiana ſua Politia Sacerdotes ac Pontifices deſcribit, qui eligantur à populo, cæterorum ritu magiſtratuum, occultis ad ſtudia vitanda ſuffragiis: vbi & electi à ſuo collegio conſecrantur. Vtopiæ Lib. 2.

20 VTINAM verò antiqua illa Eccleſiaſticæ Reipub. facies poſſet hodie repræſentari: hodie dico, quum ſacrarum electionum ius nuper ad Principes tranſlatum ſit, nedum Politica Cenſura externorum abuſuum emendatrix. Quo fit, vt in fœliciorum temporum recordatione acquieſcant nonnulli ſuauiſſimè, ac inani præteritorum me-

Principalis nominationis munere, benignitateque piorum Principũ cãdidati nonnulli abuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moria recreentur. Nam paulò poſtquàm, abrogato Collegiorum arbitrio, præfecturę Eccleſiarum datæ ſunt ex Regij animi ſententia, inhabiles quidam licentiùs graſſari cœpere in maiorum ordinum ſacerdotia, heu malè ſani arduorum Eccleſię munerum captatores. Hinc ſenſim deſerto Quili Dominico, errabundóque grege, enatæ hæreſes, aut renouatæ potiùs: excitata dein verè ſacra, ſceleſtáque Ciuium bella, quæ coniurati factionum auctores Patriæ ſuæ toties intulerũt. Memini me, flagrãte primo Gallorum tumultu pluſquam Ciuili, verſibus ſcripſiſſe IEPOMAXIAN, & ita de Sacro noſtrate Bello ſenſiſſe, quaſi intra annum Domeſtici Motus reliquias etiam ipſas deletũ iri non dubitarem. An. 1562. qui erat meæ tum ætatis quintus & viceſimus. Aſt recrudeſcente vulnere identidem, ac Punicis crebriùs bellis repetita Seditione, exigua me quietioris Reipub. vix ſpes tenet, annos nunc natum vndequadraginta, ac in tam diuturno parentis Galliæ luctu longæuum ſatis. Nec erit vlteriùs, quod clametur ὦ Ζεῦ βρέξον τὰς ἀρισάσεις, ô Iuppiter plue calamitates. At citiùs occinendum Threnodi vatis funebre carmen, in vniuerſum quiritantis funere elatam Eccleſiæ maieſtatem. In Threnodiis Sacror. Biblior. Reliquum eſſe ego quidem cenſeo, ſed ἄνευ πάθους, vt medicorum more, cauſa ipſa inteſtini morbi euellatur ex affecto noſtræ Reipub. corpore, ï. libera ſuffragationum iura Eccleſiaſticis reddantur collegiis, à quibus non profani poſthac magnates, non heroinæ, ſed integerrimi cœnobitæ præponantur monaſticis conuentibus, lectiſſimi præterea, veréque Clerici in ſacrata Sacerdotij Sede collocentur. Tunc vtique ſperandum fore, vt Eccleſiaſtico duce, comites alij Galliæ Ordines contineantur in officio pacatiùs, & Francici Regni celſitudinem videamus demum ſuo genio reſtitutam. Aſt de iis nimium multa, nunc cætera Regiarum collationum genera proſequamur.

Liber metricus Auctoris, De Sacro Bello Gallico.

Auctoris ætas 39. annorum.

Bella præſertim Ciuilia, quiſquis conſequetur exitus, κακόμηλον νίκην, ï, Cadmeã victoriam, fore perſeuerimus.

ï, Citra affectus.

21 CONDITÆ regia pietate ſacræ ædes, Regiæ ſunt aut nominationis, aut collationis, vt ſuperioribus Tit. oſtendimus. His tamen duplex adhibetur temperamentum. Prius, quum patronus Rex ſuum ius ſpeciatim trãſcripſerit Eccleſiaſticę cuidam familiæ: Quo caſu, regius, profanúſque non habetur poſtmodum patronatus, ſed Eccleſiaſticus, nec Auguſtæ nominationis vim, qualitatẽque retinet. Ex Honorio 3. Cap. Dilectus. De Præb. & Bonifacio 8. cap. 1. §. Verùm. De Iure Patron. cum Gloſſemate ibidem. Secus in feudo, quod lege beneficiaria donatum templo à profani ordinis Proceribus, laicum remanet profanúmq;, non ſacrum atq; Eccleſiaſticum. Vt notat Alexander 3. in cap. Ex trãſmiſſa. cap. Verùm. De foro compet. Aliud namque eſt, ius abdicare à ſeipſo vniuerſum, aliud ſalua clientelari lege quicquam alteri concedere. Poſterius Regij patronatus in eo temperamentum eſt, quum Principalibus mandatis Baſilicæ Chriſtianorum inſtruuntur, ac conſecrantur in fundis antea dicatis Hebrææ, aut gentilium Deorum ſuperſtitioni. Quamuis enim barbaram inde religionem ſuſtulerit Princeps, ac delubra

Sacra beneficia quænam in Regio patrocinio cenſeãtur, quænam & eã cõditionem poſtea immutent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ethnica ſummi Numinis miniſterio addixerit generatim: non vtique idcirco Regiæ templa fundationis exiſtimantur, ea præſertim, quæ priuato Chriſtiani Pop. ſumptu apparata ſunt, & ad veri Dei cultum accommodata: Principis, inquam, Dei, ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ ἐσμὲν, καὶ κινούμεθα. Philippus Theodatus Hebræorum ſynagogas, Domos Chriſto iuſſit dedicari. An. 1182. Sed audi Rigordum Philippi 2. vitæ ſcriptorem, eadem illa florentem ætate. *Regis ad præceptum & exemplum Aurelianenſes ciues in Eccleſia ſua, quæ quondam Aurelianis fuerat ſynagoga, præbendas perpetuò inſtituerunt, vbi clerici ordinati die ac nocte diuina celebrant officia. Similiter in Eccleſia Stampenſi, quæ fuerat Synagoga, factum fuiſſe vidimus.* Proinde nil nouum, ambobus Phanis fuiſſe Almæ Crucis nomen impoſitum. Quod & perſpicuum fit Gregorij 9. reſcripto (Cùm cauſam De Præbend.) S. Crucis Aurelianen. canonicum memorante, qui in Aureliorum Præſulem petebat ſacræ ſuæ Annonæ ſupplementum. Princeps igitur vix ſolidam talium templorum collationem ex eo ſibi vendicarit, quaſi fundator ac conditor, illa tametſi regio iuſſu deinceps ſanctiſſimo fuerint Numini nuncupata. Haud negamus certè, Aurelianum iſtud delubrum Auguſto propterea adſcribi patrocinio, quia matrix Aureliorum ea ſit & cathedralis Baſilica, aliarum inſtar Epiſcopalium: Sed & fatendum eſt, (quod Glaber Rodulphus literis mandauit) Aurelianenſem Ædem ſacrarum maximam, quæ caſu fundi-

Deus, in quo viuimus, ſumus, & mouemur.

Ex Rigordi chirographo exẽplari.

Aurelianen. Epiſcopus erogare ſolet Canonicatus maximi Aureliorum templi: Sed in Aniani Æde Capitulũ eligendo cõfert eiuſmodi ſacrorũ Sodaliũ ſacerdotia & præbendas.

De Glabro Rodulpho Cluniacenſi Cœnobita vide quæ ſcripſimus Lib. ſequenti.

tus corruerat, ex integro conſtructam fuiſſe ab Arnulpho

Arnulpho eiuſdem ciuitatis pontifice. An. 1088. Rodulphi Lib. 2. Hiſtoriæ nondum editæ. Tit. de portento Aurelianæ vrbis mirabili.

22. PRVDENTER equidem ſtatuerunt Chriſtiani terrarum Rectores, ne euerterentur Paganorũ fana: ſed iis ritè expiatis, aræ ſolemnes erigerentur, applicandæ publicis ſynceræ pietatis operibus, Deíque immortalis venerationi. Hoc modo Phocas Imp. Bonifacij Pontif. impulſu præcepit vetus delubrum, quod Pantheon vocabatur, ſacrari Diuę Dei genitrici, Sanctíſque: vt vbi quondam omnium non Superûm, ſed κακοδαίμονων cultus agebatur, ibi deinceps omnium memoria Diuorum celebraretur. Apud Diaconum in Phoca. Quinetiam Honorius Theodoſij ſecundogenitus edicto perpetuo in Eccleſias contulit gentilia ſacra, vſuíque Chriſtiani, religioſíque miniſterij templa hæc deuouit. Sicuti de eo fuſiùs ſcriptum eſt à Proſpero Aquitanico. De Promiſſ. & Prædict. Par. 2. Cap. 38. Theodoretus itidem, cùm narraret ſolo æquatum ab Auda Epiſcopo Pyræum, ï. templum, quod in honorem ignis Perſæ exædificarant, acerbè inuectus eſt in hanc Pyræi ſubuerſionem. Neque enim (ait) Sanctus Apoſtolus quum appuliſſet Athenas, ciuitatémque Idolis ſcatentem conſpexiſſet, Aras demolitus eſt, à populo mirificè cultas, ſed fœdo errore lapſis, lucem Verbi diuinitus patefecit. Lib. 5. Cap. 39. Quibus conſonat reſcriptum Conſtantij Cæſ. ad Catullinum, ne paganica, aut Hebręorũ delubra cuiquam fas eſſet diruere. L. Quanquam. De Paga-

Quemadmodũ Agreſtes appellamus quicunque ſunt ciuilioris vitæ ignari, nec melioribus inuentis volunt acquieſcere: ſic Paganos dixerunt, qui vanã quidem illam, ſed tamen antiquam deorũ ſuperſtitionem retinebant, repudiata nuper exorta chriſti doctrina. Vnde antiqui chriſtiani, omnes à noſtra religione auerſos, Paganos nominarũt.

Audas Epiſcopus in Perſide.

nis, Sacrificiis, & Templ. in Cod. Theodosiano. Ergo tantum abest, vt Cęsarea hęc, vel Regia structorum iam templorum conuersio in Christianũ vsum pepererit Regibus ius patronatus, vt mirari desinam, nostratia huiusmodi phana permulta hucusque solidum Augusti patronatus ius minimè agnouisse. Iudæi, fateor, Gallico Regno exacti sunt nõ solum à Philippo Theodato, sed antea quidem à Dagoberto, qui Heraclij Imp. literis commonefactus illos Francicum solum vertere coegerit, tanquam impios, ac sceleratos. Rigordo auctore Philippi 2. Historiographo. Nam & Heraclius, adita Solymorum vrbe, statim ac Zachariam regionis Patriarcham in sacrum restituit Solium, Hebræos omnes sancta Ciuitate expulit: graui Edicto, ne iis ad tricenum ab Vrbe lapidem liceret accedere. Et hanc Cæsaream constitutionem retulit inter Leges Orientales Theodorus Balsamon Antiochenæ Ecclesiæ Primas, cuius Græco Codici titulus præscribitur Τῦ Ανατολικῦ Νομίμου Βιβλία ϛ΄. Haud propterea tamen Reges nostri ex Iudaicis criminibus in fiscum suum redegêre publicas istorum Ædes qualicúmque iam deuotas religioni. Quasi inde, rei confiscatæ donatores in Ecclesiam ipsi sibi quæsierint patronatum. Sed quia priori dominorum destinatione exempti fuerant fundi mortalium commercio, hoc denique restabat, vt ab illicito & adulterino sacrorum cultu ad licitum, iustúmq; transferrentur. Ex argumento Modestini Lib. 9. Respons. L. Legatum ϖ. De vsufr. leg. Imò Ethnici quoque

Inter Iudæos vti ante Christi tempora erant anagogici Cabalistæ, sic allegorici multo post Thalmudistæ. Illi enim, passò Christo, ex Misne, & aliis scripserũt primum Thalmud, coactis vndique Iudæis Hierosolymam, vocarúntque Thalmud Hierosolymitanũ. Subinde alijs obortis, composuerunt aliud Thalmud, coactis in Babylone Iudæis, quos ex toto orbe doctores aduocarãt: Eo nunc Thalmud vtuntur, in quo traditiones Cabalisticæ scatẽt pleraque.

i. Iuris Orientalis Libri 3.

quoque Romanorum Reges bona damnatorum Diis nonnunquam adiudicarunt. Siquidem prisca paupertas ex noxiorum opibus sacra Numini exhibuisse fertur, quare supplicia, & supplicationes dictæ. Nec secus apud Athenienses seruatum inuenimus, qui mulctas in aram Iouis Seruatoris dedicabant: Quas semel illatas remittere non licebat, tametsi pœnas iure debitas, pecunia luere liberum esset. Ex Plutar.

23 AD EXTREMVM, vt paucis capitibus concludamus Regiarum collationum iura, earum genus triplex è superioribus elicitur. Primum, lege Regaliorum, quæ ad fana vacantia post Episcopi obitum referuntur. Secundum, iure Principalis augustæque nominationis, quæ maiorum ordinum Sacerdotia respicit, seu Hierarchicas dignitates. Tertium, lege patronatus ac fundationis, quæ ad alia quæuis pertinet, sacráque minorum ordinum beneficia, vel conferenda à Principe, vel oblato per eum Ordinariis Clerico certa spe adsignanda. Quum igitur officiorum similitudine quadam coniungatur Imperium cum Sacerdotio, & Politicus Magistratus cum Ecclesiastico, nouum iam non erit, externã rei Ecclesiasticæ Politeiam à Temporaria, Ciuilíq; tractari Potestate, haud aliò spectantem vtique illam, quàm vt genuinum Ecclesiæ decus integrum illæsúmque tueatur. Nam, vt cum Diuo Eduardo loquar, Anglorum Legislatore, *Rex, quia vicarius summi Regis est, ad hoc est constitutus, vt Regnum terrenum, & populum Domini, & super omnia sanctam vene-*

Triplex fermè Regiarum collationum genus.

Britãnica Lex S. Odoardi.

retur Eccleſiam eius, eámque ab iniurioſis defendat, & maleficos ab ea auellat. Ex Archayonomia Anglica Vvilelmi Lambardi.

TITVLVS. 8.

DE BENEFICIARIO IN poſſeſſionem mittendo.

1. *Nouum Canonicum à Capitulo recipiendum eſſe citrà prolixam cauſæ cognitionem.*
2. *Idq; Areſto deciſum de Canonicatu Andegau. Eccleſiæ.*
3. *Capitulum exemptum rogandi formula Vti debet Epiſcopus, non mandandi.*
4. *Cuinam competat præbendarum collatio Sanfloriana Eccleſiæ.*
5. *De canonicis Nemoris Vincenarum, eorúmque fundatione.*
6. *Varia Areſta de mittendo ſummatim in poſſeſſionem beneficiario.*
7. *Reſignantem abſenti, & ante acceptationem mortuo redire ad beneficium ipſo iure.*
8. *Imò & priſtinum gradum, ordinémque inter concanonicos retinere.*
9. *In temerè deſerentes, eiurantéſque ſua Sacerdotia.*
10. *Seſſionis ordinem inter collegas à die exercitij, non nudæ receptionis magiſtratus metiendum.*
11. *Quænam onera nouis Canonicis impoſita ſint Abbæuillanis.*
12. *Nûm aliquid pro introitu noui beneficiarij à Capitulo ſit exigendum.*
13 14. *Senonum Archydiacono honorarium deberi pro inſtallatione Archiep. Senonen. & Suffraganeorum.*
15. *Prior conuentualis cõmendatarius non adſtringitur Annali ad Sacros ordines promotioni.*
16. *De Annatis, ſeu deportu beneficij curati ob non promotionem Curionis.*

17. *Variorum*

17. *Variorum Archidiaconorum poteſtas & prærogatiua.*
18. *Areſtum contra Deportus ex cauſa ficti litigij.*
19. *Formula adipiſcendæ poſſeſſionis ſacerdotiorum.*
20. *Concluſio Libri I.*

1 ORDINATO SACERDOTI à Pontifice, ordinariis Præſulibus, vel à Rege, de quibus ſigillatim eſt expeditum, vna ſupereſt in poſſeſſionem inductio, ea quidem nudi miniſterij, nec vllam flagitans cauſæ cognitionem. Illis enim Sacerdotij donatoribus fieret iniuria, ſi Canonicorum cœtus, quorum in album nouus beneficiarius recipi poſtulet, altiùs inquireret de iure ac viribus collatorij tituli, notionémque dè eo interponere conaretur. Quo in negotio occurrit facti ſpecies talis.

Noui canonici receptio à Capitulo protelãda non eſt, quaſi moratoriam cauſæ cognitionem ſibi ſumere cupiente.

2 IVLIVS petiit ab epiſcopali Andium Sodalitio, vt ex canonicatu recèns donato adſciſceretur in Collegium, ſibíquè huius ſacerdotij poſſeſſionem liceret adipiſci. Repulſam paſſus, appellat Ordinem Ampliſſ. abuſus nomine. Collegium repulſam prætexebat inefficacia Sacerdotalis tituli ſeu collationis, obnixè inſtans, citra delectum in ſacram familiam recipiendum neminem. Statutum quoque à maioribus obtendebat, ne quem nothum, aut corpore mutilum admittere Eccleſiaſtici Sodales tenerentur. Placuit Senatui abuſiuè negatam à Collegio receptionẽ. Decreto 4. Nonas Sextiles An. 1537. Marliaco, appellantis, & Seguerio, ſacri Collegij aduocatis. Cui omnino congruit antiquum Curię Placitum pro Rhemẽſi

Areſtũ die 2. Auguſti.

5. Consultū die 26. Martij An. 1400. quo Rhemorum Canonici iubẽtur recipere Archipræsulis beneficiarium, nisi peculiaris causa contrariū suadeat. Tunc tamẽ Archiepiscopus nō loquetur ita. Mãdamus vt recipiatis, *at solummodo,* quod ipsum recipiatis, *Hæc ex Regestis Curiæ.*

Archiepiscopo aduersus canonicorum Sodalitiũ maximum. 7. Calend. Apriles. An. 1400. Religiosè equidem, quum talis Canonici receptio veriùs in facto, quàm in iure consistat. Ex auctoritate Honorij 3. Cap. Capitulum S. Crucis. De Rescrip. Et Bonifacij 8. Cap. Eum cui. De Præbend. Atque idipsum, facti meri actum executionémque esse, vel ex eo patet, quòd sacris interdicti nihilo secius Canonicos licitè intromittant, iísque sessionis gradum in Collegio, ac Choro Ecclesiastico possint decernere. Panor. in Cap. Pro illorum. De Præbend. Imol. & Bald. in Cap. Capitulum. col. 2. De Rescrip. Huiusmodi enim in clerum allectio multum ab ea dissidet, quæ iuris est, quæque sacerdotij collationem habet admixtam. Finge enim, sacro Sodalitio mandatum à Pontif. Summo, vt Ecclesiastici muneris candidatos admittat in Collegarum consortium, iísque canonicatum attribuat. Isto casu receptis quæsitum est ius in præbendum Templi, quod deinde possessorem amiserit. Vt Rota censuit Decis. 30. Et Feder. Respon. 290.

Decretum Curiæ Parisiẽ. Die 14. Augusti 1530. cõtra Capitulum Andegauen.

EANDEM distinctionem secuta est Ornatiss. Curia insigni Placito secundum Andensem pontificem aduersus sacros Sodales principis Andium delubri. Grauis enim inter eos intercesserat contentio de cooptandis in Canonicorum cœtum nouitiis Andium canonicis, quibus Antistes huiusmodi Sodalitatum sacerdotia erogarat. Hic quippe collatoriis literis non modò beneficiarios iusserat ire in possessionem, sed adscripta etiam formula,

formula, *Mandamus*, præceperat Ecclesiasticis collegis, illos vt protinus in possessionem deducerent. Contrà, Sacri Collegæ, episcopali sese imperio exemptos esse ac immunes, vetusto Clementis 7. diplomate, qui summũ Auenione gessit pontificatum. Itaque Episcopo ius non fuisse imperiosa mandati formula vti in tabulis sacri phani erogatoriis. Ad hæc, priscis Andensis Ecclesiæ moribus anquirere sibi licere, reiiciendus sit necne nouitius canonicus, an sacerdotio frui permittendus. Nihilo secius, iudicio obtinuit Antistitis prærogatiua, ne Collegio fas esset moram vllam canonicorũ receptioni innectere: Saluo eo, quod Præsul in collatoria Chartula, hoc modo, *Rogamus*, scribere teneretur. Collegio rursus ad Senatum prouocante ab hac sententia Libellariũm Recuperatorum Palatinę basilicæ, iniusta appellatio pronuntiata. Arest. Sextilibus An. 1530. Nec verò immeritus Andium Episcopo addictus est à Conscriptis Curiæ honos, quem primarij eius oræ Antistites vitę sanctimonia partum ad posteros quodammodo transmiserunt. Albinus namque Andegauorum pontifex Aurelianæ Synodo 3. non interfuit modo, sed penè etiam præfuit, ac synodicorum ibidem canonum auctor perhibetur extitisse. A Beda in Lib. De Tempor. Ex quo decerpti Gratiani canones, Sexta synodus Cum duob. sequent. 16. Distinct. Quibus accedit Petri Natalis testimonium Lib. 3. cap. 164. Vbi D. Albini Andegau. Præsulis crebra mẽtio. Quin & Albino ætate maiores clarissimi prę-

Libellarij Recuperatores Palatinæ basilicæ, seu Consiliarij Requestarũ Palatij Parisien.

Andegauẽses episcopi.

D. Renatus, lustratis Romæ Apostolorũ liminib⁹, in surrentina Italiæ vrbe diẽ clausit extremũ. Alteri cuidã Renato verè pio, etsi laico, dicarat antea D. Augustinus de Anima, & eius Origine librum primum.

dicantur episcopi, D. Defensor, Apothemius, Prosperius, Maurilius, & S. Renatus, cuius ego cœlestis patroni Andegauus nomen præfero, Tallasius, qui Venetico, ac Turonico 1. & Eustochius, qui Aurelianen. 1. conciliis subscripsêre.

Vellauniy populi, ciuitas S. Flori in Aruernis.

Pontificiũ diploma de iure conferendorum canonicatuum inter Episcopũ fani Flori Aruernorum, & Capitulũ. Die 16 Februar. An. 1498.

CÆTERVM peculiari aliquot Ecclesiarũ Lege commune est Præsuli simul, & Collegio ius conferendi canonicatus, quasi in Senatum Episcopalem lectio, adhibitis fratrum collegarúmque suffragiis. Quo casu hi non censentur nudi ministri ad sessionis ordinem nouo beneficiario adsignandum, sed mixtam quãdam notionem suo iure sibi sumunt. Ita solemni Pacto comprehensum, inito quondam à Societate, & Canonicis templi Sãfloriani cum suo Vellauniorum Antistite: Quod quidem Alexander 6. Pontif. comprobauit, Diplomatica hac clausula. *Quódque vacantibus dictæ Ecclesiæ dignitatibus ac canonicatibus & præbendis omnibus & singulis, dictus Episcopus ad prædictum capitulum vocatus aut eius vicarius ipsas dignitates, canonicatus & præbendas, qui tunc vacabunt, in domo capitulari de consilio & consensu dictorum capituli priùs habitis & obtentis, & non aliàs conferre posit. Et quod de consilio & consensu maioris partis numero dicti Capituli, ipse Episcopus, seu eius Vicarius conferre teneatur. &c.* 14. Calend. Martias An. 1498. Pontificatus anno 7. Nec noua est hæc, aut priuata lex erogandi sacerdotij ab Ecclesiastico Sodalitio cum Præsule coniunctim, vel à Præsule ipso rogatis sententiam Canonicis. Cuncta enim inter eos communia fuisse primitùs, tanquam inter cœnobitas,

Sed longo pòst tempore, Capitulũ vites suas committere cœpit hac in parte hebdomadariis canonicis alternatim: Quorum nominatione ac consilio, (quod præstatur vice Capituli) Episcopus cõfert. Sed huiusmodi

bitas, (i. communis vitæ, rerúmque consortes) indicat Ecclesiasticus conuentus Aquisgrani habitus à Christianis Hierarchis. Anno Domini decimo sexto supra octingentesimũ. Proin antiqua fuit Gallici Cleri consuetudo, vt non nisi conuocatis sigillatim absentibus ferrentur electionum vota in Ecclesiasticis Collegiis. Quem Gregorius 9. morem recenset Cap. In Genesi De Elect. Ac vniuersim priscæ illius canonicorum communionis, regularísque vitæ instituti retinentur vestigia quædam in matricibus Francicarum diœcesum Ecclesiis, quasi regularium adhuc Canonicorum familia. Ibi enim hactenus reseruata est passim sacra Annona cœnobiarchæ canonicorum regularium, Augustinianæ professionis. Sic fani Victoris Præfecto Monastico etiamdum competit spiritalis Annona in Parisien. Sodalitio sacrorum principe. Quem ad Abbatem missa est ab Innocentio 3. Epistola Decretalis, Cùm dilectus De Elect. De eodem Monastici conuentus præsule D. Bernardus ad Innocentium P. P. Epist. 158. Pari ratione monasterij Antistes D. Iohannis Carnutensis percipit indies, canonici instar, sacram sportulam in pontificali Carnutum delubro. Huic Abbati scriptæ sunt à D. Bernardo literæ monastici voti commendatrices. Epist. 82. Rursus D. Acheoli Hæteriarcho penditur diurnũ canonici stipendium in Ambiano templo maiori: Quemadmodum & S. Iohannis in vineis Archimandritæ, in Senonensi phano, sacræque Metropolis Sodalitio. Cui monastico Pastori rescribit Grego-

vicissitudinarium ius Curia reprobauit in Claromontana Ecclesia, ex qua olim profecta est Santofloriana. Vt prænotauimus, Tit. 1. huius Lib.

Abba S. Victoris Parisien.

D. Acheoli Abbæ in Ambianis.

Suessionẽsi quoque edis Crispini Abbæ Honorius 3. de-

legauit Ecclesiasticæ litis cognitionẽ de annuo procurationis iure, et aliis capitibus controuersis inter D. Petri Cœnobiarchã, & archidiaconum Senonẽses cap. vlt. de offic. Archid. Quod dirigitur nominatim ad S. Petri Trecensis Abbã & Archidiaconum decanúmq; Tricassium.

rius 9. Cap. 1. De lit. contest. Porrò Andensis Diualium cœnobiarcha verè Canonicus habetur in Andegauensi Æde sacrarum maxima. Ita D. Vitoni monasterium à Virdunensi Episcopo conditum est, ditatúmque summi Collegij possessionibus: Canonicorum nempe in gratiam, qui subinde pio animi voto regulare arctiùs complectebãtur vitæ institutum in monastica Domo contigua. An. 952. Apud Vvasburgium Lib. 3. Belgicorum Annalium. Quinetiam ex Fabianensi Noricæ Viennæ cœnobio Norici olim Episcopi omnes fermè assumebantur. Teste Vvolfgango Lazio Rerum Viennensium Austriæ lib. 2. Talem D. Martinum ex monacho episcopum suus depingit Seuerus, ex cuius etiam ad Ligerim monasterio plures tum ciuitates Ecclesiæque petierunt Episcopos, quos se idem vidisse testatur. Imò & in Olomucensi Bohemorum Ecclesia decretum antiquitùs, ne ad ipsius regimen alius adscisceretur pontifex, præterquam regularis canonicus Strahouiensis monasterij. Qua ex sacra familia duntaxat liberum fuit sacerdotum Collegio Olomucensem episcopum designare: velut ex Equitum seminario priscos Romę Senatores: aut christianiùs, à Pallio ad Togam, vt ait Tertullianus. Idque vt Principalis Manus ope firmiùs custodiretur, Olomucensis Clerus sanciendum curauit auxiliari diplomate Bretislai Bohemiæ Ducis. Annũ circiter 1100. Quo tempore Petrus, secundus Olomucensium Præsul rem Ecclesiasticam moderabatur. Sicuti à Ioh. Dubrauio traditũ est,

Abbatia omnium Sãctorũ in Andibus.

Vvasburgius eius monasterij fundationẽ ad verbum describit cum probatorio ipsius Põtificio diplomate Ioannis 12.

Olomucẽses Episcopi apud Bohemos.

Petrus Damianus ex monacho Benedictino Episcopus Ostiẽsis factus est & Cardinalis, Ioh. Teutonicus ad Bessinensem in Hũgaria, & Albertus Mag. ad Ratispouensem in Bauaria Episcopatus ex Prædicatorum ordine assumpti sunt, Aliique in Tritemij Catalogo plurimi.

Olomucensi Hierarcha, qui horum Antistitum seriem ad octo & tricenos vsque perduxit. Nam Vratislaus primus Bohemorum Rex episcopalem sedẽ ex Polessovvicz transtulit in Olomucz: vbi & Cathedralem basilicam in suburbanis posuit sacræ memoriæ Petri Paulíque Apostol. Circa annum à salutifero Partu 1090.

5 Cessat præterea superior Thesis de mittendo in possessionem à sacris Sodalibus canonico citra moratoriam causæ cognitionem, si quando aliud fundationis tabulis cautum reperiatur, siue in nouitio recipiendo prærogatiua quædam Collegio fuerit à Principe attributa. Tunc enim beneficiarius Episcopi, antequam à sacris collegis admittatur, imperata ab iis tenetur exequi, saltem executurum iurato polliceri more maiorum, ex fundationis prescripto. Puta Karolus 5. Rex in Vicenarum arce Sacellum condidit, almæ Τριάδι sacrum, cuius ministerio aliquot canonici ab illo decreti, mancipatíque perpetuó, lege sic dicta. *In Capella siue Ecclesia per nos domino disponente in castro magno nemoris Vicenarum in honorem S. Trinitatis, & B. Virginis Mariæ ordinata fieri & incœpta, nouem canonicorum, quorum vnus Thesaurarius ipsius Capellæ nomen retinens, vt caput eiusdem, aliis omnibus beneficiatis & beneficiandis in eadem præsidebit, Alter verò, ipsorum canonicorum officium, quod cantoria nuncupatur, obtineat, & 4. vicariorum, & duorum aliorum perpetuorum collegium, per quod in ipsa capella perpetuò deseruiatur in diuinis, ex nunc auctoritate nostra Regia instituimus & fundamus. Auctoritate statuentes eadem,*

Tabulæ fundationis Regij canonicorum Sacelli in hortis Vicenarũ Lutetiæ suburbanis.

vt ipſorum ſinguli Theſaurarius, cantor, canonici, & vicarij, quos in ſacerdotali, diaconali & ſubdiaconali ordinibus, cùm in dicta Capella recipiẽtur, vel infra annum à die ſuæ receptionis ibidem computandum conſtitui & promoueri volumus, in ipſa Capella infra tẽpus bimeſtre perſonalem & continuam reſidentiam facere teneantur ſub debito iuramenti, quod more ſolemni tum in dicta eorum receptione præſtabũt: Quódque ſuper ijs præſtito iuramento nullatenus facient, ſeu fieri procurabunt ſecum quomodolibet diſpenſari, nec diſpenſatione quacunque, ſi quam pro eis, ipſis etiam ignorantibus vel non procurantibus, ſuper ijs impetrari contingeret, nec etiam priuilegio in fauorem ſtudij & ſcholaritatis ſub quauis forma concedendo vtentur. Si verò infra tempus prædictum ad dictos ordines neglexerint ſe facere promoueri, & vltra tempus quinque hebdomadarum in anno, quo tempore durante poterunt, petita & obtenta à Capitulo dictæ capellæ licentia, liberè & impune ſuis & alienis vacare negotiis, à dicta Capella ſe abſentarint, niſi cauſam vlterioris abſentiæ & impedimenti legitimam prætendant, per dictum Capitulum audiendam & admiſſam, canonicatibus & præbendis, ac beneficiis ſuis, quæ in huiuſmodi Capella obtinuerũt, quorum omnino & aliorum quorumuis beneficiorum in ipſo proceſſu temporis fundandorum collationem nobis ac dictis noſtris ſucceſſoribus Franciæ Regibus reſeruamus, ipſo facto priuentur. &c. Menſe Nouembri An. 1379.

QVAPROPTER, vt ſummatim rem complectar, extra prædictos caſus, interdicta eſt ſacris Sodalibus cunctatio omnis, nedum cauſæ cognitio in nouitium canonicum, recipi à collegio poſtulantem.

ſtulantem. De quo vetuſtum citatur Curiæ placitum aduerſus eccleſiaſticos Sodales Lutetianæ Ædis maximæ, ſecundum Guilielmum Baronem cantorem in ea ſacra Baſilica. 19. Calend. Septembres An. 1382. Eiuſdem decanum Collegij, Cancellariúmque honeſtauit Innocentius 3. mandata iuris dicundi poteſtate inter Carnutenſe canonicorum Sodalitium, ac Bleſenſem Heroinam. cap. Ex parte De verb. ſignif. Quin & ſacro Carnutũ Collegio idem à Senatu, quod Pariſienſi illi, vetitum oſtendimus, ne adumbrata cauſæ cognitione moraretur noui beneficiarij receptionem. Areſt. Septembribus An. 1479. At nuper Turonenſes canonici eodem errore lapſi ſunt, & adiungi collegarum albo petentem recuſarunt admittere, quaſi de beneficiarij iure amplius cognituri. Mox tamen interpoſita de eo ad Senatum prouocatione abuſus ergô, appellantis cauſa obtinuit. Placito 8. Calend. Martias. An. 1575. Nil diſſimile paulò antea ad prouocationem ex abuſu decretum in ſacros Collegas fani Hilarij Pictonenſis: Adiecto eo, vt Collegij huiuſce conſtitutiones, regulæque nouis canonicis recipiendis præſcriptæ in poſterum ſeruarentur. Areſto. 9. Calend. Mart. An. 1572. Paſquero Collegij cauſam orante. Plura in hoc argumentum pete ex Priuil. 6. Regaliorum apud Ruzæum, qui ſimile omnino S. Conſultum recitat, in Laudunenſes Canonicos factum 5. Idus Martias. An. 1339. Tum ex Phil. Probi Quæſtione 36. Et Caſſodor. Deciſ. 8. Tit. De cauſa poſſeſſ. & propr. Quòd ſi nouus beneficiarius augeat v-

Areſtum Die 14. Auguſti.

Areſta ſolemnia Die profeſto Natiuitatis B. Virginis.

Decretũ Curiæ die 22. Febr.

Senatus Placitũ Die 21. Februar. De Statutis Eccleſiæ D. Hilarij Pictauen. Cuiuſmodi tria ſunt hæc. Primũ, ne iuratoris ſucceſſor in canonicatũ admittatur, niſi iuratore priùs cõpellato & interpellato, velit nec ne in ſententia & eiu-

ratione perstare. Secundum, ne cooptetur in Collegium nouitius canonicus, nisi frequẽti illius Ecclesiæ conuentu, quod Capitulũ generale vocãt. Tertiũ, vt ante omnia, de noui canonici moribus inquiratur.

sitatum canonicorum numerum, contemptáque Ecclesiæ ipsius consuetudine, transgressus numeros cupiat in possessionem induci, rectè Collegiũ abnuet, reiiciétque iniquum petitorem. Ita ab episcopali Santonum Sodalitio præclusus est in collegium ingressus nouitio canonico, quadragenarium numerum canonicorum excedẽti. Apud Innocentium 3. in cap. Pro illorum. De Præb. Et Gregorium 9. Cap. Transmissæ. De Verb. signif. Santonensis etiã meminit Ecclesiæ Oldradus. Responso 291. 292. ac muliebris pariter cœnobij B. Mariæ Santonensis. Qua ex diœcesi optimi prodiere Antistites, Petrus quidam, Clodoueo Rege, qui Aurelianensis 1. & Eusebius, qui Aurelianen. 5. Conciliorum decretis calculum suum addiderunt. Ex Tom. Concil. Ne pluribus percenseam Ilonem Santonum Episcopum, à quo primum coactus est Sacerdotum cœtus in pontificalem Ædem, ibíque extructa ab eo claustra, & canonicæ vitæ illis præcepta tradita. An. Salutis 1060.

Arestum Curiæ contra sacrum Landunense Sodalitium Die 11. Martij.

Consilium Oldradi.

Santonũ Episcopi in Aquitanica Gallia.

Resignatario ante acceptationem decedente, resignans sine noua collatione retinet sacrum beneficium.

QVEMADMODVM mortuo Sacerdotij eiuratore, antequam destinatus ab eo successor possessionem nactus sit, vacat morte sacerdotium, non spontanea cessione, ex Pontificia Regula Innocentij 8. *De publicandis Resignationibus.* Sic resignatario superstes eiurator postliminio redit in pristinum ius Sacri Ministerij citra nouæ collationis tabulas: Nisi is, cuius gratia alter renunciaret Ecclesiastico muneri, talem renuntiationem sua causa factam acceptasse probaretur conspicuis rerum argumentis, non tacita quadam coniectura.

Eapro-

Eapropter resignatarij ex obitu successor iudicio superatus est ab eiuratore sacri beneficij superstite, qui necdũ ipsius possessione decesserat. Arest. Septembribus, An. 1565. Francis. Paumerio, & Andræa Chonetello inuicem certantibus de canonicatu fani Pictauensis Virgini Deiparæ sacri. Qualia sunt pleraq; canonicorum Collegia in Pictonico oppido, ac imprimis Diuæ Radegũdi ministrantiũ illud, cuius Præfectò Gregorius 9. commisit sententiarum rogationẽ variorum Ecclesiæ procerum de cõtrouerso Aquitaniæ sacro primatu inter Bituricum, & Burdegalensem Archiepiscopos. Cap. Humilis. De maiorit. & obed. Quãta verò in vniuersum extiterit Pictonum Ecclesia, testãtur complures raræ pietatis Episcopi: D. Victorinus, cui laudum suarum præco D. Hieronymus contigit, Liberius, Cupianus, S. Agon, Hildipianus, Iustinus, Bellator, Aliphius, Pascentius, D. Hilarius, posteriquealij seriatim descripti in Aquitan. Chronicis.

Rescriptũ hoc Gregorianũ dirigitur ad Priorem Canonicorum S. Radegundis, & Archidiaconũ Lemouicensem.

Pictonum pontifices.

S. Victorinus seu Nictarius, apud Hieronymum, in Catalogo Striptorum Ecclesiast.

8 SCISCITEMVR iam, nûm canonicatus eiurator, amici fauore, qui ante acceptatam donationem exierit è viuis, eundem teneat ordinem in Collegio, quem prius habuit, tanquam in locum suum restitutus. Non videbatur, quum is, noui canonici instar, sublegatur in locum designati successoris emortui, atq; ita sufficiatur in numerum, non in gradum. Constitutione Valentin. & Valent. Impp. Siquis in archiatri De profess. & medic. Lib. 10. Cod. Quibus suffragatur Vlpiani responsum Lib. 1. Disputationum L. Qui ad tem-

Canonicus resignans, mortuo ante acceptationem resignatario, remanet in eodẽ gradu & ordine, quo prius.

pus ϖ. De Decur. Humanior tamen placuit ſententia, eundem à renuntiante gradum, ordinémque retineri, in quo fuerat is pridẽ collocatus. Siquidem collata in abſentem ſacerdotij donatio non priùs lege rata eſt, quàm donatario ipſi probetur. Reſcripto Bonifacij 8. Si tibi abſenti De Præbend. Ex quo efficitur, vt antiquus ſacerdos, qui nondum deſierit poſſidere, eundem inter ſacros Sodales locum obtineat, quoad ſucceſſor aduenerit. In hunc ſenſum reſpondit Celſus Lib. 3. Digeſtorum L. Si forte ϖ. De offic. Præſid. Quod & Placito Curiæ definitur 10. Calend. Februar. An. 1549. De ſummi Biturigum templi canonicatu. Riantio, & Thuano partium cauſidicis. Horum canonicorum Decano Bituricenſi mandauit Honorius 3. eccleſiaſticæ controuerſiæ notionẽ ac diiudicationem. Cap. Venerabili. De Senten. excommun. Ac Bituricæ adeo Eccleſiæ Præſules olim clariſſimi præfuêre: Leo, qui Turonenſi 1. Synodo interfuit: Thetradius, Aurelianenſi 1: Honoratus 1. Aurelianenſi 2: Honoratus 2. Aruernenſi: S. Archadius, Aurelianen. 3: S. Deſideratus, Aurelianen. 5: Probianus, Pariſienſi: Fœlix, Turonenſi 2: Rhemigius, Matiſconenſi 1: D. Sulpitius Seuerus, Matiſconenſi. 2: Vvlfeodus, Cabilonenſi: Trecenſi, Frotarius: Ludouico Balbo Francis imperante. Auorum denique memoria adfuit Conſtantienſi œcumenicæ Synodo Hilermus Boyfratierus Biturigum antiſtes. An. 1417. Sicuti eiuſdem Sacri conuentus Seſſione 41. teſtatum habemus. In Tomo Concil. 4.

S. Conſultum Die 23. Ianua.

Biturigũ Archiepiſcopi.

Aurelianen. 1. Conciliũ An. Dom. 500.

Pariſienſe conciliũ An. 558.

DISPV-

9 DISPVTANTEM de honorarij gradus prærogatiua in canonicorũ Collegiis non parua ſubit admiratio, qua leuitate noſtri temporis pſeudoclerici abdicare ſe audeant Eccleſiaſtico munere, vtid renuente poſtea donatario, ipſi de iure ordinis, honorúmq; repetendo odioſè conflictentur. Hoc facit mehercle nimia licentia, procliuiórque vſus eiurandi Sacerdotij cuiuſuis, commutandi, deſerẽdi, vel etiam nundinario commercio (proh dolor!) alienandi. Quid ad hæc Bernardus Clarouallenſis? Alligatus es, inquit, vxori, noli quærere ſolutionem. Blanditur depoſitæ ſarcinæ libertas? Sed charitas non quærit quæ ſua ſunt. Fortè quietis prouocat & otij guſtus ſuauior. Sed euacuatur diſpendio pacis. Libenter carebo quãtolibet etiam ſpiritali quæſtu, qui non poſſit acquiri, niſi cum ſcandalo. Ille nequiſſimus, & charitati per liuorem, & per mendacium veritati contrarius, falſum mel cum vero melle permiſcens, dũ promittit dubia pro certis, immittit quoq; verã pro falſis: nõ vt cõferat quod fruſtra ſperas, ſed vt auferat quod fructuosè tenes. Circuit & quærit qualiter omnibus curam Paſtoris ſubripiat, dũ non erit qui eripiat, & nihilominus Paſtorem illum horrendo maledicto ſubiiciat. Væ iſti, per quem ſcandalum venit. Hæc ille, Epiſt. 82. Nec liberior quondam fuit ſacrarum Sedium mutatio, quàm Sacerdotij eiuratio pura: Vetitúſque tum vnius Ciuitatis ad aliam tranſitus. Niceno Patrum Eccleſiaſticorum decreto. Cap. 15. Vti & Chalcedonenſi, cap. 5. Antiocheno 16. cap. 21. &

In leues ſacrorum beneficiorum eiuratores ac deſertores.

Iulianum Toletanũ epiſcopum, quem epiſcopatus ſuſcepti pœnitebat, ita Proſper conſolatur. Volentes Eccleſiam vobis creditam dimittere, nulla alia res adegit mutare conſilium, niſi periculi maioris incurrẽdi metus. At ſi periculoſum eſt nauim inter fluctus non regere: quanto periculoſius, vndis intumeſcentibus fluctuantem tempeſtati relinquere? Ad quã vt ſatius eſt nõ aſcendere, ita ſemel ſuſceptã conuenit fluctuantis pelagi abiecta formidine, in portum abſque merciũ iactura perducere. De Vit Contemplatiu Lib. 1. Cap. 16

Carthaginensi 3.cap. 38. Inde Eusebium quendã insectatus est Theodoritus, quòd Nicomedia deserta, cuius pontifex erat, commigrasset ad Bizantiorum Ecclesiam. Sacræ Histo. Lib. 5. cap. 11. Tametsi Socrates contenderit, Proclum è Cyziceno, quo fungebatur, præsulatu transferri ad Constantinopolitanũ potuisse. Lib. 2. Tripart. Hist. Cap. 8. Enimuero in motoriam hanc vagámq; Sacerdotum translationem inuehitur Liutprandus Ticinensis Ecclesiæ Leuita, Manassen increpans, Arelatensem Episcopum, qui Hugonis Italiæ Regis accitu, derelicta suâ Ecclesia, transiliisset ad Veronensem, Tridentinam, & Mantuanam. Manasse, contrà, facti probrum eluente, ex Petri exemplo, qui Antiochia Romam traductus, Euangelico scribæ Marco commendarit Antiochenum Christianorum gregem: Ita tamen, vt Marcus ipse ex Aquileiẽsi diœcesi, quam primò instituerat, ad Alexandrinã se conferret. Liutprandi Lib. 4. Cap. 3. Floruit hic rerum Italicarum scriptor An. 910. quo Berengarius Foroiulij princeps Cęsareum sibi in Italia nomen vsurpabat. Ei Luitprandus quũ à secretis fuisset, & ab Epistolis, orator deinde est ad Græcos Augustos legatus, vt de se ipse Libris prædictis attestatur. Sed quia in Græcorum mentionem incidimus, obiter scitum est obseruare, vno casu permissam olim in Græcia Episcopi translationem ad alium, eiusdem scilicet Metropolis, Episcopatum. Sacra Manuëlis Patriarchæ Constitutione, quam vna cum alijs Byzantiorum Antistitum legibus, Balsamon publicis monumentis

De Translatione Episcoporũ.

mentis consignauit, hac Operis inscriptione, Θεσμοὶ Ἀρχιερατικοὶ τῶν Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπων καὶ Πατριαρχῶν.

Sacratissimæ Leges Archiepiscoporum & Patriarcharum Constantinopolit.

QVONIAM ex antedictis sessionis ordinem in sacro Sodalitio possessione metimur vetustiori, subnotandum, hanc honoris prærogatiuam nõ sola acquiri in Collegium receptione, nisi eam mox sequatur Ecclesiastici muneris functio, & exercitium. Vt enim profana obiter cum Sacris, Regiaque munera conferamus, iudicatum est in Supremo Tribunali, Senatorem, qui prior in Senatum lectus ac receptus sit, honoris tamen gradu alteri postponi, qui antequam ille actu gereret Magistratum, interim adscitus in Senatoriũ Ordinem munere suo dietim fungeretur. Nam quod vulgò ferunt, antiquiorem eum haberi, quem Ordo primum adprobarit, admiserit. Bart. in L. Qui ad tempus π. De decur. Decius Responso 161. Hoc ita accipi debet, si receptus munus suum obeat, & ipsa re administret. Profero facti speciem. Benedic. Archerius eiurauit Oblationalis Curiæ magistratum in filij gratiam; cum ea lege, vt præmoriente alterutro, superstes publicum munus hoc retineret. Filius ilico probatus iudicio Ordinis assumitur in Curiæ collegium. Quum autem pater functione ipsa magistratus nõdum cedere vellet, eo demum fatis rapto, agitatum est, an filium subinde in Curiam ingressum anteire deberent qui medio tempore, ex quo receptus fuerat filius, parem inierant gesserántque magistratum. Intendebat quidem ille, primùm se Principis iu-

Primatus ordinis sessionisque inter collegas computatur ex prioritate non quidẽ receptionis, sed exercitij publici magistratus.

Consiliũ Decij.

Oblationalis Curiæ magistratus, ceu Cõsiliarij Curiæ Iuuaminum.

dicio dignitatem consecutum, anterius etiam receptum. Quod si munere in Repub. posteriùs functum opponeretur, suum locum, ordinémque à patre seruatum fuisse, qui filij velut vicariis operis, quibus in eo magistratu perfunctus sit pater, honorum ius gradúmque filij tutatus sit. Causa accuratè perspecta, decretus est iis à Curia, sessionis & honorum primatus, qui posteriùs recepti, priùs magistratum exercuissent. Aresto 7. Idus Quintiles An. 1551. Portano, Archerij, Thuano, competitorum honoris causam agentibus.

Placitũ Curiæ Die 9. Iulij.

QVÆ omnia ad sacerdotum Ordinem accõmodari similitudinis ratio patitur: quum pij officij intuitu sacra beneficia à maioribꝰ fundata sint ac instituta. Eam ob causam nouitio cuique canonico D. Vvlfranij iniunctum est assidui ministerij onus Pontificio Gregorij 9. diplomate, iudicúmque ab eo datorum sententia, his verbis. *Nullus de prædicta Ecclesia canonicus fructus suæ præbendæ percipiat ab eadem, nisi quolibet anno residentiam faciat decem mensibus ad minus in Abbatisuilla ad seruitium ecclesiæ prædictæ: Nisi obtenta licentia Decani & Capituli causa studij, de quo fructus dignos valeat sufferre, vel causa peregrinationis, aut ægritudinis, seu etiam proprij negotij sine fraude & dolo Decano & Capitulo expositi. Præcipimus etiam, vt in crastino octauarum Petri & Pauli omnes in Ecclesia residentes canonici conueniant in Capitulo, vt tunc, vel antequam fructus sequentis Augusti recipiant, præstet vnusquisque canonicus iuramentum se prædictam consuetudinem de residentia facienda fideliter obseruare.*

Excerpti hi Codicilli è Chartula reformationis Collegij D. Vvlfranij in Abbeuillana Pontiuensiũ vrbe, quod restitutum ac emendatũ fuit ab Episcopo & Capitulo Ambianensi, auctore Gregorio 9. Pontif.

An.

An. 1237. Sed oneroſi ministerij rigor postea relaxatus aliquantulum ab Innocentio 4. Pontifice, hac scriptura: *Ordinamus, vt canonicorum Statuto primæ ordinationis obseruato in aliis, ad residentiam 8. mensium teneantur, & qui per 8. menses continuè, vel interpolatim residentiam fecerint, & compleuerint in Ecclesia seu peregrinatione, vel in scholis continentiam, dicantur residentiam fecisse, quolibet mense 28. dierũ computato cum eodem numero mensis stagij, qui in Ecclesia Ambianen. computetur. &c.* Huius ecclesiastici Collegij pius conditor fertur Pontiuensium Regulus, vicenis canonicis ibidem cõstitutis. Quem numerum, senario addito, auxêre Ianus Pontiuẽsis, & Monstrolensis Comes, Beatrixque coniunx, vnà cum Vvilelmo filio, An. 1138. Eodem collata sunt varia posterorum Comitum, deinde Regum munera ac priuilegia: vti ex Hilermi Comitis literis constat. An. 1205. Tum Mariæ istius filiæ An. 1247. Ianæ item Castulonensis Augustę, & Pontinensium Comitis. Mense Sextili 1255. Regiis denique Gallorum codicillis. Mẽse Maio. An. 1369. 1436. ac mense Februario 1476. Longè verò antea Rorgonem Abbatisuillæ dominum D. Bernardus Epistolio cohortabatur ad largienda quædam latifundia cœnobio *Dealchi* Epist. 350. Nimirum vt hac non tam liberalitate, quàm rerum permutatione donator reciperet æternas opes caducarũ vice, ac immortales, χρύσεα χαλκείων, &c. vti Homerico versu expressum est.

Pontinẽses Comites in Belgio: Quibus extinctis, longóque pòst interuallo Karolus 5. rex Comitatũ Frãcicæ coronæ perpetuò cõiunxit, & in formam iustæ Prouinciæ redegit, institutа ibidẽ Regia sede: A cuius Magistratu prouocationes pure ad Lutetianum Senatũ deuoluerentur, Edicto Mense Maio An. 1369. Quod in Acta Curiæ Paris. relatum est 7. Calen. Quintiles Eod. An. ï. Aurea pro æreis: Qualia apud Homerum Glaucus dedit Diomedi.

12 MISSVS fuit in possessionem beneficiarius, locatúsq; in merito cum Collegis ordine pro ce-

leriori sacræ functionis obeundæ studio ac diligẽtia; Percunctemur nunc, tolerabile sit nécne, aliquid pro introitu sacro Sodalitio erogari. Negaris forsitan, Isagogicon dependi in eam causam oportere. Siquidem à Basilienſi Patrum Eccleſiaſt. conuentu inhibita est pollicitatio omnis, nedum erogatio, quæ à nouis beneficiariis fiebat donati Sacerdotij intuitu. Tit. De Annatis In Verb. exactiones &c. Atque ideo Bononiæ marimæ canonicus Senatum appellauit à veteri Cõstitutione sacri Morinorum Sodalitij, de fructibus pſimi anni sacerdotij vacantis Collegio applicandis: Quam ille constitutionem abusiuè latam asserebat. Econtrà allegabatur, Collegio licitum esse de iis statuere, quæ totius Sodalitij negotia contingant: Illud tametsi nulla præditum sit iurisdicundi potestate, Vt Bart. sensit in L. Omnes populi. ff. De Iustit. & iure. Felyn. in cap. Cùm omnes De constitut. L. Receptitia, cum glossemate ibidem Cod. De constit. pecu. Innocentius Pontificij iuris enarrator in Cap. Cùm accessiſſent De Constitut. Annariam deinde illam canonicorum legem summa ratione sancitam fuisse, vt primi anni, velut caducarij prouentus impenderentur in Templi sacrórúmque refectionem ædificiorum, aut in æs alienum defuncti, quod probabili de causa contractum esset, dissoluendum. Patres Conscr. habita vtrinque à patronis oratione forensi, pleniùs deliberandum censuerunt. Prídie Nonas Ianuar. An. 1575. Lomedeo, appellantis, Chipardo, Collegij, & August. Thuano, fiscali ad-

Nũm pro ingressu in collegiũ à nouo canonico quidquã dandum sit.

Die 4. Ianuar.

cali aduocatis. Rem ita puto distinctione dirimendam. Aut Ecclesiastico Statuto onus caducariæ perceptionis redituum iniungitur ipsi canonicatus sacerdotio in piam causam, (vt ſ.) Tunc valebit sacrorum Sodalium constitutio. Vt sanxit Honorius 3. cap. Tua nobis De Verb. signif. & Innocentius 3. cap. vlt. De iis quæ fiunt à maio. par. Capit. Vbi nominatim de sacra fabrica sũmi Rothomagensis delubri. Secundum quos, idem Bonifacio 8. probatum Cap. Si propter De rescrip. Aut verò onus illud personæ indictum est, impoſitúmque: eo casu talem consuetudinem non habemús, nec Ecclesia Dei, vt qui sacris superni Numinis operantur assiduè, iis dicata stipendia, alimentáque detrahantur. Innocentij 3. Rescripto Iacobus De Symon. Guymierus accuratè Tit. De Annatis. In Pragmatica Francorum Sanct. Quam in sentẽtiam iudicauit Senatus contra Archiepiscopale Turonũ Sodalitium, victore Berteloto canonico, qui à consimili Ecclesiæ Statuto ad Ordinem Ampliſſ. prouocarat. Extemporali Aresto, quod Lizetus Summæ Curię princeps pronuntiauit. An. 1540. Seguerio causam orante.

13 ALTERO item casu potest à nouitio canonico dari quidpiam pro ingressu in Collegium, quãdo ij, quibus introitus sacræ huius militiæ erogantur, nonnihil laboris conferunt ad nouum operarium in messem Dominicam, possessionémque sacerdotij immittendum. Sic more antiquitùs recepto, Senonum Archidiaconus in throno pontificali collocat nõ modò qui à suffragiis sunt

De nummario munere Senonum archidiaconis debito pro installatione Archiepiscopi, & episcoporũ Senonensis prouinciæ.

Metropolitæ Senonensis, episcopos, sed Archipræsulem quoque ipsum: A quibus vicissim huius velut officij merces Archidiacono denditur auri selibra, duæque selibræ argenti binis Sodalibus Ecclesiasticis destinatæ, quos in eam operam Archidiaconus sibi socios comitésque adsciuerit. Nummariam enim hanc præstationem diuturno vsu probatam fuisse testatur Gregorius II. P. P. luculento Rescripto, professus ibidem, iuueni etiamdum sibi innotuisse, munus istud Archidiacono præberi solitum ab Archiepiscopo, & suffragantibus ipsi Episcopis, qui pontificalem primũ Ciuitatem ingrederentur. Quanto minùs noui illi Præsules Symoniaci ambitus lege teneantur, erogato pro introitu munusculo? Iuuat quippe eam consuetudinẽ Iustinianea Constitutio §. Pro consuetudinibus. Nouella, De Sanctiss. Episc. collat. 9. Iuuat & priscus optimarum Politiarum mos, in quibus licet gratuita foret Sacerdotij petitio, nulla pecunia tributim centuriatímve pronuntiata: solebat tamen vltro appendi pecunia Enthroniastici nomine. Cuius rei locuples testis est Plinius ad Traianum Cæsarem, ita, Supereſt (inquiens) vt ipse dispicias, an in omnibus Ciuitatibus certum aliquid omnes qui Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Quod & Scæuolæ responso confirmatur Lib. 17. Digestorum L. His verbis §. Alumno, & §. Idem testator, ibi, pro introitu ϖ. De Legat. 3. Quinetiam à Tullio laudata est candidatorum liberalitas, suffragatori populo munus edentiũ. In Orat. pro

Gregorius hic Auenione sacram Rempub. rexit, quum florenti ætate Senonum Archidiaconus extitisset.

pro Murena. Spectacula enim Romæ mercedes extiterunt magistratuum collatorum. Vt ait Plutarchus in Bruto. Eundem Marcellus Togatæ gentis morem obseruauit Lib. singulari Responsorum in L. Publius D. de condit. & demonst. Quibus rerum exemplis velut cumulus accedat iudicatorum auctoritas, variáque Parisien. Patrũ Decreta secundum maiorem Senonum Diaconũ petentem honorarias eiusmodi pro introitu erogationes, contra Antissiodorensem, Carnutum, & Niuernensem antistites. Nec diuersum postremo à Curia decisum fuit aduersus Senonum pontificem ipsum. Quamuis enim dispar ratio Archipræsulis, & suffragantium ei Præsulum videretur, quòd Archidiacono Vrbe egredi necesse non sit ad locandum in sacro Solio Metropoliten.: Prouocãte tamen à Gregorianis illis codicillis Archiepiscopo, quasi abusiuè impetratis, Senatus nullum in iis abusum esse pronuntiauit. Aresto Kalend. Februar. An. 1564. Pasquero, pro Archipræsule, ac Bernagio, pro Archydiacono dicentibus.

Gregorianum diploma, cuius suprà mẽtio facta est, ad verbum exscripsimus Artic. sequenti.

Placitum Curiæ die 1. Februar.

14 AB HIS non longè recedit præclarum D. Bernardi elogium de metropolitica Senonum Ecclesia, ita loquentis. Grandis res est in manibus, nobili Senonensi Ecclesiæ instaurare pastorem &c. Epist. 202. quam illo scribebat ad Clerum Senonensem. Nam Senonum ciuitas, vt Ptolemæo, ethnicæ tunc Galliæ, sic Christianis deinde habita est Francicæ Ecclesiæ Metropolis: Cui Ansegisus Præfectus, hoc titulo sacrum Galliæ, Germaniæq;

Ptolemæus In descriptione Galliæ, sub finem.

Ansegisus Senonũ Archiepiscopus.

Primatum sibi vendicauit. In Gallica Antistitum Synodo coacta Pontificij Legati auspiciis, & Karoli Calui Imp. II. Calend. Quintiles An. 876. Indictione 9. Apud Aimoynum De Francorum Reb. gest. Lib. 5. Cap. 33. Speciatim verò, à suffragiis esse Archiepiscopi Senonensis feruntur Lutetianus, & Niuernen. Præsules ab Innocentio 3. P. P. Cap. Inter sollicitudines. De purgat. canon. Cap. Etsi Iudæos. De Iudæis. Cap. Cùm ex officij De Præscript. Cap. Licet. De offic. ordin. Omnes planè harũ diœcesum Episcopi, quæ sacræ Senonũ præfecturæ contribuũtur, idcirco honorarium quoddam præstare tenentur Senonensi Archidiacono, quòd singulas illas regiones Euãgelica primùm luce collustrarit Serotinus Diaconus Senonensis, eóque diuinorum oraculorum interprete ex Romana vrbe huc profecto, harum partium indigenæ fuerint Christiano initiati sacramento. Exhinc creditum, Senonenses Archidiaconos, qui earum diœcesum Præfectis tradebant sacrosancti fastigij possessionem, (velut Christiani illius seminarij monimẽtum) ab iis accipere munus aliquod consueuisse. Vsqueadeo, vt lite quondam de eo mota, Pontifex Gregorius II. secundum Archidiaconum iudicarit, hoc verborum tenore: *Gregorius Episcopus &c. Dilectis filiis S. Genouefæ Parisien. & S. Columbæ prope Senones monasteriorum Abbatibus, ac Decano S. Agricoli Auenionen. &c. Sanè nuper pro parte dilecti filij M. Nicolai de Veris Archidiaconi Senonen. Capellani nostri nobis exposito, quòd dudum inter venerabilem fratrem nostrum Nicolaum*

Die 21. Iunij.

Pontificium Gregorij II. Decretũ isthic adscripsimus ad literam, vt persimilis controuersiæ antiquorum Historica series tota lectori innotescat.

laum Episcopum Antißiodoren. & dictum Archidiaconum, super eo quod Archidiaconus asserebat, quòd ad eum ratione sui Archidiaconatus Senonen. & ad Archidiaconum Senonensem, qui est pro tempore, Archiepiscopum Senonensem, necnon prædictum, & alios Episcopos prouinciæ Senonen. necnon Abbates monasteriorum in dicto Archidiaconatu consistentium in primo aduentu eorum in suis Ecclesiis & monasteriis installare, & in sedibus suis ponere de antiqua & approbata & hactenus pacificè obseruata consuetudine pleno iure pertinet, & à quolibet ipsius Prouinciæ Episcopo sic installato ratione installationis huiusmodi vnam auri, & duo canonici Senonen. quos idem Archidiaconus capere debet, & qui cum eodem Archidiacono pro installationibus huiusmodi accedere habent, duas argenti marchas vnà cum expensis factis per eosdem Archidiaconum & Canonicos in eundo & redeundo percipere debent: Præfatus verò Antißiodoren. Episcopus contrarium affirmabat, orta erat materia quæstionis. Nos qui dum eramus in minoribus constituti, dictum Archidiaconatum per multos annos tenuimus, & de ipsius iuribus eramus plenariè informati, ad instantiam ipsius Archidiaconi dilecto filio nostro Roberto basilicæ 12. Apostolorum presbytero Cardinali viuæ vocis oraculo commisimus, vt contra quoscunque Episcopos dictæ prouinciæ, qui deinceps recusarent se per dictum Archidiaconum vel eius vicarium installari, summariè procederet. Qui quidem Cardinalis virtute commißionis prædictæ in negotio huiusmodi ad nonnullos actus dicitur processisse. Postmodum verò dilectus filius Iohannes Tit. S. S. 4. Coronatorum presbyter Cardinalis volens partes prædictas ad concordiam amicabi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter reuocare, quasdam informationes de ipsius Archidiaconatus iuribus, & super præmissis aliis per fideles & fide dignas personas de partium consensu fieri fecit: Quas nobis nuper sigillatas transmisit, nósque illis receptis ipsas per eundem Robertum Cardinalem aperiri, inspici, & examinari fecimus diligenter. Cùm autem idem Robertus Cardinalis nobis nuper fideliter retulerit, se informationem huiusmodi vidisse, & per eam reperisse, quòd nonnulli dictorum Episcoporum per aliquos Archidiaconos ipsius Ecclesiæ, qui fuerunt pro tempore, vel eorum vicarios in suis Ecclesiis installati, dictique Archidiaconi in pacifica possessione installandi Episcopos antedictos extiterint, & marchas huiusmodi Episcopi persoluerint. Nósque etiam toto tempore, quo dictum Archidiaconatum tenuimus, in pacifica possessione installationum & iurium huiusmodi fuerimus. Et propterea nolumus ipsum Archidiaconum super iuribus huiusmodi aliquatenus molestari. Nos volentes eundem Nicolaum Archidiaconum, quem multis virtuosis meritis familiari experientia nouimus insigniri, paterna benevolentia confoueri, auctoritate Apostolica per alias nostras literas declarauimus, præfatum Nicolaum Archidiaconum *& eius successores* Archidiaconos Senonenses *vel eorum vicarios pacifica possessione* Archiepiscopum *ac Episcopos & Abbates prædictos cum receptione marcharum prædictarum, & aliorum iurium quorumcunque vti & gaudere debere, ac in ea ipsos manutenendos fore & manuteneri debere. Iure tamen proprietatis installationum & receptionis marcharum & iurium prædictorum duntaxat illi, vel illis ad quos pertinet, reseruato, & omnibus semper saluo. Districtiùs inhibentes eisdem* Archiepi-

Archiepiscopo, Episcopis & Abbatibus, ne in suas Ecclesias & Monasteria in nouo ipsorum aduentu absque installatione huiusmodi aliquatenus intrare, aut aliquid cõtra tenorem declarationis nostræ huiusmodi attẽtare præsumant, &c. Quocirca discretioni vestræ mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum &c. Datum Auenione *8. Calend. Nouembres Pontificatus* Anno *3.*

Alia itidem Senonensis Archidiaconi honoraria iura recensuit Pontifex Honorius 3. Cap. dilecto. De offic. Archid. Eidem rescripsit paulò antea Innocentius 3. Cap. Dilectus 1. De Præbend.

15 Parochvs simulátque possessionem adeptus est, debet ad Presbyterij gradum districtè promoueri, quantumuis antea sacris initiatus. Quid de fiduciario monastici conuentus Præfecto dicendum? Eúmne ad presbyterij honorem prouehi Annali lege oportebit? Dubitationem mouet, quòd Præfectus monachorum conuentui habeat, curionis presbyteri instar, parœcorum curationem, ac gubernationem. Viennensi Concilio cap. Ne in agro. §. Cæterum. De statu monac. Enimuero alia causa est Præfecti monachi, & secularis: Cui ideò monasticus Primatus fiduciario tantum iure commendatur. Viennensis enim Synodica Sanctio illa cœnobitis ius dicit prioratuum primatibus, non secularibus Clericis, quibus solum monasticæ huiusmodi præfecturæ cõmittuntur Pontificia quadam fiducia, seu commendatione, quam vocant. Vt patet ex supràscripto Tit. Clemẽtini Decreti De Stat. monac. Nam inter vtrumque Præfectorum genus interest plu-

Vtrũ Prior cõuẽtualis cõmẽdatariꝰ præciſẽ adſtringatur Annali ad ſacros ordines promotioni.

rimum. Religioso viro non male attribuas regularem paræciaci templi Prioratum, antequam is 25. ætatis annum impleuerit: Seculari Clerico, nō ita. Auctore Alexandro 3. in Concil. Lateranen. Cap. Cùm in cunctis De Elect. Rursus cœnobita longe ocyus ordinatur presbyter, vtpote ab vnguiculis ministrare solitus in domo Dei. Secularis Clericus, non æquè. Vt Bonifacius 8. adnotauit Cap. vlt. De tempor. ordinat. Fiduciario insuper monastici Primatus possessori laxatus est in multis iuris rigor, quo cucullati sacerdotes tenentur. Idque facilè colligas ex Gregorij 9. Rescripto Dudum 2. De Elect. in Verb. commendatam, & Gregorij 10. In concilio Lugdunensi. Cap. Nemo deinceps De Elect. in 6.

Iusta Caducaria, ius deportus.

De Annatis Nos plenius, vberiusq; i. Lib. 3.

Decretum Curiæ die 5. & 13. Iulij.

Cvrionis certè negligentia in sacris ordinibus suscipiendis mulctatur curionatus priuatione. Quæro, liciténe etiam ob id exigantur iusta caducaria ab Archidiacono, vt hic nondum promoto ad sacros ordines curione, suos faciat Sacerdotij fructus? Quod ius Caduci Forenses *deportum* appellant. Isti quidem fructuum præhensioni obstare videtur Annatarum abrogatio Basiliēsibus Placitis sancita in Ecclesiasticos proceres, qui caducarias huiusmodi sacrorum redituum perceptiones sibi vsurpabant. Similíque modo improbatum à Senatu caducariū ius istud, quod in vacua permutatione sacerdotia vendicarant Archidiaconi. Placito 3. Non. & 3. Idus Sextiles. An. 1553. secundum prouocantem à veluti abusu, pro quo Amelotus dicebat: Vergnæo, contrà,

contrà, Paragij Turonum Archipresbyteri causidico. Nec absimili ratione infirmarunt Conscripti Patres acta omnia Pontificij fori Cenomani de tali *Deportu*, cui Nicolaus Ducheminus inhiabat Archidiaconus Saboliensis, aduersus Corbinum clientem nostrum, patrui cessione beneficiarium. Hic enim tametsi Archidiacono pecuniæ summam pactus esset, deportus vice numerandam: conuentus tamen ex syngrapha coram Vicario Iuridico Cenomani Episcopi, ab eius actis omnibus ad Senatum abusus causa prouocauit. Quo in negotio placuit Summo Ordini, Pontificia quæque huius litis acta, vti abusiuè confecta, rescindi. Me, appellantis, Malleto, Archidiaconi, Boucherato, Regis, Reiq; pub. causam agentibus. Pomeridiana Curiæ sessione. 12. Kalend. Maias, An. 1563. Ex auctoritate Basiliensis Decreti De Annatis in vers. vel promissiones. Verùm hæc ita locum habent, si purè eiuratum sit, aut permutatum beneficium Ecclesiasticum, nec vlla de eo controuersia in foro instituta: Quo casu, nouus beneficiarius vti liberè ministerium exequi potest, suo adscriptum Sacerdotio; sic tuendus est in possessione profanorum Ecclesię prouentuum, nulla habita Annui Vectigalis ratione, quod Annatarum verbo significatur. Ediuerso autem, si beneficiarius turpi incuria ordinatus non fuerit præsbiter, ideóque sacerdotali munere defungi nequeat, in causam caduci verè tum cessisse dicitur eius sacerdotium: & ita Archidiaconi officio incumbit, Ecclesiam conductitiis præsbiteris cō-

Sabolieſis Archidiaconus in Cenomana Æde Cathedrali.

Vicarius Iuridicus Episcopi, vulgò Officialis dictus.

Placitū Curiæ in publicis causarum actionibus latum die 20. Aprilis de iure Deportus.

Gradatim, ordinatimque ad Ecclesiæ ordines, & sacerdotalē functionem ascendendum. Vt B. Caius Rom. Episcopus, scribente Damaso, constituit.

mittere, vicariisque eorum operis in obeundo beneficiarij munere vti. Vnde æquum sit, ab Archidiacono sacerdotij reditus carpi, conuertíque in operariorum mercedem, qui parochi nomine in Dominica vinea gnauiter elaborent. Imò & à priscis Christiani nominis Patribus vix aut perraro indulgebatur, vt parœciani tẽpli Sacerdos presbyterij gradũ minimè cogeretur obtinere. Vnus fortè Nicolaus Ordinũ suffragiis acclamatus est pontifex, tametsi laicus etiamdum, i. popularis ac profanus. Ambrosium itidem, qui in numeros Christianæ militiæ nondum relatus erat, Clerus cum Plebe archipræsulẽ designauit. Apud Theodorit. Eccles. Hist. Lib. 4. Cap. 6. Seuerum quoque populus ex lanificio vocauit ad Rauennatis Ecclesiæ præfecturam. Nectarius pariter ex Prætore vrbano cathecumenus sacerdotium suscepit frequenti Ecclesiasticorum Præsulum Senatu, & Concilio Byzantij habito, cui ille idem præfuit. Quemadmodum Hist. Ecclesiast. Lib. 11. enarratur Cap. 21. Haud secus ac Tarasius ille, qui diuinitus ex profanorum fæce Græcus Patriarcha est magno omnium assensu declaratus. Sed speciales has Præsulum cooptationes, & singulari virorum pietati acceptas ferre debemus, & sacrorum ministrorum illo seculo paucitati. Quum alioquin vetet Paulus, neophytum Ecclesiæ gubernaculis admoueri, præficíque eum gregi Dominico, qui vixdum sit in gregem Dominicum allectus. Caput ergo Politiæ Ecclesiasticæ non minimum est, prouidere, vt vel Curio sacris præsbyterorum ordinibus

Nazianzenus Athanasiũ & Basilũ laudat, non statim nec festinanter nec præter ordinẽ, sed per sacras vices, pérque omnem gradũ seriem promotos ad Ecclesiasticam populi Præfecturam.

Constantinopolitana Synodus 2.

D. Cyprianus ad Antonianum Lib. 4. Epist. 2. Cornelium charissimũ (ait) collegã nostris Deo Christo, & Ecclesiæ ac consacerdotibus hoc cõmẽdat, quòd non ad Episcopatum subitò peruenerit, sed per omnia Ecclesiastica officia prouectus, ad sacerdotij sublime fastigium, cũctis religionis gradibus ascenderit.

dinibus maturè insigniatur, suis ministraturus sacramenta: vel vt sacerdotij prouentus ab Archidiacono percipiantur, Clericorum stipendia, qui diuinæ rei officium istic pro tẽpore mercenariisq; operis excolant diligenter. Secundum hæc demũ, Conscripti Curiæ ex facto Carnutensis Archidiaconi pronuntiarunt. Mense Aprili An. 1540. Mõtolone Præside, Brularto litis inspectore.

17 INGENS haud dubiè est penes Archidiaconos sacrorum potestas, quos B. Clemens in Epist. & Euaristus Oculos episcopi vocitarũt. Can. Diaconi 93. Distinct. Eos Diaconos mirè commendat D. Hieronymus, ad Rusticum: Ex quo refulsisse ipsorum in Ecclesia mun⁹ haud obscurè perspicias. Carnutensis præsertim Archidiaconus (de quo mox actum) ab Innocentio 3. celebratur, vtpotè sacrorum procurator, velútque Ecclesiasticæ censor disciplinæ. A quo nimirum sacerdotes intra sui Archidiaconatus septa templis præponantur. Cap. Cùm dilectus. De iure patron. Sicuti & Mediomatricum protodiaconus episcopo offerre consueuit fani Trudonis sacerdotem instituendum. Ex Innoc. 3. Cap. Dilectus. De offic. leg. Similiter Ambianẽsis res sacras inuisit ac procurat, quosdam & sacra communione solet arcere, aliáque Ecclesiastici iuris munia exequi, pro vetere Ambiani Cleri obseruatione. Vt refert Gregorius 9. in Cap. Dudum. De Elect. Quibus subiungi possit Morinensis, de quo Innocentius 3. P. P. Cap. Cùm dilectus. De Elect. Pari de causa Turonum archidiacono Pontifex idem commisit

Theobaldo olim Eburonũ Archidiacono collatus est Pontificatus Maximus de cõmuni Senatus Romani sententia. Cui Pontifici Gregorij 10. nomen est inditum.

Metẽsium præsulum Historiã conscripsit Paulus Diaconus.

Apionem Archidiaconũ vocat Nicephorus Lib. 8. Cap. 5. 7. & 15. Athanasiũ inter Diaconos primarium facit. Fuisse autẽ magnæ tum auctoritatis eos constat, quòd Meletio Antiochiæ episcopo in Ecclesia loquẽ-

ti, cleri tũ Archidiaconus accurrens cauã manu iniecta os obstruxerit. Apud Sozomenũ Lib. 4. Cap. 28. Nicephor. Lib. 9 Cap. 48.

Ecclesiasticę litis cognitionem, tanquam sacræ dignationis munere præcellenti. Cap. Ex tenore. De foro compet. Tum Gregorius 9. Cap. Expositum. De dilat. Ita Turonensi Transliger. archidiacono mandatum fuit sacræ controuersiæ iudicium ab Honorio 3. Cap. Dilecti. De except. Nec minùs Parisiensis Archidiaconus talium causarum est disceptator iudexq; ab Innocentio 3. delegatus. Cap. In nostra. De Procur. & Cap. Post cessionem De probat. Quinimo Lutetianum Archidiaconatum tantæ olim extitisse præstantiæ apud Gallos, vel illud indicio est, quòd patrij domesticíque Annales tradunt, Petrum Ludouici Crassi Regis filium eo Protodiaconi munere fuisse perfunctũ. Vt Tullensem interim taceam, cui Honorius 3. rescribit. Cap. ex literis. De Iureiur. Et Laudunensem Archidiaconum, cui Episcopalis iurisdictionis commoda omnia, vacuo sacro Solio, competere scribit Oldradus Consil. 194. Virdunensis porrò Hierarchicam omnem exercet potestatem in sacro Virdunensi territorio, salua tantùm ad Episcopi tribunal prouocatione. Sicuti honoraria quondam arbitrorum sententia definitum est secundum Archidiaconos in Rodulphum episcopum, & pontificale Collegium altercantes de sacra illa potestate. Mense Iunio. An. 1229. Vt refert Vvasburgius Belgic. Chronic. Lib. 5.

Eugenius 2. in Concilio Rhemensi Can. 5. decreuit, neminẽ nisi Diaconũ vel Presbyterum in Archidiaconũ ordinari, ordinari contemnẽtem honore susceptо priuari.

COMPERTVM est tamen, Archidiaconos nonnullos imperio abusos ad quæstum, & perlusorij specie iudicij de sacerdotio contestati præfeciſse interim Ecclesiis mercenarios sacrificos: vt diuini

diuini ministerij obducto velo, profanos sacerdotij prouentus curioni eriperẽt. Cui malo, ne serperet latiùs, prospectũ fuit variis S. Cõsultis. Quibus & antiquata est Lex Societatis canonicorum Lexouiensium de fructibus litigiosi Præbendi in ærarium Ædituorum templi conferendis. Decreto Curiæ 10. Kalend. Martias An. 1552. Alioquin spectabile imprimis esse sacrum Lexouiense Collegium, indicat Vrbanus 3. directo ad Lexouiorũ Decanum, cantorem, & Capitulum Rescripto Significauit. De Donat. inter vir. & vxor. Superiori quidem Normanorum Constitutioni sacræ eo iustior prætenditur excusatio, quo attentiores ad sacrarum ædium fabricam videntur Neustriæ Antistites, veréque, quod dicitur, Hierophantæ. Vt Innocentius 3. notat de metropolitico Normaniæ delubro. Cap. Ex parte. De his quæ fiunt à maior. part. capit. Et Alexander 3. Pont. De Lexouiensi Basilica sacrarum principe, quæ Normanicæ metropolis imperio subiicitur. Cap. De his. De Eccles. ædificand. Pontificalem verò hanc Lexouiorum Ecclesiam primi gubernarunt, Etherius, Freculphus, Rotgerius, Herbertus, Hugo, Gislebertus, Fulcherius, Iohannes, & Arnulphus, morum sanctitate venerabiles: quos Erricus recitat, Archidiaconus Huntindunensis. Freculphi illius imprimis voluuntur Chronicon Tomi 2. quibus seriatim pertexta est ab Orbe condito Historia, Frãcorum præsertim ac Longobardorum, & ad Phocæ Cæsaris ætatem perducta. Opus editum An. Christi 840. in Iudith Augustæ gratiam:

Arestum Curiæ die 20. Februarij.

Hierophantæ, propriè sacrorũ custodes.

Idem Innocentius rescripsit ad Rothomagẽ. Archiep. & eius suffraganeos. Cap. Ad reprimendã. De Off. Ordin.

Lexouiorum Episcopi.

vti Auctor ipſe in calce Operis profitetur. Ne Arnulfum quoque omittamus, Lexouiorum Præſulem: cuius Epiſtolare volumen extat, Mathildi Heroinæ dicatum, Andenſis Reguli coniugi. Annos abhinc quingentos.

Errici 2. Regis Conſtitutio de Pōtificia ſacerdotiorum collatione, ac de tota re beneficiaria propemodum: Quæ 19. Capita ſumma cōplectitur. In Curiæ tabulas relata 9. Calend. Sextiles, ſeu Die 24. Iulij An. 1550.

IN ACQVIRENDA demum ſacerdotij poſ- 19
ſeſſione plurimū mutuamur à Regia poteſtate ac Ciuili. Nam præterquam quod Principali Lege dicta eſt formula adipiſcendæ ſacrorū beneficiorum poſſeſſionis (Menſe Iunio 1550.) eiuſdē ſe vindices retinēdę pręſtiterūt Regij Magiſtratus, poſſeſſoria ſibi ſumpta ſacrorum fanorum cognitione. Hinc efficitur, vt de plano re iudicata, decretóque ſummatim poſſeſſore, ſerena pax inter pios Miniſtros coaleſcat maturiùs, & libero, pacatóq; Diuini miniſterij cultui ocyùs conſulatur. Siquidem & litigioſi ciues Ethnica Cyrenenſium lege trahebantur ab Ephoris ad Tribunal, ex quo multa ipſis irrogabatur, aſperſa inſuper grauiſſima infamiæ nota. Vt eſt apud Heraclidem in Politiis.

Græca ſententiæ Latina ad literam interpretatio. Nam diuinarum rerū contēplatio, & Reipub. adminiſtratio haud ferè cōiungi ſolent. Atque ideò optādū eſt, ne magna inter eas pugna, vt inter carnē ac ſpiritum & ſenſum ac mēbrū, appareat.

Sic Regia Manus dum profanæ poſſeſſioni ſacerdotiorum ius dicit per Ciuilem Magiſtratum, iuuat Sanctam Politeiam magnopere, excitátque promptiùs Hierarchicam rei Chriſtianæ curationem. Quod non niſi prudentiùs circumſpicienti probabile forſan videretur, ex Græco Hiſtorici cuiuſdam elogio. Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πράξεις πολιτικὴ, ὡς τὰ πολλὰ συνῆναι πεφύκασιν· Εὔκτον δ' αὖ εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοντο, καθάπερ σῶμα καὶ πνεῦμα, καὶ αὖ ὅσα τῆς αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. Ita nollim ego aſſentatum Principibus noſtris, quaſi

quaſi Epiſcopi Epiſcoporum ſint. Quod ab hæreticis ſuſurronibus Conſtantio Cæſ. attributum exclamat Luciferus Calaritanus Sardiniæ antiſtes. In ſacris ſuis Opuſc. Nec inficior, maximos Orbis Monarchas, ſummiſſis faſcibus, profeſſos fuiſſe apud Pontifices orthodoxam fidem, factáque coram iis Exomologeſi, auguſtam Sacerdotij maieſtatem ſanctiùs coluiſſe, tanquam ab Imperiali ſeiunctam Poteſtate, ac ſeparatam. Idipſum planè arguunt Conſtantini & Iuſtiniani Cæſſ. exomologeſes Codici inſertæ Epiſtolarū B. Clementis. At nemo quoque in dubium vocarit, Regiæ ſaltem procurationi Politicum deberi & externum rei Clericæ cultū: Quippe quum, Leo- « nis Mag. ad Theodoſium Cæſ. verbis, pro inte- « gritate fidei Catholicæ Chriſtianiſſimum Princi- « pem conueniat eſſe ſollicitum. Nam vel à prima Regnorum inſtitutione, tribus his potiſſimum innixus eſt Monarchię Status, miniſterio Diuûm, Sapientiæ ſcholaſticæ, ac Ciuili Regum poteſtati. Quæ D. Thomas ordine ſe perſequi prædicat Lib. 2. De Regimine Princip. Cap. vlt. Eámque Religionis cum Imperio coniunctionem firmat hoc inter Cyrilli paränetica vere palmarium, eximiam in Deos immortales pietatem, ſtabile eſſe Regiis honoribus fundamentum. Ac veluti impios Ἀρχόντας, miſeros, & malos malè perire: ſic pietatis fautores vindicéſque fœliciter habenas Imperiorum pertractare. In Lib. De Recta fide.

Luciferus Calaritanus in Sardinia epiſcopus, cuius ſedes poſtea Archiepiſcopatus titulo aucta. Sicuti & Honorius 3. innuit, Calaritano Capit. reſcribēs in Epiſt. Decretali vlt. De Poſtul. Prælat.

Scripſit de Sūmo Pontif. ſacráque eius poteſtate in Principes Reginaldus Polus S.R.E. Cardinalis, Lib. ſingulari. Menſe Ianuar. An. 1550 quū mortuo Paulo 3. Romæ in cōclaui ſederet, Pontificē Max. cum collegis electurus.

20 REGIA itaque Manus poſtquam tutata eſt hoc Libello Eccleſiaſticæ Politiæ partem illam,

Epilogus Lib. 1.

quæ vocatur Μοναστικὴ, id est, priuati cuiusque Clerici, necdum ordinati Sacerdotis respiciens rationes: Mox ad secundam Politiæ partem, quæ Publica ac Politica specialiùs dicitur, gradatim ascendamus: Vt ordinato iam, & euecto in Cathedram Sacerdote, qui è sacro Solio ius dicere incipit, tueantur quoque Reges nostri Ecclesiasticum Magistratum, ac Pontificium Tribunal, auxiliari velut Principalis imperij auctoritate. Sic tamen, ne Præsulẽ sinant transilire metas, néue eum aduersus sanctiora Christianorum Patrum decreta, aut in profanæ Iurisdictionis dispendium statuere quicquam patiantur. Quod Libro sequenti perspicuè exponemus.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

SACRAE POLITIAE IVDICIARIAE

LIB. II. ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ.

SEV

DE CIVILI ECCLESIASTICÆ Præfecturæ moderatione.

TITVLVS. I.

DE PONTIFICIA IVrisdictione.

1. *Ecclesiasticum imperium à Regali adiuuari.*
2. *Huius Libri capita præcipua.*
3. *Prædiis manum iniicere, Regium ius, non Ecclesiasticum. Idque Senatus Decretis iudicatum.*
4. 5. *Quæ causarum genera, Pontificiæ cognitionis. Vetus S. C. de Decimis infeudatis.*
6. *Reales actiones fori Ecclesiastici non esse.*
7. *De temporali iurisdictione Prælatorum Germaniæ.*
8. *Belgicæ item Galliæ.*
9. *Rhemensis Archiep. temporale dominium. Arestum Curiæ de electione Scabinorũ Vrbis Rhemensis.*
10. *Aliorum Galliæ Præsulum profanæ ditiones.*
11. *Lugdunensis Archiepiscopi.*
12. *Aquitanorum Ecclesiæ Procerum.*
13. *Coram Officiali de petitorio decimarum agi non debere ante possessorij iudicij executionem.*
14. 15. *Quatenus de connubiali pacto ius dicat Ecclesiasticus. De dote nec incidenter Episcopus cognoscit.*
16. *An instrumenta Notarij curiæ Ecclesiasticæ fidem faciant in seculari.*

Talia instrumenta probant, si postmodum agnita fuerint coram Ciuili iudice.

Quod variis Curiæ Decretis confirmatum est.

17. *Clericus ratione profanæ administrationis & commercij coram laico conueniendus.*

18.19. *In Clericos secularium & aulicorum negotiorum sectatores.*

20. *E republ. esse, Ecclesiasticos Publicæ administrationi ad tempus vacare.*

21. *Communi ope Prælatorum ac Principum Reipub. statum conseruari.*

POLITICVS ECCLESIÆ Status propriè versatur in publico Sacri Imperij conseruando iure, & ad Canonicæ identidem disciplinæ normam reuocando. Quum enim publicum ius in Sacris, Sacerdotibus, ac Magistratibus consistat, parum fuit, anteriore Libro priuati Clerici promotionem ad Præsulatum externo Magistratus præsidio cumulari, nisi & in sacram sedem elato Sacerdote, ad Iuridicam eius Præfecturam Regia subsidio manus adiungeretur. Hæc quippe Sacerdotio cum Principatu intercedit affinitas, vt alterum alterius ope magnopere indigeat. Quod non obscurè edocet Valentiniani Cæs. Oratio de Ambrosij allectione in pontificatum. Nam simul atque Ambrosio Prætori delatus est Præsulatus Insubriæ cõmunibus Christianarum tribuum suffragiis, Valentinianus dixit gratias se Deo immortali agere, quòd animorum curationem ei viro tradidisset, cui ipse antea corpora cõmiserat. Vt est apud Theodoritum Hist. Eccles. lib. 4. Cap. 7. Quin & libera primùm Rom.

Ciuilis, externáque Ecclesiæ Politia penes publicum Magistratum, tanquam Ecclesiastici Status adiutrix protectrixque.

De Ethnico sacrorũ cultu apud Romanos, inter quos Rex Sacrificulus primo fuit Papirius.

Rom. Repub. populus, sacrorum, quæ à Rege solebant fieri, (regibus exactis) Regem creauit, & ne ex Regio nomine regiam sibi auctoritatem arrogaret, Pontifici subiectum voluit. Ex Halycarnass. Nec dissimili Athenienses more, postquam Regiæ tyrannidis iugum excusserunt, retinuêre sibi ΒΑΣΙΛΕΑ, qui sacris præesset, Eleusiniis præcipuè, Lenæis, & iis quæ ad lampada fiebant. vti à Demosthene proditum est Κατὰ Νεαίρας. Christiana autem Hierarchia seorsum attributa est Sacerdotibus à Deo Opt. Max. cum aliis grauissimis de causis, tum vt Augustæ huius Sacræque Ciuitatis, quam nos Ecclesiam vocamus, vnitas tranquillitásque firmiùs seruaretur.

Theseï virtute Athenienses Regiæ dominationis onere soluti exẽptique.

2 IMPRIMIS Ecclesiastica Præfectura, vel secularis est, vel monastica seu regularis. Illa in iure dicundo versatur, aut in lege diœcesana. Iurisdictio rursus altera contentiosa est, altera voluntaria: Prior, aut ordinaria, aut mandata ab ordinario Iudice Ecclesiastico. De quibus suo ordine sigillatim disseremus. Atque vt iudiciorum telam ordiamur ab ipsis litium cunabulis, Rei in ius vocandi potestas Pontificio communis est cum Regio magistratu: manus autem iniectio in templorum possessiones Regij iuris propria ac peculiaris. Edatur facti exemplum. Sagiensis Præsulis Vicarius Iuridicus prehendi iussit profanos reditus fani Hilarij, in Vicaria Perticensis Moritaniæ Præfectura. Huic prehensioni obtendebatur necessaria quædam sacrarum ædium refectio, ruinam minantium, Curionis desidia. Verum à

Sũma Tractãdorũ Libro 2.

Officialis Sagiensis Episcopi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pōtificia ista manus iniectione prouocatus est Senatus, tanquam abusiuè decreta in Metropoliticum Turonense Collegium: cui scilicet parocho sacerdotium illud competebat. Ego in ea causa pro Collegio appellante, iudices pontificios vocationem habere, non etiam sacerdotalium bonorum prǽhensionem, qua Regij prætores soli vtebantur. Nec dispariter omnino distinctas fuisse Roman. magistratuum functiones: vt aliis daretur vocatio, aliis prǽhensio, aliis neutrum. Vocatio, vt Coss. & cęteris, qui Imperio præditi erāt: Prǽhensio, vt Tribunis plebis, & aliis qui viatorem habebant: Neque vocatio, neque prehensio, vt Quæstoribus & reliquis nec lictorem habentibus, nec viatorem. Quemadmodum in Gelliānis Noctibus relatum est ex Varrone Lib. 12. Similiter moribus receptum, fundos Galliæ vniuersos Regia tantum Manu gubernari, ex Pomponiana Lege 2. ff. De Orig. Iur. Ideóque Ecclesiastico Iudici negatum fuisse ius manus in prædium iniiciendæ, ipsiúsue sequestrandi potestatem. Quod Baldo etiam probatur in Cap. Significasti De Offic. deleg. quum ait, Episcopo de dote restituenda pronuntiare licere, mittere verò in possessionem profanam non licere; nisi Antistes ipse à Prǽfecto Regio manum Viatoriam mutuaretur. Nam quibus nullum verè est territorium, mittere in territorium non possunt. Vlpiani responso Lib. 1. ad Edictum in L. Iubere caue-
re. D. De Iurisd. omn. iud. Becquetus, contrà, pro Pontificio Actore defendebat, manus inie-

Auctoris Oratio in Senatu pro Ecclesiastico Turonū Collegio summo.

De tota Iudiciorū Ecclesiasticorum serie, praxi, formulāque ordinandarum litiū in foro Pontificio scripsit Iohan. Blōdel Officialis, Cantor, & Canonicus Heduensis, in Lib. Statutorū Curiæ Sedis Episcopalis Heduē. Iacobo Huraldo eius tum ciuitatis pontifice.

ctionem, à qua fuerat prouocatum, ab ipso quidem postulatam fuisse, ast pro munere publico duntaxat, & procuratorio Officij nomine, non suo ac priuato. Quum igitur Episcopus nondum abnuisset publici Cognitoris postulationem, fuisse hunc præposterè in ius arcessitum, ob ídque prouocatoriæ litis euentum non debere præstare. Sicuti Faber ex vsu Gallici fori scitè obseruauit. in L. Non est ignotum. C. de adminiſt. Tuto.

Pontificius Actor publicus, quem Forenses Promotorem in foro Ecclesiastico appellant.

3 PROINDE aduersario, qui summæ controuersiæ diffidebat, flexu isto iudicium eludente, interlocuta est Curia, euocandum in causam pōtificem, vt audito eo, cum publico Actore Ecclesiastico, lis vltima sententia dirimeretur. 3. Calend. Maias. An. 1575. Pomeridiana sessione. Quòd si rectà Præsul ipse descendisset in causam, aut libello citatus fuisset, ilico pontificiam rerum soli pignerationem Senatus, ni fallor, infirmasset. Ex Præiudiciis Curiæ aduersus Senonum Antistitem. Kalend. Iuniis. An. 1537. Teste Rebuffo in Comment. ad §. 1. De Regia ad Prælat. nomin. Verb. In manibus. Quo refertur & aliud Summi Ordinis decretum contra Archidiaconum Piciacensem in principe Carnutum delubro, qui publicè possessum miserat curionatus fundos iure Caduci ceu *Deportus*, ob non prouectum ad sacros ordines curionem vendicati. Hac enim diligenter perspecta lite, Senatus, abusiuè prǽhensos ab Ecclesiastico sacerdotij reditus pronūtiauit. Aresto 4. Kalend. Martias An. 1553. Gresleo, Fontenei appellantis, & Mangotio, Archidiaconi cau-

Die 29. Aprilis.

Placitū Curiæ die 1. Iunij.

Decretū Senatus die 26. Februarij.

sidicis. Itaque tot rerum exemplis apparet, Pontificio Præfecto interdictum manus iniectionem in sacras quàmlibet, atque Ecclesiasticas facultates: Multo magis corporũ nexu præhensionéque, nisi flagitiosus clericus in Prætorio episcopi comprehensus sit, aut implorato Magistratus auxilio vinciatur. Placito Curiæ 10. Kalend. Decembres. An. 1536. Quod depromptum videtur ex Iustinianea Constitut. De sanctiss. Episcopis. §. Si quis contra clericum. Collat. 9. Iis consentanea sunt antiqua Patrum Parisien. decreta An. 1385. & 1387. Apud Ioh. Gallum Quæst. 103. 246. Nunc de citatione partium in foro pontificio dicendum est.

S. Consultũ die 22. Nouebris.

EDIXERE Principes nostri, ne profanus quisquam ad Pontificia vocaretur tribunalia, ni citationis libello insereretur causæ argumentum, ex qua nominatim is appellaretur. Lege lata An. 1510. Curiæque monumentis perscripta 5. Kalend. Maias. An. 1512. Artic. 45. Sed hæc quidem de iis vocando: Sententiis autem Gallicorum Magistratuum adscribi rationem iudicati non solere tradit Speculator In Tit. De requisitione consilij Vers. Porrò auditis. Minimè verò otiosa est Regia illa Constitutio, ne profani ordinis viri promiscuè apud Pontificios Præfectos conueniantur, néve hi indiscriminatim de omni causarum genere cognitionem interponant. Vtpote si muliercula plebeium stupri reum interpellet de dote & alendo partu coram Ecclesiæ Iuridico: Tunc, prouocatione ex abusu ad Senatum facta, rescinditur quod gestum sit in pontificio Prætorio, &

Die 27. Aprilis.

summa lis apud profanos iudices retractatur. Ita S. Consulto decretum, celebri Hilariorum Die An. 1560. Hamelio, Nobisq; dicentibus. Quę nostra omnium prima extitit Causarum Actio in luce publica Senatus Parisien. & in amplissimo illo Curiæ Auditorio.

Auctoris prima in Senatu habita Oratio.

5 FVIT hæc Maiorum nostrorum Iurisprudentia, vt libello conuentus decimarum petitorio apud iudicem Ecclesiasticum non audiretur Regij fori præscriptionem opponens, ni summatim priùs fidem fecisset Sacro Magistratui, decimas istas profanas esse, ac clientelari iure possideri. De quo factum antiquitùs Patrum Consultum excerpsimus è Curiæ Regestis An. 1283. in hanc formulam. *Si aliqua persona Ecclesiastica petat ab aliqua persona laicali in foro Ecclesiæ aliquam decimam, & ille à quo petitur, aduoet eam se tenere in feodum, de plano ipse faciet fidem coram Officiali: & tunc Officialis reddet Curiæ illius, à quo dicta res mouebitur. Actum in Parlamento omnium Sanctorum.* Die & Cos. suprà relatis. Ast hodie alio iure vtimur, quum nuda profanarum decimarum exceptione fori translatiua reus sit ad suos Iudices reiiciẽdus. Alioquin posterius acta à sacro Iuridico Senatus improbaret: cognito saltẽ ἐν πλάτει in Curia, decimas, de quibus ageretur, in fide Regia, aut Regiorum positas esse, ac teneri beneficiaria lege. Idque ad prouocationes ex abusu factitatũ à Curia seduló obseruauimus. Prudẽter sanè. Cuius enim præcipua ac præparata, eiusdem est præparatoria cognitio. Ex dictatis Baldi in L. Ordinarij C. de Rei

Prisca forensis disciplina Gallica de summatim probanda clientelaris decimæ qualitate coram sacro magistratu, antequam reus profanæ istius decimæ nomine ad regiũ iudicẽ remittatur.

vendic. Sinautem Pontificius in eo genere cognoſceret, ſua nécne foret iuriſdictio, decimarum omnium notionem ſibi vſurparet hoc colore, quòd eas clientelares eſſe minùs probatum à reo prætexeret. Imò & noſtrate fori diſciplina admittuntur prouocationes à trina conformi pōtificum ſententia ad Regium Senatum, de iure decimæ, quàm nunc primùm appellans feudariam eſſe intenderit. Abuſus quippe in publicas leges nullo priuatæ partis ſilentio confirmatur, nec inde appellantium querela depellitur taciti conſenſus præſcriptione, compluriúmve ſententiarum conſimilium. Quandoquidem hæ ſi abuſiuè dictæ poſtmodum oſtendantur, nuſquam rei iudicatæ vim obtinuerint. Auctoribus Curiæ Placitis innumeris, quibus ego poſt aduerſarias patronorum actiones latis interfui. Nec diuerſum antea P. C. iudicarant 4. Nonas Martias. An. 1538. Riantio, & Thuano cauſidicis. Nobis verò in pari cauſæ argumento dicentibus pro Caſtelloclero Senatore, Curia partium tabulas penes ſe proferri decreuit. Menſe Iunio An. 1570.

Placitū Curiæ Die 4. Martij.

OMNIMODO conſtat, eos qui ſacræ Gallorum Iuriſdictioni præſunt, de petitionibus in rem conceptis minimè cognoſcere: quum ſpiritale tantum ipſorum ſit in perſonas iudicium, hominúmque mores, non in res prædiarias, ac patrimonia. Hæc enim vt profani iuris exiſtunt, ita profani iudicis imperio ſubiiciuntur. Teſte Fabro §. Item Seruiana Inſtit. De Action. cuius hæc fermè ſententia eſt, Francici pontifices, quibus

Confirmatur hæc regula Areſto Curiæ 5. Idus Septemb. ſeu die 9. Septembris. An. 1385. aduerſus Cabilonenſem Epiſcopū. Quod recitat Gallus Quæſt. 45.

bus actionum in rem notione eſt interdictum, de pigneratitia quoque ius dicere nequeunt. Eo ſpectant quæ ſcripſit Maſuerius accuratè. Tit. De Iudicibus & eorum iuriſd. Quocirca Arbrincenſi epiſcopo diem ritè dictum ad Curiam Pariſien. iudicatum eſt de vitioſarum Ædium refectione, quæ Epiſcopalis erant ditionis. An. 1391. & 1392. Vt Gallus enarrat, Regij tum iuris publicíque Regius vindex ac patronus. Quæſt. 225. 293. & 383. Arboricenſem hunc Neuſtriæ præſulatum multis nominibus effulſiſſe declarat horum ſeries Antiſtitum, ab Archidiacono Huntingtonenſi graphicè expreſſa, Anglic. & Norman. rerum ſcriptore luculento. In iis primarij feruntur D.D. Leontius, Paternus, Senator, Seuerus, Aubertus, Rahentrannus, Horgotus, Hugo, Iohannes, Mangiſus, & alij plerique. Sed ne ab inſtituto digrediar, Curiæ itidem probata eſt Viromandui Prætoris cognitio inter Clericos de ſumptuum æſtimatione recèns fulti ædificij, quod Laudunenſi Eccleſiæ dominij iure competebat. S. Conſulto An. 1390. Apud Gallum Quæſt. 187. & 291. His applicatur inſigne Karoli 6. Regis diploma *De immunitate & reparatione Eccleſiarum*. Pridie Nonas Octob. An. 1385. Quod quidem ad verbum deſcribitur In Stylo Parlam. Idipſum etiam Prætorianus Germanici imperij Senatus decreuit. Pridie Nonas Iunias. An. 1550. Inter Priorem Conuentúmque vallis D. Matthiæ, & Theodoricum De Miledung, in Cæſareo Prætorio contendentes. Quin & Germanicum hoc Conſilium eo pro-

Fabri verbā, Prælati Regni Frāciæ, quibus vetitum eſt ne cognoſcant de actione reali, nō poſſunt etiā cognoſcere de hypothecaria.

Arbrincenſes Normaniæ Epiſcopi.

Die 6. Octobr.

Imperialis Camera Germaniæ.

Decretum Cæſareæ Camerę Germanicæ.

Die 4. Iunij.

duxit regulam superiorẽ, vt si Clericus venditor ad rem defendendam vocatus esset in forum Principale, eo casu laudatus auctor minimè ad Pontificios iudices relegaretur. Sicuti à Germanicis Patribus iudicio decisum est Non. Iuniis. An. 1537. Laurentio Morings, & Margareta Statichen litigatoribus. Ex Baldi opinione in L. 1. Cod. Vbi in rem act. Et Panor. in cap. vlt. De empt. & vendit. De quibus consule Obseruationes Iudicij Imperialis Cameræ apud Mynsingerum. Obseruat. 22. Centuria 1. Ac ne his vulgò notis immoremur, extat binus ea de re Tractatus Bertrandi Heduorum episcopi Cardinalis. Priore, controuersa Pontificiæ Regiæque Iurisdictionis capita numero. 66. digeruntur secundum Ecclesiasticos Galliæ Magistratus contra Cunerium Principis causidicum, diuersæque partis assertorem: Altero delibatur vtriúsque Imperij origo, sacri seu Pontificij, tum Ciuilis ac profani. Siculis itidem certa causarum genera præscribuntur Lege Regni, in quibus Ciuilis Iudex clerici lites dijudicet, cum profano altercantis. Puta, in interdicto Vndeui, vel Vtrobi. Quemadmodum liquet ex 3. Capitulis Regni Neapolitani, quę etiamdum vsu recepta commemorat Afflictus, Decis. Neapolit. 85.

Arestũ Imperialis Cameræ Die 5. Iunij.

Bertrãdus Heduorum Pontifex causam tẽplorum, iurisdictionemq; tutatus est.

Neapolitana Lex Regia.

LIMITA prædictam sententiã in profana Episcoporum ditione, cui Iurisdictio annexa est, fundi velut appendix. Hæc enim Iuris dicundi potestas, licet pontificis nomine, auctoritatéque exerceatur, profana tamen remanet, prędiaria, & in rem actionum dirimendarum capax: Nihil enim commune

commune habet tale iuridici Imperij genus cum sacro ac spiritali, quod Hierarchæ officio coniunctum est. Quales in sacris Germaniæ præfecturis audio Principatus esse quamplurimos. Istic enim Principes haud soli vocantur tres illi Archiepiscopi, quorum cum aliis Septemuirali suffragio deligitur Germanus Augustus, verùm & reliqui penè Germanici Præsules. Horum enim profana iisdem, quibus sacra ditio, finibus continetur. Inde Herbipolenses Episcopi, Oriẽtalis simul Franciæ Duces appellantur, ab eximio illo clarissimorum Heroum munere, Pipini, & Karoli Mag. qui Apostolicis Zachariæ auspiciis Ducatum Episcopatui connexum esse perpetuò voluerunt. Qua de causa Antistes, dum sacra facit, pontificali cultu, sumptísque infulis, nudum ensem habet ad Aram maximam collocatum, Iuris indicem Vitæ Necísque penes huiusmodi Episcopos, ex Franciæ Ducatu Orientali. Hinc tritus antiquorum ore versiculus, quem & profano suo anulo incisum gestat Herbipolensis pontifex.

Herbipolensis sola, ense iudicat stola.

De eo plura Bruschius in catalogo German. Episcop. & Laurentius Frisæus In Herbipolensium Præsulum Historia. Ad huius Episcopi Senatum ceu Capitulum emissa est Innocentij 3. Epistola Decretalis, Illud. De maior. & obed. & Cap. Illud De Cler. excommun. minist. Sarmaticos rursus Cracouiæ episcopos Boleslaus Princeps Ducali iure in bonis suis esse iussit: Cuius & Vvladislaus 1. decessor Ecclesiam Cracouiensem donarat Pa-

Sic Tridentinæ ciuitatis dominº est Episcopº, Germanicique Prĩceps imperij appellatur. In his S. Virgilius inclaruit, Tridentinus Pontifex, Christi martyr. Circa annum Salutis 383.

Profanos hosce Præsulũ dominat consirmãt quæ de Episcopis dominium temporale habentibus notat Thomas Campegius in Tract. De potestate Roman. Põtif. Tũ Reginaldus Polus in lib. de Summo Pontif. Christi in terris vicario. cap. 43.

Herbipolis, lingua patria, Vvirciburgũ.

bianicensi Comitatu. Vt est apud Chromerum Polonicæ Hist. Lib. 5. & 9.

De Cameracesi antistite.

Belgicus item Samarobrinæ Prę̃sul scribere solet, Dux Cameracensis, S. Imperij Princeps, Comes Cameracesij. Pari modo Eburonum Antistes vulgò iactatur Germanici Princeps Imperij, Dux Bulionensis, Francimontis Marchio, Lootzensis & Hasbaniæ Comes. Vt elegãter traditum est à Guicciardino in Belgiographia, de Episcopo ac Principe Leodiensi. Huius diœceseos protopresbyter fertur à Ioh. Placentio Hubertus Bertrandi filius, Aquitaniæ Ducis. Annum circiter 700. Cuius idem successores recitat Floribertum, Fulcarium, Agilfridum, Gerbaldum, Valcandum, Pirardum, Hircarium, Franconem, & alios permultos, ad sacram vsque Erardi Marcæ Præfecturam, qui à summo canonicorum Collegio designatus fuit Eburonum pontifex. Pridie Calend. Ianuar. An. 1506. In Cathalogo antistitum Tungrorum, Traiectensium, & Leodiorum. Et hic quidem Eburonum Præsulatus in sacra iurisdictione paret Agrippinensi Vbiorum metropoli, vt docet Innocentij 3. Rescriptum ad Iemblacensem Abbam Cap. Sicut. De Simon. Tungrensis autem Ædis Præfecti Rodulphi Riuei Liber celebratur De canonum obseruatione, Clericis commodissimus; vt canonicam vitam professi, in canonicis officiis canones seruent, Romanæque præcepta Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum manu tradita instituta.

Ioh. Placentius Trudonẽsis, Dominicanus.

Leodienses Episcopi.

Die vlt. Decemb.

Radulphus De Riui, Tungrensis Decanus.

RVRSVS in noſtra Gallia paſſim conſpicias Eccleſia-

Eccleſiaſticos magnates, Ciuitatum vt Epiſcopos, ita Duces Comitesq; : nec eorum diœceſim à dominatu ipſo ſecerni ac ſeparari. In iis primas tenent Sexuiri Franciæ Eccleſiaſtici, ceu Gallicæ Curiæ Patritij: Quorum cum Præſulatu priores tres Ducalem, poſteriores Comitum titulos gerunt. Speciatim Rhemorum Dux, ſimul vt Pontifex, dictus ex Regia Ludouici Tranſmarini beneficentia. An. 929. Ex quo Decurionum vrbis collegium Præſul inſtituit antiquitùs, ſaltem comprobauit, iuridicámq; illorum poteſtatem, Tranſactionis ſpecie quadam, nonnullis additis priuilegiis veriùs Ducem prodentibus quàm Archiflaminem, quorum hæc fermè ſumma fuit. *Gulielmus Dei gratia Rhemorum Archiepiſcopus &c. Volumus igitur quod Scabini Ciuitati reſtituantur, qui communi aſſenſu omnium veſtrùm de bannalibus noſtris, 12. electi nobis præſentabuntur, & ſingulis annis in capite ieiunij renouabuntur, & iurabunt quòd vos iuſto diiudicabunt iudicio. Et ſi quis forte communiter electus Scabinus eſſe noluerit, nos illum faciemus ſtare Scabinatui, ſi tamen vires corporis ſufficientes habuerit. Verumtamen ſi vos in eligendis Scabinis concordes non fueritis, nos, prout nobis expedire nouerimus, Scabinos inſtituemus. Si verò iidem Scabini aliquod iudicium fecerint, quod non ſatis rationabile videatur, ſi errorem ſuum recognouerint, abſque detrimento bonorum ſuorum illud nobis emendabunt. Si autem perſtiterint, & aliquis eos de falſo iudicio voluerit impetere, conuicti illud per iudicium Curiæ noſtræ nobis emendabunt. Concedimus etiam, quòd ſi Burgenſis in banno noſtro conſtitutus in*

Ludouicus 3. Galliæ Rex Artoldũ, qui Rhemẽſis erat Archiepiſcopus, Rhemorũ etiam Principatu donauit. an. 929. Auctore Elodoardo. Vt præmonuimus Lib. 3. De Domanio Frãciæ. Tit. De hæredit. Patriciat. Gall. Cum noſtris in eoſdem Annotat. Niſi quòd illic, chalcographi inertia, loco huius numeri (929) ſcriptum legitur, 829. Et loco huiꝰ dictionis, Ludouicus 3. ſcriptũ eſt, Ludouicus pius.

Rhemenſiũ Ædilium iuriſdictio approbata eſt Senatus Placitis. Nonis Decẽb. ſeu Die 5. Dec. An. 1541. 4. Idus Martias, ſeu Die 12. Mart.

1546. & 13. Calend. Decēb. ceu Die 19. Nouemb. An. 1549.

causam tractus fuerit, dum ordine iudiciario se tractare voluerit, neque ipse, neque res eius capiantur: Sed fidem dabit quod pro exequenda iustitia obsides imponet, si possit: Et si obsides habere non possit, fidem similiter dabit quod iudicio scabinorum stabit. Si verò nec domum, nec hæreditariam rem habuerit, obsides dubit: Et si obsides non habuerit, corpus eius detinebitur, quoúsque iustitiæ complementum prosequatur. Ad hæc, si quis bannalium nostrorum furtum, vel murtrum, vel proditionem commiserit, & foriffactum manifestum fuerit, ipse, & res ipsius in voluntate nostra erunt. &c. An. 1182. Cuius Transactionis tabulas Philippus 2. Rex, & Lucius 2. Pontifex Max. eueſtigio confirmarunt. Iisdem verò Senatus lucem, interpretationémque attulit nuperrimè: Decreto percelebri, quum Nos pro Rhemensibus Tribunisplebis, & Cauchonius pro Archiepiscopo, longa oratione dixissemus. Iudicatum enim, vrbis Decuriones rectè prouocasse ab Antistitis Iuridico: Ita quidem, vt quoties irrita, & inualida pronuntiaretur Ædilium huiusmodi electiō, non propterea horum creandorum ius quasi desultorium ad Archipręsulē deuolueretur: Nisi iusti suffragatores contrariis studiis in deligendo Ædilium collegio scinderentur, quemadmodum prædicta Pactione comprehensum erat. Aresto Curiæ Pridie Idus Decembres. An. 1575. Cui sacræ Pontificum Leges conueniunt in Cap. quoniam. De iure patron. Cap. bonæ. Cap. cùm Vintonienſis. De Elect. Cap. gratum. De postul. prælat.

Rhemi iam tū Iuly Cæs. ætate suo iure suisque Legibus vtebantur, communésque cum Suessionibus magistratus habebant. Nā etsi in Gallia facilè principes censerētur Hedui, tamē Rhemi secundū locum dignitatis obtinebāt. Lib. 2. & 6. De bello Gall.

S. Cōsultū Die 12. Decemb.

PRÆTER Gallici Patritiatus Ecclesias, sunt & aliæ

& aliæ quædā non minùs profano præditæ, quàm sacro dominatu. Briuatēsis nempè Aruernorum, cuius Canonici Ecclesiæ, Comitum se titulis hactenus venditarunt. Nec aliter Claromontanus Aruerniæ Præsul Comitem se eousque iactitauit, quoad veteris fiduciæ lege ab eo condixit Comitatum Aruerni quondam Reguli hæres. Quadruplex enim omnino habetur in Aruernis Principatus. Ducalis videlicet Aruerniæ dignitas, qua tota primum regio decorata est à Iano 2. Rege in Iohannis filij gratiam, Biturigum Ducis. An. 1360. Tum Claromontis Comitatus, quo Vrbs ipsa duntaxat olim cum vrbano populo continebatur. Vt liquet ex antiquo Instrumento temporariæ illius fiduciæ in Robertum Vidi Comitis fratrem antistitem Claromontanum. Alius rursum existit Aruerniæ Comitatus, septem oppidulis constans in Claromontano territorio: Cui fiduciaria illa lege adiecta est postliminio ciuitas Claromontana. S. Consulto secundum Catharinam Galliæ Augustam, quæ Vidi Comitis hæredem se gerebat, aduersus Claromontis episcopum. De hoc Aruernorum Comitatu, vtpote gentili Turrianorum prædio, disceptatur à Montpenserio magnate cum Augusta in Senatu Parisien. Vt diximus Lib. 3. nostri Tractatus De Priuilegiis Rusticorum, Cum nostris in eundem Annotat. Numeratur postremò Aruernus Delphinatus, auitum Montpenserij dynastæ patrimonium. In summa, alieni non sunt ab Episcopali munere Principatuum tituli, vel repetita quidem priscæ Ecclesiæ

Briuate, Briosdé.

Alia multa Aruernæ Ecclesiæ Sodalitia profano agrorū dominatu maiore potiuntur. Eiusmodi est cœnobium Casæ Dei, sui ordinis caput, sub regula tamē S. Benedicti: Cui Prioratus complures subiiciūtur, D. Roberto Abba fundatore. Casæ Dei cœnobiarchæ rescripsit Innocentius 3. de Claromontanæ Ecclesiæ decanatu in Cap. 38. De Testib. in Antiq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacobus Nisibis seu Antiochiæ Mygdoniæ Episcopus, eiusdē ciuitatis Dux, rector, & Princeps.

Viēnenses Archiep. quorum primum Crescentium fuisse narrat Ado Viennensis in Histor. sextæ ætatis. Iulianus Viennen. Archiep, subscripsit Cōcilio Aurelianen. 2. Anno 20. Childeberti regis.

De festi Rogationū Institutione.

Gallican⁹ Ebredunensis archipræsul interfuit Concilio Aurelianensi 4. Emericus, Matisconēsi 2. Etherius Cabilonensi. Ad Gulielmū deinde Ebreduni Archiep. scripsit Petrus Cluniacensis Abba aduersus Petrobrusianos hæreticos.

Virdunenses Episcopi.

institutorum memoria. Nam à Theodorito Iacobus quidam refertur, eiusdem Ciuitatis & Princeps, & Præsul. Eccles. Hist. Lib. 2. Cap. 30. Postea autem cōstitutum est ab Vrbano summo Orbis Pontifice, vt Ecclesia fundos à Christianis oblatos reciperet, partiretúrque prouentus Clericis omnibus viritim, nihílque cuiuspiam priuatum foret, sed in communem vsum omnia impenderētur: quod hodie obsoleuit. Auctore Platina in Vrbano 1. Memorare possem Viennæ Allobrogum Archipræsules simul & Comites. In quibus Alcimus Auitus recensetur, Poëmatum scriptor Libris 5. Eiusdem Opusculum de consolatoria castitatis laude ad Fuscinā sororem extat, & de festo Rogationum Die instituto, Homilia ad populum Viennensem. Huic meritò Claudianum Mamertum adiungas, Viennensem Delphinatium Archipræsulem, cuius de Statu animæ volumen triplex circumfertur. Ebredunenses porrò Archiepiscopi Principésque vnà appellantur: vti Virdunenses episcopi pariter & Comites, ex preclara illa Comitatus donatione, quam Fridericus Comes in Haymonem episcopum contulit. An. 997. Eam Otho Cæsar confirmauit protinus, tum Erricus 3. Imp. ac Balduinus demum Gottofredi Bulionensis frater: cuius maiores armis hunc eripuerant Ecclesiæ dominatum. Hæc omnia latiùs explicante Vvasburgio Archidiacono Virdunensi in Belgica, præsertímque Virdunensium Historia. Ab eodem primarij Virduni antistites recitantur, Sanctinus, Maurus, Saluinus, Arator, Pulchronus,

chronus, Possessor, Firminus, Desideratus, Agericus, & alij innumeri ad vsque Nicolaum Psalmum, qui suffragantis Cleri consensu adeptus est Episcopatum Virdunensem. An. 1548. In hac Prę-sulum serie eluxit, Bernardi seculo, Henricus Virdunēsium pontifex, ad quem Bernardus ipse scripsit Epistolam, numero 62. suarum Epistol. Sed Agericum illum laudibus vexerat multo antea Fortunatus, hoc Carmine manuscripto:

In templis habitando piis sic purus haberis,
Vt tua corda, pater, sint pia templa Dei.
Eligit in tali Christus se vase recondi,
Quam sibi purgauit, possidet ipse domum.

II NIL igitur vetat, Baldi opinione, quo minùs Ecclesiastici homines ex insigni feudo Regi deuinciantur sacramento clientelari. In Cap. Nimis. De Iureiur. E diuerso quoque Otho Mag. Cæsar tres subiecit Insubrum Archiepiscopo ditiones in agro Mediolanensi, quæ eoúsque regibus fuerant subditæ, Comitatum Parabiagi, Seprij, & Bazarię, Ducatum Burgariæ, Marchiamque Marthesij. Anno 962. Vt nouissimè omnium retulit Sigonius De Regno Italiæ Lib. 6. Quinimo Mediolanenses produnt Annales, Insubriæ Archipręsulem eo iure à Gregorio Pont. decoratum, vt vacante Italiæ regno, ipse post 14. dies prouinciæ suæ pontificum aduocaret concilium, atque ex eorū sententia regem constitueret, quem & ferrea corona, ex Theodelindæ præscripto, Modoëtiæ redimiret. Ne autem Francogalliæ finibus abscedamus, nemo ambigit, quonam exornata sit Prin-

Theodelinda Longobardorū regina oppidū Moguntiacum, deinde Modoëtiam appellatum, quod 12. millibus passuum aberat à Mediolano, nobilitauit, Regia ibi, & Basilica D. Iohanni Bapt. consecrata. Ibidem, exhinc, corona ferrea custodiri, atque ea ibi coronari Ital. reges sunt cœpti.

Rescriptũ Phil. Pulchri De Lugdunẽsi Comitatu ad Ecclesiam Lugdunen. pertinente.

cipatu Lugdunẽsis sacra Metropolis, summúmq; canonicorum Collegium Lugdunense: quorum singuli etiam illustri profanæ dignitatis honore Comites appellantur. Idipsum Regiis codicillis Philippi 4. exploratum est, in hæc verba. *Philippus D. G. Francorum Rex &c. Ad venerabilem igitur Lugdunensem Ecclesiam Regni nostri primam sedem inter cæteras Galliarum Ecclesias obtinentẽ nostræ mẽtis oculos conuertentes, libenter descendimus ad ea concedenda, per quæ diuinum obsequium in ea proficiat, & honores & cõmoda ipsius Lugdunensis Ecclesiæ fœcundiùs futuris temporibus inualescant &c. Considerantes insuper Comitatum Lugdunensem priscis temporibus ad Comitem Lugdunensem, Foresiique spectantem, ac postmodum ex permutatione facta cum dicto Comite qui tunc erat, ad ipsam Ecclesiam Lugdunensem, auctoritate tamen & consensu expressis nostrorum progenitorum Francorum Regum præhabitis, & ex eorum subsecuta confirmatione deuenisse. Nos volentes ipsam Lugdunensem Ecclesiam nedum frui prædicti Comitatus honore, sed honorem dignitatis huiusmodi latioribus terminis ampliari, dilectis & fidelibus nostris Ludouico archiepiscopo, capitulo, & ipsi Ecclesiæ Lugdunensi concedimus gratioſè, quod præfata Lugdunensis Ecclesia nedum à Comite prædicto quæcunque quæsita Lugduni vel extrà, sed & ipsam Ciuitatem Lugdunensem, necnon Castra, villas,*

Primatiã Gallicæ Ecclesiæ tenet Lugdunensis, seu Primatialem Sedem, eóque iure vtitur etiãdum, quamuis Senonum Metropolitanus à summa vetustate Galliarum & Germaniæ Primatem se esse contenderit, & (auctore Antonino) S. Sauinianus Senonum Præsul à B. Petro Galliæ Primas fuerit constitutus. Cap. 25. Tit. 6 Primæ partis Histor. Hodie ergo à Senonen. metropolita prouocatur ad primatem Galliæ Lugdunensem. Cui tamen Rothomagen. & Quã de re nos Sacra Galliæ

Lugdunensis Tabulæ, quibus ius in Vrbe Permutatione

Rhemensis Archiep. vsu forensi minimè de facto obediunt.

Lib. superiore Tit. vlt. Artic. 14. & Lib. 3. De Domanio Franciæ, Tit de regis initiatione.

Historiæ Lib. 2. Cap. 37. & 38. describuntur ad literam Conuentionum Guyschardus Lugduni Archiepiscopus acquisiuit multa superioris dominat & territorio Lugdunensi, quæ habebat antea Guygo foresiensis Comes. scilicet cum eo inita Anno 1173.

feoda,

feoda, retrofeoda, terras, possessiones, & iura quæcunque sub Ecclesiæ ipsius iurisdictione, seu Baronia quomodolibet existentia: Omnémque temporalitatem suam ipsa Lugdunensis Ecclesia perpetuò in Comitatum habeat Lugdunensem, & sub titulo dignitatis & prærogatiuæ specialis Comitatus, & Baroniæ tota temporalitas ipsius Ecclesiæ Comitatus Lugdunensis sit exnunc nostra Regia auctoritate firmatus: Sicque eam volumus Comitatum Lugdunensem perpetuò in posterum appellari: Deincépsque sub priuilegiis & honoribus Comitatus & Baroniæ perpetuò futuris temporibus censeatur, & iure Regio in omnibus perfruatur. Mense Septembri. An. 1307. Lõgè verò antea Erricus 3. Rom. Cęsar in Lugdunensem Ecclesiam Politicum sibi imperiũ arrogauit, supremámq; Ciuilis in eum Clerũ Politiæ auctoritatem. Oborto enim iis temporibus de sacra Lugdunensi Sede dissidio, interuenit Germanorum Augustus, Cæsareáque potestate vsus est ad ciuilem Ecclesiæ discordiam componẽdam. Auctor Glaber Rodulphus monachus Cluniacensis, qui ad cœnobij huius Odilonem antistitem scripsit sparsim De Rebus à Rodulpho, Lothario, & Roberto Franciæ regibus gestis. Horum quippe ætati suppar inclaruit Glaber paulò post annum 1040. Vt constat ex Lib. 5. eiusdem Historiæ nondum typis commendato.

Ad Florentinum Cadurcorũ antistitem scripsit epistolã Paulinus Nolanus episcop⁹, vt pro eo Deũ oraret. Boëtius autem concilio Aurelianen. 1. Sustratius Aurelianensi 2. & 3. & Maximus Aurelianensi 5. Cadurcorum præsules subscripserunt. Ex Tomo Concil.

12 BELGICIS, Celtarumque Ecclesiis subdamus Aquitanas, profanam obtinentes ditionem intra suarum diœcesum pomœria. Admonẽt nos Itali ipsi, Albiam Cadurcorum profano teneri, ciuilique Cadurcensis Præsulis dominatu: Olim

Universidad de Deusto
Biblioteca

certè Episcopus dimidiam ciuitatem permutatione transcripserat Franco regi: sed cum hoc pacto, vt semel alienante Principe, res ad Ecclesiam rediret solido iure. Etsi igitur Princeps necessariis dehinc publici fœderis rationibus adactus manciparit Anglo hosti ius suum in Cadurcensem vrbem: Ex cautione tamen permutationi dicta, I. Consulti redhibitorię legi locum esse responderunt videri. Vnde & Episcoporum deinceps in ciuitatem imperium redintegratum. Rotæ sententia Decisionéque 849. De Pactis In antiq. Eodem vocemus Anicien sem Ecclesiam, cuius beneficiarium se iam olim clientem agnoscit Bigerronum Comes. Sicuti de eo pluribus agit Panormit. Responso. 3. Volum. 2. Perbellè verò derisus fuit à Richardo Britannorum Rege Episcopus Dunelmensis, à quo ingens ille auri pondus corraserat, vt Præsulem, eundem regionis Comitem instituere-

Bigerronũ seu Bigorrensis Comes, apud Aquitanos, Episcopi Aniciẽsis seu de Podio feudatarius. Ex Consilio Panormit. hic citato.

ret, adunato in posterum Episcopatui Comitatu. Ex quo ita Princeps iocabatur: *E vetusto Episcopo, nouitium Comitem mirus ego artifex feci*. Vt refert Guilielmus Neubrigensis Rerum Anglię. Lib. 4. Cap. 5. Quoniam autem hoc Opere mihi decretum non est profanam Antistitum ditionem, iurisditionémq; latiùs excutere, cœptum iam Ecclesiasticæ iurisdictionis cursum persequamur. Tantũ istic notasse sufficiat, Gallos pontifices in summis Regum nostrorum Tribunalibus sessionis ius habere, simul & dicendę sententiæ in publica causarum disceptatione. Sicuti enim antiquitùs Francici Præsules solebant maioribus Galliæ comitiis interesse

Vilelmi Neubrigẽsis Historia perducitur ad Annũ vsque 1200: Cui inserta quoque est transactio Richardi Angliæ regis Ducisque Normanici cum Archiepiscopo Rothomagensi de reb⁹ Rothomagensis Ecclesiæ inter eos cõtrouersis.

interesse: quum Ludouicus Pius rerum potiretur. Ita iis postea sedẽdi in Senatu decretus est honos: Parisiensi quidem episcopo, & Dionysianæ ædis antistiti, in quolibet Curiæ secretario citra exceptionem: Reliquis autem Franciæ Præsulibus, in primario tantum Curiæ Auditorio, publicis tum causarum actionibus occupatę. Quemadmodum à Patribus Paris. statutum est Aresto 3. Calend. Maias. An. 1402. & 4. Kalend. Maias. An. 1463. Idémq; in summa Curia apud Aquas Sextias custodiendum edixit Ludouicus 12. rex. Lege Lugduni lata Mense Quintili. An. 1501. Artic. 8. Quanimirum Lege Phocensis prouinciæ Senatũ Princeps instituebat.

S. Consultum Die 29. Aprilis. An. 1402. & Die 28. Aprilis 1463.

Regiũ Aquense Parlamentũ Comitatus Prouinciæ Gallicæ.

13 PRÆFECTVS sacræ Iurisdictioni non ritè cognoscit de re profana, sed in rem actionum, quæ sacræ decimæ iura respiciunt, iustus iudex est, legitimúsque disceptator. Ecquid verò de petitione decimarum in foro Ecclesiastico, ante persoluta possessoriæ litis impendia? Pone enim, Lucium interdicto vti possidetis victum fuisse (placito Curiæ) aclitis sumptibus, eóque quod aduersarij intererat, omnino mulctatum. Victori deinde, restituta possessione, dependitur nummaria eius æstimatio, quanti sua interfuit. Sumptuariis tamen litis rationibus nondum initis, condemnatus mouet alteri petitoriam decimarum quæstionem apud Pontificium Iuridicum. Huic reus opponit moratoriam iudicij translatiuámque exceptionẽ: fretus Constitutione Principali, ne cui ad Episcopum appellare liceat quempiam petitorio iudi-

Possessoriæ instantiæ expensis non solutis, condẽnatus non potest agere petitorio in Curia Ecclesiastica.

cio, nisi lata de interdicto Sententia priùs mandetur executioni, non nuda quidem in possessionem missione, sed repræsentato etiam eius pretio quod interest. Edicto An. 1539. Artic. 49. Ad ea petitor, legis prohibitoriæ verbis non contineri litis sumptus. Diuersam esse talium impendiorum naturam ac conditionem à possessione, & eo quod interest, antea reo ipsi adiudicatis: De quibus tantum cauit nominatim Regia Constitutio supra scripta. Nihilo secius, reo dilatoria iudicij præscriptione summoto à pontificio magistratu, Curia abusiuè summotum pronuntiauit. Aresto 10. Calend. Decemb. An. 1543. Aduersum quæ scio à nõnullis sic obiectum iri, nihil cõmune esse ei quod interest cum litis sumptibus, nec damni nomine vllo modo in litem expensa significari. Vt sensit Bal. in L. 1. Cod. Vnde vi. Ex Cap. in nostra. De iur. & Argum. sententiæ Iaboleni. In L. Quibus diebus. §. 1. ff. De condit. & demonst. Vnde consequens videatur, Principis legem vno casu conceptam ad alios minimè produci lubrica, ancipitíq; interpretatione oportere. Verùm eadem vtrobiq; Regij Edicti versatur ratio, cum patrimonij diminutio quæuis damnum censeatur. Responso Iulij Pauli in L. 3. ff. De damno infec. Glos. in Cap. 2. in verb. damnis & iniuriis. De offic. ordin. in 6. Impensis autem minui admodum patrimonia testatur Vlpianus in L. Ius alimentorum. D. Vbi pupil. educ. Itaque nihil nouum, possessoriæ litis sumptus, etsi verba deficiant, legislatoris mente comprehendi. Quibus proximè accedit præclara illa Boërij disputatio de litis impendiis, & eo

Rursus Edicto Præsidaliũ Iudicum latũ interponitur discrimen inter litis expẽsas, & id quod ĩterest, quoad rei æstimationem & quantitatẽ, de qua supremo iure Præsidales cognoscũt Magistratus An. 1551.

Decretum Senatus Die 22. Nouemb.

Appellatione expensarum rei pretiũ non continetur L. Quibus. §. quidam ita legauerat. D. De Condit. & demõstrat.

quod interest. In Decis. Burdegalensi 52.

14 VSV receptum non est in Gallicis tribunalibus rescriptum Clementis 3. De prudẽtia. De donat. inter vir. & vxo. Pontificiæ notionis esse iura dotium, perinde ac nuptialis sponsionis, iudicióque terminata matrimonij controuersia, iustam dotis cognitionem in Prætorio Episcopi superfore. Ast moribus nostris, vinculo tenus connubiali, tanquam Ecclesiastico sacramento, Præsulum est profanis ius reddere. Eo autem officio functis nulla supereſt de dote iurisdictio, nec de nuptialis quidem muneris restitutione, tametsi coniugalium pactionum arrhabonis & appendicis cuiusdam, ex Leonina Constitut. vlt. Cod. de spõsal. & Arris sponsalitiis. Placito Ord. Amplis. 3. Non. Decemb. An. 1571. Danesio, & Ramato causæ patronis. Planè integra lite, necdum episcopali iudicio dirempta, multum referre arbitror, an quis libello pręcipuè citatus sit ex nuptiali fœdere ac pollicitatione. Tũc enim licet rei citationi adiiciatur vulgaris clausula, *In causa matrimoniali, dotis, & alimentorum.* tamen abusiuè citatũ nõ esse reum P. C. decreuerũt. Aresto 16. Kal. Martias. An. 1533. Capello prouocantis causidico. In hunc sensum Gratianopolitana Delphinatium Curia iudicauit ex Decij opinione, libellum Antistiti porrectũ valere, dotis restitutorium vnà cum thalami coniugalis ob adulteriũ mariti solutione. Id quod Decius ipse scriptis mãdauit de Gratianopol. Senatu. Consil. 212. Quũ verò profanus aliquis pure in ius vocat⁹ esset ad Pontificios Prefectos dotis ergò &

Nec incidenter quidem de dote Ecclesiasticus iudex, decisa interim matrimonij quæstione, cognoscit in Gallia.

Lex Leonis & Anthemij Impp. De Arris sponsalitiis.

Aresium Die 3. Decemb.

Decretum Senatus Die 14. Februar.

alimentorum, nulla sponsaliorum, conuentíque matrimonij iniecta mentione, hunc abusiuè vocatum Senatus iudicauit. 3. Nonas Februar. An. 1549. Nec enim ambigitur, profanas esse dotes, seu dotium causa institutas actiones. Nam ethnica quoque Gallorum vetustate, pacta dotalia celebrabãtur identidem: quibus deficientibus, succedebat patrius Galliæ mos, vt viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine accepissent, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicarent: huiúsque omnis pecuniæ coniunctim ratio habebatur, fructúsque seruabantur: Vter eorum vita superasset, ad eum pars vtriusq; cum fructibus superiorum temporum perueniebat. Vt est apud Cæsarem Lib. 6. De bello Gall.

Placitũ Curiæ Die 3. Februar.

Nihilo amplius Ecclesiastico iudici ius est cognoscere de dãnis & interesse petitis in quæstione matrimonij, quàm de dote vel aliis rebus pecuniariis, quæ totæ sunt profanæ. Alioquin Põtificio Iuridico, de eo quod interest propter matrimonium non impletum pronuntiante, locus erit prouocationi ad Senatũ abusus causa. Vt pluribus Arestis est iudicatum.

ECONTRARIÒ sciendum de profano magistratu, obiter matrimonij statum discutiẽte, nunquid valeat quod ab eo gestum fuerit? Sic habeto: Aut in petitionem hereditatis incidit mera facti quæstio, contractum sit necne coniugium: eo casu legitima est Regij prætoris cognitio. Opinione Bartoli in L. omni innouatione. Cod. De sacrosanct. Eccles. Sinautem de iure connubiorum quæratur, puta, de præcedẽti nuptialiũ sacrorum impediмẽto, vel si qua alia canonica ratione conuellatur ius statúsque matrimonij, de eo sacrum est iudicij tribunal adeundum, non Ciuilis magistratus; siue inciderit, seu principaliter mota sit connubialis controuersia. Bart. & Bald. in dict. L. Omni innouatione. tum in L. Quoties. Cod. De Iudic. Idipsúmque à Neapolitano Senatu regio discus-

discussum refert amplissimus eiusdem Ordinis senator Matthæus. Decis. Neapolit. 219. Similiter bonorum quæstio statui matrimonij incidens minimè iuris est pontificij, neque ab episcopi Vicario Iuridico dirimenda. Quemadmodum Honorij 3. Epistola submonitus est Ludouicus Francorum Rex, Cap. Tuam. De ordine cognit.

In Neapolitano Senatu disceptata Quæstio.

Nota obiter ex hoc Cap. Tuã, matrimonij statum, mortuis etiã coniugibus, agitari posse ad bonorum quæstionẽ decidendam. Quod & Senatus probauit Arresto Mense Febru. 1571. Magistro & Hamelio dicentibus.

16 ROGET hîc aliquis, nûm conuentio saltem de hæreditate à Pontificio notario perscripta fidẽ faciat in regio tribunali. Non videbatur: quum pontificiis Scribis haud aliud mandatũ sit scribendi argumentũ, notísue excipiendorum cõtractuũ, quam de re Ecclesiastica ac sacerdotali, & inter viros quidem diuino ministerio sacratos. More hoc à veteribus Francis recepto, qui in Regiam se Iurisdictionem mordicùs asserebant. Vt Faber recẽsuit in L. secundum Diui. De donat. Cod. Cuiusmodi vsus Lege Regia fulcitur, lata à Philippo 4. An. 1312. §. 20. Idémque summis nititur æquitatis rationibus, quas velut in aceruum congessit Lucas Pennatus in L. Prædia. Cod. de locat. prædior. ciuil. Lib. 11. Cod. col. 28. Exhinc Curiæ decreta citantur pleraque de pactorum tabulis, quæ pontificia auctoritate conscripta sint, signatorióque Præsulis anulo obsignata, non admittendis in foro profano ac ciuili. Placito Senatus 5. Nonas Quintiles. An. 1392. Quod diligenter animaduertit Gallus Quæst. 259. Mea autem fert opinio, ex talibus instrumentis, quibus signo suo paciscentes subscripserint, quæue interrogati agnouerint in publico foro, haud dubiam induci debiti pro-

Prisci Galli Regiæ Iurisdictionis auctoritatem obnixè tuebantur.

Aureliorũ Lege municipali, pacta scriptis redacta à notario Ecclesiastico nullũ pariunt ius hypothecæ. Artic. 364. Consuet. Aurelian.

Arestum Die 3. Iulij.

bationem. Hoc amplius iudicatum à Senatu, eum qui creditori cauisset obsignatis literis à pontificio pactorum perscriptore, iustè cogi æs alienum dependere accepto repromissore. Placito 7. Calend. Septemb. An. 1527. Tyrando, appellantis, & Ayraldo, Disquei creditoris, qui senator erat, causam orantibus. Alio item S. C. persimili 10. Calend. Apriles. An. 1552. Vilcotio, Gottofredi Cenami, & Marillaco, Hangesti Nouiomensis episcopi aduocatis. Sed huiusmodi Patrum Arestis causam dedit tabularum debiti agnitio apud Prætorem regium, vel Principale diploma exequendi illius instrumenti, quod põtificio anulo notatum erat. Alioquin ex Pontificiis pactorum literis, vti purè simplicitérque conscriptæ sunt, lege agere creditor nequit, aut pignerari, quod vulgari sermone dicimus *Exequi, & garnire manum:* Nisi aperta rei debitæ probatio religionem cognoscentis instruxerit. Decreto Curiæ 5. Kalend. Septemb. An. 1527. Reliqua in hanc rem disce ex Felino in Cap. Cùm dilectus. De fide instrum. Legib⁹ quoque Principum nostrorum statutus est Apostolicis notariis modus, regulæq; præscriptæ, quas prætergressis, nulla omnino fides habeatur, tanquam merè priuatis. Edicto Mense Septemb. & Octob. An. 1547. & Mens. Iunio. An. 1550. Hi proinde nil penitus agant, nisi Regiæ Sanctionis verbis, primùm probati sint, sacramentóque auctorati à Præsule ipso: deinde in numeros relati à Põtificio, Regióque prouinciæ actuario: ne vltra cõstitutum numerum ad eam vlli functionem assumantur.

Arestum Die 26. Augusti.

Decretũ Senatus Die 23. Martij.

Placitum Curiæ Die 28. Augusti.

Imperiales autem Tholosæ Notarios esse refert Benedictus, qui à Capitulariis seu Vrbis Decurionibus creati vbique terrarũ possint instrumenta conficere, quasi ex Imperiali auctoritate & antiquissimo Senatus Rom. Priuilegio. In Repet. Cap. Raynutius Verb. & vxorem, Decis. 5. De Testam.

mantur. Sin minus, quæ illi cumque scripserint publici muneris specie, nullius sunt momenti, vt luculenter tractat Decius Responso 169. col. 1.

Consiliũ Decij.

17 VICE versa, crebrò accidit sacerdotes creditori sese obstringere publica regij Tabellionis auctoritate, vel profanæ semet subiicere iurisdictioni: quia ipsi forsitan cum profanis versentur in cõmuni quodam plebeióque commercio, aut Regio munere, profanóve alio defungantur. Eósne credas ritè obligatos, iustéue ad regia euocatos subsellia? Quidni? Nihil enim rei clericæ professioni tam contrarium, quàm βίῳ πραγματικῷ, i. vitæ negotiationes, occupationes, profanæque curæ ad victum parandum pertinentes: quæ tantum dedecent Leuiticum ordinem, quantũ assiduus eum decet cœlestis Numinis cultus, cui deditus ipse est, deuotúsque, velut castrensi cuidam sacræ militiæ stationi. Scitum est enim Cypriani illud, qui militiam sectatur, postquam eius sacramento semel addictus est, eum res non curare domesticas, de victu quæstores prospicere, solum hunc militaris disciplinæ curam gerere, adeóq; præter Ducis sui militiam nihil aggredi, vt sit boni militis diffinitio. Epistol. Lib. 9. De exhortatione martyrij. Cap. 8. Ad Quirinum Lib. 3. Cap. 11. Eapropter Senatus Clericũ, à quo susceptа profana functio aduersabatur Ecclesiastico muneri, fori exceptione summouit, nec eum ad suos Iudices censuit relegandum. An. 1388. Apud Gallum Quæst. 235.

Clericos rerum prophanarũ negotiatores non iuuari priuilegio Ecclesiastici fori.

Quin & Clericus depositarius cogi potest per iudicem secularem, ex officio executiuè implorato, ad restitutionem depositi. Bal. In L. Acceptam. Cod. de vsur. Aufrerius in Decis. Capel. Tholos. 168.

18 DEFLENDA interim infœlicis huius seculi

In Sacerdotes, qui humanis rebus sese ambitiosius, quàm sacratos viros deceat, immiscent.

conditio, quo templorum sacerdotes tanto impotentiùs captant aulica negotia, ciuica, militaria, & id genus publica & profana, quanto pluribus vt sacerdotiis ditati sunt, ita Ecclesiis debuerant attentiùs ministrare. Sicuti & nouissima Tridenti Synodo illi admonẽtur. Sessione 6. celebrata Idibus Ianuar. An. 1547. Decreti de reformatione Cap. 1. Ast non minus inuiti quondam ad Aulas, relictis suis veluti caulis, quam ad castra pij trahebantur Episcopi. Quin & Sardicensis Synodus intonat aduersus degeneres & ambitiosos præsules, qui sacri immemores officij, desertóque gregis sibi commissi præsidio in Regiam cursitabãt, iubétque, vt Antistites alij quempiam sui ordinis conspicati excurrentem illuc, transeuntem grauiter interrogent, ecquo, & cur proficiscatur. Ac si vltro susceptam profectionem intelligant, eum suo, piorúmque consortio depellant, tanquam Ecclesiæ hostem, vel desertorem. Donatistæ insuper quum nostris inuidiosè obiicerent, *Quid Christianis cum Regibus? Quid Episcopis cum Palatio?* Id Optatus Afer refellit hoc nomine, quod Donatistæ ipsi palatinam, Aulicámque vitam ducerent: quam idcirco Africanis Christianis minimè omnium aulicis non poterant exprobrare. Eámque propemodum in sententiam scripsit Augustinus contra Petilianum in Christianos debacchantem, *Quid nobis cum Regibus seculi, quos nunquam Christianitas, nisi inuidos sensit?* Lib. 2. Cap. 92. Sanè turpissimum fuit illis seculis, sponsæ alligatum Ecclesię soluendi vinculi artes excogitare ceu diuortium,

Perstringuntur etiam à Reginaldo Polo sacrorum Antistites, qui se Regibus indies submittunt, templúsque in secularibus consumunt. Cap. 42. Dialogi insignis de Summo Pontif. eiúsque officio & potestate.

& è

& è stataria ad motoriam, turbulentamque Regij comitatus scænam se transferre. Erant sacri homines, Christi vineæ coloni, eiúsque Legati, ac mysteriorum œconomi, non Regum asseclæ, comites, & administri: Euangelistæ erant, non Satrapæ: Nomophylaces, non Nomothetæ: Ecclesiæ gubernatores, non Reipub. Pastores, non prædones. Cedo autem, vnde tot hodie fluctus, atrocésque procellæ, quibus Sacra Cymba agitatur? Multi videlicet transfugæ, sanctæque desertores stationis transuersi rapiuntur cæca aulici fastus, fumorúmq; ambitione. Id sensisse etiam videtur Gregorius 11. Pont. Max. Auenione sedens, qui cũ Italiæ bellis aliis super alia renascentibus arderet, nec modus vllus, finísue inueniretur, aut remediũ sanandorum, leuandorúmue malorum, consilium cœpit suæ vrbi Romæ sedis reddendæ: Impulsus ad hæc libero cuiusdam Episcopi responso, qui percontanti, eccur tandem sacros lares suos non inuiseret? Abs te (inquit) omnes pendemus, te sibi quisque proponit ad imitandum: Exemplo, non oratione tua Orbi terrarum opus est. Si genus humanum te roget, cur vrbem tuam Romam perdiu iam à suis desertam Pontificibus, tandem ipse non adeas? multò minùs habeas quod respõdeas, quàm ego, qui haud tam excelso loco sedeo, vt in me vnum omnium oculi conuertantur. Hęc intrepida vox, velut Numine, non humanitus missa, eos stimulos in animum Pontificis demisit, vt scelus nefarium existimaret eo se crimine non liberare, quod in alio damnasset. In Italiam cum

Ideóque Tridẽtini Concilij Sessione 23. quæ sub Pio 4. Põt. peracta est Idibus Quintil. An. 1563. sãcitum est, omnes Patriarchal. b°, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscũque præfectos, etiam si S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personal'ẽ in sua Ecclesia vel diœcesi residentiã. &c. Decreti De reformatione Cap. 1.

Purpurata cohors Pontificatúsque 70. annos in Gallia mansit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perbona parte Cardinalium, reliquis Auenione manentibus, transiit, tanta gratulatione, vt nullus illuxisse lętior dies videretur, reliquúmq; Pontificatum Romæ egit. Annum circiter 1375.

Si quos tamen Antistites è sacra prouincia euocarit in Regiam vel necessitas Ecclesię, vel publica Regni vtilitas, iis pro tempore liceat in aulico comitatu versari: A quibus præsertim diuinã legem capiat Princeps, exscribat, ediscat: Quos & fidos consiliarios, nec Politiæ tantum gnaros experiatur, sed vitæ bene agendæ magistros rectęque conscientiæ formatores. Ita mirè in Aula efloruit Ioïada Pontifex, Ioan Hebræum Regem optimis imbuens moribus ac institutis. Tales fuisse prædicantur Elias, Elisæus, Regum inunctor ac consecrator, Daniel cum collegis, aulici quidam Philosophi, qui à Principis latere non discedebãt. Sic Esdræ vicissim ac Nehemiæ sanctioribus consiliis adiuti sunt prisci Hebræorum, Babylonis, & Persidis Reges, domesticis vitæ suæ rationibus commonefacti, nil certius prouerbiali hoc schemate,

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσία.

Vetustis necnon Galliæ Regibus passim adfuere Ecclesiastici Nestores in familiari comitatu, quorum plurima mentio apud Turonensem, Aimoynum, Adonem Viennensem, ac cæteros Antiquitatis scriptores. Narrat Flodoardus Ludou. Pium, Gundebaldi monachi ductu solertiáq;, non modò è vinculis in libertatem, sed è priuato quoque habitu fuisse in pristinam Romani Imperij dignitatem

Huc pertinet exhortatoria Innocentij 3. Epistola ad Strigonienſem Archiepiſcopum, ne Pannoniæ Regem ſuum deſertũ incõſultúmque pateretur, ſed ei vt ſemper præſto eſſet auxilio, cõſilióque in votiua Syriaca expeditione. Cap. Non eſt. De voto.

tatem restitutum. In Francica Historia nondum typis commissa. Iberici pariter Reges Antistitum opera vsi sunt multoties, grauissimáq; in exteras prouincias legatione. Vt de Zamorensi Hispanicæ oræ Episcopo refert Alexander 3. Po. P. Cap. Cùm parati. De appellat. Testis est insuper Euodius, Victorem Augustæ Taurinorum episcopum, sub Zenone legationem obiisse cum Epiphanio Ticinensi pontifice rogatu Theodorici, ad Gundobaudum Galliæ Regem, pro Ligúribus captiuis redimendis.

20 QVINETIAM Reipub. clauum sacrati proceres haud pauci tenuere. Otho Mediolani Antistes diu multúmq; Insubrum rexit Principatũ, in suamq; Vicecomitum familiam, iactis nobilissimi dominatus fundamentis, possidendum trãsmisit. Anno qui fuit Deiparæ Virginis nonagesimus quintus supra mille & ducentos. Cui alterum facile subiicias, Iohannem Insubriæ Archipræsulẽ, qui Luchino I. fratre Principe mortuo, Sacri simul profaniq; iuris potestatem est complexus. Auctore Donato Bossio. In Mediolanen. Annal. Ac lõgo pòst tempore Gnesnensem Archiepiscopum Cracouię cum imperio reliquit Vvladislaus Sarmatię Rex, bellicæ expeditioni in Prutenos accinctus. Circa Annum 1415. Vt est apud Chromerum, rerum Polonic. Lib. 16. Quinetiam Bisetislaus 15. annis Pragensem simul Pontificatum tenuit cum Bohemiæ Principatu. Apud Pium 2. Bohemicæ Hist. Cap. 35. Citare possem Georgium Montis Oliueti monachũ Cardinalem, cui à Daciæ Vay-

Epiſcopi iure munereque legationis fũcti, ampliſſima Regum in eos collata poteſtate.

Euodius in vita Epiphanij.

Barnabas Christi Domini diſcipulus Mediolanenſis Eccleſiæ inſtitutor.

Donatus Boſſius Cauſidicus & ciuis Mediolanen. ſcripſit An. 1492. ad Iohannem Galeaciũ Mediolanenſ. Ducem. 6. De Rebus præſertim in Inſubria geſtis.

Nicolaus Curouius is fuit Gneſnenſis archiepiſcopus.

uoda, quæ hodie Transſyluania dicitur, decreta eſt filij tutela, rerúmque procuratio vna cum matre. Epiſcopus item Veſprimienſis à Leone 10. P. P. ſummis effertur laudibus, quòd Præfectus Croaciæ, Pannoniæq; prorex multos pro Repub. labores pertuliſſet. An. 1516. Lib. 10. Epiſt. Leonis Apud Bembum Epiſt. 23. & 24. Qua fermè tempeſtate Cardinalis Traiectẽſis Hiſpaniarum Prætor emicuit, tantíque regiminis faſces ſcitè & expeditè eſt moderatus. Ita, vt exacto iudicio Principis ſimul, atque Paſtoris officia impleret. His facilè adiungatur Mantuanus Purpuratus, Mantuani ſimul & Reguli tutor, & imperij gubernator. Quibus ætate maior Cardinalis Barroducanus Ambarro populo iurá dedit annis compluſculis tutorio Errici Ducis munere ac functione. Sed mehercle Antiſtites mallim (quum in Aula morari aliquando neceſſe habuerint) ſacrorum, quàm ſceptrórum rectores, Præſules, quàm Præſultores: Regum laterones, quàm latrones, ſeu Prouinciæ Præſides. Renouata nimirum vetere Ægyptiorum Regum diſciplina, quibus manè ſurgentibus, Sacerdos, ductis ad aram hoſtiis, de more precabatur bona omnia, & pro concione laudatos ad piam gratámque diis Superis vitam cohortabatur, malos item ipſorũ miniſtros criminari ſolebat. Expleto quoq; ſacrificio, illuſtrium Heroum conſilia actáque proferebat, quorum lectione exemplóque ſtimulatus Princeps imperio iuſtè, religioſè, & auſpicato vteretur. Nec abſimilem noſtris Regib⁹ præſtitiſſe operam ſe profitetur

Hic Cardinalis genere Belgi, patria Traiectenſis, creatus eſt Romanus Pontifex An. 1522. Adriani 6. nomine ipſi indito.

fitetur Lupus Ferrarienſis, ſiue Beltheleemitanus Terræ Gallię Abba. In Epiſtolari codice ab eo manu ſcripto. Sed ea quidem adhibita Aulici incolatus moderatione valdè Politica, vt Lupo ipſi, aliíſque Sacrorum prefectis liceret identidem Regio permiſſu remigrare in Eccleſiaſticas ſuas Præfecturas. Sicuti idem de ſe prædicat Lupus in Epiſtola ad Guenilonem Senonum Archiepiſcopum, cuius verba ex chirographo exemplari ſic habent. *Cùm ad Regem proficiſcerer, & præmiſiſſem ſciſcitatum, quid me facere vellet, & ipſe verò præcepiſſet, vt in feſtiuitate B. Martini ad monaſterium eiuſdem præclari confeſſoris ei occurrerem, eum verò vtilitas publica alio traxiſſet, miſsis iterum nuntiis per amicos obtinui cum gratia licentiam reuertendi. Cur autem, vt conſtituerat, Dominus noſter Rex ad S. Martinum non acceſſerit, hæc, vt nuncij noſtri retulere, cauſa fuit, quòd Britones ſibi præter ſolitum diffidentes, Regem noſtrum in Britanniam verſus euocauêre, vt pars quæ contra Nomenoium Priorem gentis Britonicæ ſentiebat, ad eum tutò deficeret.* Hæc Karolo Caluo Roman. Francíſque iura dicente.

Lupus hic vixit ſub Ludouico Pio, & Carolo Caluo Impp.

Idem de minoribus clericis Mileuitanæ Synodo ſub Innocentio 1. placuit Can. 20. vt neceſsitate abſentiæ apud Epiſcopum loci allegata, Formata ab eo accepta, delatáque ad comitatum epiſtola pergerent, ſine qua pergentes à ſocietate fidelium amouerẽtur.

21 CHRISTIANIS ergo Paſtoribus haud vſquequaque nefas ſit à ſacra abeſſe Diœceſi. Ambroſius enim Inſubrium Antiſtes legationem in Gallia geſſit, pacis inter Maximum pſeudocæſarem, & Valentinianum Imp. conciliandæ cauſa. Vt idẽ in Epiſt. 27. ad Valentinianum atteſtatur. Huic tempore æqualis ſanctitateque D. Martinus, qui aſſiduè in Epiſcopali munere verſabatur, eiuſdem tyranni Maximi comitatum ſubiit neceſſario, Tu-

ronibúsque Treuirorum Augustam est profectus cùm ob alia, tum pro Narsete Comite, & Leucadio Præside, Gratiani partium pertinaciùs studiosis. Præcipua autem illum cura piáque tenebat sollicitudo, ne Tribuni cum gladiorum iure ad Hispanias mitterentur in Ecclesiarum excidium, sed missi, in patrios penates reuocarentur. Talium exemplo studióque, nihil vetat, quominus Episcopi non aulas modò, sed castra etiam sequantur aliquandiu. His enim Sardicensem Canonem Gratianus accommodat. 23. quæst. 8. §. reprehenduntur. & seq. Can. Si vobis. Non vt armis quidem illi suppetias Principi ferant, sed eum cum exercitu, obsecrationibus habitis, concilient Numini, & sanis consiliis iuuent. Sanctorum enim Patrum contubernio tegitur admodum Regalis publicúsque regnorum Status: vt non minus orantium Christi, quàm pugnantium Regis militum præsidio hostes à patriis finibus arceantur. Quod animo meditans Mascelzer Gildonis Africæ comitis germanus non aliud præsentius sibi remedium proposuit vlciscendæ fratris perfidiæ in Theodosij Cæs. liberos, quàm si Clericorum satellitio stipatus, qui Christianis armis, ï. piis precibus accincti in iisdem secum agerẽt castris, cum hoste dimicaret. Itaque insomni nocte orationibus hymníque transacta, Mascelzer incruentam victoriam reportauit, octogenis armatorũ millibus à quinque millium exercitu in deditionem redactis. Quemadmodum refert Diaconus in Arcadio, & Honorio. Eam autem victor implorandam Sa-

Sic B. Bernardus ad Senonẽ. Archiepiscopũ scripsit, vt Principibus Episcopi sedulò adsint in eorũ curiis, consiliis, negotiis, & exercitibus. Epist. 42.

dam Sacerdotum opem didicerat à Theodosio illo Principe, qui non tam suis auspiciis, profanáque bellatorum, quàm elata Christianorum ad Superos manu hostiles copias profligarat, oborto sæuientium nimborum impetu consternatas retróque collabentes. Id quod meo iudicio graphicè depinxit Claudianus hoc poëmate.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutáque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas. &c.

TITVLVS. 2.

DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS Pontificum cognitionibus.

1. 2. *De sacerdotis salario quatenus contra laicum cognoscat Episcopus.*
3. *Statutum Delphinatus De foro Ecclesiastico.*
4. *Gallic. Ecclesiarum colonos non facile vti priuilegio fori Ecclesiastici.*
5. *Secus in Polonia.*
6. 7. *Ædituos de rationibus fabricæ administratæ coram Episcopo non esse conueniendos.*
8. *De visitatione diœcesis per Episcopum & Archidiaconũ.*
9. *An Clericus, nondum subdiaconus, habeat priuilegium in causa criminali.*
10. 11. *Quænam crimina Pontificiæ purè coercitionis.*
12. 13. *De temporali iurisdictione Capituli S. Benedicti Parisien.*
14. 15. *Vsurarum crimen Regiæ necne sit cognitionis, an mixti fori.*
16. *Quarumdam Ecclesiarum priuilegium in Regij iuris criminibus diiudicandis.*
17. *De moribus seculi Parerga.*
18. *Laicali iurisdictioni Prælatorum soli laici præficiendi.*

Varia multiplexque Pontificiorum iudicij cognitio ac iurisdictio.

POTESTAS non solum ordinarias amplectitur cognitiones, de quibus carptim suprà, sed extra ordinem quoque cognoscentes tuetur: modò ne in alienas irruant profanæq; iurisdictionis possessiones. Nam & Præses prouinciæ de mercedibus ius dicere solebat extra ordinem, & publica iudicia eodẽ modo exercere, vt ait Vlpianus Lib. 8. De omnibus Tribunalibus in L. 1. π. De extraord. cognit. Paulus Libro singulari De publicis iudiciis. In L. Ordo ϖ. Eod. Tit.

De Sacerdotis honorario ex funerarij sacrificij opera agitãdo apud prophanum iudicem contra laicos, non apud Ecclesiasticum.

VT ergo similẽ causarum genus, quæ in Pontificio prætorio forsan occurrent, paucis explicemus, Sacerdos pontificem pro tribunali interpellauit contra profanũ aliquem de honorario, quod ob solemnes inferias funeri factas addici sibi intendebat oportere. Quæsitum est, nûm hæc pontificij iuris foret cognitio. A parte actoris vrgebant nonnulla, vbi pietatis causa versetur, Episcopum laicis ius dicere posse, quos Latini, populares, interpretantur. L. 1. & ibi Bald. Cod. De Episcop. audien. Cap. 1. De empt. & vendit. Ibidémque Hostien. ex L. Nulli. L. Si quis ad declinandam. Cod. De Episc. & Cler. Panor. in Cap. cùm sit generale. De foro compet. Quo argumento censuit Pontificiæ legis Scholiastes, in piis legatis Ecclesiasticum iudicem aduersus quoscunq; adeundum. Glos. in Cap. Relatum. & in Cap. Si hęredes. De Testam. vbi Hostien. Andr. & Panor.

Hoc

Hoc sensu accipienda Iustiniani Nouel. in §. Si quis autem ædificationem. De Eccles. Titul. Innoc. & Andr. in Cap. Significantibus De offic. deleg. Pro reo vicissim suggeri poterat, Antistitem nulla iuris dicundi auctoritate, nisi in suos, esse subnixum, non in profanos, regióque è medio vulgi municipes. Rursus mercedum notionem, de quibus agebatur, merè profanam existere, non sacram nec sacræ veluti, piáque causæ arbitram ac disceptatricem: Quum diuerso iure metiamur quodammodo pia ipsa legata, & honorarium sacrificuli stipendium: licet ei nunquam à viris probis denegandum. Hanc demum in sententiam procliuior fuit Senatus, decreuítque pontificiam nullam esse de salario ob diuinum cultum notionem in profani ordinis viros: Excepto, si adderet pontificius Iuridicus, litem se iudicio dirimere ex vsu institutóque maiorum, & vt eorumdem phrasi vtar, *Secundum laudabilem consuetudinem*. Placito Curiæ 3. Kalend. Maias. An. 1532.

Decretum Senatus die 29. Aprilis.

At septennio pòst Regia Constitutione obrogatum est indiscriminatim Ecclesiasticę in profanos iurisdictioni non tantum de actionibus in rem, sed in personam quoque conceptis. Edicto An. 1539. Quod & Biarnensium moribus antea vsitatum probauit Erricus Alebretus Cantabrorum rex. 4. Calend. Nouemb. An. 1552. Ex Codice Biarnen. Legum municipalium In Rubr. De Iudiciis. Artic. 23. & 24.

Biarnensium Cõsuetudo scriptis redacta auctore & auspice Henrico Alebretensi Nauarrorum rege Die 29. Octob. An. 1552.

3 IDEM iuris Delphinatibus præscriptum erat olim, pontificium iudicem minimè agnoscenti-

bus in profana quauis controuersia, dempto Clericorum Ordine inter ipsos. Nam priscos Delphinatium mores renouans Ianus Conuenarum Regulus, ac Delphinatium Prætor statuit, inter cætera: *Ne quis, cuiusuis gradus aut conditionis existat, alterum Delphinalem subditum pro casibus aut causis purè laicalibus ad cognitionem & iurisdictionem Ecclesiasticam trahere alibi, quàm coram iudicibus Delphinal. ad hoc stabilitis audeat vel præsumat.* 4. Idus Quintiles. An. 1464. Vti ex Delphinal. Statut. libro constat. Quid verò, si profanus iurisiurandi nexu se obligarit in pacto ineundo, proptereáne trahetur ad pontificia tribunalia? Trahendum fortè responderis, ex Bonifaciana sanctione vlt. De foro compet. Qua fidei disceptatio iurísque iurandi ad cognitionem sacrosanctæ potestatis pertinet. His confine, quod Gregorius Scotorum rex constituit, vt sacri Antistites violatæ fidei cognitionem suam promiscuè accõmodarent. Boëthio auctore Scotic. Annal. Lib. 10. Sanctissimum quippe est fidei iuratæ vinculum, quod inde sacramentum κατ' ἐξοχήν appellatur: Eóque non inferiores tantum Pop. classes cum Sacerdotibus, sed Equestris etiam Ordo ac Nobilitas religiosè tenetur. Id non dubia quoq; auorum memoria probatum est, quum instanti Ludouico 11. regi, vt in colloquium descenderet Lucemburgius equitum Magister, hic rescripserit venturum se, si in Laudi æde tacta Cruce iureiurando fidem daret, fraudem vimque abfuturam. Ea Crux in Andibus, (Patriæ meæ metropoli) summa habetur religione. Per-

Statuti Delphinensis verbi, renusti scilicet ac confirmati à Iohanne Conuenarum Comite, Francie militari Tribuno, & Delphinatus Viennensis Præfecto. Die 12. Iulij An. 1464.

In Pupillum autem laicum, postquam adoleuit, non licet experiri coram Iudice Ecclesiastico ad obseruationem iuramenti à tutore præstiti tempore tutelæ. Decis. Capellæ Tholos. 415.

ἐξοχήν, Per excellentiam.

Hæres laicus non potest conueniri coram Pontificio iudice super obseruatione iuramenti præstiti à laico eius antecessore: nisi imploratoiudicis officio, vt cõpellatur hæres satisfacere

ne. Peruetus enim stat opinio, qui ad eam Crucem conceptis verbis peierarit, pessimo eum letho intra annum occumbere. Id se facturum vlli mortalium negauit Rex. Sicuti ab Æmilio refertur in Ludouico 11. Proinde à maioribus accepimus, ciuiles cõtrouersias penè omnes idcirco agitari illo seculo apud sacros magistratus consueuisse, quòd sacramenti religione populus sese mutuò in negotiis contrahendis obstringeret, fidéq; iureiurando oppignerata. Ad nos hæc tenuis famæ perlabitur aura. Vtcúnque sit, Gallicus ille forensis disciplinæ vsus iampridem explosus est, Politicísque Regum Edictis antiquatus. Tãtum æui longinqua valet mutare vetustas.

4 VIX est insuper, vt nostra tempestate recipiatur prisca Regij fori Immunitas, quibusdam olim Ecclesiis irrogata à Principe, ne earum subditi colonive plebeij profanis Iuridicis subiicerentur: Nisi forte Regia aliquot Priuilegij istius diplomata, adprobante S. Consulto, in vim Edicti perpetui dicantur transiisse. Huiusmodi Exemptionum, quæ sparsim lectitantur, vnam hanc recitandam duxi, à Ludou. Pio Cæs. indultam sacro Andium collegio summo, hac verborum nuncupatione. *Ob amorem Dei, & reuerentiam B. Mauritij martyris, cuius nomine & honore ipsa dicata est Ecclesia &c. Iubemus, vt nullus iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias, agros, naues, vel reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet memorata tenet Ecclesia, vel ea quæ deinceps in iura ipsius Ecclesiæ voluerit Diuina Pietas augeri, ad causas*

ad exonerationem animæ defuncti. Cap. A. nobis in fi. De Senten. excommunic. Et ita Aufrerius scribit vulgò obseruari in foro archiepiscopali Tholosæ. In Decis. Capel. Tholos. 415.

Ecclesiarum exemptio à Regia Iurisdictione vtrum porrigatur ad colonos & subditos Ecclesiæ. De quo nos etiam Lib. 3. nostri Operis De Priuilegiis Rusticorum.

Rescriptum exceptionis Mauritianæ Andium Ecclesiæ à laicorum iurisdictione.

audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, nec vllas redibutiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris nec futuris temporibus ingredi audeat, nec ea exigere valeat &c. Et quicquid de præfatæ rebus Eccleſiæ iuſtitia exigere poterat, in integrum eidem conceſsimus Eccleſiæ: ſcilicet, vt perpetuo tempore ad peragendum Dei ſeruitium, augmentum, & ſupplementum fiat. &c Ac iſtud quidem Priuilegium Karolus Caluus patrij Templi noſtri Choro maximo reſeruauit. 16. Kalend. Maias An. 872. *Die. 16. Aprilis.*

Regia Confirmatio Priuilegiorum Eccleſiæ Andegauē.

Dein Carolus Sapiens tale Francorum principum munus benigna interpretatione adiuuit plurimū: ne Cathedralis huius delubri Symmiſtæ, néue eorum ſubditi, coloni & adſcriptitij in ius adducerentur ad Ciuilem Magiſtratum. Saluo eo, vt prouocationes à ſententiis interpoſitæ deuoluerentur ad Regium Andium proprætorem. 3. Nonas Septembres. An. 1372. *Die 3. Septembris.* Poſteri itidem Reges ed Andenſis Cleri priuilegia ſolemnib⁹ viciſſim Reſcriptis confirmarunt. 14. Kalend. Nouemb. 1424. *Die 19. Octobris.* Menſe Octob. 1461. Menſe Quintili 1488. Parique Menſe An. 1498. Perſpectos demum tot Regiorum Priuilegiorum codicillos Senatus grauí, maturóque iudicio comprobauit. Pridie Nonas Sextiles. An. 1498. *Die 4. Auguſti.*

Polonici Cleri libertas Exemptioque à Ciuilium Magiſtratuum iuriſdictione.

In Polonia verò totus Clericorum cœtus hoc ipſum iam olim aſſecutus eſt, habitis Populi comitiis, déque communi Sarmatæ gentis ſententia, vt ſacratus Ordo cum ſubditis ſuis & adminiſtris generatim profanorum iudicum, Principíſque adeo

adeo iuriſdictione ſolutus in poſterum permaneret: Ita, vt ne per exceptionem quidem vllam, aut reciprocam petitionem liceret Clericos ad ciuilem appellare Magiſtratum. Quam vniuerſi conuentus conſtitutionem Romanus Pontif. autenticis tabulis confirmauit. Sub Annum 1200. quo Leſcus Albus Sarmaticis rebus moderabatur. Vt eſt apud Chromerum In Polonic. Annal. Simili modo Scotorum Rex Hungus edixit, ne ſacris addicti profanum vocarentur in iudicium, néue pro flagitio vllo, capite plecterentur. Hoc quidem, Karolo Mag. Francici imperij faſtigium obtinente. Verum id priuilegij Ferdethus quartus ab Hungo Pictorum rex ademit Leuitico ordini, ſanxítque, vt Regios Præfectos vocati adirent Sacerdotes, iíſque pro tribunali ſedentibus parerent. Teſte Boëthio Scoticæ Hiſt. lib. 10. Orientali autem Clero lege conceſſum eſt ab Heraclio, & Alexio Comneno Græcorum Auguſtis, ne in eum iudicio quis experiretur apud publicum Magiſtratum, ſiue in ciuili negotio, ſiue in criminoſo: ſed Patriarchas ſolum is agnoſceret iudices, aut Epiſcopos, aut Metropolitas. Cuiuſmodi Orientis leges ordine digeſſit Theodorus Balſamon cum Aurea Bulla Alexij Comneni Imp. Menſe Quintili Indictione 4. Ab orbe condito An. 6589. Quemadmodum igitur Sacerdotum Ordini tot Edictis ſancita eſt profanæ iuriſdictionis vacatio atque immunitas: ſic in profanos quoq; Epiſcopi iuridica vti poteſtate à Regibus prohibéntur.

Reciproca petitio, ceu reconuentio, in qua clericus non cogitur defendere coram iudice ſeculari. Deciſ. Capel. Tholoſ. 95. Vbi clericus coram laico iudice ne quidem poteſt reconueniri.

Eo accedat Britannica Lex Eduardi 1. in Londinenſibus Regni Comitiis lata, Sacerdotē furti criminiſque compertum repetēti Epiſcopo tradēdum. Ita tamē, vt eū non priùs miſſum faceret, quàm ritè ſe purgauiſſet. Annum circiter 1280. Ex Polidoro Anglic. Hiſt. Lib. 17. atque inde Epiſcopis cuſtodiendi damnatos Sacerdotes ea impoſita eſt ſeruitus, quam Polidorus deſcribit in Henrico 7. Angliæ Rege.

Ædituí, vulgò, Matricularij.

AGEDVM, quid de Præsule lustrante diœcesim, obitérque ab Ædituis parœciarum aduersarios rationum codices edi iubente? Primo intuitu dixeris, non malè petitas ab illo, dum sacra obequitans sic procurat, fabricæ administratæ rationes. Nam & ab ipsa Christianæ reipub. institutione, præfuerunt Antistites sacrarum eiusmodi opum curationi. Vt narrat Socrates Eccles. Hist. Lib. 7. Cap. 25. Quorum bonorum dispensatio, ministeriúmque solis presbyteris committebatur. Auctore Sozomeno Cap. 12. Lib. 8. Ita certè, vt Ecclesiasticarum rerum Oeconomi solemnibus Cleri suffragiis constituerentur. Idque ex Politico Antiochenæ Ecclesiæ vsu seruaturum se recepit Ibas in Concilio Chalcedonensi. Gelasius deinde Pontifex, missa ad Siculos Epistola, profitetur sacrorum censuum procurationẽ summam haud alij rectè deferri, quàm Præsuli diœcesano, vt tales reditus ab eo inopibus, captiuis, hospitibus, Ecclesiæque ministris distribuantur. Nascente etiamnum Ecclesia, quæ nullis tum ditata erat patrimoniis, Christiani nummos viritim in pias conferebant erogationes. Inde commune Ærarium Præfecto fratrum ceu Episcopo commendabatur: ex quo pupillis, viduis, peregrinis, aut morbo ad egestatem redactis subueniret. Sicuti in literas retulit Iustinus Apologia 2. His consequens videtur specie ipsa prima, sacrorum pontifices iustè exigere profanas etiam fabricæ Ecclesiasticæ rationes.

Oeconomos Ecclesiæ cõmemorat Theodoritus Lib. 1.

Ex Ecclesiæ bonis primitùs alimenta Episcopis suggerebantur & aliis ministris. Sic refert Socrates Chrysanthũ duos panes singulis diebus Dominicis ex collectis accepisse. Lib. 7. Cap. 12.

PER contrarium differetur, merè plebeiam esse, profanámque horum prouentuum curationem. A laicis item plebeiisque tractari annuos fabricæ reditus, quasi profanos & populares, non ab Ecclesiasticis ministris. Concedamus enim, Diaconos quondam sacræ gazæ præsides extitisse ac dispensatores. Ex Origenis Tractatu in Matthæum 16. Demus itidem, successu temporum non iam Διάκονες, qui mensis præpositi fuerant, sed Episcopos, auctis Ecclesiæ facultatibus, sumpsisse bonorum Ecclesiasticorum administrationem. Posterior certè hic ritus censoriè notatus est à Chrysostomo (Homilia 86. in Matthæum) grauiter conquerente, Hierarchas eo modo in dispensatorum ordinem, cauponum, procuratorum, publicanorum, quæstorúmque coactos videri. Sensim lege vetitum à sacrosancto conuentu Chalcedonensi, ne Præfecti sacrorum Ecclesiasticas tractarent possessiones, sed hoc ministerij ad œconomos transferrent infimíque ordinis sacerdotes. Quanto minùs Episcopo licita sit rationum exactio à fabricæ templi curatoribus, qui & profani sunt ipsi, & profana ab iis susceptа bonorum dispensatio. Itaque à Ciuili duntaxat magistratu dispungendæ sunt huiusmodi piæ Tutelæ rationes, & excutiendæ. Francicis enim Edictis Præsides prouinciæ iudicio decidunt profanas omnes templorum controuersias, quæ à Regibus condita peculiari mandatæ iurisdictionis diplomate muniuntur. Reliquarum verò sacrarum ædium litibus iudex datur Regius minor Iuridicus, quem vulgò Præpositum nuncupamus.

In Romana Synodo Syluester Can. 7. Coepiscopis dixit, vt à Subdiacono ad Lectorẽ vsque omnes Cardinali Diacono subditi essent. Pontifici verò Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius in omni loco publico, seu Ecclesiæ gremio, honorẽ & obsequium repræsentent. Can. a Subdiacono 93. Distinct.

Mãdatæ iurisdictionis diplomata, Literæ gardiæ gardiatoriæ.

Edictum De Cremieu.

Artic.9. Cremoliensis Regiæ Constitut. An.1536. Quæ in commentarios Curiæ relata est 16. Calend. Maias. An. 1537. Posteriori item Regum Sanctione cautum fuit, minorem Prouinciæ Iuridicum de ratiociniis sacræ fabricæ, & aliorum phanorum litibus cogniturum: demptis iis, quæ vel à regibus extructa sint, vel tutelari ipsorum diplomate fulciãtur. Quorum controuersiæ Maiori Præfecto municipij cuiusq; disceptandæ tribuuntur. Edicto Mense Iunio. An. 1559. Itaque si huiusmodi de rebus Ecclesiastici iudices decernant quidpiam, iudicéntque de talibus non sui fori negotiis, etiam si ad trinam gradatim sententiam peruenerit eorum cognitio, singula hæc irrita, infecta, vitiosa meritò moribus esse censentur. Pro in Senatus, Episcopum abusiuè profanarum fabricæ rationum sibi notionem sumpsisse pronuntiauit. Placito 9. Kalend. Maias. An.1550. Seguerio, & Riantio causæ patronis.

Die 16. Aprilis.

Eadẽ hac Regia Lege, quæ in Senatu promulgata est 3. Calend. Sextiles, seu 30. die Iulij. 1559. capita alia cõtrouersiæ iurisdictionis inter Regios illos iudices dirimuntur. Cui conforme & alterũ Edictũ 15. Cal. Quintiles 1554 perscriptum in Actis Curiæ 17. Calend. Decemb. Eod. anno. Arestum Die 23. Aprilis.

QVOD eo mirabilius fortè existimes, quia Præsuli mediam lustranti diœcesim multa permittantur, summatim diiudicanda: Ea præsertim, quæ œconomicas Ecclesiæ rationes veriùs spectent, quàm publicæ exercitium iurisdictionis & contentiosæ. Non modò enim inspectionem obseruationémque habent Episcopi, sacram prouinciam circumeuntes, sed coërcitionem etiã, honorariámque iuris dicundi potestatem. Qua & Archidiaconi præditi sunt, suum vicatim peragrantes territorium, non quasi nudi perperàm admissorum exploratores, sed iuridici quoque delictorum

Sacrum Archidiaconi territorium, intra fines cuiusque Archidiaconatus.

lictorum censores ac vindices, quadam velut Magistratus functione. Ob id Fortunatus Meldensem Archidiaconum sacrati muneris elogio perornabat, his versibus,

Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli
De grege Pontificis, magne minister habes.

Quinetiam aliquot post mortuum Fortunatum seculis, quum ex corrupto Gallicæ Ecclesiæ statu Normanicis armis premeretur vniuersa res Francica, delecta est imprimis Meldorum Ecclesia Ciuitásque, in quam Hierarchicus Galliarum Ordo conflueret, ad Cleri mores vnà reformandos, & Ecclesiasticas controuersias decidendas. An.845. Huic Francicæ Synodo interfuêre Vuenilo, Senonum, Hincmarus, Rhemorum metropolitæ, cum suffragantibus vtriq; Episcopis: Rodulphus, Biturigum, & Gunboldus, Rothomagẽsium Antistites cum coëpiscopis suis. A quibus sacerdotalium morum emendatrices latæ sanctiones, religioséque obseruari iussæ. Vt habetur Conciliorum Tomo.3. & Can. Si quis de ordine 7. quæst.1.

Normani, Danici Oceani accolæ tunc temporis piraticã faciebant, Gallicásque oras euastabant.

Conciliũ Meldense.

9 PECVNIARIAS sequuntur Criminum causæ, sacri Iuridici sententiis dirimendæ inter Ecclesiastici ordinis viros. Sed instituta accusatione apud Regium Quæstionum iudicem, valde hæsitatum est, an minorum infularum Clericus pontificij fori priuilegio frueretur. Dubitationem augebat, quod Ruscinonensi Principis Lege clericis ademptus sit remissionis ad tribunal pontificium vsus, ni maiorum infularum ius obtinerent: Quib⁹ idcirco satis nõ est ius initiati Verticis vsur-

Vtrùm Clerici in minoribus ordinibus constituti vtantur priuilegio fori Ecclesiastici.

passe. Intantum, vt nisi criminis Rei Ypodiacones saltem extiterint, remissionem petentes clericalis tesseræ obtentu non sint audiendi. Artic.21. Edicti Ruscinonensis. Mense Ianuar. An. 1563. Quinimo prima Christianorum ętate non numerabatur in sacris ordinibus ypodiaconatus: vtpote qui in mutuis Episcoporum literis perferendis versaretur. Vt ait D. Cyprianus Lib. 2. Epist.10, Lib. 3. Epist. 5. 7. 21. & 22. Ex quorum vltimo patet, Episcopis clericos fuisse ab Epistolis scribendis, ac proinde ὑποδιάκονες, eorum tabellarios, nunciósque cum examine constitutos, an congruerent illis omnia, quæ in iis esse deberent qui ad Clerum parabantur. Ita subdiaconos Agathensis synodus insacratos ministros appellat, Diaconici ingrediendi ius habentes, non dominica vasa contingendi, non orario vtendi, non pacis dandæ, aut calicis consecrandi. Cap. 66. & Can. Ministrum 23. ac 93. Distinct. Nec enim subdiacono, cùm ordinaretur, manus imponebantur: Patenam is tantum de manu Episcopi, calicémque accipiebat: de Archidiaconi manu vrceolum; aquamanile, manutergium. Ex Concil. Carthag. 4. cap. 5. Quemadmodum ergo Nathinæi apud Hebræos sacras oblationes à populo suscipiebant in templis, sanctæque Aræ superponendas Leuitis deferebant: Sic Ypodiacones Diaconorum officiis subiacent & obsequuntur, patenam eis, sacrámque pateram ministrantes ad mensam Christi: Pallas item, corporalia, & substratoria abstergentes: à quibus & libaminum quantum populo satis

Cypriano antiquior Fabianus Pontif. subdiaconorum in diuino & solemni cultu meminit.

Quod Diaconicum Græci, nos Sacrariũ ceu secretariũ nuncupamus.

Voluitur etiãdum D. Philothei Synaitæ Liber De ordine instituendi Diaconum.

In Cõcilio Rhemensi Cap. 4. cũctis præsentibus lectæ sũt Pauli epistolæ, ac præscriptũ,

satis sit, ad Diuûm altaria collocatur. Deinceps autem Gregoriana sanctione adscriptum est sacrorum ordinũ albo Ypodiaconi munus. Quod & Innocentius 3. perhibet in cap. Miramur. De Seruis non ordin. Ex his igitur verosimile erat, criminis postulatum Clericum minimè ad Ecclesiasticos iudices relegandum: nisi Ypodiaconi saltem gradu insignitũ eum ostenderetur. Principali Cõstitut. supra citata. Nihilominus Curia censuit rem esse ad plenius deliberandi consilium reuocandam. In Auditorio Quæstionum. 8. Idus Octobres. An. 1568. Dubrelio, ac Brissone dicentibus. Patres scilicet Parisien. in Edicto illo promulgando, tantisper eiusdem sustinuêre comprobationem in capite 21. (de clericis nondum ad sacra prouectis) donec ad Principem ipsi retulissent. 14. Calend. Ianuar. An. 1564. Ac deinceps Regia Lege sancitũ, eos omnes qui Ecclesiastico ministerio incumbunt, sacræ tonsuræ priuilegio vti debere. 16. Kalend. Maias. 1571. Quam Senatus Legem probauit, iussítque monumentis Curiæ consignari. 7. Idus Septembres. Eod. Anno.

PROPHANIS etiam interdum ius dicitur à sacrorum Præfecto in Ecclesiasticis criminibus, ĩ. Ecclesiastico iudicio primitus attributis. Qualis eorum impietas, qui falsis dogmatibus scindunt ac labefactant Ecclesiam Christi. Bonifacij 8. rescripto, Vt inquisitionis. §. Prohibemus. De hæret. & Gallica Errici 2. Constitutione 13. Cal. Nouemb. An. 1549. De magicis autem sortibus ambiguum ius est, licet hæreseos speciem præ se

qualiter Subdiaconi ministerium est eũdem Apostolũ legere, vt officium sibi commissum rectius implere possit.

Forensis Actio in Curia Die 8. Octobr. An. 1568.

Die 19. Decẽb.

Edictũ Die 16. Aprilis.

Die 7. Septẽb.

Hoc regium Edictũ in Curia promulgatum fuit. Die 30. Decemb. An. 1549. Excipiũ-

tur tamen Edicto ea quæ ad scandalum publicum, seditiones, popularesmotus pertinet in eo genere. Tũc enim Regio & Pontificio iudici coniunctim cognitio delata est.

ferentibus. Veteri quidem S. C. obtinuit Syluanectensis Præsulis cognitio in sagas & fascinatrices mulieres, quæ antea huius sortilegij nomine relatæ fuerant in numerum reorum coram Syluanectensi Regio proprætore. An. 1282. Ex Parte 7. Arest. Parlam. Paris. Quo alludit Gregorij 1. Epistola ad Ianuarium episcopum de talibus præstigiis seueriſſimè castigandis. Lib. 7. Regesti Epist. 66. At posteriore seculo P. C. in diuersam iêre sententiam, ne veneficæ huiusmodi, & incantatrices mulierculæ ad pontificios magistratus reiicerentur. Decreto An. 1387. Cuius fidem facit Gallus Quæstione 241. His suffragatur Panormit. iudicium In Cap. cùm sit generale. De for. compet. Arg. L. 3. Cod. De Malefic. & Can. Rex debet 24. Quæst. 5. Nec enim vnum est magicarum superstitionum genus, nec vsquequaque sortilegi blasphemæ doctrinæ sectatores habentur. Vt tradit angelicus Doctor Aquinas 2. 2. Distinct. 42. In Tit. De superstit. Obseruant. Quæst. 2. Nuper equidem patrios Andium lares reuisenti mihi narratum est, nouos coniuges inibi haud paucos arceri à concubitu eiusmodi sortium technis. Non aliter ac Memphyticum regem Amasim ferunt magicis carminibus prohibitum, rem habere cum Ladice vxore nequiuisse: donec votis ea solemnibus factis ille solutus est nodus. Teste Herodoto Lib. 2. Ex iis porrò impostoribus, quicunque Genios lucifugos venerantur, siue his funesto litent sacrificio, vota nuncupent, aut ab iisdem responsa petant, sacrosanctæ religionis

gionis hostes sunt, impiíque iudicandi. Et hi quidẽ pontificiæ animaduersioni submittuntur. Scriptore D. Augustino Lib. 10. & 18. Cap. 8. De Ciuitate Dei. Can. Igitur genus diuinationis 26. quæst. 4. Quem Gratianus sacrum canonem ab eodem mutuatus est Augustino, Lib. De natura Dæmonum. In hanc quæstionem Oldradus cumulatè. Responso 210. & Geminian. Responso 54. Quinetiam de orthodoxa fide altercantibus iudex datus est quondam ab Honorio Imp. Marcellinus Tribunus ac notarius, præfuítque Catholicorum collationi cum Donatistis. Vt patet ex Africana Optati Hist. Tribunus pariter, ac notarius extitisse fertur Dulcitius ille, cui demandatam in Africa Legum curam ac iussionum imperialium cõtra Donatistas prodit Augustinus. Huius nempe consilio miserant Catholici Afri legatos in Italiam ad Honorium, qui Cæsaream opẽ, Ciuilísq; interuentum Magistratus implorarent. Videbat enim, sine Principis auspiciis ac præsidio neque Ecclesiasticum talem conuentum indici, neque aduersarios ad eum cogi, neque vt disputationem minimè eliderent, contineri posse. Licet enim sacer hic doctor Apostolicis armis tot victoriarum trophæa, tot triumphos parasset Ecclesiæ Christi: tamen aduersus Donatistas & Circumcelliones, qui ferro rem gerebant, adhibita est subsidio Cæsaris auctoritas. Idipsum ab Augustino demonstratur Tract. 11. Ad Cap. 3. Iohan. blasphemias, hæreses, externámque omnem impietatem puniri à Principe, & vindicari oportere.

Magicis autem cantaminibus & veneficiis impedita coniugum fœcunditate, (qualia Ludouicæ Sfortiæ in Ianum Galeacium & Ysabellam Aragoniam ipso nuptiarum die per sagas vsurpauit, teste Iouio) suadet Hincmarus Rhemorum archipræsul sacra illorum confessione peccata expianda, tum vt Ecclesiæ ministri Deo duce, qui Abimelech orationibꝰ Abrahæ sanauit, sanare illos procurent. Ex Yuone Carnot. Lib. 6. de impotẽtia. Donatus Carthaginensis, Antistes Donatistarum.

Ethnici etiam Principes non putabant à sua potestate alienam Religionis curam. Socrates enim non alia causa quàm religionis damnatus est à pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fano magistratu, quasi noua Numina doceret, & inuentutem à veteri ac recepto cultu Deorum abduceret.

Can. quando 23. Quæst. 4. & Can. quali 23. Quæst. 5. Qua itidem ratione testatur Ambrosius, missum ad se à Valentiniano Augusto Dalmatium tribunum & notarium, qui in Sacra Causa Ambrosium ad Cæsaris Prætorium euocaret. Epist. 32.

Ob Prælatarũ tamen in puniendis hæreticis negligentiã Franciscus 1. Rex sanxit Edicto, suos iudices de hæresis crimine cognituros, ĩ Clericos etiam nõdum in sacris ordinibus constitutos. Caled. Iunijs seu Die 1. Iunij. 1540. Comprobante Curia Pridie Idus Iunias Eod. Anno.

PLANE vbi de Religione ipsa agitur, profanam Potestatem Ecclesiastica minorem esse edocemur, vel ethnico quidem Octauij Imp. exemplo, qui non Cæsareis, sed Pontificatus maximi auspiciis, quem paulò antè fuerat adeptus, fatidicos libros vagæ damnátæque superstitionis combussit, solos retinuit Sibyllinos, nec tamen absque delectu: & ne ab aliis, quàm à Quindecimuiris inspicerentur, eos libros condidit forulis duobus auratis sub basi Apollinis Palatini. Si Tranquillo credimus in Octauio Cæs. Cap. 31. Antea quoque Metellus Pontifex Max. Posthumium Consulem, quod Africani belli expeditionem adornaret, Vrbis egressu prohibuit, mulcta indicta, summúmque in Ciuitate Imperium Religioni cessit. Ex Valerij Lib. 1. Cap. 1. Sed vt missa faciamus Ethnicorum exempla, Christianæ pietatis disciplina non alios habet assertores disceptatorésque quàm Ecclesiasticos Magistratus, in eos qui nouas sacrorum opiniones induerint, accusatore præsertim sacerdote. Id quod grauiter præfractéque intendit Martinus Turonum pontifex coram Maximo Imp. aduersus Priscillianum & Helpedium profani ordinis viros, quos ea perfidię pollutos labe hęresíque Gnosticorum Syno-

Posthumius Consul flamẽque Martialis.

Synodus coacta apud Cęsaream Augustã damnarat. vti à Sulpitio Seuero perscriptũ est. Lib. II. Ecclesiast. Hist. Verùm externa, ciuilísque Religionis tutela ac defensio pertinet ad Cæsarem, magnanimósque Orbis Heroas aduersus Ecclesiomastiges ac Christi perduelles: qui quum orthodoxiæ speciem præ se ferant, non tam catholici, quàm κακολύκοι sunt vocãdi. Quib' ita fœdè scatet Europa, vt quę sacris monumentis, tot seculorum consensu, tot sanctorum animorum elogiis contestata sunt, vix tertius quisque istorum non argumenta tantum theatrica esse opinetur. Vnde exardescentibus paulatim contentionum studiis, in Tragica tempora incidimus sparsim, motúsque periculosos: Quibus nisi Princeps Deus placidam καταστροφὴν dederit, represserítque τὴν Ἄτην vbíq; fere accendentem discordias, Res Christiana iamiam in grauissimum discrimen adducetur. Quisquis ergo mirabitur, Ecclesiasticam causam in Donatistas fuisse ad Cæsares relatam olim, & ab iis cognitionem eius causę Magistratui delegatam, meminerit extraordinarium quoddam & singulare exemplum fuisse ob necessariam Regiæ Manus opem inductum. Sicuti ab Augustino recensetur. Lib. 3. contra Petilianum. Quin & Pelagiani, habitis prouincialibus Antistitum comitiis, non desierunt ad nescio quam Oecumenicam synodum prouocare, impetrato ad id Cæsaris diplomate ac suffragio. Notum est certè, Constantis Augusti missu Macarium ipsius Prętectum petiisse Africam, seueréque animaduertisse in Do-

Externa Ecclesiæ Politia Publico Magistratui competit, vt eos puniat, quos pellit Ecclesia.

Non est cuiusuis de re sacrosancta vel pronuntiare, vel scribere: Nec fas est ad Philosophiam & humanas quæstiunculas reuocare, quod Deus arcanissimũ esse iussit.

Principum munus est aliquãdo Ecclesiasticos viros Politicè monere acerbiùs. Quin etiam Solomon Abiatharum deiecit à sacro

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministerio, & Zadocum ei subrogauit. Lib. 1. Malachim Cap. 2. Et noui Testamenti tempore Iustinianus Cæs. summouit Siluerium & Vigilium.

natistas. Etsi talis animaduersio non potuerit insaniam tollere, quæ in animos complurium irrepserat. Quàm multæ verò Theodosianæ extant Leges in Pseudochristianos? Hæc imprimis, vt qui Ecclesiæ catholicæ non communicarent, nihil possiderent Ecclesiæ nomine, sed Vnitati potius id restituerent. Apud Augustinum Tract. 6. in Iohannem, & lib. 2. contra Petilianum. Aliæ Diui Theodosij constitutiones sacræ: Prior lata, Titiano & Symmacho COSS. perscribitur in Iustinianeo Codice. L. 3. De Apostat. Altera vertente anno condita, Arcadio & Ruffino COSS. intexitur Codici Theodosiano. Flagrantissimũ quoque pietatis studium Pulcheriæ Augustæ tribuũt vestigia Ecclesiasticæ antiquitatis: Cui nimirum Leo 1. P. P. gratias egit immortales, quòd Nestorianam ac Eutychianam hæresim, succenturiata veluti manu auxilióque, profligasset. In Epist. & Decret. Leonis P. P. Qua de principe fœmina ne longiùs peregrina exquirantur Italorum testimonia, Prosper Aquitanus gratulatur Ecclesiæ, quòd vti Aurelius Pœnorum Antistes delubrum illius Idoli occuparat, sic deinde Placidiæ iussu Idolomaniæ reliquiæ omnes deletæ fuerint, ac subuersæ. In lib. De Promiss. Nec multò post Prosperi tempora coactus à Francis publicus Ecclesiæ Senatus, adiutore ipso, & hortatore Pipino Galliarum rege: vt Religionis dissidia quædam de Alma Triade, Diuûmque imaginibus componerentur. An. 767. Vti ab Æginarto scriptum est, alumno Karoli Mag. In Annal. Rerum à Pipino gestarum.

Pulcheria soror Theodosij iunioris.

Prosper Aquitanicus Episcopus Regiensis.

Hæc Synodus in Gentiliaco celebrata est, vico Parisiis suburbano.

Britannis

Britannis pariter structa fuit quondam LOLLARS TOVR, Regia communis hæreticorum custodia, ex qua ad supplicium ipsi ducerentur. Quibus exemplis monemur obiter, Rempub. Ecclesiæ coniunctissimam esse, sacrámque huius in flagitiosos auctoritatem subsidiaria illius Potestate tegendam ac muniendam.

Politico Ciuilique Imperio Ecclesiasticam auctoritatem defendi ac iuuari.

12 ILLVSTRIORI adhuc piæ benignitatis præconio ornandi Franci reges, quòd non eam modò, quæ propria erat Ecclesiæ, iurisdictionem Heroica virtute potentiáque conseruarint: sed profanam etiam, Regióque tantum permissu transitoriam ad Clericos passi sint honorifico ab his titulo, insignibúsque possideri. Ita Karolus 5. Gallorum rex adstruxit quodammodo profanos meri imperij fasces Benedictino canonicorum Collegio Lutetiano, probatoriis Codicillis, quorum scriptura hęc est. *Karolus &c. Cùm pro parte Capituli Ecclesiæ collegiatæ S. Benedicti Parisien. nobis extiterit supplicatum, vt attentis damnis & deperditis, quæ ob factum guerrarum habuerunt sustinere ad parcendum laboribus & expensis, quæ de bonis ipsius Ecclesiæ haberent fieri & supportari, si in quolibet loco, in quo iurisdictionem habent altam, mediam, & bassam, videlicet in certis locis villæ Parisiensis apud S. Marcellum iuxta Parisius, apud S. Audoënum iuxta S. Dionysium, apud Clichiacum, & apud Limolium haberent sustinere furcas patibulares, piloria, & alia ad executiones faciendas corporum seu membrorum, quæ pro factis criminalibus fieri contingunt: Eisdem cõcedere dignaremur, vt executiones corporum, seu membrorum, in vno prædicto-*

Regium Diplomaturidicæ potestatis Capituli D. Benedicti Parisien. comprobatoriũ.

Rursus 14. Calend. Maias, ceu 18. Die April. An. 1384. receptus fuit à Regis magistratibus Cathalogus rerũ clientelarium Benedictini canonicerũ Collegij. Quo nominatim summa, media, & infima eorũ iu-

risdictio, tanquã Regiæ puræ clientelæ, cõtinetur. Eo autẽ Catalogo, ceu dinumeramento, quod ex Archiuis Præfecturæ Ratiociniorum excerptum legimus, circumscribũtur illius iurisdictionis fines parte quadam Iacobæi vici, D. Hilarij ĩ Clauso Brunello, viæ Citharææ, vico Petri Sarraceni, S. Cosmæ, & aliis locis.

Forensis Actio in Curia de sublimi seu Alta Iurisdictione Canonicorum Ædis Benedicti Parisien.

rum locorum fieri valeãt. Nos eis concedimus, vt de cætero executiones corporum seu membrorum, quæ causa alterius iurisdictionum prædictarum, & pro factis quæ in ipsis iurisdictionibus seu earum altera obuenient, in loco & iurisdictione ipsius Capituli apud Limolium valeant exerceri. &c. Mense Iunio. An. 1364.

DE qua tamẽ Benedictini Collegij iurisdictio- 13
ne habita est à nobis in Senatu oratio aduersus procuratorẽ fisci. Nuper enim patrata in vico Iacobeo cæde pro foribus Benedictini phani, cœpta fuerat in Reum inquisitio à profano Canonicorũ Iudice. Mox autem Præfectus Vrbi hoc colore sibi adsciuit parricidij cognitionem, quòd in via publica admissum id probaretur. Ab eo igitur Canonicis Senatum appellantibus quum adessem patronus, dicebam, publicas quidem vias ab Vlpiano βασιλικὰς appellari, ĩ. Regias, Prætorias, Cõsulares. Sed hoc ita accipiendum, nisi intra septa, & in atrio Templi, quod tricenorum passuũ ambitu constans Ecclesiastici iuris censetur esse, flagitium commissum proponeretur. Ex sanctione Nicolai P. P. & Concilio Triburiensi in Can. Sicut antiquitùs. Et Can. Siquis in atrio Ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium fecerit. 17. Quæst. 4. Vetustis necnon Curiæ Decretis instabam, Benedictinę Ecclesię Choro addictum olim Ius Gladij, summæque, mediæ, ac infimæ coërcitionis nõ modò intra cancellos Ecclesiastici claustri, sed in aliquot etiam viæ Iacobeæ finibus ac ædificiis. Karolo 6. rege. Proferebam, ad hæc, res iudicatas à Lutetiano ipso Prorætore in pari sublimis iurisdictionis controuersia secũdum Be-

nedictinos Sodales aduersus publicum Actorem Parisiẽsis Præfecturæ. 10. Kalend. Quintiles 1443. & Nonis Decemb. An. 1477. Brissone, contrà, Regio causidico tabulas, quibus nitebamur, oppugnante, Patres amplius deliberandum pronuntiarunt. Idibus Martiis. An. 1575. In Catalogo causarum Præfecturæ Parisien. Vt autem posteris omnibus testata maneat Benedictinæ huius Iurisdictionis prærogatiua, antiquissimum de ea S.C. huc transtuli ad literam: eo quidem lubẽtiùs, propensiúsque, quod ab huius curione Templi fuerim ego solemni nuptiarum fœdere auctoratus ex ritu Christiano. Mense Iunio. An. 1563. eiúsque iam inde Benedictini delubri parœcus sacris vtar: Vbi & octo mihi liberi sacro fonte sunt lustrati. Senatorij igitur Decreti verba sic referuntur. *Philippus dei gratia Francorum rex &c. Cùm canonici & communitas Ecclesiæ S. Benedicti Parisien. à quadam sententia lata per Præpositum nostrum Parisien. contra ipsos pro procuratore nostro, Per quam sententiam Præpositus dictos canonicos & communitatem, pro eo quod erexerat quasdam furcas prope S. Marcellum in territorio S. Marcelli, nobis ad emendandum forefactum, ceu erectionem dictarum furcarum condemnarit, ad nostram Curiam appellassent: Auditis Procuratore nostro, & Canonicis prædictis in Curia nostra, processúque ad iudicandum admisso, ipso viso, ac diligenter examinato, Per iudicium Curiæ nostræ dictum fuit, Præpositum nostrum malè iudicasse, & dictos Canonicos, & communitatem bene appellasse.* 10. Kalend. Decembres. An. 1343. Benedictini huius Sodalitij meminit Guimerius Pragmaticæ Sanct. interpres Tit. De his

Sententia Parisiensis Proprætoris Die 22. Iunij. 1443. & Die 5. Decemb. An. 1477.

Die 15. Martij.

Nempe 8. Idus Iunias An. 1563.

Ex huius S.C. verbis spectanda obiter veterum Arestorũ formula. Die 22. Nouemb. An. 1343.

Extant quoque transactionis Tabulæ Collegij Benedictini Parisiẽ. cũ Ioh. de Arcyaco eiusdem Ecclesiæ canonico, adprobatæ Decreto Curiæ, & in eius Actis perscriptæ. Qua quidem pactione feudi iura, annuique cẽsus passim Collegio debiti in compluribus vrbis vicis designan-

tur. 4. Nonas Iunias. An. 1360. Huius Pacti, Decretique exemplum habemus, descriptum iam olim desiptúmque ex Curiæ commentarijs 5. Calend. Februar. Seu Die 28. Ianuar. An. 1436.

qui tẽpore diuin. offic. vagan. per Eccles. In Verb. Beneficiatus: vbi ait, Benedictinos Sodales nihilo firmiùs dici beneficiarios in Lutetiano maiore phano, quàm Ædis Stephani De Gresslibus, Mederici, ac Sepulchri Canonicos collegáſq;: Quorum tamen omnium delubra pendent à matrice illa basilica Parisiensi.

Ad hanc Quæstionem nõ parùm cõferũt dictata à Petro Ancharano Consil. 117. & 235. Ab Alexandro Consil. 9. Vol. 4. & à Calder. Consil. 3.

ECCLESIASTICAM iurisdictionem repetenti occurrit improbi fœnoris quæstio, Regiæ necne tota sit animaduersionis, an & pontificiæ. Visum est nonnullis, hoc flagitij ab Ecclesiastico tantum iudice coërceri. Ex Clementina Sanctione, Dispẽdiosam De Iudic. Lapus Alleg. 57. & 75. Quo pertinet Clementis 5. constitutio 1. De Vsur. §. cæterum. Nec leuia in hanc sententiam argumenta citantur confertim à Panor. In cap. Cùm sit generale, Num. 17. & 18. De for. compet. Arbitrantur alij, fœneratitiùm crimen Regiæ prorsus esse castigationis: Quod vsurario commercio Ciuilis regnorum Politia corrumpatur, omnísque Reipub. disciplina. Hinc fœnebres profectæ Romanorum Leges, Genutia, Gabinia, & aliæ compluſculæ, Apud Liuium. Quibus nisi fuisset occursum fœnebri malo, haud dubiè seditiones, intestináque dissidia Rem Romanam labefactassent. Vt pariter Cornelius edocuit Romanorum Annal. auctor Libro 5. Ideóque non abs re decreta est in Hebræos fœneratores Politica Principis censura, profanúsque omnino causarum disceptator. Pontificio etiam Innocentij 3. testimonio ad Narbonensem antistitem. In Cap. post miserabi-

Alexãder Seuerus & M. Antoninus Pius Romæ fœnus trientariũ constituerunt, cùm nonnullos fœnoris causa agro paterno auitoque exutos comperissent, semissem verò abrogasset. Auctore Lampríd. & Capitol.

miserabilem. De vsuris. Neque id singulari in Hebræos iure sancitum putemus, quasi istorum controuersiæ speciatim addictæ sint Regię Magistratus cognitioni. Similiter enim Britannica Odoardi Probi Constitutione, *Iudæi, & omnia sua in tutela & defensione ligia Regis sunt, neque possunt se subdere alteri Domino*. Vt tradit Archayonomia Anglica Lambardi. At nihilo seriùs in Anglicæ fœneratitius cuiuslibet quæstus, nedum Iudæorum, plectebatur Principali censura, maioréque imperio. Vti ex sequentis Edicti verbis facilè elicias. *Vsurarios defendit Rex Eduuardus, ne remaneret aliquis in toto Regno suo: Et siquis inde conuictus esset, quod fœnus exigeret, omni substantia propria careret in commodum Regis, & postea pro exlege haberetur. Hoc enim asserebat ipse Rex se audisse in Curia Regis Francorum, dum ibidem moraretur, quod vsura radix omnium vitiorum esset.* Ex Archayonomia supradicta. Quod igitur de vsurariis Hebræorum sordibus propositum est, vt illiciti fœnoris nomine puniantur à Regio magistratu, id priuatim adscribendum non est Iudaicæ delinquentium conditioni: Quibus nimirum eximiæ iurisdictionis speciem vllam suffragari non debere indicat magnifica Lex Manuelis Comneni Byzãtiorum Augusti. Quum enim antea Hebræi coram vno Steni Prefecto litigarent, statuit Comnenus Græcus Cæsar, vt forenses denuò ipsorum contentiones in quouis tribunali disceptarentur. Sicuti à Theodoro Balsamone refertur in Codice Legum Orientalium.

Anglica Sanctio Eduardi cognomento Boniregis.

Regia Britannorum Constitutio.

Attica Lege cautum fuit, ne ob fœnus corpora adiudicari vel addici possent, neue super corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultates sæuire: Hæc lex Sisachthia dicta apud Plutar. In Solone.

Edictum Constantinopolitani imp.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FOENERATITIVM certè crimen reor mixtum esse, καὶ ἀδιάφορον, ï. Ecclesiasticum, ceu pontificij fori, si in Sacerdotem: profanum verò, si in laicum fuerit accusatio instituta. Quod Panor. argutè probat In Cap. Cùm sit generale. De for. compet. Docto. in Cap. Post miserabilem. De vsur. Iuuatur hæc opinio Gallica forensi Obseruatione: quum Nobis dicentibus, Curia Pontificio vsurarij criminis in clericum notionem adiudicarit. Pommereo aduersæ partis causidico. Circiter Idus Maias An. 1575. Matthæo Massono, & Claud. Cuculo litigatoribus. Hoc verò ita temperandum, ne pontificio Iuridico liceat, sacerdotes reos, qui cum exceptione selecti criminis ad suum forum reiecti sint, ampliare, nisi adhibito ac præsente Regio cognitore. Nam eo modo lite ad pontificem translata, Rei auctorati præiudicio Curiæ, aut Præfecti prouincię cuiusuis, in reatu semper esse censentur ex crimine Regio, quoad eo nomine in ipsos vindicatum sit. Proinde quoties Reus ad Ecclesiasticum iudicem relegatus, vt suprà, temporariam ab eo impetrauit missionem, Regio Actore inscio & insalutato, Curia toties abusiuè comperendinatum reum pronuntiauit. Placito 12. Calend. Nouemb. An. 1536. Chomedeo, prouocantis ex abusu, & Fabro aduersarij causam orantibus. Quemadmodum enim Officia põtificia, & Iudices canonici manus iniectionem non habent in quempiam extra suos cancellos, nisi Ciuilium magistratuum manus rogarint: Ita æquum non est, inconsulto Regij fisci procuratore,

Arestum sub diem 15. Maij.

Reum criminis, qui remissus est ad ecclesiasticum iudicẽ cum onere casus regij & priuilegiarij, vt aiunt, nõ licet è carceribꝰ educere quouis modo, nisi vocato procuratore Regis in Curia Ecclesiastica.

Decretum Curiæ Die 21. Octob.

tore, reos è custodiarum numero eximi à sacro Magistratu, qui Regia primùm manu comprehensi fuerant, & in vincula coniecti. Age, quid si reus sua, aut sponsorum fide dimissus sit à Prætore Regio, qui eundem tamen prius adnotarat ad Pontificium tribunal remittendum? Iudicio decretum est, reum iustè vadimonio obstrictum à profano iudice illo, qui ad Ecclesiasticum paulò antea causę cognitionem transcripserat. An. 1384. Vti à Gallo recensetur Quæst. 34. Ast huius S. C. perpetua non est auctoritas, nec trahẽda in exemplum: siue quod in facti specie à Gallo relata, ad pontificias tantum custodias reiectus sit Reus, nulla pontifici notione, sceleríque coërctione attributa: Seu quod ibidem reus liberum commeatum adeptus fuisset Summi Galliæ Ordinis sententia.

An Iudici laico ius sit, Clericum criminis reũ, quem remisit ad Ecclesiasticum iudicem, postea satisdato ampliare.

16 PRINCIPALI vtique Priuilegio nituntur Antistites quidam, vt de Regiis etiam criminibus iudicium interponant. Sed hoc prophanę est ipsorum iurisdictioni adscriptũ, non Ecclesiasticæ. Sic à Ludouico 7. Rege irrogata Dionysiano Abbæ iuris dicundi Potestas in perduelles singularis, hac clausula. *Contra Regiam etiam maiestatem nostram si quis iniustè aliquid commiserit, clamorem de illo ad Abbatem faciemus, & iustitiam nobis fieri non exigemus, nisi tantum in Curia S. Dionysij: Et si causa venerit ad iudicium, suscipiemus à qualibet persona non calumniantes personam iudicantis &c.* Huic subnectã & alterum Roberti regis diploma, in eosdem cœnobitas effusè munificum: Cuius Regalis simul & antiqua

Regij Codicilli de cognitione perduellionis data Abbati & conuentui Ædis Dionysij ĩ agro Parisiensi.

Rigordus narrat in Historia Phil. Augusti, Syluanectesem & Meldẽsem episcopos ex antiqua consuetudine solitos benedicere Abbati S. Dionysij.

phrasis, nulla mutata dictiuncula, maiorem quãdam complectitur grauitatem. *Robertus Rex Francorum semper Augustus &c. Damus Deo, & S. Dionysio quasdam res iuris nostri cum coniuge ac filiis, hoc est, bannum hominis vulnerati, vel interfecti, & infracturam intra vel extra castellum ipsius cœnobij, & legem Duelli, quod vulgò dicitur Campus, ac totam prosuictã intra vel extra, sicut antiqui Reges ei dederunt, & nos hactenus tenuimus. 6. Calend. Iunias.* Nam à prima annalium memoria Reges nostri, cùm quid grauius molirentur, cœlestium fidem, opémque Dionysij reuerentissimè implorabant: vt is Martyr Franciæ tutelam votis sibi obsecrationéque Francorum creditam gereret. Quo instinctu ac Genio *Consueuêre* (inquit Rigordus) *Reges Francorum, quòd quicunque contra hostes arma mouebant, vexillum desuper altare B. Dionysij pro custodia secum portabant, & in prima acie pugnatorum secum ponebant. Quod videntes aduersarij & cognoscentes, territi multoties terga dederunt.*

Roberti Frãcorum regis priuilegiariũ Rescriptũ in Abbatem & conuẽtum Dionysiani Frãciæ cœnobij.

Die 27. Maij.

Ex Rigordi scriptoris chirographo exemplari.

De sacra Flammula quæ in Æde Dionysij adseruatur, Nos scripsimus plura Lib. 2. Tit. penul. De Domanio Franciæ.

PROH Superi immortales, quantum à priscis illis distant huius seculi prolapsi mores? Nunquam ferè maiores nostri confligebant cum hoste, nisi ductu, auspicióque cœlestium, nec minùs animos religioso Dei cultu quàm dextras ferro armabant: memores in protegenda piorum causa, paucitatis virtutem diuiníque fiduciam auxilij, de numero barbarorum fidem excedente tulisse victoriam. Vt mirum non sit tam sanctis armis numen affuisse. Ast infœlici hoc æuo antiquata Patrum religione, digladiamur miserè inuicem, tandiúque

tandiúque iam inflammatis ciuilium bellorum facibus, inauspicato dimicamus, propria victrici conuersi in viscera dextra. Quasi funesto in Patriam bello triumphalis laureæ decus promereri studeamus. Nec nostrorum modò obruimur telis interim, sed externorum quoque militum, qui à nostris identidem acciti ex intima Germania Gallicos agros populantur. Vnde tot villarum incendia, stupra, cædes, rapinæ, municipiorum vastitates: De quibus longam Iliada scribere facillimum sit. Harum modo auctores admonitos velim eius orationis, qua Roman. legionum ductor Treuiros ac Lingones ad concionem vocatos alloquitur apud Tacitum (ne cum Cassandræ vaticinio peius augurer nunc de nostra Repub.) Terram Galliam ingressos fuisse imperatores Romanos nulla cupidine, sed Gallis inuocantibus, quos discordię vsque ad exitium fatigabant: & adscitos auxilio Germanos, sociis pariter atque hostibus seruitutem imposuisse. Eandem semper causam Germanis transcendendi in Gallias, libidinem atque auaritiam, & mutandæ sedis amorem: vt relictis paludibus & solitudinibus suis, fœcundissimum hoc solum Gallósque ipsos possiderent. Cęterùm libertatem, & speciosa nomina prætexi solita, neque quenquam alienum seruitium & dominationem sibi concupiuisse, vt non eadem illa vocabula vsurparet. Annal. Lib. 20. Romani pariter, apud Salustium, Rempub. suam agitauêre coniurati honestis nominibus, alij sicuti iura populi defenderent, pars quo Senatus auctoritas ma-

Ita scribit C. Cæsar, plerosque Belgas esse ortos à Germanis, Rhenúmq; antiquitus trãsductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallósque qui ea loca incolerent, expulisse: solósque esse Rhemos, qui omni Gallia vexata, Teutones Cymbrósque intra fines suos ingredi prohibuisset.

xima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia decertabant.

MEMINERIMVS porrò, veteres Franciæ reges certis legibus cõstrinxisse profanam illam iuris dicundi potestatem, quam in Ecclesiasticos proceres pia largitione contulerant. Nempe vt profani tantùm ordinis viros præficerent Iuridicę huic functioni, non Sacerdotes. Nam à Philippo 4. ita sancitum fuit de cõmuni aulicorum Optimatum sententia, *Quòd Duces, Comites, Barones, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, capitula, Collegia, milites, & generaliter omnes in Regno Franciæ temporalem iurisdictionem habentes, ad eam exercendam Bailliuos, Præpositos, & seruientes laicos, nullatenus clericos constituant: Vt sicubi deliquerint, superiores sui possint animaduertere in eosdem. Item quod omnes causam habentes & habituri post præsens parlamentum in Curia Regis coram Iudicibus secularibus regni Franciæ, constituant laicos procuratores de suis canonicis, & similiter Abbates & conuentus de suis monachis. An. 1287.* Ex Regestis Curiæ, & Arest. Parlam. Omn. Sanctor. Cui Regio Decreto consimilia citantur Senatus Placita posteriora. 18. Calend. Decemb. An. 1518. Inter Vastierum, & monasticum fani Lucianei Bellouacorum antistitem. Vt est in Part. 7. Arest. Parlam. Paris. Tum 13. Calend. Maias. An. 1524. Poyeto, Lingonensis episcopi, & Charmoluo, sacri Lingonum Collegij aduocatis. Vltimũ 3. Non. Quintiles An. 1538. aduersus Lotharingum Purpuratum, Abbam Cluniacensem. Arg. Pontificiæ sanctionis ab Innocentio 3. conditæ in Synodo

Francica vetus Constitutio, ne alij quàm laici profanæ Prælatorum iurisdictioni præponantur.

Arestum Curiæ Die 14. Nouemb.

Decretum Senatus. Die 19. Aprilis.

Placitum Die 5. Iulij contra Cardinalẽ Lotharingum.

Synodo Lateranen. cap. Sententiam. Ne Clerici vel Monac. Iuxta Chalcedonensis Synodi constitutionem. cap. 4. In Can. qui verè 16. Quæst. 1. Ioh. Andr. in Clement. 2. De rescr. Gloza in Can. De præsentium 15. Quæst. 1. & Decis. Gratianopolitana 563.

Vidonis Papæ Decisiones.

TITVLVS. 3.

DE RE IVDICATA, ET INTERlocutionibus Pontificiis.

1. *Contumacem anathemate solui, quo implicitus sit, manum creditori muniendo.*
2. *Metuendæ Pontificum excommunicationes.*
3. *Iudicati non soluti nomine à censuris Ecclesiast. non inchoandum.*
4. *Incidentes Eccles. Monitioni controuersiæ inter laicos à laïco diudicandæ.*
5. 6. *Cistercienſium exemptio ab Episcop. potestate.*
7. *Præmonstratensium.*
8. *Cluniacensium.*
9. *Nummariam mulctam ab Ecclesiastico reis purè simplicitérque infligi non posse.*
10. *Pontif. Iudici criminum reos torquere ius esse.*
11. *Quo pœnarum genere reorum corpora plectantur in curia Ecclesiast.*
12. *Nil à sacris iudicibus contra Regiorum iura tentandum.*
13. 14. *Politiæ Eccles. procuratio penes Reges ac Principes.*
15. *De Sacerdotum degradatione.*
16. *Detrusionis in monasterium pœna.*
17. 18. 19. *Monasticæ Vitæ professio per varios terrarum Principes.*

De sententia in contumacem reum dicenda iuxta Cap. 1. De Iudic.

LEGE IVDICIORVM priùs quę- 1
rendum fuit de litigatorum genere, & quibus de rebus ad Pontificium Iudicem eatur: antequam sacer Iuridicus postremum impleret forensis scenę actum, priuatorúmque controuersias sententia definiret. Nunc pro tribunali cognoscenti Ecclesiastico licitum est canonicis legibus, reum contumacia lapsum Diris pontificiis configere: Nulla spe soluendi censorio hoc vinculo contumacis, quoad expensa in litem is refundat, & iudicatum se facturum satisdato polliceatur. Auctore Innocentio 3. in Cap. Cùm olim. Et Cap. Ex parte. De verb. signif. A quo non abludit posterius Innocentij 4. rescriptum in concilio Lugdunensi. Cap. Venerabilibus. §. Secus De Senten. excommun. Apud Bonifacium 8. Longè ædepol seueriùs, quàm prisci Romani factitarint, contumaciam non nisi litis damno coërcentes. Quod Eustathius græcè dicebat ἐρήμην κρίνειν, seu indicta causa damnare. Proin moribus nostris mitigata est apertæ contumaciæ vel offensæ pœna, decretúmque à Patribus, debitori ex autenticis tabulis (id quod manifestæ adæquatur offensioni iure pontificio) execrationes relaxari ad tempus, depositа interim apud creditorem pecunia, dato expromissore. Placito Senatoriæ decuriæ in Iuridicis Andium conuentibus lato. 16. Cal. Octob. An. 1539. Ex Decretali epistola Innocētij Pontif. Ex parte. De Verb. signif. Can. pessimam 23. Quæst. vlt. Cap. Solet. De Senten. excommun. Apud Bonifacium 8. Tales quoque Dirarum relaxationes temporariæ probantur Innocentiano Rescripto Ad reprimendam. De offic. Ordin.

Concilio Triburicensi cōtumax licitè excōmunicatur, qui ad synodū canonicè vocatus venire cōtempserit, aut ante causam examinatā īde discesserit. De quo Ivo Carnut. Lib. 5. De Senten. excommun.

Arestum Die 16. Septemb. de absolutione ad cautelam pendente appellatione.

2 INTEREA obseruandum, formidabile esse pontificiæ imprecationis fulmen, vel summo cuique principi: apud quem nulla non in re sacrosancta pontificum auctoritas haberi debet. Æthiopes imprimis Abyssini tales Ecclesiæ proscriptiones exhorrescunt, iuréque iurādo adacti ad quidpiam agendum, solent fidem, tacta duûm sacerdotum dextra, dare accipéréque pro foribus templi, sacro igni thuréque adhibito. Nec minori religione mouetur ipsorum rex Preteianus, reuerentissimus templorum ac sacerdotum cultor: cui sanctum quoque ac solemne est, iter facientem iuxta delubra semper equo desilire, aulicis proceribus, clericísq; manu, profanis collo, Crucem vbicumque gestantibus. Vt scribit Franciscus Aluares in Æthiopica Abyssinorum Hist. Europeos itidem reges possim adducere, Pontificum imperiis certatim, vt Numinis Oraculíque voci dicto audientes. Horum exinde alij præclaro elogio Christianissimi, alij Catholici ritè vocitati. Vtrūque Francis Regibus à Pontificia Sede attributū. Nam regem Galliæ Gregorius 1. regem Catholicum, & præcellentissimum filium suum appellat: Grægorius 9. Christianissimū inter omnes Christianos: Innocentius 4. Catholicum principem, & Christianissimū regem: Vrbanus 4. principem inclyta deuotione præclarum, principem Chri-

De maximo Abyssinorum Æthiopum rege.

Innocentius 3. reges Gallorum præ cæteris totius orbis regibus, ait semper Apostolicæ sedi obsequiosos & deuotos extitisse. Honorius 3. eosdem oppositisse se tanquā murum inexpugnabilē pro

populo Christiano. Gregorius 9. Regnum Galliæ ait esse, quasi pharetrã quam Christus sibi circa femur accinxit, ex qua sagittas electas extrahẽs, ipsas, vt sibi gentes & regna subiiciat, in arcu brachij potẽtis emittit. Ita loquuntur Pontifices illi.

stianissimum, præcellentium meritorum, athletam Christi strenuũ, & sollicitum fidei Christianæ defensorem nuncupauit. Quæ omnia honoris ac dignitatis plenissima nomina, & eum, quem tot iam seculis obtinuerunt, inter omnes reges primarium locum, Reges nostri non ambitione sua, alienáve assentatione consecuti sunt: sed ipsi suo sibi sudore, ac insignibus erga illam Orbis terrarum principem Ecclesiam promeritis comparunt. Fuit quoque, patrum memoria, Britannus rex fidei Defensoris titulo honestatus à Leone 10. P. P. Verùm is postea, mutatis cum ætate pietatis studiis, grassari in Diuûm phana cepit: donaria, vasáque sacrata, antiquitùs sanctis dicata aris, sustulit & conflauit: cœnobia euertit, sanctissimorúmque Martyrum ossa & cineres, sepulchris eruta, in Thamesim amnem aduehenda in Oceanum proiecit. Impotenter, ad hæc, Sacrorum effectus princeps, sacerdotiorum census & latifundia redegit in fiscum, legésque promulgauit, quibus cuncta vel diuini, vel profani iuris ad arbitrium reuocaret. Heluetios porrò Iulius 2. P. P. Romanæ Reipub. Defensores in Cardinalium Collegio appellauit: quòd pro ipso, Pontificiisque auspiciis fœliciter in Italia dimicassent. An. 1512. Actum etiam decreuit Iulius cum Purpurato cœtu, vti honorifico illo nomine Heluetij omnibus ab hominibus vocarẽtur. Teste Bembo Venetæ Hist. Lib. 12. Vnde Heluetius speciosо, decoróque titulo Defensor est Pontificiæ libertatis nuncupatus. Sicuti autem pij Sacerdotiorum

tiorum propugnatores viui, mortuíque, gloria, imperio, prolis fœcunditate, diuturnitatéque domestici imperij fructum perceperunt: ita qui de Sacerdotio quasi victoriæ palmam petierunt, misero exitu pœnas Superis dedêre.

3 PVBLICÆ tamen qui saluti præsunt Magistratus, haud vsquequaque ferunt pro iure suo, ac Politico, Antistitem grauiores insectantem anathemate, qui ipsorum decreto protinus non stetissent. Nam æs alienum dissoluere iussus haud continuò phanis arceri debet, sacríque abdicari, quòd iudicatum non fecerit: sed captis pignoribus, aut rerum soli pignoratione vrgendus ad solutionẽ, priusquam Ecclesiastico ritu piorum cõmunicatione moueatur. Quare interposita ceu ab abusu prouocatione à debitore Clerico, qui subinde, quasi soluẽdo non esset, pontificia execratione deuotus fuerat, Senatus abusiuè actũ gestúmque ab Episcopo pronuntiauit. Aresto mense Ianuar. An. 1569. Anselmo dicẽte. In Volumine Cautarum Ambianarum. Cui non absimile comperias in calce Styli Parlam. 7. Idus Maias. An. 1518. Apud Augustinum delinquentium quidem leuiter, pœna erat admonitio, grauiùs peccantium, obiurgatio: desperatorum ac insanabilium veluti capitale supplicium erat, sacra noxij capitis detestatio, éque contubernio piorum eiectio. Prisci item Galliæ Præsules omnia prius experti sunt in Nomenoium Armoricarum Principẽ Christiana príùs exhortatione, quàm dira sacrorum interdictione. Narrat enim Lupus Abba Ferrariensis, ha-

In ciuili negotio sententia dicta, non licet extemplo anathematis spiculum distringere aduersus cõdemnatos, quũ hoc sit extremũ & subsidiariũ exequendi iudicati remediũ.

Placitũ Curiæ Die 9. Marij.

Ex Vita D. Augustini Apud Possidoniũ Calamẽsem Episcopum.

Liber Epistol. Lupi Abbatis monasterij Ferrariensis, siue Belsbecensis in Gallia.

Isthæc in Gallica Prouinciali Synodo, vbi de Neomenij rebellione in sacros Antistites, & in Caluum Franciæ regẽ præsertim est actum.

bita fuisse sacra Comitia à Landrano Turonum metropolitã, suffraganeisque ipsi episcopis aduersus citerioris Britanniæ Regulum Neomenium templorum hostem multis nominibus declaratum. Ex quo sacri consessus verbis commonefactus est officij Neomenius, in hunc modum. *Dominus quidem Deus occulto, iusto tamen iudicio permisit esse te rectorem gentis tuæ: in quo tamen regimine qualem te exhibeas, testis est conscientia tua, & amaræ querimoniæ diuersarum Ecclesiarum &c. Cupiditate tua vastata est terra Christianorum, templa Dei partim destructa, partim incensa cum Sanctorum ossibus cæterísque reliquiis: possessiones Ecclesiarum, quæ fuerunt vota fidelium, redemptio animarum, patrimonia pauperum, illicitè in tuos vsus redacta &c. Episcopi legitimi sedibus propriis expulsi, & vt mitius loquamur (quia nolumus dicere fures & latrones) mercenarij introducti. Patroni nostri B. Martini quondam Diœcesis (ex qua vos esse negare non potestis) violata. Satis hæc ad tuam perditionem sufficiebant, sed omnem læsisti Christianitatem, dum Vicarium B. Petri Leonem Apostolicum (cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum) spreuisti. Cùm enim eum postulasses, vt in libro suo te scriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis literis se id facturum promisisset, si se monentem obedienter audires, non solum nihil eorum, quæ mandauerat, fecisti, sed ne literas quidem ipsas recepisti &c. Nec ignoras, quòd certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerunt, quos ipsi vendicauerunt sibi, & certi quos petentibus concesserve Britannis. Quomodo igitur despicas legem Dei? quæ præcepit, ne transgrediaris terminos, quos posuere*

Hinc expende obiter, Armoricam Britanniã à sẽma ia vetustate sacra iura petisse à Turonensi, tanquam Metropolitica Sede.

Profana, & Hierarchica potestas, mutuis nixæ præsidiis se inuicẽ extimulant ad officium suum è re dignitateque publica obeundum. Sicuti enim Hũnorũ rex Quinquecclesienses episcopũ sæpius monitũ de crimine incestus detulit Innocẽtio 3. P.P. Cap. cùm in iuuentute de Præsumption. Ita Constantinus Põt. Max. Philippũ Constantinopo-

posuere Patres tui, & terram Francoruminiustè tibi defendere conaris &c. Monemus te, obtestamur salutis tuæ cupidi, pone finem malis tuis, conuertere ad Dominum, cuius nemo nostrum potest effugere iudicium. Fac fructus dignos pœnitentiæ. Id quoq; tibi pollicemur, quia si te Domino restitueris, apud eum intercessores pro peccatis tuis esse cupimus, & apud pium Regem nostrum, vt tibi, tuæq; posteritati benignè cõsulat, conabimur obtinere &c. Huic monitorio libello ad Gallicę Britãniæ regulũ subscripsêre Lãdranus Turonũ Hierarcha, Dodo Andium, Aldricus Cenomanorum, Guenilo Senonũ, Antissiodorensium Heriboldus: Tricassiũ itidem Prudentius: Angius Aurelianorum præsules: Parisiorum, Ercanradus: Hubertus Meldorum; Helias Carnutum: Niuernensium Herimannus: Hincmarus Rhemorum: Inimo Nouiomagi: Lauduni Pardulus: Rhotadus Suessionum: Hilmeradus Ambianorum: Erpainus Syluanecti: Bellouacorum, Ermenfridus: Paulus Rothomagi: Saxbodus Sagiensium: Lexouiorum Freculphus, & Gottofredus Bellocassiorum antistites. Quo tempore Romanis rebus præerat Karolus Caluus. Ex Lib. Epistol. Lupi Ferrariensis nondum edito.

lit. Principem malè de fide catholica sentientem literis diu multũque cohortatus, haud resipiscẽtem demum seuere vltus est. Nã & dignitatem imperij illi ademit, & ne inter reliquos imperatores nomen eius referretur, edixit. Ex Græc. Cæss. Annalibus.

4 EDICTO Aurelianensi vetitum est, ne Pontificiæ sparsim obnuntiationes promulgẽtur, præterquam in maioribus negotiis, publicæque notæ crimen spectantibus. An. 1560. Nec pariter Legum probãda sunt tam Manliana imperia, vt sicubi in leuissimis parum obtemperetur, ilico stringant gladium: Nequetam Stoica scita, vt æquo iure ac pondere delicta omnia metiantur. Illud

Aruernensi item Synodo prohibitum est, ne pro paruis & leuibus causis aliquis communione priuetur. Can. Nullus 11. Quæst. 3.

tamen prohibitorium Edictum postea abrogarũt Reges nostri, sacrarum animaduersionum pristino vsu reuocato: Quatenus nempe priscis canonibus, sanctissimisque decretis licuit olim Pontificum in aliquos fulmen contorquere. Sanctione Regia 16. Calend. Maias. An. 1571. Artic. 18. Ex facto autem proponitur, plebeium quendam iudicio conuentum in foro Canonico, hac libelli formula, vt anathematis vinculo obstrictus in iure diceretur: quòd in euulganda pontificis grauj denunciatione, is de re ipsa quicquid sentiret, bona fide non exprompsisset. Reus verò ab hac vocatione in ius ceu ab abusu Senatum appellauit. Concedebat iste quidem, pontificij iuris existere non modò ecclesiasticas claues, sed earum quoque iudicio declarandarum auctoritatem. Ast hoc in more consuetudineque Francica positum asserebat, vt incidentes Pontificiis censuris liticulæ inter profanos, à regio solum Prætore discepterentur. Eapropter Supr. Curia plebeium de eo ad sacros magistratus abusiuè vocatum pronuntiauit. Decreto 7. Idus Ianuar. An. 1556. Vitello, appellantis, Mesminio, aduersæ partis, & Burdino, fisci aduocatis. De sacrarum clauium potestate innumera istic facilè protulerim testimonia, tum ex vtriusque Instrumenti Codice, tum ex veteribus Christianæ Academiæ scriptorum monumentis. Sed neque centones ex alienis scriptis duxi consuendos, & vulgò nota parúmque hoc loco necessaria percensere, vt superuacaneum fuerit, ita ineptè ambitiosum.

Articuli hũc 18. Legis Regiæ ita temperauit Senatus, in Edicto promulgando, vt æris alieni nomine excõmunicari statim oporteat neminẽ, salua creditori ĩ prædia manus iniectione. 16. Calend. Septemb. An. 1571.

Arestum Die 7. Ianuar.

Quibus culpis exigentibus aliquis sit communione priuandus, notat Meldense Concilium, de quo Ivo Carnut. Lib. 5. De Senten. Excommunic. & Gratianus in Cã. Nemo episcoporũ 11. Quæst. 3.

ORDI-

Cisterciẽsis monastici Ordinis Apostolica Immunitas ab Episcopali imperio.

ORDINARIIS porrò adempta est sacræ Censuræ potestas in Monasticos Ordines quosdam singularibus Pontificum codicillis. Nam Cistercienses Diœcesani imperio, coercitionéque soluti esse iussit Alexander. 3. summus Christianorum Antistes, sequenti Diplomate: quo Cistercienſium familiæ adscripti, coloni, administríque id genus nominatim continentur. *Dilectis filiis Abbati Cistercij, eiusdem conuentibus vniuersis Cisterciensis ordinis, &c. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Ecclesiarum Prælati vestris libertatibus inuidentes, cùm eis non liceat ex Apostolicæ Sedis indulto in vos excommunicationis, vel interdicti sententias promulgare, in tenentes seu firmarios ad annuum reditum terrarum vestrarum extraneos, & eas proprio nomine excolentes, vel aliàs vobis communicantes sententias proferunt memoratas. Nos verò supplicationibus vestris inclinati, ne quis Prælatorum huiusmodi sententias in fraudem Priuilegiorum Apostolicæ Sedis de cætero promulgare præsumat, auctoritate præsentium decernimus eas non tenere. Insuper vobis, & ordini vestro concedimus, quod firmarij, tenentes, seu seruientes vestri in terris vestris situati à lurisdictione cuiuscunque Iudicis ordinarij Ecclesiastici sint quieti: Et liceat vobis de cætero in capitulo vestro de adulteriis, & aliis forni-*

Ardingus Anglus Cisterciẽsis ordinis auctor à Vincẽtio perhibetur. An. 1098. Ille enim monachus in cœnobio Molismensi, Lingonensis agri, cùm animaduerteret in eo minimè maiorum instituta seruari, Robertum Abbam impulit, vt Cisterciũ, locũ in Burgundia desertum, Cabilonen. diœcesis commigraret. Odone Burgũdiæ duce, & Hugone Præsule Lugdunẽsi legato fauentibus: Vbi vetere ordinis disciplina reformata, perfanctè vixerunt. De quibus Vincẽt. In Specul. Histor.

cationibus coram vobis, seu aliis commissariis vestris eos corrigere, ac etiam diuina audire in capellis vestris, & Ecclesiastica sacramenta recipere, ac eisdem firmariis, tenentibus, seu seruientibus in capellis vestris sacramenta ministrare, tam intra, quàm extra monasteriorum vestrorum situationem &c. Sanè si quis Archiepiscopus,

Episcopus, archydiaconus, decanus, aut aliquis eorumdem officiariorum propter hoc in vos, vel in Monasteria, Ecclesias, seu capellas vestras, tenentes, firmarios, aut seruientes vestros in terris vestris situatos, vel in sacerdotes vestros nomine vestro in Ecclesiis vestris seu capellis ministrantes, aut Ecclesiarum ministros aliquos aliquam sententiam protulerit, illam omnino non valere censemus &c. Idib. Nouemb. Pontificatus An. 3.

Die 13. Nouemb.

Cistercienſium mētio facta eſt, ac Pontificiorū huiuſce Ordinis Priuilegiorū ab Oldrado I.C. In Conſil. 300.

ALEXANDRI huius P.P. duæ extant epistolæ Decretales ad Cistercienſis ſocietatis monachos. In cap. Recolentes. De Stat. monac. Et Cap. Statuimus. De Suppl. negli. Prælat. Priore quidem illa, grauiter eos cohortatur, monasticam vt regulam accuratè ſeruēt, in auſpicatu ſacri eius Ordinis diuinitùs inſtitutam. Secundum huius principem familiæ, Quatuorprimi habentur Cisterciensis Ordinis Patres, Clarouallenſis, Pontigniacus, Moriſmundi, & Firmitatis cœnobiorum Præfecti. Ad Arnoldum, Moriſmundi, & Hugonem Pontiniacenſem antiſtites ſcripſit Bernardus Claræuallis Abba. Epiſt. 4. 5. & 33. Idem ad cœnobiarchas Ciſtertij congregatos Epiſt. 145. De Moriſmundi pariter, Firmitatíſque Præſulibus monaſticis legitur Gregorij 9. Reſcriptum. Cùm in veteri De Elect. Sicuti & Caroliloci Æteriarcham Ciſtercienſem memorat Alexander 3. Cap. Cùm dilecti. De Empt. & vendit. Cuius item meminit Innocētius 3. Alexandri ſucceſſor. Cap. Ex parte. De temp. Ordinat. Et Gregorius 9. Abbæ Caroliloci reſcripſit Cap. Ex parte. De Reſcrip. Ex hac Ciſtercienſium familia prodiere Celſiſſimæ

Eugenius 3. P.P. vetat exigi à Claræuallis Abbate & conuentu iuramentum calūniæ. Cap. Imperatorum. De iuram. Calum.

ſiſſimæ Sedis Pontifices duo, Benedictus 12. & Eugenius 3. cuius ſanctiſſimo nomini dicati ſunt à D. Bernardo De conſideratione Libri 5. Quanquam alij etiam cœnobitarū ordines nobis ſummos Chriſtianæ Eccleſiæ Paſtores ſuggeſſerunt, Alexandrum 5. videlicet, Nicolaum 4. & Xyſtum 4. votiua Ordinis profeſſione Franciſcanos, Innocentium 5. Dominicanum: Eugenium 4. Cœleſtinum: Gelaſium 2. Benedictinū, è Mandra Caſſini montis: Clementem 6. cucullatum ſacerdotem: Vrbanum 2. Cluniacenſis alumnum monaſterij: & Victorem 3. ac Stephanum 9. Caſſinates cœnobiarchas. Porrò Celeſtinus 5. Pontif. religioni impenſè deditus, Pontificatu ſe abdicauit, priuatæ, (vt aiebat) tanquam ſanctioris vitæ deſiderio, poſtquam tanti principatus ferendo oneri ſe imparem fateretur: & reſumpta cuculla ad ſyluas & ſpecus Gargani montis, ad contemplationem diuinorum operum contenderet. Vnde admirántibus cunctis pij animi decretum, quod è tanto faſtigio religionis amore in Eremum ſe demiſiſſet, tantam conceptæ diuinitatis opinionem eſt conſecutus, vt à vicinis primo, & à remotioribus demum populis inuiſeretur: ac plerique ab eo, vel occurſum & colloquia deuitante, delictorum expiationes & rerum futurarum oracula depoſcerent, & iam pro ſancto, gliſcente diuinitatis fama, coleretur. Nunc ad rem.

De Caſſinatis cœnobij Abba Innocentius 3. in cap. Licet De Offi. Lega.

Ex monachis Romani Pontifices, eóque in albo numerātur B. Gregorius. P. P. antea monachus, & leuita. Tū Hildebrādus Soanēſis ex Ethruria monachus, qui poſtea Pontificatum adeptus Gregorius 7. eſt appellatus.

7 PRÆMONSTRATENSIS itidem Epiſcopali iuriſdictioni eximuntur Pontificia Alexandri 5. immunitate ita ſcripta: *Prædictos Abbates, Præpo-*

Præmonſtratēſis Ordinis Priuilegia Pontificia.

Regularis huius sacerdotũ familiæ, Ordinísque auctor Norbertus genere Lotharingus, qui arctissimũ istud vitæ genus ex Augustini ordine queritans à Calixto 2. impetrauit. An. Salutis 1120.

sitos, Priores, decanos, canonicos, conuersos, donatos, Abbatissas, Priorissas, moniales & personas Præmõstratẽsis Ordinis cum omnibus membris, curtibus, grãgiis, domibus, bonis mobilibus & immobilib⁹, & aliis reb⁹ quas poſsidẽt, & in futurum poterunt legitimè adipisci, necnon Ecclesias, & alia loca ab eisdem monasteriis dependentia, ab omni superioritate, dominio, iurisdictione, necnon visitatione quorumcunque Patriarcharum, archiepiscoporũ, episcoporum, & aliorum iudicum ordinariorum, & officialium Ecclesiasticorum plenariè eximimus, & totaliter liberamus, illáque ad ius & proprietatem B. Petri Apost. & Sedis Apostolicæ, ac sub eorum speciali protectione suscipientes, ea omnia decernimus præfatæ Sedi soli, & immediatè subiacere. &c. Pridie Cal. Sextiles. Pontificatus An. 1. Confine est singulari huic diplomati Priuilegium concessum ab Innocentio P. P. 17. Calend. Apriles, Pontificatus An. 11. Tum à Clemente Pontif. (qui Auenione sacro Solio, Orbíque Christiano præsidebat) 17. Calend. Ianuar. Pontificatus An. 1. Ad Abbatem de Præmonstrato extat D. Bernardi Epistola 252. Ac longo post interuallo rescriptum est ab Innocentio 3. Romano Præsule ad cœnobiarcham & conuentum Præmonstratensem. Cap. Edocerí De rescrip. Et Cap. Causam quæ inter Præmonstraten. & Pramon. Ecclesias. Eod. tit. Ne istîc quicquam eorum interseram, quæ à Vincentio, & Volaterrano fusè dicta sunt de Præmonstratensi, ac reliquis monasticarum familiarum ordinibus. In Spec. Histor. & Anthropol. Lib. 21.

Die vlt. Iulij.

Die 16. Martij.

Die 16. Decẽb.

EANDEM in classem referri possent Cluniacensis

censis ordinis monachi, peræque Episcopali immunes, exemptíque iuridica potestate. Vt liquidò constat Pontificiis tabulis Clementis 4. P. P. 4. Nonas Nouembres Pontificatus An. 1. Sed de iis alias pleniùs, modò ne Petrum Cluniacensem interim silentio præteruehar, Theologicæ scholæ lumen clarissimũ. Quippe qui Anno 1140. quum versaretur in rebus humanis, varia ingenij monumenta publicarit: quæ etsi in paucorum hodie, vti reor, nostras certè in manus aliquando peruenêre. Ab eo námque exaratus est De conuersatione Eremitica non vulgaris Codex, Reuelationes multorum, Binæ Epistolæ de Petrobrusianis hęreticis, Ad Patres magistros Ecclesiæ Dei, Arelatensem & Ebredunensem archipræsules, Diensem & Vvapicensem episcopos. Præterea de Baptismo paruulorum, De veneratione S. Crucis contra Hęreticos, De Basilicis, templis, & altaribus in hęreticos, De sacrificio missæ & veritate Transsubstantiationis, De suffragiis pro defunctis, De laude Dei in canticis & musicis instrumentis: Cathalogus Diuorum nostratium, qui media in Gallia sacrorum Aras delubráq; condidêre. Petrum hunc Cluniacensem effusè laudat Bernardus eius æqualis, Epist. 147. 227. 265. 267. 309. Celebratur & Cluniacensis monasterij cœnobita Glaber Rodulphus, Roberti & Henrici 1. regum pene æquæuus, rerúmque ab iis gestarum scriptor. Libro quem euoluimus, nondum formis impressum. Cluniacensis verò familiæ priuilegia generatim tractantur Oldradi Responso 204.

Cluniacensium Priuilegia.

Die 2. Nouem.

Vnde Cluniacensi monasterio nomen sit inditũ, concinnè docet Glaber Rodulphus eiusdẽ cœnobita monasterij, nimirum à decliue & humili colle, vel aptiùs (inquit) à cluẽdo dictũ, quum cluere, crescere dicamus. Insigne enim incrementum diuersorũ donorum à sui initio indies locus idem obtinuit. Hæc Rodulphus Hist. Franc. Lib. 2. in Tit. De monasteriis reædificatis &c. De Petro Cluniacensi Abbate & eius scriptis.

Vbi Nicolai P.P.in eam rem diploma ad verbum exſcribitur. De toto hoc ordine edita eſt ab Honorio 3. Decretalis Epiſtola, Quanto. De Priuil. Secundum quem, Gregorius 9. ſanctè exhortatus eſt Cluniacenſem cœnobiarcham Cap. Sacroſancta. De Elect.

In exemptos Episcopi foro digreſſi paulum, nunc iudiciaria Ordinarij ipſius decreta proſequamur. Laudunenſis ſacer Iuridicus ambos coniuges ſexcentis H S mulctauit, quod ſpreta Eccleſiaſtica prohibitione connubio ſe inuicem iunxiſſent: In adſtantes quoq; clandeſtinis nuptiis mulctæ dictione animaduertit. Damnatis Senatum appellantibus, cognitio vertebatur, nûm Episcopo liceret nummarias pœnas ſuis loculis, quaſi fiſcis addicere, quum fiſcum non habeat, aut purè ſaltem ſimplicitérque mulctas irrogare. Nam & hoc caſu ſibi ipſe pōtifex adſcribere mulctatitiam pecuniam, & adiudicare videbatur. Senatus prouocantes abuſiuè mulctatos pronuntiauit. Addito eo, vt Pontificij Præfecti canonicis pœnis, & S. C. indictis libere plecterent connubialium legum contemptores. Placito Curiæ 8. Calend. Decembres. An. 1551. Meſnilio, appellantium, Seguerio, principis Fiſci patronis. Ægid. Magiſtro ſummæ tum Curiæ Præſide. Nec iniuria profectò. Vt enim demus, iudici cuilibet mulctæ dicendæ ius eſſe, cui publicum iudicium ſit: Hoc ita intelligi debet, ſi Eccleſiaſticus mulctam in pium quendam vſum iudicans deſtinarit. Qua formula ac cautione ſacer magiſtratus licitè mulctam

9

600. *Seſtertij.*

Quatenus pecuniarias mulctas dicere poſſit Epiſcopus, eiúſq; Vicarius Iuridicus.

Decretum Senatus Die 24. Nouemb.

ctam indicit litigatori pro arbitratu. Decreto Senatus 3. Cal. Decemb. An. 1530. Morlone, prouocantis: & Bariotio, aduerſarij cauſidicis. Ex Concilio Triburienſi. Cap. Preſbyteri. De Pœnis. Verùm purè damnato & mulctato litigatore, cenſetur Epiſcopus reorum damnationes trāsferre in rem ſuam priuatúmque vſum iniquo exemplo voluiſſe. Quòd Regiæ profanæque eſſe poteſtatis, non Hierarchicæ, ſanxit Gregorius 9. Cap. Statuimus. De maledicis. Et Panor. inibi. Archydiac. copioſè in Cap. Venerabilibus. De Sentent. excommun. in 6. Hoſtienſ. in ſumma. De offic. Ordin. §. quod pertinet. His concinit Laconica Fabri ſententia. *Epiſcopos non debere imburſare emendas pecuniarias*, In L. Si Clericus. Cod. De Epiſc. audien. & in L. eos Cod. De modo mulct. Iuxta quę Ordo Ampliſſ. perpēſo exactè negotio, iudicauit. Areſto poſtridie Calend. Decemb. An. 1533. Nec diuerſum antea à Patribus decretum accepimus ſecundum Rhemenſis vrbis decuriones contra Archipræſulem. Tametſi ibidem de contumelia huius Vicario Iuridico illata ageretur. S. cōſulto 18. Calend. Ianuar. An. 1527. Idque in clericis perinde, ac profanis condemnatis opinor probandum, eadem ſuadente æquitatis ratione. Cui quidem ſuffragatur eximia P. C. ſententia aduerſus Maleacenſem in Pictonibus epiſcopum. Huius quippe à Vicario iudice damnatus fuerat ſacerdos mulctæ nomine vicenas Francicas libellas penſitare. Purè iſtud quidem, nec adiecto, quam in cauſam mulctatitium æs inſumeretur.

Areſtum Die 29. Nouemb.

Regulare eſt, iudicem Eccleſiaſticum pecuniariter non mulctare, vt aiunt, etiā pro crimine. Cap. Licet. De pœn. Nec pro contumacia. Cap. 1. De dolo & cōtum. Haud vſquequaque tamen hoc illi interdictum eſt, Sed non debet exigere, niſi partis interſit. d. Cap. 1. & ibi Innocent. Cap. In Archiepiſcopatu De Raptor.

Placitum. Curiæ Die 2. Decemb.

S. C. Die 15. Decemb.

Vnde non obſcuro turpis quæſtus auaritięq; probro aſpergebatur pontificius Iuridicus, quamlibet publici muneris ſpecie contecto & inumbrato. Senatui, re cognita, placuit iuſtè abuſus ergô ab Eccleſiaſtica condemnatione prouocatum. 6. Idus Maias. An. 1531. Enimuero ſi Eccleſiaſtici proceres ſibi mulctarum aſſerant emolumenta, peculiari quodam dominij iure, non publica iudicandi poteſtate, ab iis nummarias eiuſmodi pœnas ritè vendicari innuit Honorius 3. pro Rothomagenſis cœnobij antiſtite, cui mulctatitiæ pecuniæ triens in quinæ parœciæ curiales iam olim cõpetebat. Cap. Dilectus filius Abbas monaſterij Rothomagen. De Offic. Ordin.

Decretum Curiæ Die. 10. Maij.

EXIGIT interdum admiſſi ſceleris ratio non tantũ mulctæ dictionem, ſed capitale etiam ſupplicium, aliámve extraordinariam coërcitionem. Quo in genere tractatum eſt illud, an de Clerico quæſtionem habere ius ſit Eccleſiaſtico Præfecto ad excutiendam tanti flagitij veritatẽ. Ambigendi cauſa eſt, quòd libera corpora vincire, torquere, aut iudicium ſanguinis vllo modo ferre, id Eccleſiaſtico prorſus reclamet vitæ inſtituto. At contrariæ opinioni ſubſcribunt Pontificiæ legis conſultiſſimi. Ex auctoritate. Alexandri 3. Cap. Grauis. De depoſ. In verſ. nam & iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub quæſtionibus ad rationem ponant, etiam ſi oportuerit, vinculis alligatum &c. Quamuis enim Diocletianus & Maxim. Cæſſ. ſtatuerint, ne crimina tormẽtis quęrerentur in decuriones, vel milites: quibus Clerici ſacrámci ſacrámque profeſſi militiam ſolent exæquari. L. Milites, L. Diuo Marco. De Quæſt. Id tamen ad ſacerdotes non produci dictitat Faber in d. L. Milites, & in Repetit. Tract. Quæſtion. ſeu Tortur. Neque ei refragatur Paridis Puteani ſententia In Lib. De Syndico. verſ. Tortura. Eodem pertinent quæ Baldus diligenter adnotauit In L. Imperium. π. De Iuriſdict. omn. iud. Vt intelligatur, quibus ab iudicibus in crimine ſeruando quæſtio poſſit adhiberi. Itaque vt ad ſcriptas veterum cõmentationes aliquod fori noſtri lumen adiungamus, cenſuit Senatus torquendum preſbyterum, à quo deinde tormẽtis expreſſæ ſunt facti confeſſiones in Põtificiis Pariſien. cuſtodiis. An. 1392. Sicuti à Gallo recenſetur Quæſt. 294. Ne autem obmurmuret quiſpiã iſtic, quæſtionem ex legib⁹ de ſacerdote habitam auctore Senatu, aliud accipe Curię Placitum de Sacro Imperio in veritate tormentis inquirenda & eruenda. Nuper enim decreta à pontificio Sueſſionum Iuridico quæſtione, à qua reus Curiam ceu ab abuſu appellarat, Patres nullum in ea abuſum eſſe graui iudicio cẽſuerunt. Annum circiter 1568. Mario & Deſporta cauſam agentibus, victore Henequino, Inquiſitionum antea Pręſide in ſacro Pariſien. confeſſu, aduerſus N. clericum, quem Hennequinus accuſator arcarum ſuarum effractorem expilatorémq; fuiſſe, in foro Pontificio contendebat.

Queſtiones, tormentáque ſunt ſpecies probationũ vtrique foro cõmunes. Quin & reis poſt quæſtionẽ dimiſſis, ſi nouæ probationes ſubmiuiſtrẽtur indicanti, locus eſt cauſæ retractationi. Vt cõſtat ex illa falſi & veneficij accuſatione in Iulium Seruianum coram Diuo Traiano Imp. Apud Plinium Lib. 7. Epiſtol.

Huiuſmodi quæſtionibus fidem omnino habendam non eſſe teſtatur ſerui exemplũ M. Agrij argentarij, & alia complura apud Valer. Max. Lib. 8.

Hennequinus nuper Præſes in Camera Inquæſtarum Curiæ Pariſien.

II GRADATIM ab interlocutionibus, perueſtigata vndique rei veritate, tranſeundum ad vltimam ſententiam, cauſæque diffinitionem. Eccle-

siasticus Iudex Parisien. reum ad nautica ergastula relegauit in bienniũ. Hinc prouocatur ad Supr. Curiam abusus causa. Prouocantem abusiuè relegatum Patres decreuêre, subiuncto eo, vt sacer Magistratus alia pœnarum genera & sancita canonibus, & vsu recepta Gallico suis liberè infligeret. Arestis Curiæ 4. Calend. Iunias. An. 1544. & 10. Kalend. Maias. An. 1556. Santandræo, Giraldi appellantis causam orante. Ex aduerso autem videtur vrgere Gregoriana Sanctio, publicam fustium pœnam, exiliique ac deportationis adstruens in Clericum calumniatorem. Cap. 1. De Calumniat. Quo vergit & illa Vrbani 3. cõstitutio proscriptionis exiliique reorum comprobatoria. Cap. Ad audientiam. De crim. fal. Neq; ab iis longè recedit Alexandri 3. rescriptum, quo Panormitanus Siculæ orę põtifex iubebatur loris flagrisque cædere criminis peractos: eo solum temperamento adhibito, ne flagella in sanguinis vltionem exirent. Eiúsque partis sententiam fusiùs exequitur Innocentius Pontificij iuris enarrator. In Cap. Qualiter, & quando. De accusat. Clericis modò, cùm delecti sint ad altaris ministerium, vt noui Testamenti ministri, sanguinis pœna non est infligenda. Thomæ Aquinatis iudicio. Quæst. 64. Artic. 4. Vulgò etiam perpetuis vinculis plectuntur Sacerdotes, ex Bonifaciana lege Quamuis. De Pœnis. Quin multò ætate maior Eugenius 2. Pontifex instituisse carceres & custodias primus omnium fertur, ad Clericorum delicta cohibenda & castiganda. Nihilo seciùs Ciuilis

Decretum Senatus Die 29. Maij.

Arestum Die 22. Aprilis.

Hoc Cap. Ad audientiam, de eo loquitur qui signatorium anulum Galli Regis falsauerat.

Capitalis criminis Ecclesiastica pœna est, Clerici ab honore officij depositio. Can. Si episcopus 50. Distinct.

Ciuilis Francorum Politia explosit. Pontificias illas in maleficia animaduersiones, siue missionem in exilium, seu nautica remigum vincula spectaueris. Ita Lutetiano Senatu iudicante 11. Calend. Decemb. An. 1532. Capello, appellantis ex abusu, Boeuino, aduersarij, Montolone, Regio aduocatis. Item 4. Kalend. Iunias. An. 1544. quum Bouguerius Bituricensis Archiepiscopi, qui in nauticas biremium operas reum damnauerat, causam peroraſſet. Ab antiquis certè nautica ergastula capitali pœnæ adnumerata non fuisse, constat ex sententia Tyberij Cæs. in Pseudoalexandrum criminosum, quem is remigio mancipauit, ac Liburnicarum seu triremum Prefecto tradidit, gnauiter operaturũ: Doctorẽ verò ipsius affecit supplicio. Vt tradit Iosephus Antiq. Iudaic. lib. 17. Cap. 14. De iisdem nauticis ergastulis vide Tranquillũ in Tiberio. Quantopere tamen seruile habitum sit olim remorum ministerium istud, docet Græca paræmia Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα, ï. à remo ad tribunal. Dici solitum, vbi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete. Vt-ut sit, laudanda est in Episcopis Christi vicariis Christiana lenitas: quæ tam singularis in Augustino enituit, vt cùm in ciuitate quadam Pagani contra Cæsaris edictum publicitùs impetum fecissent in Christianos, multísque vexatis vnum atque alterum occidissent, iámque seueram Principis vltionem expectarent: quidam ex ipsis eruditus per literas ab Augustino petierit obtinuerít-

Placitum Curiæ Die 21. Nouemb.

Die 29. Maij.

Nonnunquam criminis peracti perpetuo opere publico dãnabantur olim, auro nempe effodiẽdo, vel lapidicinis, vel nauticis quadriremũ operis: vt vincti opus facerẽt toto vitæ curriculo, vel alio tẽpore præfinito.

que, vt interceſſione ſua Cæſaris iram mitigaret. Teſte Poſidonio in vita Auguſtini. Quocirca minùs nouum videri debet, capitales pontificum ſententias Regij Senatus decretis, (vt ſuprà) temperari & coarctari.

Enormia flagitia per ſeculi iudices corripiantur. Inquit D. Auguſtinus ſuper Epiſt. Ad Romanos. Can. Sunt quædam 23. Quæſt. 5.

NON deſunt alia rerum iudicatarum exemplа, 12 quibus pateat externam ſacrorũ procurationem à regia Publici Status tutela minimè eſſe diſiunctam ac ſeparatam. Vetera enim ciuilis noſtræ diſciplinæ acta voluenti occurrent ſubinde S. Cõſulta Regiis facta auſpiciis, vt ſicubi Pontificias vices gerens profani Imperij iura ſibi adſciſceret, mox Regia manu in ſacras opes iniecta, deſiſtere incœpto cogeretur. In Parlamento Anni 27. ſecundum Rhemenſes decuriones contra Rhemorum Antiſtitem. Ex parte 1. Styl. Parlam. Cap. 29. Tit. Quorum cognitio ſpecialiter pertinet ad Regem &c. Neque his diſſentaneum eſt, quod Regius Pariſiorũ Senatus decreuit aduerſus Cenomaniæ Præſulem. An. 1388. Quemadmodum à Gallo ſcriptum eſt Quæſt. 183. 247. & 362. Vſqueadeo, vt nec in profanis ſacri magnatis finibus alter poſſit clericum prehendi iubere Pontificia auctoritate. Ex ſupremo Curiæ iudicio An. 1392. quod recitat Gallus Quæſt. 276. & 309. Proinde Regij etiam Actoris oratio honeſta Patribus viſa eſt antiquitus, poſtulantis ſibi edi Eccleſiaſticæ litis commentarios: vt obſeruaret ſedulò, ne quid in Auguſta, ac Burgundi Reguli iura Rhemenſis antiſtes moliretur. In Parlamento Martinalium. An. 1395. Enarratore Gallo Quæſt. 363. Quibus conſo-

Eccleſiaſticos Præfectos, qui regia iura ſibi vſurparint, Principali auctoritate cohiberi, & intra ſuos fines ſeptáque reuocari.

conſonãt planè Summi Ordinis Placita. An. 1397. In Parlamẽto B. Martini. Apud Gallũ Quæſt. 357. 358. 388. & 389. Pari modo in Vtopiana Repub. vt populum hortari admoneréq; Sacerdotis eſt: ita coërcere atque in facinoroſos animaduertere, Principis, ac Magiſtratuum: Niſi quòd ille ſacris excludit, quos improbè malos compererit. Nec vllum ferè ſupplicium eſt, quod horreant magis Vtopiani. Teſte Moro Vtopiæ Lib. 2.

13 PROPRIAM quoque pontificum iuriſdictionem apprime tuentur Franci Reges: vtpotè Eccleſiaſtici iuris propugnatores fidiſſimi. Declarat idipſum Pariſienſis Curiæ ſententia vetus, ſpiritalem cauſam ad pontificia tribunalia reiicientis. An. 1392. Quæſtione Galli 327. Nec enim profani omnino habendi ſunt noſtri Monarchæ, qui cœleſtis muneris Chriſmate inunguntur: Multo hercle ſanctiùs ac religioſiùs, quàm Perſarum antiqui reges, quos inauguratos, ſacrarúmque principes ceremoniarum conſtat extitiſſe. Vnde & hi vtebantur Thiara præcelſa, ornatáque gemmis, ac pluuiali chlamide, cultu non abſimili ab eo quo Romani Pontif. in ſacris ſolemnibus exornantur. Tanta vbique gentium eluxit inter Pontificatum ac Imperium cognatio atque coniunctio: vt in priſca illa Theologia Latini regni, ſacrorum Poteſtas ſecundum regiam foret maxima, & ſacrorum Præfecti ſecundas in Repub. partes obtinerent. Enata quippe de Latino ſceptro controuerſia inter Iulum Aſcanij filium, & Syluium patruum, huic Regios faſces Populus adiudicauit: Sacrorum verò præfecturam Iulo,

Etſi quidam alij reges, Hieroſolymitanus nempe, Anglorum, & Siculorum ſacra vnctione imbui cõſueuerint nõ tamẽ ex oleo diuinitus demiſſo ac miraculi in ſpeciem, vti Rex Chriſtianiſſi. De quo Aluarotus in Cap. 1. Quis dicatur Dux, March. vel Com. Albericus in Rubr. De Sta. Hõ. Hoſtien. In Rubr. De Sacra Vnct. Archid. In Can. Quoniam 10. Diſtinct.

Iulia gẽs apud Romanos sacerdotio honore hæreditario fruebatur. Auct. Halycarnass. Antiq. Romã. Lib. 1.

velut proximam Regiæ dignitatem. De his Sacris loquitur Cæsar: Vti (apud Lucanum) Phrygíique penates gentis Iuleæ: Tum in laudatione amitæ, Marij coniugis apud Tranquillum de Iulio. Nam Dionysius etiamdum ætate sua Iuliam gentem sacris illis scribit præfuisse. Nec Latino quidem sacrorum Præside inferior fuit Sacerdos Commanorum in Ponto, cui summus post Regem honos habebatur, & Regium diadema gestare licebat, vti à Strabone literis est proditum. Commana itidem eius suberat imperio, cum sacris seruis, qui Hieroduli vocabantur, haud pauciores sex millibus, in quos omni præditus erat potestate. Idem iuris honorísque Commanorum sacerdoti in Cappadocia tributũ à Strabone perhibetur.

In nostra quoque Gallia profanos magnates cœnobiorum bona auidè expetisse reliquariúmque Ecclesiarum testatur Suggerius Abba Dionysianus. In Chronicis Ludouici 6. & 7. regum, manuscriptis. Ait enim baronem Ebalum Ruciacensẽ, & filiũ eius Guiscardum sibi vsurpasse sacras Rhemensis Ecclesiæ facultates. Et Burchardum dominum Montmoriacensem Dionysiani cœnobij latifũdia: Quorũ nefarios conatus repressit Ludouicus Crassus Frãcorum rex. Narrat & Rigerdus, Heboném de Carantonio, grauiter

ETHNICIS porrò valere iussis, Otho Christianus Imp. succedat, meritis honoribus Sacerdotium prosecutus; Heroica, ad hæc, susceptа Ecclesiasticæ maiestatis defensione. Cuius rei luculentum testimonium præbet hæc verè Augusta Othonis Cæs. responsio ad ineptè simul impiéq; à Dynasta quodam postulata. Deflagrabat enim præpotens Comes insano ambitu opulenti cœnobij potiundi: quod peruicaciùs ideò ab Otthone petiit, tanquam bellicæ operæ præmium, militaréque donatiuum. Cæsar autem, scriptum est (inquit) nolite Sanctum dare canibus. Ego quippe Sanctum canibus datum existimarim, siquidé sacros cœnobiorum prouentus, qui Diis militanti iam olim addicti sunt, ad profanũ militem transtulero

tulero. Tibi verò procaciùs iniqua poscenti, nec hoc, neque aliud à me concessum iri testor circunstante hac corona. Si animo tuo sedeat, fidem mihi, officium obsequiúmque Augustis debitum renunciare, quanto ocyùs, tanto meliùs. Vti à Luitprando refertur, Ticinensis Ecclesiæ Leuita Lib. 4. Cap. 14. Ac Sacerdotes vicissim, Regibus communicata ope, Populum sanctissimis informant & legibus & institutis. Ex quo illud pariter euenit, vt Religionis ductu Politeia comes sartam tectam seruet Rempub. cœlestíque vno Orbis principe proposito, mortales serius à regionis suæ Principe defectionem, & Ἀναρχίαν meditentur. Extant demissæ supplicésque Palladij literæ, Suedrorum Pamphyliæ Magistratus ad D. Epiphanium Cyprium antistitem; quib⁹ eum summissè obsecrabat, succrescentes Patriæ fluctus, pugnantésque de vera pietate sententias conciliaret: Hanc vocem quoque Palladio in Epistola emittente, *Præceptor serua*. Exin protinus ab Epiphanio scriptus liber, Ancoratus dictus; eo quod anchoræ instar mentem perduceret, de vita & salute perscrutantem: Quum ipsius Operis summa multas Fidei partes complectatur.

infestasse Bituricensem Cleriũ, Ymbertúmq; de Bellosoco, et Comitem Cabilonensem Ecclesias illarũ partium, quantum ad sacras Cleri ipsius possessiones, quas profani proceres inuasere. At regiis armis copiísque Phil. Augusti tot Regulorum audacia proteruiaque fracta & coercita est. Ex Histor. Phil. Theodati.

S. Epiphanius Constantiæ Cypri episcopus.

15 QVANQVAM verò mutuis officiis deuinciantur arctissimè Sacri, ac Ciuiles magistratus: vtriusque tamen distincta inuicem munia in luce fori perspicuè intuemur. Sicuti enim Pontificius iudex, Regio quandoque Clericos tradit supplíciis afficiendos: Ita non prius in eos animaduertit Regius Prętor, quàm infulis exuti fuerint & exau-

Iure Canonico in Clericũ, etsi sæuis & enormibus se immiscueris, per iudicem secularem procedi non potest ante priuationẽ priuilegij clericalis, declarationem & degradationem ab episcopo faciendam, præterquam in casibus, quos notat Gloza in Cap.

gurati ab Ecclesiæ Præfecto: Cui talis exauctoratio competit solida potestate, ac Hierarchis peculiari. Francica Constitutione 16. Calend. Maias. An. 1571. Artic. 14. quæ commentariis Curiæ perscripta est 7. Idus Septembres Eod. Anno. Per hunc modum Paulo Samosateno, qui hæreseos compertus fuerat, sacrorum gradu deiecto à Christianis Præsulibus, postulatum est ab iis impetratúmque Aureliani Cæs. auxilium; vt districtè illum cogeret nouo pontifici Episcopales ędes tradere, déque possessione episcopatus decedere. Vt est apud Eusebium Sacræ Hist. Lib. 7. Cap. 27. 29. & 30. Rursum Theodosius Imp. synodicæ Nestorij hæresiarchæ damnationi adiecit deportationem in Oasim, & generalem tulit constitutionem aduersus Nestorianos. Vt ait Socrates Lib. 5. Cap. 34. Euagrius Lib. 1. & Theodosiana Lex Damnato. Cod. De Hæret. Insuper Iustinianus Augusti. canonicæ disciplinæ vindex præcepit, Sacerdotes, qui post sacram ordinationem vxores ducerent, curiæ cum bonis suis tradi, adempto velut infularum iure. In Lib. Τῶν Νεαρῶν. Nouel. 123. Eiusdem pœnæ exempla profert Theodoritus. Tripart. Hist. Lib. 4. Cap. 22. Lib. 6. Cap. 7. Et Lib. 7. Cap. vlt. Quibus deinceps commodè aptentur Innocentiana Rescripta Ad falsariorum De crim. fal. Cap. Nouimus De verb. signif. & Cap. Nouit. De Iudic. Sed non omnia solemnia Franci vsurpamus in diris hisce vltimísque exemplis pontificiæ animaduersionis, quæ sanxerat Bonifacius 8. Cap. Degradatio. De Pœnis.

Ad Abolendā De Hæret. & Panor. In Cap. At si clerici §. 1. De Iudic. Arg. Cap. Perpendimus De Senten. excommun. Tamē in Francia Clericus inobediēs Ecclesiæ, vel arma gerens, aut sacris se immiscens capite plectitur à laico iudice, nulla Clericalis tonsuræ habita ratione, aut degradationis solennitate seruata. Arestosenatus Tholosani Die 3. Septemb. An. 1469. & Die 3. April. An. 1475. Ex Benedicto in Repet. Cap. Raynutius in Vers. & vxorem. Secun. Decis. Nū. 440. 441. 442. Edictum Die 16. Aprilis, à Curia comprobatum Die 7. Septemb. An. 1571.

Pœnis. Nec enim hodie exigitur solemnis Gallicorum pontificum numerus ad mouendum ordine & gradu sacerdotem, ex Christiano ritu maiorum: Quemadmodum insigni P. C. Decreto continetur. 9. & 8. Calend. Maias. An. 1535. de venefico Sacerdote. Atque ita Francici fori vsu probatum, Clericos cingulo insignibúsque sacræ militiæ exauctorari posse ab Episcopo, cœnobiarchis adstantibus, aliísve in sacra dignitate constitutis. Quo alludit Pauli 3. P. P. rescriptum aduersus monetæ adulteratores, promulgatum in Senatorio Parisiorum tribunali. 14. Kalend. Iunias An. 1542. Vbicumque autem sacra iurisdictio proponetur Antistiti communis cum Ecclesiastico suo Senatu, more eius Ecclesiæ priuatim recepto, tunc licitum non erit pontifici infulis exuere Presbyteros, vel partibus omnino ius reddere, nisi assidēte, aut vocato Templi maioris collegio. Imò pactum fuit quondam à Præsule fani Flori Aruernorū cum Ecclesiastico Sodalitio, vt ne sacris quidē Sodalibus contemptis, ius dicere posset Antistes, & absente etiam (modò accito) episcopo liberæ sententiæ ferrentur à Collegio illo sacrorum principe. Cuiusmodi pactionem Alexander 6. Pōtifex præclaro diplomate comprobauit, hoc modo: *Episcopus S. Flori habebit cognitionem delictorum in domo capitulari de consilio Capituli: & si contingat ad diem, locum, & horam assignatos per dictum Capitulum, præfatum Carolum Episcopum, seu eius vicarium, aut eius successorem non venisse, ipsi Capitulum illa vice, qua fuerit absens dictus Episcopus, vel eius vicarius, ad*

Placitum Curiæ Die 23. & 24. Aprilis.

Die 19. Maij.

Pontificiū Rescriptum de communione iurisdictionis inter Episcopū & Capitulum S. Flori apud Aruernos. Die 16. Februar. An. 1498.

Raimundus de Mouſtneghel cardinalis, primus Epiſcopus S. Flori. Archimbaldus verò Epiſcop. 3. inſtituit B. Mariæ Collegium Santoſlorianũ. Ex Demochare De Diui. Miſſæ Sacrif.

cognitionem, ſententiam & punitionem exceſſuum & delictorum, de quibus quæſtio fuerit, in abſentia præfati Epiſcopi, aut eius vicarij procedere poßint, non expectato alio termino. Dictique proceſſus, ſententia, & coercitio tanti erunt effectus, ac ſi per dictum Epiſcopum de conſilio & conſenſu eorumdem Capituli in domo capitulari prædicta fuiſſent celebrati. 14. Calend. Mart. An. 1498. & Pontificatus An. 7.

Gratianus ſcribit, eorum quoque res, qui ex clero labuntur, ſimul cum ipſis monaſterio tradendas. Can. De lapſis 16. Quæſt. 6.

VLTIMO flagitioſi Pontificia ſententia mul- 16
ctantur monaſtica incluſione, Ex Concilio Agathenſi Cap. 50. In Can. Si epiſcopus 50. Diſtinct. Quo Agathenſium Patrum ſeculo Cœnobium lachrymis pœnitentiæ rigabatur, laceratáque voluntariis verberibus terga, mox cilicio tegebantur. Talis monaſticarum compedum pœna à Iuſtiniano indicta eſt adulteræ mulieri. Nouella 134. Et lapſis ſacerdotibus, à Gregorio 1. Pontif. Epiſt. 42. Lib. 1. Regeſti. Eo fermè modo Blanda Caroli Pulchri coniunx, probri rea acta in perpetuam coniicitur cuſtodiam, quòd adulterij fuiſſet conuicta. Philippo 4. ſocero Galliæ Rege. Piis equidem cœnobia non tam ſupplicij loco habentur, quàm motuum humanarúmque portus tempeſtatum. Nam vt à propoſita Religionis, Imperiíq; coniunctione minùs digrediar, haud pauci Reges cœnobij portum ingreſſi ſunt, quo publicis defuncti curis liberiùs demum vacarent Superûm veneration; Quorum nutu ſtant, caduntque imperia, & quicquid hoc cœli ambitu continetur. Bamba enim Hiſpaniarum princeps, vndecimo poſt data Populo iura anno, monachum

Carolomanus Pipini Galliæ regis frater natu maior Auſtraſiæ Transrhenanarúmq; gentium princeps, relicto ſeculo, abſceſſit in Caſſinas Italiæ cœnobiũ, ibiq; ſacra cucullа ſumpta, re-

ſe profeſſus eſt in Pampligeo monaſterio, ordinis Benedictini. Sub Annum. 670. Roderico auctore, & Ritio Neapolitano. Luſitani itidem regis Leonora vxor non modò cõdidit Methymnæ Veſtalium virginum monaſticas ædes, ſed in earum quoque cœtum migrauit ex Aula. An. 1431. Vt Taraſſa memorat, neotericus Hiſpanicarum rerum ſcriptor. Eodem Sacri Spiritus inſtinctu Leonora altera apud Britannos attonſa fuit cœnobióque clauſa Ambreſburio, quæ Anglorum regina extiterat, regíſque Eduardi mater. An. 1286. Vt eſt apud Matthæum Vveſtmonaſterienſem. Accedat his Æthelredus Merciorum in Anglia rex, qui reputatione humanarum rerum, quã fluxæ, fallaciq; ſpecie, quàm volucri orbe circumagantur, vel mente cœlitus admonita, complexus eſt monaſticum vitæ inſtitutum, triceſimo Regiæ adminiſtrationis anno, monachúſque deinceps apud Bardoueiam ſupremum fati munus impleuit. Circa annum 705.

gularem vitã piè tranſegit. Ex Francor. Chronic.

Methymna, hodie dicta, Delcampo, vbi ſacræ virgines cœnobio ĩcluſæ.

17 SCITVM eſt illud profectò, veréque Philoſophi Chriſtiani ſepulchrale elogium: *Vixi mundo, vixi mihi, nunc viuo Deo.* Quemadmodũ enim Socratica philoſophia in mortis meditatione verſabatur maximè, vt liquet ex Phedone Platonis: Ita Chriſtianum eſt, maturè ſe ex terrenarum occupationum vndis fluctibúſque recipere in portum ſublimémque immortalis vitæ cogitationem: donec à Superis nos tanquam de flebili hoſpitio, ad plenam hilaritatis paternam domum, cœleſtéque Beatorum concilium aduocemur. Id cauſæ

Universidad de Deusto Biblioteca

fuit, cur duo Indorum reges Auenir, & Ioſaphat, dimiſſis Regni gubernaculis, Eremitico ſeſe olim vitæ generi dicarint. Vt Damaſcenus ſcribit. Eo modo Rhachiſius Longobardus rex, diademate depoſito in cœnobium ſe contulit, monaſtico ſimul voto obligatus. Quo tempore ſacra iura petebat à Zacharia Pontif. Chriſtianus Orbis, & Pipinus Francis dominabatur, vt Annales ferunt. Nec Langobardi feruido zelo ceſſit vltimus Morauiæ rex Suatoplucus, religioſus Eremi cultor in Sembor monte, quum Arnulphus Romano imperio præeſſet. Auctore Dubrauio Hiſt. Bohemicæ lib. 4. Similiter Yuas Britanniæ Inſulæ rex, ſummo magiſtratu ſpontè abdicato, Eremum ſibi duxit incolendam. Nec aliter ipſius Ethelburga vxor, Regio faſtu abiecto, monialium ſeſe cœtui ſacrauit ad Thameſis amnis littus. Quo in piarum virginum conſeſſu eadem hæc extremum obiit diem. Subdatur his Britonum Iudicaël Rex, qui poſitis Principatus inſignibus, in monaſterium ſe relegauit, ſanctiſſima addita regularis voti profeſſione. Qualem vitæ rationem ſecutum Iudocum eius filium narrat Vincentius paſſim, & Sigebertus in Chronic. Quid ille Scotorum princeps Conſtantius 3. qui pio religioſi animi decreto iniit ſacræ familiæ conſortium, D. Andreæ templo mancipatæ? Michaëlem Thracię Auguſtum penè omiſeram, ſceptris vltro relictis incluſum cœnobio: Quod ab Auctore illorum temporum Æginarto traditur, Caroli Mag. Hiſtoriographo. Nil opus eſt Venetorum duces percenſere,

Rhachiſius tamen rex, qui ſacram cœnobitarum ſocietatem inierat, mortuo fratre Aiſtulfo rege, cùm Deſiderius Hetruriæ dux, idem Magiſter militum, auxilio Stephani P. P. regnaret, depoſito cilicio ſe Regẽ dicebat, itúmque ad arma foret, niſi auctoritas Stephani valuiſſet, vt Deſiderius rerum potiretur.

In hiſdem Angliæ finibus Coenredus Merciorum, & Offa Orientalium Saxonum rex, ſceptro relicto, attonſi monaſtico habitu limina Apoſtolorũ adiere, Romæque incũbentes præcibus, ieuniis & eleemoſynis ad extremũ vſque diem permanſerunt. Cõſtantino Chriſtianæ tum Religionis antiſtite. Ex Beda Sacræ Hiſt. Angl. Lib. 5. cap. 20.

cenſere, qui dimiſſis Imperij faſcibus, ſenectam vouerint monaſticæ regulæ obſeruationi. Vitalem Candianum tradunt, Venetiarum principem, exuta purpura, reliquum vitæ ſpatium D. Hilarij cœnobio addixiſſe. Aureum item Maſtropetrum, almæ Crucis, Vrſeolum, D. Michaëlis Cuſani, Tribunum Atemum, D. Zachariæ monaſticas ædes petiiſſe, regularis voti religione ſanctè deuincta. In hanc claſſem refertur Vrſus Patriciacus, Veneti Dux imperij, qui republica optimè compoſita, ſacram cœnobitarum ſeruitutem eſt amplexus. Auct. Baptiſta Egnatio De exemplis illuſtrium virorum Venetæ ciuitatis Lib. 4. Tit. De paupertate.

Eximiæ itidem auctoritatis eſſe Venetos Duces indicat Honorij 3. Reſcriptum Expoſita De arbit. Horum quoque tutelaris diuus Marcus Venetæ vrbis Præſes celebratur ab Innocentio 3. Pontif. In cap. Accedẽs Vt lite non conteſ.

18 VENETIS rurſus finitimos Inſubres quum diu multúmque rexiſſet Otho Vicecomes, mortalium tandem votorum compos, apud Claræ-vallis cœnobium ſacrata quiete ſenex fruebatur. Sicuti in Mediolanen. Chronic. perſcriptum eſt. Quanto adhuc facilius ſit ex Ciſalpinę Gallię memoria veteri Magnates proferre, terreſtrem pertæſos dominatum, ſpontéque monaſtico obſtrictos ſacramento? Hinc Vvilelmitarum Ordo ſacer, Vilhelmo Aquitaniæ regulo ipſius cõditore. Annum circiter 1160. Vt ex Aquitan. Hiſt. conſtat. Qua etiamdum ætate Gulielmus Niuernenſium Comes dominatum hunc Eremo poſtpoſuit Carthuſianæ, pietatíſque ſtudio flagrantiſſimus inibi vitam tranſegit, diuini cultus miniſterio continenter obeundo. An. 1147. Vt teſtatur Cœnobita S. Mariani Altiſſiodoren. In Hiſtorico

Produnt etiam Turcici Annales, Amurathem Turcarum Imp. faſtidita proferendi Imperij cura, ita Regno ſe abdicaſſe, vt rerũ gubernacula Hali purpurato Mahometis filij nutritio relinqueret, & in nemoroſum Bithyniæ ſpecũ cum paucis ſacerdotibus ad contemplationẽ rerum cœleſtiũ abderetur. Sed poſtea de La-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dſtai Pannonis aduentu, Chriſtianorũq; Principum armis certior factus, è ſacro eo luco, reiecta ſuperſtitione, ad tuendum ilico Regnum proſilit.

Opere manuſcripto. Ab eodem traditur, Erricum Ludouici Franciæ regis germanum, aulicis honoribus remiſſo nuntio, adiiſſe Clarȩuallis monaſterium, atque iſtic detonſum iuraſſe in verba Claræuallenſis cœnobiarchæ. An. 1149. Taceo Delphinatium principem Humbertum, qui inopibus ſparſim erogato Viennenſis Delphinatus pretio, quem Gallo regi venundederat, ſacrum cilicium induit, ſuppléxque adſcitus eſt in Dominicanum Sodalitium Lugdunenſe, An. 1349.

De Allobrogũ Delphino.

Delphinati necnon vicinus Allobrogum Dux ſeceſſit (Amedeus 8.) Eremitarum more in abdita & nemoroſa loca tædio rerum publicarum. Sub annum 1435. Inde Fœlicis nomine deſumpto Põtifex euaſit, magnáque eſt celebritate Baſileæ coronatus. Eam verò intempeſtiuæ dignitatis tulit ſortem, vt exutus Pontificatu, Cardinalis à legitimo Pontifice crearetur: quòd ſeni venerando, atque innocẽtiſſimo honos purpuræ ad ſolatium relinquendus eſſe videbatur. Venio ad Francicas Heroinas, Margarin è Phocenſi prouincia Caroli Siculi regis viduam, quæ vltrò ſe demiſit in ſacrũ Hoſpitale diuerſorium Tornuſij Burgundiæ oppidi; vt pio demum Eleemonis miniſterio ibidem defungeretur. An. 1299. Vt eſt apud Ægidium in Francic. Annal. Quid Galliarum Auguſtas ipſas commemorem? Legimus Radegundem Clotharij, & Clementiam Hutini regum vxores trãſiliiſſe ad monaſticas orationis Domos, liberiorem vti ſeceſſum, magníque Numinis ſpeculationi aptiorem. Circa Annum 570. & 1317. Sic Blanca Lon-

Sebaſtian⁹ dux Amedeus.

Radegundis Pi. ctauum, viuo marito, & Clementia, eo mortuo, Annenionem ad ſacras virgines Dominicani Ordinis, abſceſſere. Ex Ægidio ĩ Frãcica Hiſt.

ca Longi regis filia, & Iſabella Ludouici 9. ſoror ſacrata virginitate veſtem mutauêre, & in Parthenonem Longicampi vltro ſe coniecerunt, cœnobij Lutetiæ ſuburbani. Ad hæc, Iana Valeſia Philippi 6. regis ſoror vidua monaſticum cultum aſſumpſit in Fontnelleo monialium collegio ſupra Scaldem Belgarum amnem. Quod autem Galliæ reges ipſi rariùs ex altiſſimo delapſi faſtigio humilem ſuſceperint priuatúmque ſacræ paupertatis habitum, in cauſa fuit tantæ Prouinciæ moles, & ſacræ quidem Chriſtianiſſimi Regni occupationes: quibus dum Princeps conficiundis vacaret, haud minorem integræ pietatis laudẽ promerebat. Ne interim D. Ludouicum Franciæ regem prætereamus, cuius memoria à Bonifacio 8. ſacrata eſt, Romano antiſtite: quum diuinitatis ille miraculis illuſtris effulgeret. Pontificiũ huius Apotheoſis diploma 3. Idus Sextiles, Pontificatus An. 3. quod deſcripſit ad verbum Iudocus Clichtoueus Neoportuenſis. In calce Lib. De laudibus S. Ludouici ad Ludou. Guillardum Neruiorum pontificem. Eiuſdem regis Apotheoſim Ioh. Ionuilleus recenſet, Francicæ quondam Campaniæ prætor, D. Ludouici familiaris, eiúſque vitæ ſcriptor. Antea rurſum Carolus Max. in cœleſtes D.D. relatus perhibetur. Habet ſuos pariter Anglia ſãctos Reges, Odoardum 1. atq; Edmundũ. D. Stephano ſe Pannones iactant, & Elizabetha Hunnorum Regis prole, quæ Germanico Cattorum regulo nupta, morum ſanctimonia ſuis æqualibus præluxit. Annum circiter 1210. Vt eſt apud Sa-

Vitam quoque D. Ludouici mandauit literarũ monumentis Gottofredus de Belloloco, prædicatorij Ordinis, qui viceno annorũ ſpatio eidem regi fuit à confeſſionibus ſacris.

Die. 11. Auguſti.

Bonfinius narrat Eliſabethã, mortuo coniuge in D. Franciſci ſe religionẽ aſſeruiſſe, & quũ vilem humilẽque habitum, Veneto panno conſutum ſubiuiſſet, miram in ea religione humilitatem prætuliſſe. Rerum Hungaricarũ Decade 2. Lib. 7.

bellicum Enneade 9. Gloriatur Bohemia D. Vvenceslao rege, sed qui posthabito sceptro, Ratisponensis antistes vltimum vitæ actum peregit. Sub Annum 950. Vti narrat Pius 2. in Bohem. Hist. Celebratur etiam à Scotis Diua Margareta Malcolmi Scotorũ regis vxor, Circa annum 1090. Quod in literas retulit Matthæus Vvestmonasterien sis, tum Boëthius in Scoticis Annal. Nec leuiori in sacram religionem propensione Kinga Sarmatæ Principis Boleslai vxor, marito fatis functo, gratias egit Diis immortalibus, quod se cõiugij nexu virginem liberassent, móxque distractis & in vsus egenorum distributis suis facultatibus, sese addixit monasticæ vitæ iuxta D. Francisci institutum, & veterem Sandeciam, nequicquam obnitentibus proceribus, commigrauit: Vbi reliquum denique tempus vitæ in cœnobio à se & viro suo extructo consumpsit. Auctore Chromero Rerũ Polonic. Lib. 9. Postremas in hac parte tenebunt Ibericæ Heroides monasticæ religionis studiosissimæ. Produnt quippe Hispanici memoriæ scriptores, Raymundi Berengarij matrem, quum Barcinonensi Comite marito fuisset orbata, binum excitasse cœnobium, Cistercien se alterum in valle Mariæ Comitatus Caprariæ, Alterũ Benedictinum titulo S. Danielis, in quo piam illa vitam agens, diem clausit extremum. Circiter annum 1106. Ex Taraffa De regib. Hispan.

Polona Princeps fœmina in sacro Parthenone commorãs votiua virginitate.

PAVCIS vt expediam, tot sanctissimorũ Principum exẽpla calcar addunt summo cuiq; Magistratui ad Religionem cum Republica sociandam arctissimè, neque hanc ab illa omnino diuellendã:

vti & Politica Religio, & Politia Religiosissima auspicatò simul in regendis Populis excolantur.

TITVLVS. 4.

DE APPELLATIONIBVS.

1. *Quot species appellationum ab Ecclesiastico Iudice.*
2. *Veteres libelli appellatorij ab Excommunicat. Pontificiis.*
3. *Quatenus Cardinalium in Franciam legationes Apostolicæ admittantur.*
4. *Rescripta delegatæ iurisdictionis, extra partes diœcesimque litigantium non extendi.*
5. *Apostolica Lemouicensis Capituli exemptio à foro Episcopali.*
6. *Priuilegium Lemouicen. Ecclesiæ in sacris celebrandis, & Episcopo eligendo.*
7. *Scholasticum fori Priuilegium pro monachis S. Victoris.*
8. *Literæ institutionis Conseruatorum Priuilegiorum Apostolic. Academiæ Parisien.*
9. *Bulla Romana, in forma Significauit.*
10. *Variorum Galliæ Episcopatuum & Archiepiscop. institutio.*
11. *Hispaniæ Præsulatuum erectio.*
12. *Anglicæ Ecclesiæ Primatia inter Cantuarien. & Eboracen. controuersa.*
13. *D. Andreæ Episcopus, quando Scotiæ Archiepiscopus & Primas factus.*
14. *Germanici Præsulatus quando, & à quibus instituti vel aucti.*
15. *Polonici item, Danici, Liuonici, &c.*
16.17.18.& 19. *Patriarcharum auctoritas, Romanũ tamen Põtif. agnoscentium.*
20. *Abyssinorum AEthiopum Hierarchæ.*
21. *Magalonensis Episcopatus translatio in Monpessulanum.*
22. *Aresta Curiæ ad ciuilem politiam pontificum sententias reuocantia.*
23. *In correctione morum sententiæ executionem appellatione ex abusu non differri.*

DVPLEX PASSIM habetur prouocationũ à Iudice Pontificio genus. Priore, ſacer Iuridicus ſuperior appellatur. De quo minimè dicere inſtituimus, tanquam purè Eccleſiaſtico. Alterum, quo Regij Senatores prouocantur, huius tractationis proprium eſt. Vtputa quum ab Eccleſiaſtico iudice tentatum ſit aliquid in profanæ iuriſdictionis perniciem, aut Edictorum Principalium, ſanctiorúmve decretorum priſcæ venerandæque vetuſtatis. Quorum publicæ diſciplinæ tutelarium Canonum aſſertorem ſe Gallicus Senatus profitetur.

Multiplex eſt eccleſiaſticarũ appellationum ſimpliciũ gradus, nec tãtum ab Epiſcopo ad Archiepiſ. ſed etiam ob Officiali foraneo, vel ab officiali Archidiaconorum ad epiſcopi Officialem generalẽ. Cap. Romana. §. ab archidiacono De Appell. In 6. Gloſ. In clẽ. etſi principalis. De Reſcr. Cap. Romana. De Offic. Ordin. In 6.

POLITICÆ huius Cenſuræ formula ex appellatione abuſus ergô concepta eſt, haud diſſimilis prorſus Aquilianæ Doli mali actioni, quam idcirco Tullius euerriculum vocat omnium malitiarum, quod ea ſcilicet omnes fraudes è vita ciuili mortalium euerrantur. Lib. 3. De nat. Deor. Ita patronam ciuitatis, ac vindicem libertatis prouocationẽ appellat Cicero, datámque Rom. Pop. ex nobiliũ diſſenſione profitetur. Lib. 2. De Orat. Tales verò ob abuſũ prouocationis formulę quia latius patent ad Publicam regni Politiam conſeruandam, non modo vſurpantur à priuatis, quorũ intereſt, ciuilia Quiritum iura, (D. Pauli inſtar) Principémque implorantibus, ſed crebrò etiam ab vno omnium fiſcali Aduocato, velut Tribuno plebis, ac publico interceſſore. Ne maiorum inſtituta iuráque infringantur, neu Politicus huius Imperij Status vlla ex parte labefactetur: Ea de cauſa

An verò in pura appellatione ad ſuperiorẽ Eccleſiaſticum Senatus compellat hunc ſuperiorem ad nominãdos præciſè Vicarios ex Senatorio Ordine clericos ad prouocationis negotium decidendũ, tractabimus Tit. ſubſequenti.

cauſa Regius orator in Senatu Patres olim à Pontificiis codicillis appellauit, ſacro interdicto prementibus Flandricæ oræ Gandauenſes, ac Brugẽſes oppidanos clientelaris obſequij nomine, quod Maximilianus Auſtriacus ab his peruicaciùs ſibi negatum apud Pontificem expoſtularat. Cuiuſmodi appellationis à Pet. Cohardo patrono fiſci interpoſitæ Libellus extat, Curiæ actis conſignatus. 15. Kalend. Iunias. An. 1488. Optimè. Nec enim lex noſtratium iudiciorum patiebatur Regulum Pontificio anathemate ſuos inſectantem populares, quos ciuili iudiciorum more cohiberi oportuit vel à municipali Flandrico magiſtratu, vel à Patritiali Galliæ Curia ſuperiore: à qua nimirum Patritialis illa Belgici Pop. ditio pẽdebat pro Gallici Imperij amplitudine, ſummóque dominatu. Mirum inſuper videbatur, Gallici iuris ciuitates, municipiáque grauibus à Pontif. Diris obſtringi, renitente præſertim Apoſtolica veteri Francorum ciuium libertate ac immunitate aduerſus Rom. Sedis interdicta. Multo enim potior ratio eſt Francicæ eiuſmodi, quàm Anglicæ libertatis: Quum Britanni nullo veniali Pontificis reſcripto eximantur ſacroſanctæ huic Rom. poteſtati. Nihilo tamen ſeciùs idem ſtatuere auſus eſt quondam Britannus rex, frequenti patrio Senatu, ne ſacrum Pontif. Maximi imperiũ Angli poſthac agnoſcerent: hoc colore, quod vltra cõtinentis Oceaníque metas minimè illud proferri exiſtimaret, neque ad ſuos, quaſi penitus toto diuiſos Orbe Britannos. Anglis præterea inhibitum

Libellus hic appellatorius Die 18. Maij.

Petrum hunc Cohardum eſſe autumo, quem Budæus deinde Petrũ Cothardum Summæ Curiæ principẽ vocauit Lib. 4. De Aſſe, primarium ſcilicet Lutetiani Senatus Præſidem ſucceſſu tẽporum factum. Eundẽ illic impenſè laudat Budæus.

Anglica Lex Regia de Romani Pontif. ſacro in eã Inſulam Imperio.

Regia illa Lege, ne Pontific. execrationum diplomata in alios eiusdem Insulæ ciues indigenásque vllo modo impetrarent. An. 1390.

APPELLATORIVS etiamdũ Libellus euoluitur Iani Nanterrei quondam procuratoris fisci aduersus Pontificios codicillos sacræ in Franciam Legationis Balluæ Romani purpurati. In Regestis Curiæ An. 1480. Eíque alter consimilis proditur Libellus contra Pontificiam legationem Galli cuiusdam, Romani Senatoris. 13. Calend. Septemb. An. 1484. Quiritabatur enim Regius cognitor, sacri Legati in Franciam missione ordinariam iurisdictionem nostratibus præripi Episcopis, conuulsa quodammodo Basilienſis Decreti auctoritate. Tit. De Causis. Ideóque Romano Pontifici minimè fas esse contendebat, Gallicum in territoriũ Romanos purpuratos legare, nisi emergente causa, & Principali concessu. Solent certè nostrates Iudices in primario Lutetiæ consilio Pontificiam legationem Regiis auspiciis comprobare, Mandatísq; ad id Principalibus adhibitis. Sed non absq; certorum etiam capitum temperamento, quæ commissæ Legato potestatis literis adscripta reperiantur. Idipsum clarè demonstrat Senatoria legationis comprobatio Georgij Amboſij Cardinalis, Ludouico 12. rege. Qua itidem præscripta formula posteras Cardinalium legationes constrinxit Ordo Amplissimus. Boysij nempè Cardinalis. Nonis Septemb. An. 1519. Pratiani item Senonum archiepiscopi, Romaníque Senatoris. Pridie Nonas Ianuar. An. 1529. Sicuti enim Alexander

Die 20. Augusti.

Reliqua de Legatis Põtificiis vide 1. Tit. De Voluntaria Iurisdictione.

De Facultatibus Pontificio Franciæ legato concessis nonnulla adscripsit Molineus in explicatione Regulæ Cancellar. Apostolicæ De infirmis resignantibus.

Pontificiæ Legationis rescriptum admissũ Die 5. Septemb.

Die 4. Ianuar.

xander 6. Pontif. Amboſium in Francicam Prouinciam legatum misit, ita Boysium Leo 10. & Clemens 7. Pratianum simili legationis titulo decorarunt. Clementis de eo Tabulæ exaratæ Kalend. Decemb. An. 1529. Et Idib. Septemb. An. 1534. quarum exemplar nominatim descriptum est cum Die & Cos. in Tractatu Renati Chandonij, nûm mortuo Pontifice Rom. adhuc duret potestas Legati Franciæ? Per hunc modum legatio in Frãcicam regionem à Pio 4. decreta Hyppolito Atestino Cardinali Ferrariensi. An. 1561. Itaque Summa Curia diplomaticis eiusmodi sacrarum Legationum muneribus ibidem promulgandis modum quendam præstituit legésque Politicas, ne quid Principis iuri, vel Reipub. aduersum pertentetur legationis specie: neu synodicis canonibus, aut publicis Franciæ Musæis, Gallicíve Cleri institutis contrarium Pontificij legati adgrediantur, néue alium quempiam in suas vices substituant, quasi fiduciaria Legati opera defuncturũ. Dispar enim causa est legatorum, quibus mandantur Pontificiæ ditionis prouinciæ, ac ipsorum quibus committitur sacra Galliæ administratio, vel Regij alterius cuiusuis Principatus. Nam illo casu Θεοπρεσβύτης seu sacer Legatus habetur quodammodo ordinarius, antiquo exæquatus Proconsuli, cui quidem à S. P. Q. R. prouincia decernebatur. Vtpote si in Flaminiam Prætor legetur ex Aula purpuratus, aut Picenum, Æmiliam, Vmbriam, Latium, seu Cauarum Auenionem, Pontificij iuris imperiíque fundos, Legatus tum

Clementina Diplomata Die 1. Decemb. 1529. & Die 13. Septẽb. An. 1534.

Sed an legatus de latere possit extra suã prouinciã conferre beneficia, tanquam simplex vicarius & delegatus, ideò dubium est, quòd Vicarius episcopi nõ possit extra diœcesim conferre.

Bald. In L. 2. ff. De Off. Procõs. Phil. Franc. In Cap. cum in generali De Offic. Vicar. in 6. per Cap. Statutum De Præb. in 6. in verbo, per suos Vicarios generales in eorum diœcesibus existentes. Tamen iudicatum est, legatum de latere extra prouinciam conferre posse Decreto Burdegalensi Die 1. Februar. An. 1518. Nã & verius est Vicarium illũ extra diœcesim

posse. Rota Tit. De Off. Vic. Decis. vlt. Glo. in §. Ordinariis Tit. De Collat. in Prag. Sanct. Boërius Decis. Burdegal. 30.

sua magis & ordinaria vti censetur, quàm mandata iurisdictione. Vt sanxit Clemens 4. in Cap. 2. De Off. legat. Apud Bonifacium 8. Ast in Terra Gallia, quæ vnius regis profanum hactenus dominatum experta est, Legati functionem nos alienam potius delatámque à Pontifice, quàm illius propriam ordinariámque interpretamur. Exin sacri legati potestas initium sumit apud Gallos, ex quo primum Ornatiss. Curia Pontificios codicillos adprobarit. Sicuti ab eadem iudicatum facilè

Die. 10. Mart. comperias 6. Idus Mart. An. 1547. Quippe & Censoria illa Regij Senatus prudentia non semel obstitit Pontificis Max. conatibus, Regiæ maiestatis iura comminuentis: Cui rei argumento est Benedicti 13. damnatum diploma, discissúmque, & alia multa à Patribus decreta in Pontificias rei nummariæ exactiones. Aresto 6. Idus Quintiles

Placitum Curiæ Die 10. Iulij 1406. An. 1406. 1412. 4. Idus Martias, & 17. Calend. Apriles. An. 1417. Dixeris forsitan, multò plura

Die 12. Martij 1412. Senatui in Benedic. adulterinum Pontificem li-

Die 16. Martij. cuisse, à quo Rex suos rursus Edicto vetuerit sacra iura beneficiáve petere: Sed heus tibi Bonifacium 8. profero, cuius probrosum Gallico nomini Rescriptum, priusquam coactis ad id Lutetiam Patribus recitaretur, raptum Atrebas igni dedit: Narbonẽsium Archidiacono facessere procul iusso, qui Pontificias literas in Regiam pertulerat. Vtcunque sit, omnes Gallici Pop. classes enixè flagitarunt à Carolo 8. rege in Panceltico Turonum conuentu, ne purpuratum Andensem Pontificia vti legatione in prouincia Gallia pateretur.

Subiuncta

Subiuncta causa, quòd non multo antè, trium aut 4. legatorum in Franciam aduentu patriæ gazæ substantia exhausta fuisset. Iohanne Relio tunc omnium Galliæ Ordinum apud Turones oratore. Mense Februario. An. 1483. Eo quippe Regni initio Karoli 8. frequentissima liberáque Turonibus comitia habita, cùm superior Rex ita habuisset, vt quos sibi videretur, nominatim corrogaret, & hi nihil pro sententia dicere auderent, nisi quod ille velle præ se tulisset, & nihil nisi vehementer ac impotenter vellet. Huc vndique concursum, & voces solutæ metu fuêre, ac plenæ expostulationum: Nobilitas, Plebs, Sacerdotium, suas quisque miserias Ordo deplorabant. Iactatæ sunt querelæ etiam eorum temporum, ostentata potiùs quàm data, nisi breui mansura remedia. Vt scripsit Æmilius In Frãcicis Annal. Quod autem apud Blesos indictum est totius Galliæ cõciliũ hoc Anno 1576. spero non tantum specie ipsa percelebre ac liberum fore, sed rerum quoque successu perefficax, & cõmunis Patriæ ægræ vulnera sanaturum. Dij faxint, ne tanti boni concepta spe omnino decidamus. Susceptam interim Appellationum seriem persequamur.

Publici Galliæ conuẽtus apud Turones in Regni auspicatu Caroli. 8.

Francica Comitia in Turonibus peracta, Ludouico 11. Rege: at sequẽtia, regnante eius filio, liberiora.

Blesensis Gallicorum Ordiniũ conuẽtus indictus, Regio permissu & Edicto Pridie Idus Maias Anno 1576. Nunc eiusdem Mensis instat Decẽber, quo Pop. Ordines coactos huic negotio vacaturos confidimus.

4 PRIVATORVM, nedum Regis, iura muniuntur haud dubio prouocationis ad Senatum auxilio in Pontificia Rescripta abusus nomine. Puta, R. Morellus iudicio expertus est contra Paragiũ canonicum Turonensis delubri maioris, cuius sacri Collegæ immunes feruntur solutíque omnimodo Archiepiscopali iurisdictione. Exhinc

Post interpositas à Regio Procuratore appellationes ex abusu, de quibus superius actum est, nunc priuati cuiusque prouocationes explicandæ.

Forensis Patronorum concertatio, Nûm decretũ De Causis in Prag. Sanct. cesset parte vltro procedente coram delegato, maximè quando delegatio facta est in eadẽ prouincia, licet nõ in eadem diœcesi.

Iudices dati ab Ecclesiastico collegio dixêre sententiam. Appellatus à damnato Pontifex Summus, diplomate mandauit prouocatoriæ litis cognitionem duobus sacris Sodalibus Cenomanæ Ædis maximæ: Apud quos constituta iam controuersia, & ad medios actus argumento causæ deducto, recusat iudicium aduersarius prouocãtis, foríque translationem in Turonum fines postulauit. Hac demum præscriptione summotus causæ translatiua, Senatum appellauit à Pontificia Cenomanorum iudicum datione, ceu abusiuè exorata. Nos, ediuerso, Actione forensi, statutum fuisse quidem primitùs ab Innocentio 3. ne Recuperatores litigantibus darentur à Rom. Sede extra biduj spatium, seu bis vicena passuum millia à diœcesis finibus litigatorum numeranda. Cap. Nonnulli. De Rescrip. Fatebar rursus, Innocentianam legem à Bonifacio 8. temperatam, adeo, vt non nisi intra diœceseos septa iudex esset Pontificio rescripto partibus delegandus, aut certo casu intra vicena passuum millia, quorum computatio à sacræ Præfecturæ limitib⁹ iniretur. Cap. Statutum De Rescr. Idque exactius adhuc dictatum sancitúmque Basilienſibus sacrorum Præsulum comitiis. Tit. De causis In Prag. Sanct. Sed ita differebam, istæc duntaxat in lite primaria locum habere, non in causa appellationis excutienda: Quum hoc casu, maturè diligentérque instructa lite apud inferiorem Iuridicum, minùs audiẽdus sit litigator, si queratur loculos immodicis litis prouocatoriæ sumptibus alieno in territorio

Innocentiana Constitutio, ne quis Apostelico Rescripto in ius trahatur vltra duas dietas à fine diœcesis computãdas.

exhauriri.

exhauriri. Qua vna rei sumptuariæ ratione motus Pontifex initio modum limitésque præscripserat Diplomaticæ Recuperatorum iurisdictioni. d. Cap. Nonnulli. Addebam, recuperatoriũ hoc iudicium legitimè constitutum, multísque nominibus partem aduersam in Pontificium delegatũ consensisse. Iam igitur minime ferendam videri, mandatæ iurisdictionis fundamenta subruentem. Ad hæc, Cenomanum municipium à summa vetustate subiici sacræ Turonum metropoli, perinde ac Andiũ, Rhedonúmque Ecclesiasticas præfecturas: è quibus licitè partes nunc primùm litigaturæ vocantur in sacrum forum Turonense, Pontificis Max. codicillis eo adhibitis. Vt scribit Honorius 3. Archiepiscopo, Decano, & Archidiac. Turonen. Cap. Ex parte. De foro compet. Proinde nonnullis etiam talia Pontificis diplomata probari, quibus intra sacram metropolitæ prouinciam mandata sit alicui iuris dicundi potestas, tametsi extra episcopalem litigatoris diœcesim. De quibus omnibus latè Guimerius in Tit. De Causis. Placuit Senatui, abusiuè mandatam Cenomanis prouocatorię Turonorum ciuium litis disceptationem. Pomeridiana sessione 7. Idus Martias. An. 1574. Danesio Aduersarij causam oran-te. Quibus consentaneum est anterius Curiæ Placitum 7. Idus Iunias. An. 1535. secundum Canonicum Cenomanæ matricis Basilicæ. Tum Mense Decembri. An. 1564. Dauide, & Fonteneo causæ patronis.

A nobis quoq; tractatum est Lib. 3. De Domanio Frãciæ, an Britonici episcopatus agnoscant Turonum archiepiscopum superiorem. In Tit. De sacra Galliæ regis inuestitione.

Arestũ Die 9. Mart.

Decretum Senatus Die 7. Iunij.

§ QVOD si Turonense canonicorum Sodali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papa solus est superior exemptorum, Cap. auctoritate De Priuil. In 6. Sed & legatus de latere in exemptos iurisdictione præditus est. Cap. Si abbatem De Elect. In 6. gloß. In Tit. De causis ver. subiecto. In Prag. Sanct.

tium, de quo suprà, non habuisset Archiepiscopalis fori vacationem ex vetusto Sed. Apostol. beneficio, minùs hercle nobis foret de Pontificio delegato, eiúsque Recuperatorij finibus imperij laborandum: Quandoquidem à Collegiorum sententiis ad superiores gradatim Antistites prouocatio interponeretur. Sed eo frequentior in Gallias vsus irrepsit sacrorum mandatæ iurisdictionis Diplomatum, quo amplior inibi Cathedralium collegiorum numerus, quæ à Pont. Max. pari sunt fori Immunitate cumulata. Peræque enim matrix Lemouicum Ecclesia iactitat se Pontificia sacræ aliorum potestatis Exemptione, cuius formula hæc est: *Clemens Episcopus &c. Supplicante & exponente capitulo Lemouicensi, quòd licet Ecclesia ipsa de antiquioribus Ecclesiis Ducatus Aquitaniæ, & per B. Martialem in honorẽ S. Stephani fundata, ac per quosdam Romanos Pontif. pluribus priuilegiis & libertatibus decorata existat, necnon idem Decanus & capitulum ac singulares personæ ipsius Ecclesiæ ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Episcopi Lemouicensis, & Officialium suorum per specialia dictæ sedis priuilegia, & alias exempti fuerint, & existant. Tamen venerabilis frater noster, Bernardus Episcopus Lemouicen. decanum, capitulum, vicarios, chorarios, & personas prædictas contra exemptionem & priuilegia huiusmodi nititur molestare, ac eis ad docendum de exemptione & priuilegiis huiusmodi certum terminum assignauit. Cùm autem literæ exemptionis & Priuilegij huiusmodi propter captionem & totalem combustionem Ciuitatis Lemouicen. per Eduardum Principem Vualliæ factam perditæ fuerint:*

Pontificia Lemouicensis Capituli immunitas ab Episcopali foro ac imperio.

Lemouicũ Pontifex Rusticus, seu Ruricius, Concilio Aruernensi & Aurelianẽ. 4. interfuisse legitur, eique subscripsisse. Quẽadmodũ S. Ferreolus Matisconensi 2. Synodo. Ex Tom. Cõcil.

De hac Lemouicensis Vrbis direptione, & exustione per Odoardũ Britannum Vualliæ Regulum fusè scripsit Frossardus eorum temporum æqualis.

rint: Nos ipsorum Decani & Capituli, necnon dilecti filij nobilis viri Iohannis Ducis Bituricẽsis nobis super hoc humiliter supplicantis, supplicationibus inclinati, prædictam Ecclesiam, & eius claustrum, ac Decanum, capitulum, canonicos, vicarios, chorarios, & personas prædictas ac familiares & seruitores, necnon domos, & bona mobilia eorumdem ad eos ratione dictæ Ecclesiæ pertinentia, ab omni iurisdictione, dominio & potestate, saisina, visitatione & procuratione Episcopi Lemouicen. Archiepiscopi Bituricen. & officialium suorum, & aliorum iudicum ordinariorum auctoritate Apostolica prorsus perpetuò eximimus & totaliter liberamus, ac sedi prædictæ immediatè subiicimus & perpetuò volumus esse subiecta. &c. Per hoc autem Cantori dictæ Ecclesiæ pro tempore existenti, ac iurisdictioni, si quam in præmissis per nos, vt præfertur, exemptis habebat, nullum volumus præiudicium generari. Auenione. Nonis Martiis. Põtificatus Anno 15. *Die 7. Mart.*

6 ETSI autem Lemouicensi sacro cœtui minùs arduum fuerit priuilegiarios eiusmodi Codicillos ab iis obtinere, qui patria Lemouices, Pontificium Solium Auenione collocarant: Illi tamen anteriora Romanæ Sedis Priuilegia non defuere. Quale immunitatis diploma concessit Paschalis 2. P. P. non tantum sacris ministris Lemouicum templi maximi, sed profanis quoque ipsius Ecclesiæ possessionibus, adiecta ibidem clausula subsequenti: *Ad hæc ob reuerentiam prædecessoris nostri Vrbani 2. qui matricem vestram B. Stephani Ecclesiam largiente domino consecrauit, hanc ei prærogatiuam ex benignitate Sedis Apostolicæ indulgemus, vt siquando,*

Tempore Stodili Lemouicen. episcopi, & Pipini Clerus Sãcti Martialis monachorũ habitum suscepit, factique hi omnes monachi, relicto seculari habitu. Vt Gaguin⁹ refert in Carolo Caluo.

Bulla Apostolica exemptionis Lemouicēsis Ecclesiæ maximæ ab interdictis Pontificiis.

quod vix pro grauiori querela permittimus, à diuinis fuerit officiis interdicta, liceat vobis, ac posteris vestris in ea diuinum officium silēter clausis ianuis celebrare, nec cuiquam omnino, defuncto Lemouicensi episcopo, liceat in eādem Ecclesiam personam quamlibet ingerere, sed liberè clericis facultas sit secundum dominum concordi & canonica electione sibi antistitem prouidere, remota prorsus laicalis potestatis oppressione &c. Eadémque Pontificū beneficia Pius 2. piè non modo confirmauit

Die 22. Maij.

An. 1459. sed etiam auxit An. 1463. Deinde & Leo 10. Pontifex 11. Calend. Iunias 1520. Pontificatus An. 8.

Victoriani cœnobitæ apud Lutetiā Scholastici perpetui Regiis codicillis habiti. Quemadmodum olim monachi scholastici erant. Vt Olympiodorus Ecclesiastæ 3. Qui in silentio, inquit, & sub monasterij disciplina ad doctrinam sacrā perductus auctoritatem loquendi prædicandique cōsecutus fuerit, tūc ei dominus præbet opportuno tempore linguam eruditionis &c.

SPECTANDÆ igitur potissimum priuilegiariæ in Clericos Tabulæ Sanctæ Sedis, à quibus haud temere discedit Senatus in iure dicundo. Parochus lege egit decimarum restitutoria aduersus plebeium quendam coram Senonum prætore. Reus laudat auctores D. Victoris cœnobitas Lutetianos, quorum is procuratorio munere sacras fructuum decumas perceperat. Monachi, susceptā causæ defensione, eam ilico postulant in suum forum reiici, ad Parisiensem scholasticorū Priuilegiorum iudicem, seu quem PRAGMATICI vocant PONTIFICIORUM PRIUILEG. conseruatorem. Ab hoc demū PONTIFICIO recuperatore, qui suam esse de eo iurisdictionē pronuntiarat, fuêre Conscripti Curiæ ex abusu appellati. PRO appellante suggeri poterat, fuisse quidem olim Cœnobia collegia, in quibus orationi lectio, lectioni succedebat oratio, vt est apud Hieronymum: Inde ἀσκητήρια dicta hæc, & sacrarum imprimis literarum Scholas.

Hæc consuetudo in Anglia per venerabilē

Qualia

Bedam cœpta, vt singulis cœnobiis adhiberentur omniū ingenuarū artiū doctores & professores, nedū Theologiæ: Idē de Hirsaugiensi cœnobio magnificè retulit Tritemius in Chronico.

Qualia multa Carolus Mag. apud Germanos monasteria excitarit. Verumtamen cucullatos sacerdotes, qui ex professo coacti sunt intra cœnobij septa, tanquam votiui domicilij, vsurpare Academica fori priuilegia non debere, ad exercendas forenses controuersias comparata. Cœnobitæ, contrà, nitebantur singulari Caroli 6. Regis diplomate, vti & scholasticorum nomine perpetuò censerentur ipsi, eodémque, quo Musarum alumni, priuilegiario iure fruerentur. Curia Recuperatores abusos non esse potestate iudicauit. Arresto 4. Nonas Ianuar. An. 1537.

Arestum Curiæ die 2. Ianuar.

8 TRES planè sunt hi scholasticorum priuilegiorum Pontificij vindices, Bellouacensis, Meldorum, & Syluanectensis Episcopi: Quorū quia mandatam à Rom. Sede iurisdictionem nec omnes norunt, & quidam forte reuocarint in dubiū, subtexuimus codicillos Pōtificiæ delegationis, ita conceptos. *Clemens Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratrib⁹ Beluacensi, Meldensi, ac Syuanectensi Episcopis &c. Sanè dilectorum filiorum vniuersorum magistrorum Doctorum & scholarium studij Parisiensis conquestione percepimus, quòd nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum prælati & clerici, necnon milites, ac laici partium diuersarum occuparunt castra, villas, & alia loca, terras, possessiones, iura, & iurisdictiones, necnon fructus & reditus suorum beneficiorum &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrūm per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores & iudices, præfatis Ma-*

Diploma Conseruationis Apostolicæ scholasticorum priuilegiorum Parisien. Die 11. Octob. Pontific. An. 4.

Aurelianensis quoque Academiæ Scholastici multis donati priuilegiis, tum fori, tum aliis, nec solum à Phil. 4. rege, & Clemẽte 5. Pontif. De quibus Nos Lib. 3. De domanio Franciæ, sed etiam à Philippo 6. rege, Mense Iunio An. 1337. Mense Maio. An. 1346. Et à Carolo 5. 9. Cal. Maias An. 1371 Cuiusmodi Priuileg. codicillos haud semel perlegim.

Andium Museo publico produtum est tani 2. regis insigne diploma ad Seneschallũ Andegauensem 7. Calend. Maias An. 1356. cuius verba ita se habent. Quatenus Magistrũ Scholasticum, Doctores, Licẽtiatos, & baccalaureos, ac omnes Scholares Studij Andegauen. in omnibus suis possessionibus, priuilegiis, Franchisiis, iuribus & libertatibus manuteneatis: Non permittẽtes eorum garnisiones bladi, vini, fœni, & auenæ, nec eorũ equos, domos seu hospitia capi, saisiri arestari, vel impediri.

gistris, Doctoribus & scholaribus efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eosdem super iis & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad magistros, doctores & scholares ratione prædicta spectantibus, ab eisdem, vel quibusuis aliis indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna, vel iniurias irrogari: facturi eisdem magistris, doctoribus & scholaribus etiam in Ciuitate Parisien. de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione quorumcunque bonorum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum. &c. Nonobstantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij P. P. 8. in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem, & diœcesim, nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, Seu ne iudices & conseruatores à sede prædicta deputati extra ciuitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, seu aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœcesis eorumdem trahere præsumant: Dummodo quandiu regimini vniuersalis Ecclesiæ nos præesse contigerit, vltra sex, & postquam nos contigerit de medio summoueri, vltra quatuor dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur: Seu quod de aliis quàm de manifestis iniuriis, violentiis atque damnis & aliis quæ iudicialem exigunt indaginem, Conseruatores se nullatenus intromittant: Quàm aliis Constitutionibus à prædecessoribus nostris tam de iudicibus delegatis & conseruatoribus, quàm personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ vestræ possent iurisdi-

iurisdictioni quomodolibet obuiare. Auenione 5. Idus Octob. Pontificatus Anno 4.

9 ROMANVS Pontifex sicuti habito delectu nonnullos eximit ordinarij Præsulis imperio: Ita in singularum diœcesum ciues promiscuè vtitur graui sacrosanctæ potestatis denunciatione, cui à Diplomatis ipsius capite, (Significauit) Pragmatici Hebræo more, Significauit, nomen indiderũt. Nunquam enim Christiani ὀρθόδοξοι negarint Romani Solij Antistitem in supremo sacri Imperij gradu collocatum, ex hisque sanctissimis Petri Paulíque aris, principe sacrorum domicilio, præesse reliquo Orbi Christiano. Verum Gallica ciuilis Philosophia aliquot clausulas respuit, quæ Pontificiis codicillis, de quibus agimus, ex formula interseruntur. Hanc nimirum, *Auctoritate apostolica*, sequentem rursus, *vsque ad satisfactionem*. Vtrauis enim Rescripti particula, exorator censetur Pontificia abusus potestate. Quum is priore clausula Romanæ Sedi tacitè reseruandam curarit futuræ controuersiæ cognitionem, non mediocri libertatis Gallici Cleri dispendio. Posteriore autem, inuaduntur profani Regiíque iuris in subditos possessiones. Quippe Romanus Præsul minacibus illis codicillis interponere iudiciũ videtur velle contra priuatos, i. quoslibet è populo, λαϊκοὺς ob id Græcè dictos. Atqui Pontificia fulmina conscientiæ solum Christiani hominis addunt aculeos, excitata ad rei veritatem detegendam, non ad indicendam quasi ex libello condemnationem. Ita Curiæ demum Conscripti se-

Die 11. Octob. Rom. Pontifex Pietatis Religionisque fusti gium obtinet.

Olim ad Papã omissis mediis poterat appellari. Can. ad romanã Can. Quotiens 2. Quæst. 5. Cap. Sollicitudinem De Appel. Cap. Romana Eod. Tit. In 6. At Concilio Basilienst, secus §. Nec ad quemcũque etiã Papam omisso medio In Tit. De Causis. Ideoque non admittitur à Gallis clausula Rescripti, Auctoritate

Apostolica, quia in vim huius clausulæ subinde effet ad Papam prouocandum.

cundum prouocantem ex abusu decreuere. 5. Calend. Quintiles An. 1536. Fabro, appellantis, & Beneuento, aduersarij causidicis. Quam ad Frãcorum Politeam proximè accedit forense istud Gallicum axioma, de rebus mouentibus rite exorari Apostol. obnuntiationis codicillos, de rebus soli non rite. Decreto Senatus 3. Kalend. Octobres An. 1519.

Arestum Curiæ Die 27. Iunij.

Parisiense S.C. Pro Domina Danquetan aduersus Dominũ de lagreue. Die 29. Septemb.

Secularium Principum in Rom. Pontificem obseruantia.

QVANDIV planè intra cancellos sẽ Hierarcha continet, nec sacræ præfecturæ obtentu constituit aliquid publicæ Politiæ noxium, contrariúmve iuridicæ Regum potestati, tandiu Principes nostri obnixè tuentur Hierarchicam iurisdictionem pro cuiusque gradu Ecclesiasticæ dignitatis, nullúmq; hactenus officij genus prætermisêre, quo summissis fascibus, augustissimum sacrorum Antistitem demererentur. Haud immemores isti quidem, summa colendos obseruantia Ecclesiasticos Præsules, totúmque adeo Leuiticum ordinem, non modò ex sacris oraculis, sed etiam ex Ignatij Theophori præscripto. Qui enim Hierophantam reuereatur, hunc Christo Episcoporum Principi morem gerere: qui autem illis nõ obsequatur, eum nec Christo domino parere scripsit Ignatius Epist. 11. Vulgo tritum est, Pipinum Gallię regem cum liberis dextra Pontificis sacratum fuisse, regnandíq; ius à diuini Numinis causa tegenda auspicatum. Quippe qui direptam ab impiis sacrosanctæ potestatis hæreditatem Romano Põtif. asseruerit Italico Bello. Hodie etiamnum Reges, singulæque Prouinciæ suos Romæ habent

Hierophantæ dicti, quod sacra ostenderẽt, Hîc pro sacerdotibus maiorũ ordinum, ex usu loquendi accipiuntur.

habent patres tutelares intra Sanctum Senatum, quos Protectores vocant. Vt refert Octauianus Vestrius Romani litium fori minister. In Isagoge Actionum Aulæ Romanæ, morúmque iudicialium. Quin & media in Gallia Prę sules Max. haud abnuente rege, varios instituerunt Episcopatus, quibus sacrum imperium latiùs dilatatum, multóque in plures Ecclesiasticos proceres diffusum est. Nam Bonifacius 8. Apameam prouinciæ Narbonensis, eodem, quo aliæ in Asia vrbes, nomine, sed tunc contributum diœcesi Tholosatiũ oppidum, ciuitatem esse iussit, suúmque illi pontificem & Cathedram dedit, vt domi haberent à quo sacra iura peterent Apameenses. Tholosanã verò Ecclesiam in Archiepiscopatũ extulit Iohãnes 22. quum è Cadurcorum Sede sacra, cui is prę fuerat diu, summũ Barionæ Soliũ conscendisset. Idem subinde nouam Tholosatium metropolim, deducta velut colonia, in sex diuisit Præsulatus, Montisalbani, D. Papuli, Lombariensem, Riuensem, Vaurensem, Mirapicensem. Quorum priores tres memorantur Pontificio rescripto, Saluator, & Cap. Nuper. De Præb. in Extrauag. Duorum autem posteriorũ meminit Appendix Martini Poloni supputationibus adiecta ad Annũ Domini 1317. Rursus ab eodem in Apameensiũ finib⁹ duo pontificatus creati, qui & Narbonensi metropolitæ adscripti sunt, Limosa, & D. Pontio sacrum cœnobium. Haud secius Albiorum sacra ciuitas in duos scissa est Præsulatus, Castrensi ibidem constituto. In Agenensi, Codomensis: in

Octauiani Vestrij Iurisconsulti Forocornelienſis Libri 8. de Romanæ Curiæ actionibus & moribus iudiciorũ.

Leo 1. P. P. scripsit Africanis episcopis per Mauritaniam Cæsariensem constitutis, vt non in quibuslibet locis, aut castellis, nec in villulis vel modicis ciuitatibus ordinentur episcopi: Quum vbi minores sunt plebes & conuentus, Presbyterorũ cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere. in Epist. 87. Cap. 2.

Omnes illæ diœceses antea Tholosanæ erant, præter primum Episcopatũ, qui ad Cadurcensem pertinebat.

Limosa post in Abbatiã de Elcõ trãslata est.

Universidad de Deusto Biblioteca

Lemouicensi, Tutelensis: In Petragorica, Sarlatensis: In Ruthenorum diœcesi, Vaurensis: In Pictonica Hierarchia, Maleacensis, & Lucionensis pontificiæ Cathedræ collocatæ. Ex Martiniana Hist. Lucionensis quidem, An. 1333. Cuius institutionem Episcopatus denuo Innocẽtius 6. Pont. comprobauit. Nec pauca rursus canonicorum collegia ab illo excitantur, superiorum Sedium auctore & conditore. In multis enim vicis Tholosani municipij, Albiorum, & Carcassonẽsis, erexit Iohannes 22. sacerdotum Sodalitia pleráque. Hæc omnia sub annum à Christo passo 1317. Imo si Platinæ credas, hic nouis rebus adeo studuit Pontifex, vt & simplices Episcopatus bifariam partiretur, & diuisos in vnum redigeret: tum monasteria in pontificale solium, modo Episcopatus in cœnobiarchias transferret. In Tarraconensi archipræsulatu Cæsaraugustanam sedem, quæ Episcopalis erat, commutauit in Archiepiscopalem, suffragantibus quinque huic Episcopis attributis, qui Tarraconensi antea subiiciebantur metropolitæ, tanquam πρότης καθέδρας ἐπίσκοπο. Tametsi primitus quæ vrbes Metropolis insignibus ornatæ fuerant Regiis Edictis, solæ honorifico hoc iure fruerentur. Ex Synodo Chalcedonensi.

Pipinus rex bello suscepto in Vaifarum Aquitaniæ ducẽ, Ageni muros, Petrocoriorum, Engolismæ, & aliarũ Aquitan. vrbiũ solo adæquauit. Vt Francio. Annal. traditũ est.

Tutelensis priꝰ Abbatia.

Iohannes 22. P.P. Crotonam Aretinæ diœcesi exemptam Ciuitatem effecit. Quod sũmo iudicio ac rectissime factũ pie credimus.

Alioquin Episcopos oppidatim, non pagatim, aut vicatim collocari monet Anacletus Epist. 3. Can. episcopi 80. Distinct. Can. Audiuimus 3. Quæst. 2.

i primæ sedis Episcopo.

VVLTIS igitur cum Francica Politia externas comparemus? Quocúnque gentium oculos conuerteris, quascunque terrarum oras lustraris, liquido cernes Christiani nominis Heroas præferuido studio obtẽperasse summo Pontifici, huícque etiam illos sese præbuisse adiutores, vt in Regia ditio-

gia ditione Ecclesiasticos Magnates institueret quam plurimos, instituti gradatim sacrò fungerentur libere magistratu. Iohannes P.P. 7. Ouetẽsem Hispaniarum Ecclesiam subuexit in metropolitici tituli fastigium: luculento Rescripto ad Aldefonsum 3. regem, cuius magno consensu matrix hæc Ibericę Ecclesiæ Ciuitas decreta est. Ærã circiter 900. Auctore Roderico Toletano archipræsule, qui quum Iohannis P.P. Codicillos ad literam exscripserit, eius Librum peruoluito: ne alienis scriptis inserta Pontificum diplomata seu Principum, vendicare nobismetipsis, aut ostentare putemur voluisse. Vnum hoc notatu dignum ex Roderico, fuisse multo antea Ouetensis episcopatus sacerdotium constitutum à Froyla Hispaniarum rege. Æra. 790. De Ouetensis ciuitatis episcopo Innocẽtius 3. Cap. Olim. 1. De restit. spoliat. Et Cap. Cum super. De re iudic. Huic celebritatem Vrbi attulit mortuorum Regum conditorium, quibus perinde Ouetum Hyspanis Mausoleum adscribitur, vti Alba Pannonibus, Bohemis Aula Regia, Cantabris Lescareum, Numidis Carouana: Hierosolymitanis Templum Dominici Sepulchri, Sarmatis Basilica Cracouiensis: Gotthis Varnense cœnobium, gentilitiæ Regibus Vrnæ Sepulchraque sunt attributa. Primatus verò Ibericæ Ecclesiæ delatus est olim Toletano Antistiti, qûi cum tamen Bracharensis de eo disceptauit, Honorio 3. Sacræ Reipub. clauum moderante. Vt Honorius ipse testatur Cap. Coram. De restit. in integ. Quod ne impensius demiremur, effi-

Stephanus Emeritensis in Hispania episcopus, quũ Bãbæ Principis coactu in monasterio villulæ cuiusdã nouam Episcopalis honoris ordinationem effecisset, Toletana Synodus 12. Can. 4. definiuit, vt prædicta villula deinceps nec sedes Episcopalis remaneret, nec Episcopus illic vltra cõstitueretur.

Scripsit Rodericus Toletanus Antistes Fernãdo Castulonensium regi, & Alphonso 10. eius filio An. 1216. De origine & primis actibꝰ Gothorum, déque posteris Hyspaniæ regibus.

Aulæ Regiæ monasteriũ ab Vvenceslao Bohemiæ Rege extructum, sub annum 1300. Varnense monasterium, ordinis Benedi-

ctini, Gotthorũ regum sepulchretũ. Ex Iac. Zieglero.

Ad Bracharẽsem Archiep. extat Innocentij 3. Epistola decretalis, Consilium De obseruat. Ieiũ. & Cap. Consilium De celebrat. miss.

cit fortassis Ibericus Antistitum ambitus paulóq; inflatior: eo spiritu, vt Hispanici olim Archipręsules extra prouinciam sacro vti pallio non verentur. Sed corruptelam hanc veriùs quàm consuetudinem sustulit Cœlestinus 3. Cap. Ex tuarũ. De Auctor. & vsu Pall. Atque ex iis obiter Hierarchiæ ordinibus varij Ecclesiasticarum prouocationũ ad maiores seriatim Præsules gradus internoscuntur.

De Anglici Cleri primatu, seu Primatia.

Archipræsulis Angliæ sedes, quæ iam inde ab initio Christianæ pietatis, Lucio rege, recepta, Londini fuerat, Doroueruiam, hac hodie Cantuaria est, fuit translata, florente Augustino Anglorũ episcopo. Londinensis diœcesis, post Archiepiscopalem sedem inde alio delatam, Miletus Augustini socius Episcopus est factus. Ex Angl. Chron.

ANGLICI autem Cleri Præfecturam passi sunt Reges addici à Romano Põtif. alteri ex duobus his competitoribus, Cantuariensi, & Eboracensi. Vnde ita quidem à Gregorio P. P. scriptũ legitur ad Augustinum Britanniæ Insulæ episcopum, vt ei quandiu ageret inter homines, subesset Eboracensis: defuncto autem Augustino, sacri honoris prærogatiua alterutri deferretur, qui priùs fuisset liberis suffragiis pontificatum adeptus, seu Eboracensem, seu Lundonienſem: cuius postea in locum suffectus est Cantuariensis. Ast hic temporum progressu contendit acerrimè, præscripto honorum iuri derogatum, vetustæque illi de ecclesiastico Primatu constitutioni. Quum enim Romanus Præsul ad Cantuariensem Hierarchiam promoueret Theodorum virum haud vulgariter eruditum, reliquis eundem præfecit maiorum ordinum Sacerdotiis, tanquam Britannicę Primatem Ecclesię renuntiatum. Sicuti à Beda fusiùs recẽsetur Eccles. Angl. Annalium Lib. 1. Cap. 29. & ab Hilermo Neubrigensi, qui Anglicæ Historiæ telam à Vilhelmo notho exorsus est, Normanici generis primo Britannis dominante. An. 1066. Ne dicam interim Elienſe cœnobium Episcopali dignitate auctum ab Errico Britanniæ Rege An. 1109. Scriptore Matthæo Vvestmonasterienſi.

I. Romanus sacrorũ princeps seu Pontifex.

13 ADEAMVS Britannis conterminos Scotiæ Reges: Nonne horum applausu solidam sacrorum potestatẽ amplexus fuit inibi Ῥωμαίος Ἀρχιερεύς? Palam est, Iohannem D. Andreæ episcopum, & Reginaldum Abbam primum de Abbirbroth à Vilhelmo Rege missos fuisse ad Alexandrum 3. P. P. vt Regio nomine Christianam obedientiam Aposst. Sedi pollicerentur. Qua fermè ætate Scotici Antistites regio permissu in Angliam profecti sunt, Hugone Pontificio legato euocante, vt Eboracensis Archiepiscopi in Scotos primatum ingenuè profiterentur. Sed alium hi agnoscere, quàm Romanum Pontif. recusarunt, velut Seruatoris Christi vicarium, sacerdotũ culmen, Cleri magistrum, ac primarium sacrorum opificem: Cui vni Scotica Orcadúmque Ecclesia obsequẽtissimã se hactenus præbuisset. Vti ab Hect. Boëthio relatum est, Scotic. Annal. Lib. 13. Ac longa post temporum intercapedine Iacobus 3. Scotorum rex procurauit apud Xystum 4. Pontif. vt obliterata vetere huius Primatus contentione, decerneretur à sacrosancti Senatus Collegio Scotici Sacerdotij Primas. Audito igitur Georgio Neuuillo Eboracensium præsule, conceptum est de eo negotio in Purpuratorum consessu diploma, & à Pontifice ipso comprobatum, quo sacratus Scotię

Palladius primus Scotorum Episcopus missu Cœlestini Pontif. Max. An. 433.

Alexander 3. obedientia Scoti regis per legatos declarata Rosam auream balsamo oppletam per eosdem dono trãsmisit, & eundẽ regẽ Priuilegiis cõpluribus singulariter donauit.

Isthæc, sequénsque sacrarum Præfecturarũ per gradus enu-

meratio Clericis apprimè vtilis & accommoda est ad Ecclesiasticas prouocationes, quæ ad superiores gradatim Antistites deuoluuntur, cognoscendas.

ordo Eboracensis iurisdictione solueretur: Cuius in Primatis locum recens creatur Patritius Grahmus, D. Andreæ nuper episcopus apud Scotos, iam tandem Archiepiscopus, totiúsq; Regni Primas declaratus. Vt tradit Boëtij Scot. Annal. Appendix. Ita olim ad Episcopum S. Andreæ scribebat Innocentius 3. Pontif. Cap. Cùm Dilectus De fide Instru. Hibernis pariter suus non deest archiflamen Armachanus, qui præcipua sacrorum auctoritate totius Hiberniæ primatũ obtinet. Huic ab Innocentio 3. De Hibernis episcopis rescriptum est, Cap. Cùm olim de dolo & contum. Cap. 1. De purific. post part. & cap. Quod sicut. De Elect. Auctor est B. Bernardus, Innocentiũ 2. à D. Malachia Hiberno exoratum, Dunensi episcopo, vt hic in Hibernia Præsulatus Metropoliticis insignibus augeretur. In vita D. Malachiæ. Ibidem D. Bernardus Ardinachæ meminit, pontificis antea Hiberniæ Metropolitani: quem vti Hierarchica dignitate inclytum Hibernus Rex venerabatur. Quamuis enim Hiberniæ Insulæ reges Anglicis victi armis identidem præstarent Errico 2. Britanníque aliis regibus fidelitatis sacramentum: Nihilo secius Hibernis tandiu regij fasces cõstitere, quoad Richardus Anglus Hiberniam cũ suis Regulis in ius ditionémq; redegerit. Vt Britannici Annales ferunt ex Frossarto & Polydoro. Ad Malachiam illum, vti Hiberniæ Archipræsulem, Rom. Sed. legatum extat D. Bernardi Epistola 315. Et ad fratres Hibernenses in obitu S. Malachiæ Epistola 311. Scripsit pariter Gregorius Mag.

Eiusdem Innocentij extat Rescriptum ad Archidiaconũ S. Andreæ de Scotia. In Cap. Nuper. De donat. inter vir. & vxo.

In eodem Cap. Cùm olim, rescribitur etiam Caselenensi Archiepis.

Hiberni diuisi in multas regiones, inter quas Holtonia, Laginia, Connatia, atque Momonia præcellũt, ex æquo suis Regulis parebãt. Sũt illic sacræ 4. Metropoles, Armacana Holtoniæ, Dublinensis in Laginia, Casilensis in Momonia, & in Cõ-

Mag. ad Quirinum, & reliquos Hiberniæ episcopos De forma reuocãdi in sinum Ecclesię Nestoriani cuiusuis, ceu alterius sectæ hęretici. Regesti lib. 9. cap. 61.

natia Tuomensis, quibus Episcopales quaternæ ditiones contributæ suffragantur.

Hyberniæ reguli in potestatem redacti.

14 Cedo, quàm Germani Principes officiosè Põtificium coluêre imperiũ? Haud dubium est, Morauiæ Bohemięque Episcopos, qui Moguntino Archipręsuli suffragabantur, à Clemente 6. translatos in nouam tum Pragæ metropolim: Annuente non modò Carolo 4. Cæsare, sed hoc etiam ipsum demississimis precibus à Rom. Episcopo flagitante. Vt Theodoricus Niemus perhibet In Nemor. Vnionis. Tract. 6. quem Labyrinthum inscripsit. Nec multò post Cazimirus Sarmatiæ rex, missis Auenionem ad Vrbanum 5. oratoribus, impetrauit, vt in Ruthenia metropoliticum solium instituereturAn. 1361. Atque illud quidem perfectum est eodem anno, primúsque Archiepiscopus Leopolienſis fuit Cristinus homo Equestris ordinis à Gnesnensi Antistite inauguratus. Ex Chromero Rer. Polonic. Lib. 12. Adde Vangionum Ecclesiam, quæ cùm in Germania sacrorum principatum teneret, Archiepiscopalis hæc sedes Moguntiam traducta est Romani Pontif. auspiciis. Inde Moguntina istæc Sãcta Cathedra (secundum Romanam) solet appellari, præclaro munere, elogióque à Gregorio 3. P. P. attributo. Quid Hamburgensis ille, Aquilonarium prouinciarum metropolites, quem mutata rerum vice, Pontifices Bremensi coniunxerunt? Quid Babembergensis Episcopus, Pontifi-

Bohemorũ Methodius primus fuit Episcopus, vt Hunnorum Adalbertus.

De Russiorum, seu Ruthenorũ episcopatibus vide Chromerum in Polonic. Annal.

Bonifacius Germaniæ Episcopus, auspice Zacharia Pontif. nouos tres Episcopos per totidem loca ordinauit, Mersenburgense, Banbergense, & Erphordiẽse: Vt illi populo per eius prædicationem ad Christum recẽs aggregato præesset, & prædicarent.

Perpetua vnio Hamburgensis Archiepiscopatus cum Bremensi.

ce auctore, exemptus Moguntini imperio, cui antea à ſuffragiis extiterat? Babembergenſem enim ſuæ diœceſeos epiſcopum iuſſit nuncupari Clemens 2. P. P. eiuſdē antea ſecundus Eccleſiæ Præſul. Huc ſpectat Miſnenſis Præſulatus exemptio, quem Magdeburgēſis Archiepiſcopi iuriſdictione immunem ſolutúmque Pontifices Cæſareo aſſenſu declararunt. Quæ omnia miro ordine explanauit Bruſchius In Epitome Germanic. Epiſcopat. Nec ita pridem in inferiore Germania matrices duæ Ciuitates conſtitutæ ſacræque Archipræſulum Metropoles Pontificiis auſpiciis, Mechlinienſis, & Samarobrina; Belgarum Regulo nequicquam obluctante, aut veriùs poſtulante. Annū circiter 1563. Ac ſub īdem ferè tempus Epiſcopales pleræque ſedes in Belgici Oceani Vrbibus inſtituuntur, Gandaui Gordunorum, Brugis, Antuerpiæ, Namurci, Bolduci Aduaticorum, & in Middelburgio Zelandiæ Inſulæ oppido. Cameracenſem verò Cathedram ſumma dignitate præcellere teſtatur longa Præſulum ſeries, qui literis iuxta ac morum probitate conſpicui pontificale hoc ſacerdotium tenuerunt. In his Odo præſertim erudito Opere ſacrum Miſſæ Canonē olim explicauit.

Samarobrinus, ſeu Cameracēſis, & Mechlinienſis archiepiſcopatus, quorum inſtitutioni ſtrenuè interceſſit apud Summum Pōtif. Rhemorum archipræſul Belgarum Primas.

Recens creati in Flādria, & Belgica Gallia Epiſcopatus & Archiepiſcopatus.

Apvd Germanis vicinos Sarmatas Gneſnenſis Antiſtes ſemper habitus eſt princeps & os Senatus Polonici, nedum Eccleſiaſtici ordinis. In Dania pariter, quis neget Lubecum tranſlatam Aldenburgenſium Cathedram pia Errici Boiorū Ducis conſenſione? An. 1163. Idipſum eo forſan mirabi-

Henricus Leo Noricorum ſeu Bauariæ, & Saxonū Dux.

mirabilius videri poterit, quia Errico Duci priùs indultum fuiſſet à Friderico 1. Cæſare, vt de ſacris collegiis Aldenburgi, Reſchemburgi, ac Megaloburgi ſtatueret pro arbitrio, Epiſcopos etiā crearet, velut patronali quodā & dominico iuris clientelaris munere. Quod literis mandauit Hermannus Bonnus Lubeci vrbis antiquitatum ſcriptor. Daciæ verò Londenſem metropoliten oſtendit perſpicuè Honorius 3. Londenſi Archipræſuli reſcribens, eiuſdémque prouinciæ epiſcopis. In cap. Ad noſtram De Probat. Vbi de Daci Regni legibus nonnulla. Liuones omitto, Chriſtianis ſacris initiatos, Fœderici Ænobarbi temporibus: Cuius nec obſcuro fauore primus Liuonicæ Eccleſiæ Prefecturam geſſit Menerus quidam, eo deductus à Germanis mercatoribus, quo veræ religionis cultum perſuaderet docilibus ingeniis, myſteriáque noſtri ritus ſingulis inſinuaret. Huius rei inter alios plurimos teſtem ſe profitetur Crantzius Eccleſ. Hiſt. Saxon. Lib. 7. Cap. 14. Liuones enim tum primum ſacro lauacro ablutos narrat Innocentius 3. Decretali Epiſtola ad Liuonienſis Eccleſiæ antiſtitem Cap. Deus qui Eccleſiam. De diuortiis. Cap. 8. De pœniten. & remiſſ. & cap. 11. De vita & honeſt. Cleric. Scribit etiam Honorius 3. in Liuoniam miſſum ſua tempeſtate Mutinenſem pontificem, vt Chriſtianæ philoſophiæ ſemina auditorum animis aſpergeret. Cap. Petitio De procurat. At deinceps Liuonienſis præſulis Alberti ſtudio ac procurationi hoc retulit acceptum Rigenſis Eccleſia, quod ſacra prouinciæ ſuę

Lubecenſis vrbis Chronica per Hermannū Bonnum.

Daciæ Regni Leges. Dacia autē, Scythiæ Europeæ regio, Valachiæ nomine cognita hodie.

Fœdericus. 1. Cæſar.

Liuoniæ epiſcopatus.

Liuones à Libene Duce manus cuiuſdam Romanorū dicti, qui ciuili bello inter Pompeiū & Cæſ. geſto, deſerta Italia, ī ijs oris conſederunt, vt ait Chromerus Rer. Polonic. Lib. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rigam deinde Vrbem archiepiscopalem & territoriũ Bonificius 9. P. P. Ordini Crucigerorum Liuonienſium, 15. millibus aureorũ acceptis, addixit. Sub annũ 1400. Ex Chromero Lib. 11. Polon. Hiſt.

D. Quirinum Auſtriaci præ cæteris venerãtur, tanquam Noricorum Apoſtolum.

Fabianenſium ſeu Viennenſiũ epiſcoporũ ſeries pertexitur a Volfgango Lazio, iam inde à Mamertino, quẽ D. Seuerinus Fabianis primum Epiſcopũ dedit. Circa annum à Natali Chriſtiano 466. Rerum Viennẽ. Lib. 2.

Laureacum in Norico ripenſi.

Bauaria, ſeu Norica Boiorũ prouincia.

metropolis appelletur, ex quo tempore Friderícus 1. Romanum Imperium adminiſtrabat. Auctore Crantzio vbi ſuprà. Iam Auſtriæ Norica Vienna proferatur in medium: Viennæ (quæ Fabiana priùs dicta) pontificalis thronus poſitus eſt à D. Seuerino Rauennatium archiepiſcopo, mandante non ſolum Gelaſio Rom. Præſule, ſed Herulorum etiam rege ſumptus in templorum ſtructuram ſuggerente. Anno Chriſtianę ſalutis 460. Sed aliquanto poſt Eccleſiaſtica Viennæ Cathedra Anaxum tranſlata (ï. Laureacum) à Symmacho Pontif. Maximo. Circa Annum 500. Cuius præfecturam Eccleſię cũprimis geſſit D. Pellegrinus Laureacenſis Archipręſul, à quo ſcriptũ Symbolũ hodie lectitatur. Ætatũ progreſſu Saltzburgà traducitur Laureacẽſis metropolitica Sedes. Auctore Ænea Syluio In Epiſtol. volumine Epiſt. 170. Rurſus Zacharias P. P. D. Bonifacio auctor fuit, Moguntino pontifici, vt in Norica Boiorũ regione quatuor epiſcopatus ſancirentur, Saltzburgenſis, Friſingenſis, Ratiſponẽſis, & Aichſtetenſis. Vt tradit Vvolfgangus Lazius Rerũ Viennẽſium Lib. 2. Denique Nicolai 5. P. P. auſpiciis tres noui Epiſcopatus in ſuperiore illa Pannonia conſtituti à Friderico 3. Cęſare, in Auſtria Viennenſi, Nouę ciuitatis, & Labacenſi Carniolę orę diœceſi. Idem ſacrum Diui Georgij ordinẽ inſtituit, cuius ſummo Magiſtro Regiam, Sedémque in Milleſtadio Charinthię amœniſſimo agro deſignauit. Huic etiam, Principis titulo addito, Nouę ciuitatis Antiſtitem ſummiſit, & canonicorum Sodalitium:

Quos

Quos ea de cauſa in arcẽ deinde tranſlatos fuiſſe, ac eadem Georgij cruce ſignatos refert Lazius Viennenſis Hiſt. Lib. 3. Ex quibus interim Eccleſiaſticarũ Dignitatũ gradibus obſeruare eſt multiplicem appellationũ ſeriem, quę à ſingulis Eccleſię Prefectis gradatim deuoluantur.

16 Hvcvsqve de Germanico Latinorum Imperio, ad Greęcos pergamus. A Michaële Paleologo Cęſ. ſummus eſt habitus Romano Pontif. honos, ſupremam ſibi in Greęcos diuini iuris poteſtatem vendicanti. Ad hunc enim Byzantiorum Auguſtus legatos miſit de ineunda Veteris & nouę Romę Eccleſiarum concordia: Eo quidem rerum euentu, vt à Latinis, Greęciſq; compoſita fuerint tria potiſſimum controuerſa capita in hunc modum. Primo itáque conuentum, vt ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor aliis Patriarchis mentio inferretur. Altero, vt liceret cuiuis Romam veterem, quæ Curia maior & perfectior foret, appellare. Tertiò, vt in omnibus Romanæ Sedi tribueretur honorum preęrogatiua. Id quod ſcriptis mandauit Theodorus Balſamon. In Codice iuris Orientalis. Antea quippe Byzantius Patriarcha ſe Romano Pontif. auſus erat exequare. Aſt Romani Solij Antiſtites, ne imminuti Magiſtratus rei haberentur, ſacroſanctã in Greęcos maieſtatem tutati ſunt, diuiníque iuris poſſeſſiones. Ideóque Innocentius 3. Propontifici reſcripſit, in Conſtantini ciuitate degenti, vt Vicario Papæ munere ſacra iura daret Conſtantinopolitanis. Cap. Quanto. De conſuet. Eiuſdem præſto

Ne paſſim neue in villulis quiſquam ordinetur epiſcopus cautũ eſt Sardicenſi Cõcilio Cap. 26. Laodicenſ. Cap. 57. Carthaginenſi 2. Cap. 5. Et Carthaginenſi 3. Cap. 42.

Concilio Lateranо Maximo, quod ſub Innocentio 3. celebratũ eſt An. 1215. interfuere Conſtãtinopolitanus, ac Hieroſolymitanus Patriarchæ, & Hieruſalẽ ac Cypri, inter alios, regum oratores. Lugdunenſi item Synodo, Græcus imperator ſeſe Græcãque Eccleſiã ingenuè ſubmiſit Romanæ Apoſtol. Sedi & Innocentio 4. Pontif. Sub annum 1246.

Hieronymus Donatus Venetus edidit Librum aduerſus Græcos vaniſſimè de Sacro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum principatu cum Romano Pontifice contẽdentes.

ſunt & Epiſtolę duæ ad Byzantiorum Patriarchã, Romanæ præminẽtiæ in Gręcam Eccleſiam indices. Cap. 5. De Relig. Domib. Cap. 10. De Cleric. non reſid. Cap. Inter quatuor. De Cleric. peregrinis. Cap. 8. De maior. & obed. tũ ex Honorio 3. Cap. 1. De Iuram. calumniæ. Cap. Ad decorem. De Inſtitut. Cap. Vt præteritæ. De Elect. Poſt Clementem 3. Cap. Quæſitum eſt, vtrum ſacerdotibus Græcis De Pœniten. & Remiſſ.

Moſchouitæ quum eaſdem fermè Religionis ceremonias teneant, quæ à Græcis vſurpatæ ſunt, Romanam Eccleſiam cæterarum omnium Principatum obtinere ſuperbè negant, & quod valde à Chriſtiana religione alienum eſſe videmus, nullis ſacerdotum ſuffragiis, nulláque propinquorum aut amicorum pietate iuuari mortuorũ manes arbitrãtur. Reliquos ſacrorũ in Moſchis ritus pete à P. Iouij Moſchouia. Orientalis quoque Eccleſia cœlibatum non

SENSIT etiam Græcus Auguſtus Innocentiano Reſcripto, quantum poſſet in Thraciæ Cæſares Romanus ſacer Principatus. Cap. Solitæ De Maior. & obed. Rurſus apud Conuentum Florentinum, cui Græciæ legati interfuêre, ius ſacri Primatus in Græciam eſt Romano Pontif. adiudicatum. An. 1438. Inde Græca Eccleſia à Pontificę Romano ſacra iura petere iuſſa, ſeruiit veteri vrbi Romæ, vnde ſemel fœlicibus auſpiciis emigratum erat, inſigniáque ac Imperij tituli à Magno Conſtantino tranſlati. In Synodica autem illa diſceptatione Cardinalis Cæſarinus eximiam cùm generoſæ induſtriæ, tum multiplicis doctrinę laudem tulit, quum malè ſanam de proceſſione Almi Spiritus Gręcorũ opinionem Romano dogmati conciliaſſet. Vt miſſum faciam iſtic, quod ſanxit Cœleſtinus 3. ne in extremis Siciliæ oris Latini Græco, aut Græci Latino ritu ordinarentur Sacerdotes: tametſi conſtet Siculos Thracio Cęſari antiqua Rom. Imperij diuiſionis lege obueniſſe. Cap. Cùm ſecundum De Tempor. Ordinat. Huc pertinet etiam Innocentij 3. Reſcriptum 1.

ptum 1. De ſacra vnctione. Itaque vetera reſpiciẽti abſurdum planè videatur, Byzantios, Romanam coloniam, præfractè quondam inſurrexiſſe in metropolim, Thracióſq; Hierarchas Romana ſanctiſſimi Præſulis decreta fuiſſe aſpernatos. Initio enim Byzantium, Thraciæ Heracleæ parebat Epiſcopo, tum Perinthiis à Seuero ſummiſſum, quod Conſtantinus deinceps Patriarchatus dignitate exornauit: Romæ veteri, ob antiquitatis honorem, Imperiúmque inde huc tranſductum, Principatu relicto. Quemadmodum à Zonara perhibetur, ita ſcribente. Πολλοῖς τὴν πόλιν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκόσμησε, καὶ πρότερον ἐπισκοπὴν ὂν τὸ βυζάντιον τῆς θρακικῆς ἡρακλείας, ὡς ὑπὸ σευήρου τοῖς πειρινθίοις ὑποτεθὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ σευήρου ἱστόρηται, εἰς τιμὴν ἀνήγαγε πατριαρχικὴν τῇ πρεσβυτέρῳ ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας, διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι. Senſim igitur Græcus Patriarcha ſacræ ditionis terminos protulit in Cyprios Antiſtites: quos tamen vnà cum Nicoſienſi Cypriæ inſulæ Archiepiſcopo exemit Romanus Pontifex Hierarchicæ Byzantij Primatis poteſtati. Vt ab Innocentio 3. perhibetur Cap. 8. De maiorit. & obed. Moſchi porrò Regem ſacrorum, quem ipſi Metropolitã vocant, à Conſtantinopol. Patriarcha petunt. Inibi Archimandritæ ac Epiſcopi, coniectis in vrnã meliorum nominibus, ſorte ducuntur. Cuiuſmodi antiſtites, Principéſque minorum ſacerdotum ſingulis vrbibus, pagíſque præfecti ſacra curant, controuerſias dirimunt, & moribus deprauatos ſumma quadam vindicandi auctoritate

admiſit, ſeu continẽtiæ votum. Ex Paphnutij ſentẽtia, ac Niceni conuentus decreto. Idq; continuò à Græcis ſeruatum indicat Innocentius 3. ad Archeronenſem Archiepiſcopum. Cap. Cùm olim De Cleric. coniug. Cap. 7. De pœnitẽ. & remiſſ. at Chryſolanus Inſubrum Præſul ſcripſit de Sancto Spiritu vtrinque procedente contra Græcos.

Græca hæc ſententia ſuperiori latina periodo ad literam fermè expreſſa eſt.

Moſchorũ, qui ſacro miniſterio ſeſe dicarũt, duplex eſt genus, vtrumque cœnobia ĩcolit: ſed alterum eſt vagũ & paulò ſolutioris vitæ, ſicuti apud nos diuorum Frãciſci atque Dominici ſectam

perſequuntur. Vti relatum eſt in Pau. Iouij Moſchouia. Quum autem prædictus Byzantiorum Patriarcha ſibi inſolentiùs arrogaret Eccleſiæ vniuerſæ præfecturam, ſummámque ſacroſancti Imperij poteſtatem, Gregorius Mag. eum coëgit in ordinem, ſcriptâ eleganti ad Mauritium Auguſtũ Epiſtola, quæ extat Regeſti Libro 4. Cap. 76.

PATRIARCHAS verò, vt Pontificiam decet maieſtatem agnoſcere, Romanúmque Epiſcopum, Chriſtianæ velut præfectum Reipub. ſuperiorem: ſic Patriarchici ſolij decus venerabundi ſuſpexêre priſci Reges, Heroïcæq; virtutis exiſtimarunt, peralto Hierarchiæ gradu conſpicuam fouere dignitatem, ac conſeruare. Non excitabo alios teſtes, quàm Francorum veterem memoriã. Chriſtiano nomini reſtituta à gallis proceribus Sede Chriſti, religionis ſpecula Hieroſolyma, nihil antiquius illis creditum, quàm ibidem ſacri Magiſtratus ordines conſtituere aut inſtaurare, Legibus fulciendos in æs inciſis, & Principali tegendos auctoritate. Syriacarum enim Legum, quæ à Gottofredo Bulioneo, poſteriſque Latinis Syriæ regibus conditæ noſtras in manus peruenerunt, Caput de Eccleſię Primoribus eſt eiuſmodi, Francico ſcriptum idiomate *Deux chiefs Seignors y a ou Reyaume de Hieruſalem: Spirituel, Patriarche, Li temporel, le Roy. Li patriarche à 5. Archeueſques ſuffragans, Larcheueſque de Sur, Larcheueſque de Cæſaire, Larcheueſque de Bethſem, qui eſt dict de NaZareth, Larcheueſque de Beiſſenet, Larcheueſque dou Babet quon appelle Filadelfe, qui au temps le Roy Amaury fuſt*

18

profitentes: Alterum cõſtat ex ſanctioribus monachis, quorum ordine D. Baſilius inſtituit: iis ne limine quidẽ, vel in ſuprema vitæ neceſsitate, pedẽ efferre fas eſt. Moſchi omnes eadem fere ceremonias tenent quæ à Græcis vſurpatæ ſunt.

Solymorum nomen, quorum Vrbs hæc dicitur, Salomonem Moſaicis Annalibus regem, ſapientiæ gloria inclytum immutatis ſyllabis refert.

Hieroſolymorũ Leges Francica lingua olim exaratæ.

De Solymorum Auguſtæ Patriarcha ſuos Suffraganeos cõfirmante, nominatim Bethlemitanum Innocẽtius 3. in Cap. Cùm ſuper. De cauſa poſſeſſ. Qui & Tripolitanæ Eccleſiæ mentionẽ fecit. Cap. 1. De Tranſlat. Epiſc. ſcripſitque: Tiberiaden. Epiſcopo Cap. Gaudemus De Diuort. & Aconẽſi. Cap. Sicut. De Regular. Vbi loquitur etiã de Epiſcopo & Canonicis Eccleſiæ Nazarẽſis. Adde Cœleſtinũ 3. De Aconenſi Epiſcopo. In Cap. Significauit. De Paræciis & alienis paræcia.

Exiſtit quoque in Gallia Bethleemitanus Epiſcopatus prope Clameycum oppidulũ in Altiſiodoren. territorio: ſed non de territorio: Quum Præſulatus ille Põtificio imperio purè ſubiiciatur. Quiſquis autẽ Præfectus eſt illic pio Hoſpitali di-

fuſt tranſlaté au Crac, eſt appellé Archeueſque de la pierre dou deſert, & a trois Eueſques ſuffragans, de S. George de Lidde, de Betleem, d'Ebron, qu'on dict de S. Abraham: Et ſi a ſix Abbez, & vng Prior ſuffragant, L'abbé de Montecion, de la Latine, do temple domini, de monte Oliuete, de Ioſaphat: Et ceaux cinq portent croce, & mitre, & anel: Et l'Abbé de S. Samuel de la mongoie portant croce & non mitre: Et le Prior do Sepulchre, qui porte mitre, & anel, & non croce: Et y a 3. Abbeſſes ſuffragans, l'Abbeſſe de noſtre Dame la grand, l'Abbeſſe de S. Anne, & de S. Ladre: Et l'Archeueſque des Ermins qui eſt el reyaume, ha ſuffragans 2. L'archeueſque des Iacobins, & le maiſtre de S. Ladre des meſeaux. L'archeueſque de Sur ha 4. Eueſques ſuffragans, L'eueſque de Barut, de Sayete, de Belinas, & Dacre. L'archeueſque de Cæſaire ha vn ſuffragant, L'eueſque dou Sabaſt. Larcheueſque de Beetbem ha 2. Suffragans, Leueſque de Tabarie, & le Prior de Montelabor. L'archeueſque dou Babet à vng ſuffragant, Leueſque de Faraon, qui ores eſt à monte Synai. Leueſque de S. Georges de Lidde ha 5. ſuffragans, L'abbé de S. Ioſeph d'Arimathie, L'abbé de S. Abacu de Cancie, Le prior de S. Iehan l'Euãgeliſte, Le prior de S. Katherine de Montgiſart, L'abbeſſe des 3. ombres. L'eueſque d'Acre à 2. ſuffragans, La latine, & Les repenties. Ex Lib. Syriacarum Conſtitutionum, cui titulus præfigitur, *Des Aſſiſes & des vſages, & des Plais de la haute cort dou Reyaume de Hieruſalem.* Ad illum Solymę Ciuitatis Patriarchàm ſcripſêre viciſſim Innocentius 3. & Gregorius 9. Cap. Volentes De offic. leg. Cap. Nouit. De his quæ fiunt à Præl. Cap. Tuæ fraternitatis

De cleric. peregr. Paritérque Innocentius 3. ad Antiochenum Primatem Cap. Cùm ad hoc. De Cler. non resid. Et Cap. 1. De Translat. Episc. Quippe hi sunt, cum Byzantio & Alexandrino, Patriarchæ, Quatuorviri regendæ Ecclesiæ cõstituti. De quibus idem Innocentius in Concilio generali. Cap. Antiqua. De priuil. Sophronij imprimis Hierosolymitani Primatis voluitur Historicus Codex De laboribus, certaminibus, & peregrinationibus S. S. Petri ac Pauli. Nostro etiam seculo renouata est Romæ fidei professio, quam Moses Mardenus Assyrius Iacobita Patriarchæ Antiocheni legatus agnouit apud Summum Põtif. suo & Patriarchę sui nomine. An. 1552. Insequẽti quoque anno Siud siue Sulaka, delectus à Nestorianis Patriarcha edidit Fidei professionem in Vrbe Romana. Cuiusmodi agnitæ Fidei Capita ex Syrico profitentium autographo traduxit ad literam Andræas Masius Bruxellanus.

FERVNTVR & Ecclesiastici alij minorum gentium primates seu Patriarcæ: Cuiusmodi Grãdensis, ingenti Venetorum consensu ab Hadriano decretus, Christiani Orbis præside Max. qui Grãdensem Ecclesiam in Venetis, Istriæ, Liburniæque oris sacrum principatum tenere pronuntiauit. Circa annum 1149. Vti à Bonfinio secundum alios plerosque traditum est, in Vngaric. Annal. Eamobrem Alexander 3. grãdensem scripta Epistola Patriarcham illustri nomine appellauit. Cap. Ex tuarum. De sortil. Dehinc Innocentius 3. Cap. Olim De verb. signif. Honorius 3. Cap.

uictoria, quod Niuienses Reguli extruxerunt, idem & Episcopus nuncupatur, haud tamen ampliori cẽsu locuples, quàm 500. libellarum proientus annui.

Christianũ nomen primũ in Antiochena Ecclesia fidelibus inditũ est, vt in Actis testatur Lucas.

Gregorij Mag. extat responsio ad Antiochenũ patriarchã, qui de hæresi Agnoitarum eũ consuluerat. Regesti Lib. 8. cap. 35.

Habetur & de D. Petri ac Pauli passione Orientalium Ecclesiis tradita D. Lini Rõ. Pont. 2. Libri duo.

Grãdensis Patriarcha.

Cap. vlt. De causa possess. & propriet. Aquileiẽsis verò Vlricus Patriarcha grauissimè tulit, primatũ Illyricæ regionis Grãdensi attributum, quod & Bonfinius memoriæ prodidit. Constat enim, Aquileiensem Ecclesiam à D. Marco sacri Euangelij scriptore institutam fuisse. Vbi & Euangelicos Libros Græca facundia cõtexuit, quos Latina Romæ exararat. Teste Adone Viennen. Chron. Ætate 6. & Petr. De Natal. Lib. 4. Cap. 86. Vt fileamus interim Hermagoram, Aquileiensem ciuem & episcopum, ac B. Marci Euangelistæ discipulum: quo cœlestis doctrinæ præcone, Tridentinus populus fidem Christianam recepit. Annos circiter quadragenos à Dominica Ascensione. Non abs re igitur Aquileiensem pontificem Innocentius 3. Patriarchæ titulo salutauit. Insigni Rescripto. Quoties De Purgat. Canon. In his Paulinus Aquileiensis præsul scriptum reliquit Libellum aduersus Fœlicem Vrgelitanum, & Eliphandum Toletanum antistites hæresiarchas. Ab eadem sacra Sede non longissimè distant Epidaurij Dalmatiæ Archiepiscopi, tanta inter suos sacri imperij auctoritate, quanta maxima Epidaurię Vrbis optimates in ciuili Aristocratica Politia, Rempub. suam moderantur. Huius instituta Reipub. ritúsq; patrios descripsit Francis. Sansouinus Italica lingua, cum aliis quibusdã Regionũ Politiis. Rursus, in sacra velut Aristocratia, cooptari solent Epidaurij Archipræsules cõcordibus ecclesiastici Chori suffragiis. Vt refert Innocẽtius 3. Cap. qualiter De Cler. non resid. Hoc tamen Illyricæ oræ

Aquileiensi itidem Concilio celebratur Aquileia, quod sub Damaso 1. peractũ est, tẽpore B. Ambrosij Mediolanen. episcopi cõtra Palladium & Secundianum Arrianæ hæresis defensores.

Epidaurus, Vrbs Dalmatiæ maritima, hodie Ragusia dicta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paulus 3. Pont. Max.

Præsulatu Paulus 3. honestauit eum, qui postea dictus est Pius 5. quem deinde absentem Reipub. causa in augustissimum Cardinalium collegium adsciuit. Vti ex Oratione edita liquet, qua Alphõsus 2. Ferrariæ dux Pio 5. Summum Pontificatum gratulatur.

De Gentiũ Septentrionalium ritu orandi in Ecclesiis, & Ecclesiastica eorum disciplina, parochiisque baptismalibus scribit Olaüs Lib. 16.

Svеones porro ac Gotthi Primatem venerantur Vpsalensem Archiepiscopum, ab nobilissimo illo Delubro, quod inde vsque à Nini temporibus ad Salam flumen structum visebatur: Vbi hodie Vpsala, Hierarchico Suetiæ & Gottiæ Solio Primatúque decorata. Vt refert Olaus Magn. Vpsalensis Archiepiscopus. Hist. Gentium Septentrion. Lib. 3. Cap. 5. De magnifico Templo Deorum Septentrionalium. Atque in eam sacrarum dignitatum propagationem Principes eximia studia, religiosíq; animi munera contulerunt. Langobardos adeamus, è Gotthia illa oriũdos. Rauẽnam Pontifex, Gotthorum olim Regiã Archiepiscopali auxit præfectura: Sed quam Valentinianus Imp. Pallij accessione, seu paludamenti Cæsarei cumulauit. Hoc addito, vt Rauennatiũ Antistes honoraria prærogatiua posteros Archipręsules anteiret. Idẽ duodecim Episcopos Cæsar subiecit Rauennati Ecclesię, vt auctor est Blõdus Lib. 2. Hist. & Sabellic. in Ennead. Qualia Romanorũ Principũ in hanc Sedem beneficia, insigníq; eminentiæ iura comprobauit Honorius 3. P. P. priuilegiario Diplomate Symoni Antistiti irrogato: Testatur eadẽ illa Cæsarum ac Pontificum in Rauennatem Cathedram priuilegia Innocentius 3. Romani Solij

Rauẽnatis Prouinciæ episcopatus, Arimini, Cæsena, Forũ Liuij, Forum Pompilij, Fauentia, Forũ Cornelij, Britonorium, Bononiã, Mutina, Regiũ Lepidi, Parma, & Placentia.

Ferrariã translatus est à Vitaliano P. P. Vicohabentiæ Episcopat°, qui Rauennati Ecclesiæ subiacebat. Circa annum Salutis 658. Vt ex vetustis Rauẽnatis Ecclesiæ monumentis narrat Rubæus in Rauennate Historia. Sed auorum adhuc memoria Eugenius 4. Florentinum Episcopatum extulit in Archiepiscopalem Ecclesiã An. 1435.

mani Solij pręsul Decretali epistola. Licet causam. De Probat. in vers. ex priuilegiis Imperatorum & Romanorum Pontificum Ecclesiæ Rauennaten. cõcessis euidẽtissimè colligatur &c. Imò & Maurus Rauẽnatium Archiflamen Romano parem se impotentiùs iactitauit, quum apud Constantem Cæs. gratia & auctoritate præpolleret. An. 550. At Theodorus successor Rauennatem pontificatum Barionæ Sedi obnoxium professus est, Romanóq; Christiani Pop. antistiti. An. 680. Vt Platina diligenter obseruauit, totóq; de eo negotio Hieronymus Rubeus Rauennatis Histor. Libris 10. Quorũ non minimam partẽ hausisse se fatetur ex Agnelli Rauennatis Opere, de Rauennatium Pręsulũ vita, peruetusto. Rursus temporũ decursu, ne Rauennates subdolè Pontificij imperij iugo seipsos eximerẽt, sancitum est à Romano Episcopo, vt designatus quisq; Rauennæ Archipræsul, intra menstruũ spatium Pontificem adiret, rogaturus, nûm ratam gratámque haberet Cleri suffragationem in nouo Ecclesię Pręfecto cooptãdo. An. 1320. Vt est apud Rubeum loco suprà citato. Præclara sanè Hierarchica Politia, vt quãto superiores sunt Ecclesiastici Pręsules, tanto summissiore in Pontificem Max. obseruantia exemplum præbeant gregi Dominico, eum venerandi sanctissimum Orbis terrarum parentem, qui longo ordine, continuáque maiorũ successione sedet in Cathedra Petri. Quippe quũ in Othomanica etiam ditione, quæ superstitioni Mahumeticæ dedita est, Baldacensis Calipha idcirco adoretur, Latina interpretatione Successor

Rauenna, quõdã Exarchi sedes.

D. Petrus Apostolorum Coryphæus Apollinarem virum Antiochenum Rauennam misit, qui Christũ inibi, & eius Euangeliũ, ac mysteria diuulgauit. Hũc Apollinarem ex 72. Christi discipulis vnum fuisse tradunt, & ab ipsa Antiochia Petrum magistrum secutum Romam venisse.

dictus, quod in locũ Mahumetis pſeudoprophetæ alij aliis deinceps ſuccedant. Per hunc Caliphũ ſacrorum principem Memphitici olim reges, deſumpto Sulthani titulo, conſecrabantur.

Dauidi huic, cæteriſq; Regibus, quũ in publicũ prodeant, cæruleo tenui ſerico velare faciem, & ſiniſtra manu argenteã præferre crucem mos eſt.

PERAGRANTI exteras tot ſacras prouincias vltima occurrit Abyſſinorũ Æthiopia, cuius Politicis æque inſtitutis docemur, Regem propenſo animo ferri ad Eccleſiaſtici Magiſtratus iura ſtudiosè tegenda ac defendenda. Æthiopibus enim vnus in ſacra iuriſdictione præeſt Patriarcha, gẽtis vocabulo Abuna nuncupatus, à quo ordinantur Clerici, ſacratiq; ordines decernuntur. Nec eo ſecius Dauid Abyſſinorum Æthiopũ rex ſupremã agnouit Romanæ Sedis poteſtatem, quum obſignatis literis ad Clementem 7. P. P. rationes ederet patriæ de Numine perſuaſionis, atque eadem orthodoxæ religionis capita ſuis populis ex veteri ritu conſtare, quæ Latini nominis Chriſtianis, Pontifici adprobaret, Regiáque fide teſtaretur. An. 1524. Auctore Pet. Aluare Luſitano in Æthiopica Abyſſinorum Hiſt. Toto autem Abyſſino regno Patriarcha imperium habet in Sacerdotes, qui ſunt innumerabiles diſtincti per templa atque cœnobia. In horum mores ſeueram exercet cenſuram, & contumaces vel deprauatos à recta diſciplina, anathemate perſequitur, eóque religionis telis adigit, vt deſerti ab omnibus ac eiecti paſſim dolore ac inedia miſerè contabeſcant & pereant: Patriarcha cum ſuo Senatu ſedem habet in vrbe Baccara, quæ ardua & nemoroſo in colle ſita eſt, cincta perpetuis vmbraculis ad amœniſſimas ambulationes. Nam frondoſarum arborum rami ea ſerie inflectuntur, & fornicatim connectuntur, vt in feruentiſſima regione, meridianiſque Solibus æſtum non ſentiant, & quod opacitatis gratiam implet, ſaluberrimis etiam fontibus ſparſim diductis, irrigentur. Quibus vmbratilis otij voluptatibus vitę duritiem Sacerdotali lege impoſitam facilè ſuſtinent. Patriarchæ magni ſunt ex decumis reditus, quibus etiam regiorum Vectigalium quota pars accedit, liberali Regũ pietate ſacris addicta. Has opes in egenos & Xenodochia erogat, alítque graui ſumptu infinitã prope Collegia cucullatorum ſacerdotum: E quibus multos quotannis impenſo viatico Hieroſolymas mittit ad inuiſendam ſacroſanctam Vrbem, colendúmque Chriſti ſepulchrum, vt ritè explorata & comperta de rebus Chriſtianis in Patriam referantur. Reliquæ quæ ſuperſunt Patriarchæ diuitiæ, quum is moritur, ad regium fiſcum redeunt, ſolemnibúſque demum habitis comitiis, probatiſſimus omnium ſuperante ſuffragio creatur. Is in cœlibatu degit, quando ſacerdotibus vxorem ducere, nec tamen iterare nuptias fas ſit. Hoc porrò de Abyſſinorum rege totius cogniti orbis maximo dici poteſt, quod non modò Chriſtianæ pietatis dogmata & ceremonias profiteri, ſed eodem prope ciuili iure &, vti nos, militaris diſciplinæ moribus tot ſua regna auctoritate ſummæ iuſtitiæ tueri conſueſcat, ſimiléſque ei leges in profanos & ſacratos viros, quæ apud Romanum Pontificem vigent.

Petrus Aluares in legatione Roderici Liniæ ab Araquinquo Arabici maris portu, quo appulerat Indica Luſitanorum claſſis, terreſtri itinere ad Preteiannẽ penetrauit, alteráque legatione ſuſcepta ab ipſo Preteiane ad Clementem Pontif. qui tum erat Bononiæ, cum aureæ crucis munere peruenit. Is itinerum ſuorũ atque actionum omnium diurnos commentarios, quum Romæ deceſſiſſet, ſcriptos reliquit.

Hic magnus Abyſſinorum & Æthiopum rex, qui à noſtris corruptè dictus eſt Pretegian, à ſuis Belulgian appellatur: quod eſt vetus cognomentum vſurpatum à ſuperioribꝰ Regibꝰ: id nomen incõparabilis præſtantiæ, immẽſique pretij gẽmã ſignificat. De his vide Iouium Hiſtor. Lib. 18.

Scriptores ferunt nonnulli, Basilium Moschorum Regulum, postulato multis legationibus à Maximiliano Cæs. Regij nominis titulo, tum à Pontif. Max. eundē sibi tandē suapte auctoritate sumpsisse.

Nicolaus Siccēsis Illyricus interpres.

De his Moschis Lucanus Lib. 3. Sauisque affinis Sarmata Moschis. De iisdem Plinius Lib. 5. Natur. Hist. Cap. 27. & Lib. 6. Cap. 10.

MOSCHI autem licet Græcanicos sacrorum ritus secuti dissenserint à Romano Pontif. eorum tamen Basilius princeps iamdudum cupiebat Regij nominis titulum concessione Pontificia promereri. Quum id dare sacrosancti iuris esse & Pontificiæ maiestatis iudicaret: quando & ipsos quoque Cæsares à Pontif. Maximis diadema aureum & sceptrum, Romani imperij insignia accipere, inueterata consuetudine cognouisset. Quinetiam per Demetrium legatum professus est apud Clementem 7. P. P. se aduersus impios Christiānæ religionis hostes impigrè constanterque steriſse, ac in posterum stare decreuisse: cum cæteris item Christianis Principibus consentire. Cui quidem Rutheni Ducis professioni, vniuersæq; adeo legationi fidem conciliarunt Basilij ad Clementē literæ, quas Illyricus interpres Latinis verbis transtulit, hac Principalis Moschorū tituli inscriptione. *Clementi Papæ pastori ac doctori Romanæ Ecclesiæ, magnus dominus Basilius Dei gratia Imperator ac dominator totius Russiæ, necnon magnus Dux Volodemariæ, Moschouiæ, Nouogrodiæ, Pleschouiæ, Smoleniæ, Ifferiæ, Iugoriæ, Permniæ, Vetchæ, Bolgariæ &c. dominator & magnus Princeps Nouogrodiæ inferioris terræ, Cernigouiæ, Razaniæ, Volotchiæ, Rezeuiæ, Belchiæ, Rostouiæ, Iaroslauiæ, BeloZeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Codiniæq; &c.* Quæ de re plura Iouius In Moschouię Chorographia.

LONGISSIMA viarum emensi spatia, patriam repetamus, Gallicamque Ecclesiæ Politeiam, cuius Christianiss. Rex, isto aliisque nominibus seruator inclytus perhibetur, Sacræq; Causæ propugnator

gnator acerrimus: Eo pij animi affectu, vt si quādo externis sacerdotum vitiis Politica adhibeatur Ciuilis Cēsuræ curatio à Principali magistratu, nō ideo Reges in ordinem cogere pontificatum velle censeantur. Nam à prisca Annalium memoria nostri Principes Ecclesiasticas Præfecturas excitarunt, auctore Pontifice: quo sacrati viri Sacerdotiis insigniores libera in priuatos clericos iurisdictione fungerentur. Quinetiam Pipinus Aulæ Francicæ magister huc victricibus armis Rabodū adegit, Frisiorum Ducem, vt reciperet Clemētem virum sanctissimum, concionātémque de Christo ipse, popularéſq; audirent, ab Sergio Pontif. Max. Episcopum illi genti datum, Chilperico 2. Franciæ rege. Quemadmodum ab Æmylio traditum est, Gallicarum rerum scriptore luculento. A quibus haud omnino alienum est, quod de Aurayci Principatus Regulo memorat Innocētius 3. flagitasse ab eo Auraicum Dynastam, pij cultus in sua ditione fautorem eximium, vt in Aurayci Præsulis locum, qui perēni morbo districtus erat, subligeretur alius, aut Episcopalis muneris fiduciarius curator constitueretur. Cap. 1. De Cler. ægrot. Pari in Ecclesiasticam Rempub. studio Franciscus Gallorum rex vltrò assensus est Pontificiæ translationi Magalonensis Episcopatus in Montē Pessulanum. An. 1536. Antea quippe Monpessulanos Magalonensi ciuitati contributos in sacra iurisdictione, declarat Innocentij 3. Reseriptum hoc ad Magalonensem pontificem, Abolendę cōsuetudinis peruersitas, quæ apud Montempessu-

Rabodus Frisiorū dux, falsorum deorum venerator.

In albū sacrorum Orbis conuentuū refertur Arausicanum Cōcilium prouinciale. Sub Leone 1. P. P. tepore Theodosij iunioris.

Frāciscus Priscus Francorum rex.

lanū inoleuit De Sepult. Idē ad Clericos D. Petri Magalonen. Cap. Ex parte De celebr. miſſ. Cap. 1. De obſeruat. ieiunio. Tū ad Archidiaconū & ſacriſtā Magalonēſem Cap. Cùm olim Magalonēſis Epiſcopus. De re Iudic. Poſterioris autem tranſlationis Magalonenſis Epiſcopæ habita mentiō eſt à Rebuffo Monpeſſulano ciue, in Praxi benefic. Tit. De tranſlat. Epiſcop.

Magalonenſis Epiſcopatus tranſlatio in Monpeſſulanā ciuitatem.

SED quantus Regio pectori inſidet in Templo- 22
rum Præfectos benignitatis feruor, tantus ei propalam debet, in Ciuili externáq; ſacrorum Politia ſancienda, adfulgere. Quos enim pij Canones, ſacerdotiſve exhortatio compeſcere nequit, hi ſupplicíorum metu abſtinere flagitiis per Magiſtratū compellūtur. Vt notat Auguſtinus Epiſtola 54. ad Macedonium: Vnde petita Gratiani Canonica Lex, Non fruſtra eſt inſtituta poteſtas regis. 23. queſt. 5. Puta, ius eſt ſacro Principis Senatui interdicere, vetare, ne Pontificius ſimul ac ſemel cum Regio Iuridico ſententiam ferat in clericum; hic pro Regię, ille pro Pontificiæ coërctionis iure: At ſeparatim vterq; iubetur dicere ſententiam. Areſto Curiæ 6. Kalend. Iunias An. 1544. Eodem S.C. præceptum Archiepiſcopo Burdegalenſi, vt intra Lutetianæ Curiæ territorium Propontificem litigātibus daret, ad quem iſti ab Ordinario Eccleſiaſtico prouocarent: Alioquin partibus liberum fore, primū quemq; Metropoliten intra fines Pariſienſis Senatus appellare Conſcripti iudicarunt. Idémque à Patribus decretum 7. Idus Iunias An. 1547. Quod perpetuo demū Edicto Molinis Boiorum ſancitū eſt. An.

Molinēſi Edicto cautum eſt Artic. 39. & 40. ne clerici ad ſuos iudices remittātur pro delicto cōmuni, niſi caſu priuilegiario priùs à Regiis Magiſtratibus iudicato. Sed hoc nec Curiæ probatum eſt, nec vſu receptum.

Areſtum Die 27. Maij.

Edicti Aurelianen. Articulo 17. Prælatis interdictum eſt, ne Vicariatus literas extraneis & alienigenis concedant.

Areſtum Die 7. Iunij.

eſt An. 1566. Artic. 76. Nûm verò Burdigalæ antiſtes ritè habeatur Aquitaniæ Metropolitanus, diſputatum ab eo fuit cum Biturigum Archipræſule apud Gregorium 9. P.P. Cap. vlt. De maiorit. & obed. Sūma rei eſt, quā magiſtro fori vſu percepimus, Burdegalēſem ſacræ Metropolis iura in prouinciales ſuos exercere. Hinc quæritur de appellatione ad Primatē prouinciæ facta gradatim à trina Eccleſiaſtici iudicis ſentētia, cuius agendę prouocationis Diplomati clauſula inſerta ſit, ex qua ſuſpendatur ſententiæ executio. Nunquid diplomaticæ huic clauſulæ ſtandum ſit? Minimè ſtandum Patres ad appellationem ex abuſu pronuntiarunt. 15. Calend. Maias An. 1536. Marillaco, & Seguerio partium cauſidicis. Qua in facti ſpecie dubitatio inde emerſerat, quòd licet à trina ſententia conformi prouocans non audiatur, iſtic tamen vna ex tribus numerum illum ſententiarum minimè impleat, dicta videlicet à recuſato iudice & reiecto. Ob ídque intendebat litigator, appellationis præſidio extingui pronuntiatum: hanc ſaltem exequi ſententiam fas non eſſe, cuius nullitas (vt aiunt) liquidò pateret. Sed leue hoc argumentum refellit Clementis 5. ſanctio in cōcilio Viennenſi perſcripta, ne cuiuſuis nullitatis obtentu, ternæ executio ſententiæ longiùs prorogaretur. Clem. Vt calumniis. De re Iudic. Planè in profano Gallię foro cuilibet permiſſum eſt ad tertiā vſq; prouocationem cōfugere pro ſuperiorum Tribunalium gradib⁹ & ordine. Similiter ab Imperiali Germaniæ Senatu decretum, Germanis licere in vna eadémq; cauſa

Areſtum Curiæ inter Bourgueilleum ceu ab abuſu prouocantem, & Andegauenſis templi maximi Collegium. Die 17. April. An. 1536.

Ab interlocutoria vim definitiuæ nō habente non licet ſecundò appellare. Cap. Vt lites. Tit. De friuol. appell. In Prag. ſanct.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertio prouocare. An. 1537. Abelo, & Moleno contendentibus. Altero item prætoriani Cõsilij Germanorum placito 16. Kalend. Quintiles An. 1550. Ex forẽsi controuersia Henrici de Alcan, & petri Tenarx. Vt refert Mynsingerus Centurię 1. Obseruat. 15. Quam in partem cietur Baldi sententia in L. vlt. Cod. De Sentent. Tit. generali.

Decretum Imperialis Cameræ Die 16. Iunij.

Qvod suprascriptum est, prouocationis interuentu non vsquequaque supersederi executione sentẽtię, id producitur Gallica Cõstitutione ad eas lites, quibus morum castigatio reformatióq; agitur, Ecclesiasticę disciplinę vinculum. Nam hoc casu edixit Princeps, callidum appellationis perfugium rei iudicatę executioni impedimento esse non debere. Lege Iudiciaria Francisci 1. An. 1539. & Caroli 9. lata 16. Calend. Maias An. 1571. Artic. 5. Quam Ornatiss. Curia solemni more cõprobauit 7. Idus Septembres Eod. An. Quin Frãcica hęc Lex è mediis Pontificiarum sanctionum fontibus hausta videri possit: Idem dictante Alexandro 3. Cap. Ad nostram. De Appell. & Innocentio 3. in Concilio generali Cap. Irrefragabili. De offic. Ordin. Quibus consonat Curię decretũ, ad quam in emendationis morum negotio fuerat prouocatum abusus nomine. 5. Idus Decẽb. Anno 1550. secundum Cathalaunense summi delubri Collegium. Eodem spectat Allobrogica Constitutio, ne appellationis obtentu, quę abusus ergô interposita sit, Ecclesiastica morum censura correctióque retardetur. Sicuti forensibus Sabaudię Legibus continetur. In Tit. De prouocationibus ex abusu.

Regia Gallorũ Cõstitutio Die 16. Aprilis An. 1571.

S. Consultum Die 9. Decẽb.

Iure cõmuni à correctione non appellatur, nisi corrector modũ prætergressus sit. Cap. Reprehensibilis De Appellat.

ex abusu. Artic. 1. Reliquis porrò casibus, appellationis auxilium, præsertim quę ex abusus formula concepta est, nostri homines fauorabiliter amplectuntur. Vtputa, fani Florentij in Andibus Præsul, Cluniacẽsis Ordinis, vocauit in ius Vidum Petrum ex mutuo ad Parisiensem Cluniacensium Priuilegiorum Pontificium vindicem Abbam D. Genouefes. Opponit reus translatiuam fori exceptionem, gemina ratione. Prior, eo quòd tale iurisdictiõnis Priuilegium referatur tantummodo ad Cluniacensium sacerdotiorum iura, nõ ad priuatas alias petitiones. Vt sanxit Innocẽtius 3. Lingonum Episcopo rescribens. Cap. Cum Capella. De Priuil. & Innocentius 4. in Concilio Lugdunensi Cap. 1. §. In eos Eod. Tit. Apud Bonifaciũ 8. Altera ratio, quia Priuilegiorum Seruatores Apostolici minimè ius vltra quatridui spatium dicant, à litigatoris domicilio emetiendum. Edicto Ludouici 12. 4. Idus Maias An. 1499. Quo alia itẽ Recuperatoriæ eius capita iurisdictionis præscribuntur. Ne scilicet Pontificius ille Recuperator de crimine alibi admisso cognoscat, néue de probanda aut improbanda Electione, de fœdere connubiali, de diuortiis, neu de Ecclesiastica sacramentorum administratione, de Xenodochiis ac Valetudinariis, de morum coërcitione cœnobitarum, nec omnino de appellationibus ab ecclesiastico Ordinario interpositis. Proinde ita conuentus apud Pontificiorum Priuilegiorum vindicem postulabat causam ad suos Andium Iudices relegari. Summotus hac fori translatione ad Se-

Memorabile Edictum Die 12. Maij An. 1499. de tota fermè Conseruatoris Apostolicorum Priuilegiorum Iurisdictione.

natum abusus ergô prouocauit. Patres, re diu multúmque concertata, abusiuè iudicatum pronuntiarunt. 6. Nonas Octob. An. 1536. Victo illo Cluniacensis ordinis cœnobiarcha. Atque vt nonnulla obiter Cluniacensium Iura singularia percipiantur, En tibi Pontificiæ tabulæ Cluniacensis Priuilegij, cuius seruandi, asserendíque causa adscribitur in calce Diplomatis Pontificius Recuperator suprà relatus. *Clemens Episcopus &c. Dilectis filiis Abbati & conuentui Cluniacensi &c. Vestra sanè petitio nobis exhibita continebat, quòd cùm monasterium vestrum, quod eiusdem Sedis specialiter iuris extitit, à primo suæ fundationis exordio vsque ad moderna tempora, multis Romanorum Pontif. Priuilegiis & Indulgentiis sit munitum, & donatum libertatibus, ab eisdem, nonnulli Archiepiscopi & officiales eorum, aliíque Ecclesiarum prælati non attendentes quod nobis principaliter iniuriati probantur, qui priuilegia Sedis Apostolicæ impugnant, contra eadem priuilegia & indulgentias ad Synodos & conuentus forenses vos illi compellunt, ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, aliquos cõuentus publicos cõuocandi, & missas celebrandi interdum accedunt, ab Abbate vel priore monasterij nullatenus inuitati, à fratribus etiam Cluniacensis ordinis obedientiam & reuerentiam extorquere, ac ipsos vbilibet commorantes iurisdictionem exercere, interdicti sententias proferre, in prioratibus & cellis eiusdem ordinis Abbates ordinare, infra parochias locorum eidem monasterio Cluniacensi subditorum absque Cluniacensis Abbatis assensu Ecclesias & capellas constituere, cemiteria benedicere, de vestris monachis & monasteriis iu-*

Arestum Die 2. Octob.

Clementis 4. Pontif. Priuilegiarij Codicilli Cluniacensibus irrogati. Sunt & alia huius Ordinis priuata ac peculiaria Iura, quorum istud recitat Steph. Bertrandus Carpentoractensis Cõsil. 9. Vol. 2. Ne regularia sacerdotia huius Ordinis vllis possint commendari, præterquam Romanis Purpuratis, aut Ordinẽ ipsum expresse professis, aut consentiẽte expressim Abba & conuentu cœnobiorũ Ordinis eiusdem.

steriis iudicare, ad iudicia sua eos inuitos protrahere, ac pro controuersiis vestris in parochianos, homines, & seruientes vestros animaduertere præsumentes &c. Cùm autem sit à prædicta Sede statutum, vt omnes Ecclesiæ, capellæ, ac cemiteria vestra libera & immunia ab omni exactione consistant, & fratres cellarum, seu locorum vestrorum vbilibet positorum pro interdicto aut excommunicatione quibuslibet suspensionem diuinorum officiorum minimè patiantur, & tam monachi prædictorum locorum, eorum famuli, & qui se monasticæ professioni deuouerunt, diuinæ seruitutis officia celebrent, & debita peragant sepulturæ, iidem Prælati vos vti liberè Statutis huiusmodi non permittunt, nec diœcesani Episcopi aut officiales eorum præsentatos sibi à vobis ad parochiales Ecclesias quos habetis sacerdotes admittunt, nec celebrare vobis est ex Apostolicæ Sedis benignitate concessum, si dicti Episcopi præsentatos eisdem malitiosè non duxerint admittendos. Præterea cùm ex indulgentia Sedis eiusdem, Ecclesiarum vestrarum decimas, quæ à laicis detinentur, si secundum Deum ab eorum potestate substrahere vestræ religionis reuerentia poterit, ad vestram & pauperum gubernationem vobis & ordini vestro liceat retinere, ac laicos, vel clericos seculares per loca vestra ad conuersionem siue ad sepulturam suscipere, nisi pro certis criminibus fuerint excommunicati, iidem super his vobis temerè se opponunt, alium quàm Cluniacensem ordinem in parochiis ad ius vestrum spectantibus de nouo creare nihilominus præsumentes, licet ab eadem sede id fieri cuilibet inhibitum sit expressè. Ad hæc, cum vos & fratres vestri vbilibet commorantes conueniri, vel vltra duas dietas à monasteriis vestris ad iudicium pertrahi, seu ad

cuiuslibet prouisionem compelli per literas Apostolicas non positis, nec alicui liceat auctoritate ipsarum in fratres ipsos iurisdictionem aliquam exercere, nisi eædem literæ plenam de ordine vestro & indulgentia vobis super iis ab eadem Sede cõcessa fecerint mentionem, ipsi prælati & alij à sede Apostolica delegati indulgentiam huiusmodi voluntate propria non seruantes, super his vos sæpius aggrauant. Audiuimus præterea, quod aliqui Prælati Ecclesiarum & officiales eorum, licet in vos & alios Cluniacensis ordinis monachos vel conuersos vbilibet commorantes, pro eo quod estis Apost. Sed. Priuilegiis communiti, eis non liceat excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare, in molentes in molendinis & coquentes in furnis, in contrahentes vobiscum, in seruientes & familias vestras, in locantes eis operas suas, in illos etiã qui missas & horas vestras audiunt, decimas, reditus & oblationes, & alia vobis debita reddũt, seu aliàs vobis communicant, proferũt sententias &c. Quare nobis humiliter supplicastis, vt tantis vestris grauaminibus prouidere misericorditer curaremus. Nos itaque ad instar fœlicissimæ recordationis Alexandri & Vrbani prædecessorũ nostrorum nolentes de cætero tam enormes abusus non absque Apostolicæ Sedis excogitatos iniuria sustinere, huiusmodi excommunicationis & interdicti sententias proferri, & alia supradicta contra eiusdem Sedis indulta, in vestrum præiudicium fieri auctoritate præsentium districtiùs inhibemus. Decernentes irritum & inane &c. Postridie Calendas Nouemb. Pontificatus Anno 1.

Antoniani ordinis monachis consimilia his data priuilegia.

Nam Clemens 4. sanxit, vt nullus Prælatorũ personas huius Ordinis excõmunicet, aut Ecclesias & oratoria eiusdem interdicto supponat sine Apost. Sedis mãdato speciali: Quódque prælati & episcopi eiusdem Ordinis nuncios ab iniurijs tueantur. Itẽ Gregorius 9. addidit huic ordini priuilegiũ decimas de manu laicorum redimendi. Tum D. Ludouicus pergens in Africanos Religionis hostes concessit Antonianis Conuentibus immunitatem à gabellis, pedagiis, cõsuetudine, aliisque impositionibus in toto regno vigentibus. Ex Aymaro Falcone Antoniano monacho in Hist.

Die 2. Nouẽb.

DE OF-

TITVLVS 5.

DE OFFICIO EIVS CVI MANdata est à Pontifice Iurisdictio.

1. An delegatis, seu Vicariis à Senatu nominatis Prælatus cogatur dare literas Vicariatus.
2. Reditus annui cognitionum Ecclesiasticus capax non est, arreragiorum secus.
3. Commissa à Pontif. iurisdictio Abbati D. Genouefæ.
4. Cathalogus Priuilegiariorum coram Abba D. Genouefæ litigantium.
5. Bulla Apostol. De fori Priuilegio S. Vedasti Artesiensis cœnobij.
6.7. Talem Apostolici Conseruatoris Iurisdictionem vltra 4. dietas non extendi.
8.9. Bulla Pontif. pro monasterio S. Anthonij Viennensis.
10. Aresta Curiæ pro Iurisdictione Apostol. Abbatis D. Genouefæ.
11.12. Priuilegium fori apud eundem Abbatem pro Cisterciensibus.
13. Quibusnam causarum cognitio Apostolicis rescriptis delegetur.
14. Extra fines diœcesis Rescripto litigantes trahi non posse.
15. Aliud in Rescripto omologationis Concordati, quæ voluntariæ Iurisdictionis est, non contentiosæ.
16. Piorũ legatorũ cognitionẽ Ecclesiastici pure fori nõ esse.

1 ABSOLVTO ORDINARIÆ Iurisdictionis tractatu, quę Hierarchis singulis competit, recuperatoria explicãda est, seu quæ à Pontifice Max. aliisve Ecclesiasticis præsulibus cuiquam demandatur. Sic plerunque aditus ex prouocatione Archipræsul litis disceptationem viris com-

Elegans quæstio, an Prælati teneantur dare literas Vicariatus nominatis à Senatu ad Ecclesiasticam causam diiudicandam.

mittit longo rerum vsu iudicióque probatissimis. Sed in eo genere fuit hæsitatum, an delata ad Senonum pontificem appellatione à Parisien. episcopo inter Lutetianos ciues, Senatui liceret Senonensem compellere ad tesseram Vicarię potestatis mandatúmq; Senatoribus clericis concedẽdum, quos Curia ipsa nominatim dictarat, prouocatoriæ causæ præficiendos cognitioni. Eo quidem iure non semel vsus est Ordo Ampliss. velut inuncti sacratíque Regis sacratum Consilium, mixtúsque ex sacerdotibus perinde, ac profanis Magistratus. Placito Curiæ aduersus Senonum archiepiscopum 7. Kalend. Quintiles An. 1576. Verùm in consimili dehinc causæ argumento, Nos obnixè defendimus apud Conscriptos Curiæ pro eodem Senonum antistite, Prędules minimè cogẽdos videri suam aliis iurisdictionẽ mandare, quàm quos illi nutu arbitrióque suo Vicarios nuncuparint, non alieno. Vt sanxit Bonifacius 8. Pontif. Cap. Vt litigantes In ver. vel audiat, vel etiam audiendas committat. De Offic. Ordin. Alioqui nec Archiepiscopalis cognitio, iudiciúmque rite habeatur, nisi clara Archipræsulis voce auctoritatéque Vicarij Iuridici designarẽtur. Ex Papiniani Responso Lib. 1. Quæstionum L. 1. §. qui mandatam D. De Offic. eius cui mãd. est iurisd. Quinimo prouocantes audire omnino is non tenetur subtili iuris ratione, præterquam in suo, sacræque Metropolis Prætorio. dic. Cap. Vt litigantes. Dicebam insuper, ordinariam hanc Archiepiscopi iurisdictionem à Recuperatoria longe latéq; dissidere,

Arestum Die 25. Iunij.

sidere, in qua prouocationum iudices, nominante interdum litigatoribus Curia, dantur clerici Senatores. Vsuuenire etiam aliquando, vt degentes extra Senatorij territorij septa Archiepiscopi vrgeantur sacrorum fundorum pignerationę ad Vicarium Iuridicum intra eius fines limitésq; territorij constituẽdum. Vt superiori tit. ostendimus. Quæ omnia cessant in Senonẽsi Metropolita. Hic nihilominus à Conscriptis Curiæ damnatus est, literas Vicariæ potestatis assertorias Sudorio & Saueusio clericis senatoribus concedere ad prędictam appellationis controuersiam iudicio dirimendam: nullo interim Archiepiscopalis iuris imperiique præiudicio ac prærogatiua. Decreto 5. Idus Octob. An. 1576. Nobis, Archiepiscopi, & Summi ipsius Vicarij causam agentibus. Ramato, contrà, & Pasquero, priuatarum partium aduocatis.

Placitum Curia Die 11. Octob. An. 1576. inter Senonum Archipræsulẽ ac Renatum Vaugiraudum generalẽ ipsius Vicarium, & priuatos quosdã litigatores, quorum nomina istic consultò supprimimus.

2 CONTROVERSVM fuit in Curia Parisiensi, nûm Pontificius scholasticorum priuilegiorum Seruator ius diceret de reliquiis annui vectigalis. Pro eius iurisdictione vrgebant hęc, præteritorum annorum præstationes reliquas, veriùs personales esse, quàm in rem conceptas actiones. Tametsi igitur in rem Actionum cognitio interdicta sit Academico Pontificiorum Priuilegiorum vindici, Lege Regia 4. Idus Maias An. 1499. Aliud tamen de reliquiis aut vsuris annui reditus statuendum, quę mouentium appellatione, personaliúmque nominum censentur. Iudicio Baldi In Cap. 1. De Pace tenen. In Feud. Diuersæ autem partis sen-

Francicum Edictum Die 12. Maij.

tentiam fulciebāt ista, Annuum vectigal inter res soli, prædiariásque numerari. Eandem vsurarum, seu reliquorum, quæ sortis aut annui census, constitutam esse rationem: Quum stipulatio huiusmodi, *In annos singulos*, vna sit, perpetua, ac vniformis. Vt Pomponio placuit Lib. 6. Ad Sabinum. L. Si stichum. §. stipulatio. ☞. De verb. oblig. Et Scæuolæ Lib. 1. Responsorum. L. Lucius ☞. Qui potiores. Ex eóque profecta videri possit Ludouici 12. sanctio, ne cui liceat annuæ pensitationis reliqua Musarum alumno transcribere, nisi vnà cum toto vectigali, nec fundi fructus nisi cum fundo, vt is fori priuilegio vti queat. Lege Regia. *Die vlt. Augusti.* pridie Cal. Septēbres An. 1498. Senatus ex appellatione ad eum abusus causa facta, de illo amplius deliberādum pronuntiauit. An. 1520. Tulluo, prouocantis, & Gontero, aduersarij causidicis. Quo in negotio sequendum hoc arbitror, vt si reliqua petenti moueatur vectigalis ipsius controuersia, negetúrque, annui reditus exigendi vllo modo ius esse, tunc à Pontifice iudex datus nihilo firmiùs de reliquis, quàm de vectigali ipso cognitionem interponat. Quandoquidem petitiones in rem scriptæ nullo modo fori huius sunt recuperatorij, nec mandata à Pontifice iurisdictione, vllo modo transferri potuêre. Sicuti Patres ad appellationem ex abusu iudicarunt in Pontificium Academicorum priuilegiorum disceptatorem Parisiensem. 10. Calend. Martias An. 1529. *Arestum Die 20. Februar.* Thuano, & Lieureo partium aduocatis. Verùm si de nuda reliquorum solutione disputetur, manente nec

nente nec vocato in dubium solariæ pensitationis iure, de qua diximus, tunc eius rei notionem censuerim ad Pontificios recuperatores pertinere. Quinimo, parte hęreditatis ex testamento petita coram Pontificio Scholasticis delegato, Senatus eidem hoc genus cognitionum adiudicauit. Arestо 16. Kalend. Apriles. An. 1534. Marliaco, & Reburtio causæ patronis. Rectè equidem. Nam etsi petitio hæreditatis actionum in rem adscribatur albo, personales tamen complectitur præstationes. Vlpiani responso Lib. 15. ad Edictum. L. Sed & si lege. §. petitio hæreditatis licet in rem actio sit, tamen præstationes quasdam personales habet. ☞. De petit. hæred. Plane Normani municipes, quantumuis Regia se iactent Hutini Chartula, agnoscere coacti sunt Pontificium priuilegiorum Seruatorem Scholæ Parisien. quoad personales eiusmodi actiones, non autem in aliis de re profana, vel ex Interdicti quidem formula institutis. Secus in possessorio Sacerdotiorum iudicio, quod eidem Recuperatori est inter Normanos reseruatum, dempta patronatus Templorum quæstione. Sicuti vindiciaria clarorum virorum sententia decretum fuit, quibus Princeps eius cognitionem controuersiæ demandarat. In Vernonio oppido 10. Calend. Quintiles An. 1453. *S. Cōsultū Die 17. Martij.*

Charta Normanica seu Lex Priuilegiaria Normanis scripta à Ludouico Hutino rege.

Desumpsimus hanc delegatorum Iudicū sētentiam ex Codice Normaniearum Constitutionum.

Die 22. Iunij.

APOSTOLICVM hunc Scholasticorum Iudicem excipit Pontificius alter Recuperator, D. Genouefes cœnobiarcha. Sed hoc inter vtrumq; Iudicum datorum genus interest, quod illi commissa sit vniuersim Scholasticarum litium cogni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Cõseruatoria Iurisdictione Apostolica Abbatis S. Genouefæ.

tio vnico Pontificis diplomate: hic verò multiplici sacro cœtui Iudex sigillatim decernatur, paríque Põtificiorum Rescriptorum numero, quot Ecclesiasticas Familias seorsum separatímque dignatus est Pontifex eo Recuperatorij fori Priuilegio. Nam Ædis Genouefæ antistes non infimum in Ecclesia obtinet dignitatis locum. Cui proinde mãdata olim iuris dicundi potestas identidem sacris Pontificum codicillis: Alexandri 3. scilicet Cap. Ex literarum. De Apost. Innocentij. 3. Cap. Cùm olim De offic. Deleg. Cap. Ex parte. De verb. signif. Tum Honorij 3. Cap. Licet. De Præbend. ac Gregorij 9. Cap. P. & G. De off. Deleg. Cap. Dilecti. De foro compet. Sed inter priuatos quidem hæ sunt, déque mota iamdum controuersia Pontificiæ delegationes Præfecti cœnobij D. Genouefæ. Nunc cape sacrarum Familiarum Collegiorúmque seriem, quæ ex perpetuo ac solemni Priuilegio vnum hunc, cum Pontificiis collegis, agnoscunt suarum causarum iudicem Apostolicum, & disceptatorem: Sicuti eum nos Catalogum excerpsimus è Tabulario Recuperatoriæ Iurisdictionis fani Genouefes.

Priuilegiariorũ catalogus, quorũ lites Abbati D. Genouefæ iam olim committuntur ex Apostolico Priuilegio decidendæ.

PRIMO istic Priuilegiarij habentur Aulæ Frãcicæ sacrificuli, Regij Consiliarij, & Amanuenses, aliíque Gallorum regum familiares, qui in aulicis officiis & comitatu versantur.

Collegium sacerdotum Episcopalis delubri Parisien. cui scripta est ab Honorio 3. Decretalis Epistola Cùm consuetudinis. De Consuet. & a Bonifacio 8. Cap. Beneficium De Regular.

Sacrum

Sacrũ sodalitiũ Regij Sacelli palatini Lutetiani.

Dionysiani Templi antistes cum monastico conuentu, cuius iura excutit Innocẽtius 3. Cap. Significauerunt. De testib.

Cistercienſis ordinis cœnobitæ, quorum Pontificiæ aliæ immunitates memorantur ab Alexandro 3. Cap. Cùm ordinem Cistercienſem De Reſcr. Cap. Ex parte. Cap. Nuper Abbates Cistercien. De Decim. Cap. Non est vobis. De regular. Item ab Honorio 3. Cap. Venerabili. De Testib. Tum ab Alexandro 4. Cap. Statuto. §. Statuimus. De Decim. in 6.

Innocentius 3. Pontifex de monialibus Cisterciensis Ordinis in Cap. Noua De Pœniten. & remiss. Quatenus autẽ Cistercienses liberẽtur de imarum præstatione ex prædiis etiã in emphyteusim datis Steph. Bertrandus accuratè Consil. 277. Vol. 2. Vbi de Abbatia Vallis Crescentis, Cisterciensis ordinis.

Cluniacẽsis ordinis monachi, de quib⁹ nos supra.

Meldenſis Ecclesiæ matricis Clerus: Qua in Meldorum Episcopali vrbe peractum est quondam sacrum Galliæ concilium. Vnde sumitur Cap. 1. De Constitut. In Antiq.

Laudunenſe maius canonicorum Collegium.

Viuarienſes in Brya Sodales sacri, Meldenſis diœcesis.

In Laudunensi vrbe D. Iohannis abba Drogo nomine Librũ cõtexuit De sacramento Dominicæ Passionis. Idem postea Hostiẽsis Episcopus appellatus.

B. Bernardi Parisienſe Scholasticum Sodalitiũ.

Cœnobium Maioriſmonasterij, cum prioratuum Præfectis, qui ei verè Maiori contribuũtur.

Carthusiani Anachoretæ, quorum & aliud Priuilegium recitat Alexander 4. Cap. 2. §. statuimus De Decim. Apud Bonifacium 8. De Carthusienſi ordine Bernardus Epist. 153. Tum Innocentius 3. Priori & fratribus Carthusianis In Cap. Sicut De Homicid. & Cap. Per tuas. De Symon.

Sacrati publico hospitali Diuersorio (*De Charitate B. Mariæ*) suprà Runionem fluuium, Catha-

launensis diœceseos, cum membris, locis, perso-
nísque ei Valetudinario subditis.

Milites Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani.

Monasterium D. Germani Lutetiæ suburba-
num, cum inferiorum prioratuum Præfectis.

Sacri equites Solymorum Iohannitæ, de qui-
bus Innocentius 3. Cap. Cùm ad sedem. De restit. spoliat. Cap. Dudum. De Decim. & Honorius 3. Cap. Canonica. De sentent. excommun.

Ordinis S. Sepulchri caput Perusij, sed ab Innocentio 8. militiæ S. Iohannis adunatus hic Ordo iã penè interiit. Vt est apud Volaterranum Anthropologiæ Lib. 21. De ordinibus Militaribus.

Magister, Fratrésque ordinis S. Sepulchri, à Sy-
riaco illo passi Domini monumento, sub regula Augustiniana: Huiusmodi religiosos viros cele-
brat Innocentius 4. Cap. Inter dilectos filios Hospitalarios S. Sepulchri. De donat.

Almæ Τειάδος Ministri pro redemptione capti-
uorum. Quem Pontifices monasticum ordinem exemerunt ordinariorum Præsulum imperio, ac Romanæ Sedi purè submissum voluêre. Clemens 5. scilicet Diplomate 13. Calend. Octobres Pontificatus Anno 4. Eugenius 4. Nonis Nouembris An. 1434. & Pius 2. 16. Kalend. Februar. An. 1458.

Die 19. Septẽb. Die 5. Nouẽb. Die 17. Ianuar.

Ambiani templi maioris Sacri Collegæ. Ho-
rum Præcentori rescribit Gregorius 9. Cap. Significantibus. De off. Deleg.

Statuta Ordinis Almæ Trinitatis emendata sunt & innouata An. 1429. Dominica 4. post paschã in Capitali Æde Cerui frigidi, Præside Ioh. de Trecis maiore Ministro, præsentib⁹ ibidem 4. Prouinciarum ministris, Picardiæ, Franciæ, Campaniæ, & Normaniæ.

Vallisscholarium, in Lingonibus, monasterij
Præsul, ac minorum Cellularum Primores mo-
nastico huic Ordini suppositi.

Regij Sacelli, in Vicenarum Hortis, Canonici.

D. Antonij Viennensis Hæteriarchus Conuẽ-
túsque regularis, vnà cum Antonianis Primatibus monasticis inde pendentibus.

Lazarianæ

Lazarianæ sacræ militiæ Equitum Societas, sub regula D. Augustini.

Præcẽtori item Lugdunensi ab Innocentio 3. rescriptum est Cap. Cùm pro causa De Sententen. Excommunic.

Præpositus, Decanus, & collegium Ecclesiæ D. Gangerici Cameracensis, cum singulis eiusdem ministerio Templi addictis.

Grandimontanus Abba & conuentus, ac regu-
larium Cellularum Primores ei monasterio ob-
noxij.

Pissiacenses moniales, in finibus sacræ Carnu-
tum Præfecturæ.

Magister, & Fratres Xenodochij D. Iacobo sa-
cri, vulgo *De alto passu*, Lucensis diœcesis: quod vni Apostol. Sedi subiicitur.

Hospitaliũ D. Iacobi Caput Ordinis in Lucana Hetruriæ ciuitate.

D. Geremari cœnobiarcha, & Canonici, ordi-
nis Benedictini, in sacro Bellouacorum territorio: ad hæc, prioratuum Præfecti, qui cœnobiarcham illum agnoscunt superiorem.

D. Geremarus de Flayaco.

Fani Richarij in Ambianis archimandrita, cum
regulari monachorum conuentu. Tum eo infe-
riores monasticis primatibus Præpositi.

D. Richarij Abba solius Apostolicæ Sedis imperio pareret.

Quintinianum collegium Ecclesiasticum, apud
Augustam Viromanduorum, in finibus Nouio-
mensis Pontificatus: Cuius litem Sodalitij con-
tra Nouiomensem Episcopum recitat Pontifex Max. Cap. 11. De Lit. contest.

Canonici Fani Quintini.

Burgi Dolensis monasterium, ex ordine Diui
Benedicti, vnà cum Præfecturis regularibus, quæ huic subsunt cœnobio.

Ferrariense cœnobium, in Senonibus, D. Petro
ac Paulo sacrum, cum monasticis primatibus in-
de profectitiis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. Iohannis Bapt. Canonicorum cœtus, in Caluimontano oppido, Lingonensis diœcesis.

Iotrensis delubri Virgines sacræ, ordinis Benedictini, apud Meldos: quæ Senonensis olim Præsulis imperium detrectarunt, teste Gregorio 9. Cap. Cùm à nobis. De Arbit.

Pissiacensis Canonicorum Societas, aliorúmque inibi B. Virginis basilicæ ministrantiũ, In Carnutensi Episcopatu. Hi Canonici alternis, viciſſimq; parœciacam animorum curationem gerunt.

B. Magdalenæ Castrodunenses cœnobitæ, iisque subditorum prioratuum Præfecti.

D. Euodij monastica Ecclesia, in Brenneo oppido, Præmonstratensis ordinis, apud Suessiones.

Sacelli D. Mariæ Desideratę sacris operantes, in Rothomagensi Archiepiscopatu.

Vizeliacenses D. Magdalenæ Canonici, quos Regulari antea voto adstrictos fuisse testatur Innocentius 3. Cap. Cúm olim Abbas & conuentus Vergiliacensis De offic. deleg. Tum Ioh. Gallus Quæst. 230. In Arest. Parlam.

Gallus ibidẽ sic ait, Abba & conuentus de Vezelay forũ subeant regiæ Antisiodorẽ. Præfecturæ.

Montis fani Quintini Abba & conuentus, ordinis D. Benedicti, in sacra Nouiodunẽsi ditione.

Almæ Trinitatis Fiscanenses monachi, ordinem professi Benedictinum, in Rothomagensi Præsulatu: Subnixis eodem fori priuilegio monasticis inferioribus Sacerdotiis. Meminit Fiscanensis huius Normanorum cœnobij Honorius 3. in cap. cõstitutis De Elect. post Glabrum Rodulphum Lib. 5. Hist. Gall. cap. 28. De Incendiis & mortibus Nobilium.

Glaber Rodulphus istic narrat, Fiscanense monasterium à

Sacrificuli,

Sacrificuli, aulicíque alij Ysabellæ Bauarræ famuli, Gallorum Augustæ, coniugis Caroli 6. regis.

Duce Rothomagorum Richardo exadificatũ fuisse, eũque ibi sacra mandatum sepulturæ Anno 1007. Lib. 5. Frãcicæ hist. Cap. De incendiis & mortibus nobilium.

Scholasticum Narbonense gymnasium, in Lutetiana academia.

Antistita Franciscanarum Virginum, apud Nogentum Artaudi, iuxta institutum S. Claræ.

Præfecta monacharum B. Mariæ de Hędera, Parisien. diœcesis, vna cum regularis eius templi conuentu.

Fontis Ebrardi Sanctimoniales, inferiorúmque primatuum Antistitæ. Cuiusmodi cœnobium sacræ omnium potestati iam olim exemptum est, præterquam summi Christianæ Ecclesiæ Magistratus. Earum in Virginum gratiam D. Bernardus Vlgerium increpat, Andium pontificem, qui graues illis controuersias serebat. Epist. 200.

S. Acheoli monasticus Præsul & conuentus, in Ambianis, ordinis Benedictini.

Vilhelmitæ, Gallor. lingua, Les blancs manteaux.

Heremitæ, titulo D. Vilhelmi, in sacra Franciæ Prouincia, eiusdem ordinis.

B. Mariæ de Rocha monasterium, Augustiniani ordinis, in agro Parisiensi, cum inferiorum primatuum sacerdotiis.

D. Fusciani in nemore cœnobium, sub regula Patris Benedicti, in Ambianensi municipio.

Antistita & conuentus Humilitatis B. Mariæ de Longocampo, in finibus Parisiorum.

Vindocinense S. Trinitatis Sodalitium monasticum, eíque subiacentes regulares Præfecturæ. Istud Pontificij purè imperij est. Quod Bernardus

indicans Epist. 294. ad Eugenium 3. P. P. Abbas (infit) Vindocinensis, qui specialiter vester est, rogamus, vt & ipse specialem inueniat gratiam.

Publicum Valetudinarium Bellouacense.

Bellouacensis Nosocomij ministerio Deuoti.

Sacri ministri Monstroliensis Valetudinarij, sub titulo D. D. Nicolai, & Bernardi, intra septa Ambiani Episcopatus.

Almę Virginis de Sylua maiori Cœnobium, Benedictini ordinis, in maritima ora Burdegalensi, cum Sacerdotiis regularibus eidem contributis.

Prępositus, & Fratres Montissionei Ptochodochij, in Sedunensi Allobrogum Præsulatu, ordinis Augustiniani, cum sacris Ministeriis illi antiquitus submissis.

Cœlestini, in Gallicana Prouincia, cum regularibus inferiorum Cellularum Administris.

D. Vedasti, in Atrebatibus, Monasterium, ordinis D. Benedicti, ac Prioratuum Primates ex sacra obedientia adstricti cœnobiarchæ.

S. Mariæ de vado Malnei, in Cenomanis, Sacerdotes, qui Romanæ Sedi ἀμέσως subiiciuntur.

Choletorum scholasticum Collegium, in publico Musæo Parisiensi.

Cardinalis item monachi Academicum gymnasiũ, in literaria Parisiorum Vniuersitate. Gymnasiarcha insuper, cæteríque istud incolentes Lyceum, venditant se ciuium Parisiensium titulo, ciuilibúsque Priuilegiis: quibus reuera etiam ij perfruuntur, ex vetusto Principum nostrorum diplomate. Huius autem Scholastici collegij fundationem, Statutáque probauit Bonifacius 8. solemnibus

Statuta hæc cõdita Annum circiter 1300. & aucta Pridie Nonas Martias An. 1308. 6. Calend. Ianuar. 1310. & 12. Cal. Sextiles. An. 1313.

lemnibus codicillis. Pontificatus An. 8. Dein Clemens 5. posteríque Pontifices Collegij alumnis iudices addidêre, Parisiensem, Ambianum, & Nouiodunensem principũ templorum decanos.

Christianitatis decanos sacra dignitate præcellere indicat Gregorij 9. rescriptum Ad maioris Ecclesiæ & Christianitatis decanum, & Archid. Lincon. Cap. Dudum De Priuileg.

Præmonstratensis ordinis cœnobitæ, quorum Constitutiones scitè, appositéque digessit Martinus Mourotus Christianitatis decanus in Ambarro ducatu, vnà cum Apostolicis Pij 2. & Iulij 2. Rescriptis Statuta comprobantibus.

Prior, & Fratres Regiæ basilicæ *de noua villa*, in Compendij oppidi pomœrio, Ordinis Vallisscholarium.

§ Descriptis seriatim Priuilegiariis, quibus Pontificio munere ius speciatim reddit Antistes D. Genouefæ cum aliis mandati imperij collegis, dictanda nunc est Iurisdictionis huiusce formula Recuperatoriæ: vt siquid in eam peccatum sit, pristinum in statum reuocetur à sacro Senatu Lutetiano, qui ex Ecclesiasticis pariter compositus est. En tibi igitur Pontificiæ delegationis Cautio Iohannis 23. secundum Atrebaticos cœnobitas fani Vedasti, his scripta legibus: *Iohannes Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filiis S. Genouefæ Parisien. & S. Auberti Cameracensis monasteriorum Abbatibus, ac decano Ecclesiæ Atrebatensis, Salutem &c. Dilectorum filiorum Abbatis & conuentus monasterij S. Vedasti Atrebatensis Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecti conquestione percepimus &c. Nos igitur aduersus occupatores & molestatores discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrũm per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint*

Licet supra recensuerimus Priuilegiarios S. Genouefæ, nõ ideo tamen alios excludendos censuimus qui tale Priuilegium sibi cõpetere probarint.

Pontificiæ Tabulæ Iohannis 23. pro monasterio D. Vedasti Atrebatensis, cuius lites Abbæ S. Genouefes cõmittuntur dirimẽdæ.

D. Vedastũ Atrebatibus dedit episcopum Remigius Pontifex Rhemensis. Anno Christi 531.

extra loca in quibus deputati estis Conseruatores & Iudices Abbati & conuentui, ac subditis prædictis efficacis defensionis præsidio adsistentes non permittatis eosdem super ijs & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad monasterium & membra præfata spectantibus, ab eisdem vel quibusuis aliis indebitè molestari: Dictis Abbati & conuentui ac subditis, cùm ab eis fueritis requisiti de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorum, iurisdictionum, iurium & bonorum mobilium & immobilium, redituum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò prout qualitas eorum exegerit, facientes iustitiæ complementum: occupatores seu detentores, molestatores & iniuriatores, cuiuscunque dignitatis, status, & ordinis extiterint, quandocunque expedierit, auctoritate Apostolica per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Inuocato, ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Nonobstante constitutione Bonifacij P. P. 8. qua cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem & diœcesim, nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur à Conseruatoribus à Sede deputatis. &c. 4. Idus Die 10. Febr. Februar. Pontificatus An. 5.

Ex tabulis hisce Pontificiis apparet, eatenus Recuperatoriæ iurisdictioni locum fore, quatenus de sacris Cœnobij ipsius facultatibus, cui priuilegium fori irrogatum est, cum priuato contenditur: non vt externa prorsus alienáque ab eo monasterio iura persequantur cœnobitæ. Illinc verò non

6

Priuilegiũ concessum ratione certæ rei vel loci, non extenditur ad aliam rem, locum, vel personam. Cap. ex ore De Priuil.

non planè liquet, quousque extra litigatorũ diœcesim Iuridica Recuperatoris potestas proferatur. Vtrumque certè Parisiensi S. C. definitum, facti specie ita emergente. Oudinellus diem dixit Turonum canonico Paragio coram D. Genouefes cœnobiarcha Apostolic. Priuilegiorum vindice; vt Turonensis sacelli prouentus ei restitueret. Vocatus postulat causam ad patrios iudices transferri. Ille, contrà, Pontificio delegato harum cognitionem litium, sacrorúmque hominum protectionem commissam, qui in Plessæo Canonicorum collegio assiduè incumberent rei diuinæ faciendæ. Recuperator pro sua iurisdictione pronuntiauit. Paragio igitur Senatum abusus ergò appellante, Nos pro eo, fuisse istud quidem Ecclesiasticum Sodalitium augusta Ludouici xi. beneficentia constitutum in suburbanis Turonum hortis. Mense Nouembri An. 1482. probatúmque Xysto 4. tum Innocentij 8. codicillis 5. Kalend. Octob. An. 1485. adiecta ordinarij fori vacatione, ac immunitate. Sed hoc ita accipiendum, si de rebus sacri diuisce Ministerij controuersis disceptaretur in iure, non de alio diuersiq; generis Sacerdotio. Vt supra à nobis est demonstratum. Subdebam his, mandatum à Pontifice imperium minimè protẽdi vltra continuũ quatriduũ interoportere, à domesticis penatib⁹ aduersarij computandũ. Edicto Ludouici 12. latò An. 1499. Quod nõ vtiq; receptũ est in Academico Regiorũ priuilegiorum Seruatore, qui libet pari quatuor Dietarum Lege teneatur, condita Pridie Calẽd. Se-

Regiæ fundationis Litteræ huius sacri Collegij promulgatæ sunt in camera Rationum Regiarum. 15. Caled. Sextiles seu 18. die Iulij 1483. & in Senatu Pariſ. 4. Caled. Sextiles Eodem Anno.

Vido Maioris monasterij Turonum Abbæ delegatũ est ab Innocentio 8. munus constituendi, canonicósque regulis instruẽdi Plessæi huius Collegij Turonensis: quod ab eo delegato expletũ est 17. Calend. Septembres, seu 16. die Augusti An. 1486.

Auctoris Forensis Actio in Senatu Parisiẽ.

Die Vlt. Augusti.

ptemb. An. 1498. Artic. 9. Eam tamen contrarius fori vsus obliterauit, mulctatúsque ære causarum Patronus, qui in Iuridicis Pictonum conuentibus talem Sanctionẽ in medium adduxisset. An. 1541. vti à Boucherato, Regio causidico in Senatu dicẽte accepimus. Ediuerso Chipartus, pro Oudinello, sacrificulum esse hunc in Plessæo Sacello regio: Francicam Thesim de mandata iurisdictione vltra quatridui spatium non trahenda obsoleuisse, ac nostrate vsu antiquatam. Senatus abusiuè susceptam à Pontificio delegato cognitionẽ pronuntiauit. 4. Nonas Martias An. 1567.

Iuridici Pictonum Conuentus, vulgo Magni Dies Pictauorum.

Die 4. Mart.

DIETARVM tamen, quas vocant Pragmatici, haud ineunda prorsus computatio est ex Prętorio Quiritum iure. Quasi vicena duntaxat passuũ millia in singulos dies dinumerentur, vt Caius referebat Lib. 1. Ad Edictum prouinciale L. 1. ff. si quis caution. & Vlpianus Lib. 2. Ad Edictum L. in itinere ff. De verb. signif. At Gallica obseruatione *Dietam* metimur milliarium longitudine & modo, quæ ita sunt pro more regionis constituta, vt in dies singulos cuiuis facile sit plus quàm vicena passuum millia peragere. Hinc vulgò *Dietas* legales non vsurpamus, sed communes, populares. Vt Guymerij verbis vtar In Commentar. Pragmaticæ Sanct. Exempli gratia, Meuium è Bononia Belgica Seius euocauit ad Põtificium scholasticorum Priuilegiorum vindicem Parisien. Excluſis fori pręscriptione reus Senatum appellauit, per causam, quod vltra octogesimum ab vrbe lapidem in ius accersitus fuisset, seu vltra quater vicenum

Itineris faciendi computatio arbitrio boni viri relinquitur, cùm certa millaria cõstituta non sunt L. continuus. §. cum ita. ff. De Verb. oblig. Alioquin iuris computatio, nisi regionis mos refragetur, seruabitur.

cenum milliarium. Sed dicebatur ex aduerso, Bolonienses quidem centesimo à Lutetia milliario, & vltra, abesse, at non iusta illa mille passuum mẽsura, quam prisci Romani præscripserint, verũ Belgica Picardorum, longè minori. Negotium igitur definiendum ex vulgaribus Galliæ *Dietis*, non Romanis. Placuit Supr. Ordini appellantem prouocatione summoueri. Decreto Pridie Idus Martias An. 1552. Pomeridiana sessione, Ruta, prouocantis causidico. Quoties autem res palàm ipsa arguerit, Pontificium recuperatorem Lutetianum adiri quatridui itinere à Reo nõ posse, eo, puta, ciue Molinensi, Senatus tum Rei citationem à Pontificio abusiuè decretam iudicauit. Aresto 3. Calend. Ianuar. An. 1529. Fabro appellantis causam orante.

Die 14. Mart.

Die 30. Decẽb.

8 QVINIMO Pontificiis codicillis nunquam ita laxatæ sunt habenæ Recuperatori, vt quatridui spatio semotum, absentémque suum in forum possit pertrahere; Cui & anguſtiores interdum territorij fines statuuntur, nempe intra bidui iter circumscripti. Vt patet ex Apostolico diplomate Eugenij 4. in gratiam Antonianæ monasticæ Familiæ, his verbis: *Eugenius Episcopus &c. Dilectis filiis Abbati monasterij Vallisumbrosæ, Fesulanensis Diœcesis, & Lugdunensi, ac Valentinensi ecclesiarum decanis Salutẽ &c. Dilectorum filiorũ Abbatis & conuentus monasterij S. Anthonij Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecti, ordinis S. Augustini, Viennensis diœcesis, conquestione percepimus, quòd nonnulli Archiepiscopi, aliique Ecclesiarum Prælati & Clerici, necnon Duces, Marchiones,*

Bulla Apostol. pro Abbatia & præceptoriis S. Antonij Viennen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Comites &c. occuparunt castra, villas, & alia loca, terras, domos, iura, iurisdictiones & reditus monasterij prædicti & quorumlibet ipsius & ab eo dependentium, ac per illius Canonicos regi solitorum, præceptoriarum, Domorum, Ecclesiarum, capellarum, hospitalium, & locorum vbicunque consistentium &c. Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos, vel alium seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis Conseruatores & Iudices, præfatis Abbati, conuentui, præceptoribus & rectoribus efficacis defensionis auxilio adsistentes, non permittatis eosdem super iis & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad Abbatem, conuentum, præceptores, rectores, monasterium, præceptorias, domos, ecclesias, capellas, hospitalia, ac dependentia loca prædicta coniunctim vel separatim spectantibus ab eisdem vel quibusuis aliis indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna vel iniurias irrogari: facientes dictis Abbati, conuentui, præceptoribus & rectoribus cùm ab eis fueritis requisiti de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum, terrarum &c. necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum: occupatores &c. quandocunque expedierit, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij 8. in quibus cauetur, ne aliquis extra suam ciuitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices &

Antonianæ huic Religioni Clemens 5. & Iohannes 22. multa Priuilegia concessere. Hoc imprimis Iohãnes 22. vt Abbas pro tẽpore existens in eodem monasterio S. Anthonij, mitra & aliis episcopalibus ornamentis vti possit. Id quod refert Aymarus Falco Antonianæ Hist. scriptor.

Carolus 5. Galliæ rex Antonianæ huic Familiæ piè largitus est quandam Domum ab eo in

dices & Conseruatores à Sede deputati prædicta extra ciuitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine diœcesis eorumdem trahere præsumant, dummodo vltra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur: Sed quod de aliis quàm de manifestis iniuriis & violentiis, & aliis quæ iudicialem requirunt indaginem, Conseruatores se nullatenus intromittant, quàm aliis quibuscunque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontif. de Iudicibus delegatis & Conseruatoribus, quam personis vltra certum numerum ad iudicium non euocandis, aut aliis editis, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali &c. Calend. Decemb. An. 1433. Pontificatus An. 3.

Parisiensi vrbe acquisitã, variaque priuilegia fratribus in ea degentibus contulit. Gemino diplomate An. 1368. & 1370. Vt ab Aymaro Falcone scriptũ est in Antoniana Hist.

Die 1. Decemb.

9 SVSPICOR interim non defuturos, quibus tot Pontificum, Principúmque Rescripta, huic intexta Operi tædium dictent. Sed vtrum Reipubl. vtilius sit, millies alibi scripta, veteribúsque prodita monumentis in nouas transponere furtiuásq; commentationes, (vt vulgus scriptorum solet) an verò purè ἄγραφα, forensísque collectanea disciplinæ Gallorum donare ciuitate Romana, prudẽs lector diiudicabit. Sinamus enim, nostræ ætatis polygraphos quosdam alienis modò poculis mutare ansas, dicis causa veriùs, & famæ nominis parandæ studio, quàm iuuandæ rei literariæ: Eorum certè, qui in media fori luce versantur, nedum in vmbratili Stoa, aut Lyceo, præclarius munus est libris edendis nauare operam, quibus Ciuili Politia exercitati Reipub. suæ acta ad posteros ciues

Haud inutilis inefficaxque est Principaliũ, ac Põtificiorũ veterũ diplomatũ descriptio cognitioque, vt Politica iura à Regibus & Põtif. accepta, in quibus versamur, ciuilem in vsum certius exerantur.

transmittant, ac Diplomatica Gubernationis Politicæ præcepta: quæ deinde nepotes in Magistratu gerendo admirentur, amplectantur, consectétur. Ita Romanorum ferè Auctorum quisque de sua Repub. scripsit, quum in tanti fori lumine ingenium excoluisset. Siue M. Tullium, Plinium, Salustium, ac plerosque alios in memoriam reducamus. Simili modo inter Historiographos, Procopij, & Agathij Gotthicis Annalibus conciliatur fides auctoritásque maxima ex castrensi Scriptorum ipsorum cum militibus cõtubernio, quibus cum illi bellica in acie excubabant. Thucydides pariter Græcæ historiæ princeps est habitus, non quòd eam ex aliena memoria, commentariisque pertexuerit: sed quia Athenienſium bellis interfuerit semper, præfuerit crebrò, rectè sentiens oculatum magis, quàm auritum esse rei gestæ testimonium posteris relinquendum. Quid Dares Phrygius, quid Dictys Cretensis, Troïani excidij præcones clarissimi? Ille Phrygio in exercitu, hic in militaribus Græcorum excubiis agebat. Diodorus nobilis Chronographus in Musæo minimè delituit, Augusti Cæsaris perfamiliaris. Plutarchus tanti nominis auctor Illyricam prouinciam obtinuit consulari imperio, quum Trajanus Orbi dominaretur. Haud secus Djon Prussius Trajani gratia emicuit amicitiáque, non eodem solùm cũ Cæsare vectus curru, sed Germanicam simul cum eo, Geticámq; expeditionẽ secutus. Iosephi planè immortalis est de Bello Iudaico Liber, vtpote ab oculato eorũ τραλήγμαλων teste exaratus. Quanti porrò

Ideò certius à Põponio Attico de Ciceronis cõsulatu scriptũ est, quòd ei perfamiliaris fuerit, studíque vitæ consuetudine cõiunctissimus.

Theophanes Mytilenæ, qui rerum à Pompeio gestarum libros cõtexuit, in iisdem cum illo castris versabatur. Ennæ pariter eo fœliciùs castrenses expeditiones suorum temporum versibus exarauit, quòd in Ætoliã, & cõtra Ambraciotas euntem M. Fuluium Rom. copiarum ducem fuisset comitatus.

Ab his non lõgè dissidet quòd narrat Tranquillus, L. Octaciliũ Pilitũ ex Libertina familia primùm scribere historiam orsum, nõ

ti porrò æstimantur Taciti annales verè Politici? Πολιτεύεσθαι scilicet Tacitus assueuerat, Belgicæ orę Præfectus. Externos alios subiungerem veteris memoriæ magistros, Valerium Antiatem, & Polybium de Punico bello: quorum hic Scipionis Africani pręceptor Africanæque expeditionis comes, alter copiarum ductor fuisse perhibetur. Ast ne peregrina longiùs exquiramus, nobis præsto sunt domestica Francicorum Auctorum exempla, Iani Ioynuillæ, qui militarium cõsiliorum Ludouici 9. particeps simul ac scriptor inclaruit. Quo etiam ætate superior Vitardus nepos Karoli Calui Fraternum bellum liberorum Ludouici Pij eo descripsit syncériùs, quòd Regia editus stirpe circa ea tempora floreret summo in Republ. loco, & ab agnatis Galliæ Regulis de tota belli ratione fuisset edoctus. Hunc Vitardi seu Guystardi Historicum Codicem, qui necdum typis commissus est, aliquando euoluimus. Quorsum hæc omnia? Vt intelligatur, sicuti castrensis, ita togatæ forẽsisque militiæ scriptorem debere tractare, quæ ipsemet, manu rebus admota, longáque fori exercitatione perceperit. Proinde nec improbandum eorum institutum, qui inter obeunda Aduocationis munia, & in excutiendis clientum suorum tabulis Pontificios Regióſve enotarint codicillos, tanquam Ciuilis Status Instrumenta præcipua: vt publicæ dein consignata memoriæ, in communem mortalium vsum societatémque conferantur. Etsi enim non ignorem, ferreo isto sęculo auersos à Romano Põtif. multorum animos, quibus parum

nisi ab honestissimo quoque antea scribi solitum. In Lib. De claris Rhetorib.

ï. administrare Rempub.

Vitardi seu Guystardi Historicus Liber manuscriptus.

Licet Petri nauis haud placido mari, vt solebat, secundis conspirantium vetorum flatibus impulsa feratur, nullũ tamẽ à naufragio periculũ est, nisi mortalibus his, quos sæua tempestas opinionum fluctibus inuolutos, in ea breuia præcipites abripiat, vnde postea nec enatare ipsi, nec emergere alieno auxilio possint.

Prosper Aquitanicus.

grata futura sit Põtificiorum diplomatum lectio. Tamen Ecclesiasticæ Politiæ scriptori minùs indecora est Ecclesiæ Pontificum sæpe citata auctoritas, vel quasi *Vtenti foro*, si ita vultis. Quin & certissimam in spem vocor ex sacris Oraculis, Ecclesiam nostram Sacerdotiíque Principatum hunc etiam inter ruinas imperiorum à Deo Opt. Max. protectum iri, non aliter atque is Noei Nauim in diluuio seruauit. Nam vt Prosperum, id est, Gallum testem adducam, sed melioribus natum annis, Roma ex impietate ad pietatẽ traducta amplior facta est arce Religionis, quàm solio Potestatis. Nascentis Ecclesiæ Pontifices martyrio religionem Orbi dedêre, mox impiæ hæreses inualuerunt, quibus cum sanctitate vitæ, doctrináque ac paupertate dimicandum.

Parisiensis Curiæ Placita pro iurisdictione Abbatis S. Genouefæ tanquã Apostolici Cõseruatoris.

QVAPROPTER mandata à Pontifice iuris dicundi potestas, Regio Senatui identidem probata est, Religionem Politiæ neruum firmissimũ rectè censenti. Extat enim pro recuperatoria iurisdictione Abbæ D. Genouefes Gallicum S. C. inter Nicolaum Mergerium, & Mariam Pedeferream litigatores. Octauo Iduum Quintilium An. 1514. Alterum 4. Kalend. Sextiles An. 1526. Papillone abusus causa prouocante, quî cum Vidus Baudreulius contendebat. Tum 4. Nonas Sextiles An. 1527. Brissoneto, & Megretio certantibus. Hisdem consimile Curiæ Placitum 8. Idus Quintiles. An. 1533. Antonio Heroueto aduersus Daumartium disceptante. Ad hæc, 7. Id. Martias An. 1534. secũdum Turcanum apparitorem Regij Sacelli

Die 8. Iulij. 1514.

Die 29. Iulij.

Die 2. Augusti.

Die 8. Iulij.

Die 9. Mart.

celli Viuariensis in Brya contra Hugonem Billiũ, qui abusus nomine Summam Curiam appellarat. Innumera alia id genus Patrum Consulta voluuntur in Archiuis Recuperatoriæ Iurisdictionis D. Genouefæ: ibi idcirco descripta, conditáque diligenter, ne quis postea delegati huius imperij auctoritatem multis stabilitam Præiudiciis passim abnegaret. Quæret hic quispiam, nûm P. C. qui interdum infirmant à Pontificio delegato tentata in prophanos, idem inter Clericos possint statuere? Non videbatur, quum Ampliss. Ordo id curet potissimũ, ne in profanos homines, Regiæque obnoxios potestati Ecclesiastici proceres quidquam moliantur. Senatus tamen religiosè, vt omnia, secundum sacerdotem, qui abusus ergò illum appellarat, contra Abbam D. Genouefes Pontificiũ recuperatorem decreuit. Tunc enim ex facto ferebatur, diem dictum Syluanectensi Collegio sacrorum principi à sacrificulo quodam Regij Sacelli Basilicani Parisiensis coram fani Genouefæ antistite, vt Collegium ipsi sacras decumas curialis sacerdotij Syluanectensis restituere damnaretur. Canonici, e diuerso, poscunt litem ad Ordinarium reiici, i. Syluanectensiũ Præsulem. Quippe quum in hac hypothesi nulla moueretur de iuribus Palatini Sacelli controuersia, cuius ratione duntaxat forense Priuilegium actori irrogatum esset. Exclusi demum fori translatione Sacri Collegæ ad Senatum ex abusu prouocarunt. Curia abusiue suum motos trallatiua fori exceptione pronuntiauit. Arresto percelebri 13. Kalend. Decembr.

Clerici sacræ Capellæ Palatinæ Parisien. non vtuntur Priuilegio fori Conseruatoris S. Genouefæ, si agant contra alium de iuribus alterius beneficij quã dictæ S. Capellæ, vtpote de decimis beneficij curati in Vrbe senlitensi.

Placitum Curiæ Die 19. Nouemb.

An. 1538. Marliaco, appellantis Sodalitij Ecclesiastici, & Iordano, aduersarij causidicis.

Reliqua delegatæ Iurisdictionis munia ac præcepta discе ex Speculat. In Tit. De Iudice Delegato Lib. 1.

HAVD immeritò quidem: alia enim causa est ordinariæ sacrorum hominum iurisdictionis, quæ latissimè patet, alia Pontificiæ delegatæ, quæ certorum negotiorum septa limitibus eos transgredi non debet. Vti à Iuliano responsum est Lib. 5. digestorum L. De qua re. §. 1. & De Iudic. Et à Gregorio 9. Cap. Pl. & G. De offic. deleg. In iis planè seruanda ad amussim Pontificiæ delegationis formula. Qualis hæc Cistercienſium adscripta Priuilegiario diplomati à Clemẽte 6. Sacræ Reipub. præside: ne illi in iudicium vocarentur ad alium, quàm D. Genouefæ Hæteriarcham, collegáſque Recuperatores, dummodo de Cistercienſis rebus sacerdotij lites instituerentur: Solemni hac Pontificiorum verborum nuncupatione. *Clemens Episcopus &c. Dilectis filiis S. Genouefæ Parisien. S. Clementis Metensis, & S. Pauli Bisuntinen. monasteriorum Abbatibus &c. Dilectorum filiorum Abbatis Cistercienſis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Cabilonensis diœcesis, ac Abbatum, & dilectarum in Christo filiarum abbatissarum monasteriorum ordinis Cistercienſis, ac eorumdem monasteriorum cõuentus conquestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, Episcopi, Abbates, priores &c. necnon duces, Marchiones, & laici alij occuparunt castra, villas, & alia loca, iura, bona mobilia, & immobilia ad dicta monasteria & alia huiusmodi membra eorum spectantia &c. Nos igitur considerationi venerabilis fratris nostri Guillelmi Episcopi Tusculanensis, & charissimi in Christo filij nostri Iohannis Regis*

Pontificiæ Literæ Clementis 6. pro Cisterciẽſib. cœnobitis, eorúmque litibus priuilegiario iure tractãdis solum apud certos Conseruatores istic nominatos.

Regis Franciæ nobis super iis humiliter supplicantium aduersus occupatores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, discretioni vestræ per Apostolica scripta mãdamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca in quibus deputati estis Conseruatores & iudices, Abbatibus & Abbatissis & conuentibus supradictis efficacis defensionis præsidio adsistentes non permittatis eosdem super præmissis, & aliis quibuscunque bonis & iuribus ad ipsos communiter vel diuisim spectantibus, ab eisdem & quibusque aliis indebitè molestari, seu eis grauamina, damna vel iniurias irrogari: facturi ipsis, cum ab eis fueritis requisiti, de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione Ecclesiarum, grangiarum, & aliorum quorumcunque bonorum, necnon de quibuslibet iniuriis, molestiis, atque damnis præsentibus & futuris in personis & rebus ipsorum illatis eisdem, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum &c. Nonis Februariis Pontificatus Anno 9. *Die 5. Februar.*

12 NIMIVM multa fortassis de Iuridica potestate mandata Abbæ S. Genouefes: quam ne demum insalutatam prætereamus Diuam Parisiẽsium tutelarem, hoc succinere visum est modulatum versibus Virginis encomium, Ex antiquo vate Errico, Benedictino cœnobita Antisiodorensi In Vita B. Germani Altisiodorn. quum huic Lutetiam ingresso circumfusa plebs vrbana festo plausu occurrisset.

Henricus monachus ordinis S. Benedicti, cœnobij Altisiodorensis vixit circiter tempora Carol. Calui An. 880. Ex Tritemio Abba. Heroico scri-

pſit ille vitam D. Germani Altiſiodoren. Libris 6. Homeliarum item ad populum Librum 1. Sermones, & Epiſtolas quamplurimas.

Eminus in medio Diuam conſtare puellam
Parrecta Præſul cernit ſuper agmina vultu:
Ac velut æthereum quid commentatus in illa
Dominus admotam perblando famine mulcet,
Virginis in medium monſtrantur adeſſe parentes
Ritu & quod patrio nomen Genouefa tuliſſet,
Num memor heſterni perſiſtis filia voti?
Præſul ait, certè memorem ſe Virgo fatetur,
Eius at obtentu nimium foret indiga, cuius
Conſeruaturam pactis ſponſalia tedis:
Succeſſit res mira loco, fauiſſe videres
Amborum votis collato munere Chriſtum.
Prona ſolo Præſul mox pendula lumina fixit,
Aureus emicuit ſupremo in puluere nummus
Inſculptus cruce, ſublatum tellure Sacerdos
Munus adoptiuæ collo deuouit alumnæ,
Hoc, dicens, dotis noſtræ geſtamen habeto:
Hoc, diſcedentem ante oculis perſæpe vocato.
Cætera mundano pompam referentia cultu
A collo, digitiſque tuis arcere memento.
Extera carnalem ſubigent inſignia ſponſam,
Nupta Deo gemmis animum compone pudicis.

Delegatæ Iuriſdictionis Regulæ.

RECVPERATORIÆ Iuriſdictioni præſcripta Lex eſt à Bonifacio 8. generatim, ne alij cauſæ cognitio delegetur à Summo Pontif. quàm maiorum ordinum Sacerdoti, vtpote ciuitatis Antiſtiti, cœnobiarchæ, vel ſacra dignitate prædito, ſeu perſonatu in Epiſcopali templo, aut Eccleſiaſtico inferiore collegio. Cap. vlt. De Offic. deleg. Inibi etiam cautum, ne à Pontificio delegato committatur alteri vicarium hoc Iuris dicundi munus,

munus, néue iudices dati aliis de rebus cognoſcãt, quàm de manifeſta vi, & illata Priuilegiariis contumelia: Cuius animaduerſio ad talium Recuperatorum functionem maximè ſpectat. Auctore Innocentio 4. Cap. 1. De off. deleg. Apud Bonifacium 8. Ambiguæ tamen huic ſanctioni lucem attulit Senatus interpretatio, hac diſtinctione: vt ſi contempto Recuperatoris imperio, apud quem cœptum erat de ciuili negotio iudicium, alter vi vtatur, armíſque inuadat controuerſas poſſeſſiones, eo caſu criminis quæſtio ſit, tanquam ſummæ litis appendix, ab eodem definienda Recuperatore: Sin minùs, recuperatori ius non ſit flagitij vindicandi, ac ne vis quidem publicę, aut priuatæ. Vt ſtatuit Alexander 3. Cap. 1. Cap. Præterea. De Offic. deleg. Placito Curiæ 3. Calend. Martias An. 1535. Fabro, Syluanectenſis Capituli, Morlone, aduerſæ partis, & Raymũdo, Fiſci aduocatis. In Auditorio Quæſtionum. Aſt non idem de ordinario Eccleſiæ Iuridico cenſendum, cui proinde onus iniunctum eſt variis S. Conſultis, ab eo criminis damnatos, prouocatione facta, deducendos curare ſuo ſumptu ad Eccleſiaſticum ſuperiorem magiſtratum: addita, ne ſecus faxit, mulctæ comminatione. Areſto 6. Idus Iunias An. 1551. Nam in publicorum iudiciorum ſcelera tenetur vltrò animaduertere Eccleſiaſticus Præfectus, ob idque flagitij perſecutionem ſuis impendiis ad extremũ rei iudiciariæ calculum perducere. Id quod pariter in profanos Iuridicos de profanis inopibus reis conſtitutum eſt, adeóque in Principem ipſum. Le-

Conſeruatores Apoſtolicorũ Priuileg. non niſi incidenter delictorum cognitionem poſſe vſurpare.

Areſtum Die 27. Februar.

Curiæ decretũ Die 8. Iunij.

ge Iudiciaria Franciſci 1. An. 1539. Art. 159. 160. & 161. Quibus accedit Tholoſ. Sedis Archiepiſcopalis Deciſio 41. poſt Henricum Pontificij Iuris interpretem In Cap. ad aures De Symon. Cepol. in L. qui neque. §. Solutum ff. De verb. ſignif. Gloz. in L. vlt. De erogat. milit. ann. Lib. 12. Cod.

Deciſio Capellæ Tholoſanæ.

Henricus Bohicius.

14 SVBORTA eſt pridem in foro dubitatio elegans de Pontificio mandatæ iuriſdictionis diplomate Lugdunenſibus ſacratis viris quibuſdam. Puta, inter Cenomanos litigatores cauſa iudicio terminata, ex appellatione deuoluitur gradatim ad Lugdunenſem Gallici Primatus ſacri Iuridicũ. Ab huius mox interlocutione ad Apoſt. Sed. prouocatur. Pontifex tum prouocatoriæ liti iudices in Lugdunenſium finibus dedit ſacro Reſcripto. Quum igitur à Pontificij executione diplomatis appellaretur Senatus abuſus nomine, quæſitum eſt, an Lugdunenſibus templorum Præfectis rite commiſſa fuiſſet eius prouocationis cognitio? Prima fronte pro Reſcripto videbatur reſpondẽdum, tanquam iſtuc relegante appellationis liticulam, vbi ſumma lis pendebat, nimirum ex prouocatione delata ad Primatem Galliarum Lugdunenſem. Sed Curiam mouebat in contrarium litis origo apud Cenomanos inſtitutæ, domiciliíq; ratio litigatorum: Nihil commune eſſe ordinariæ Lugdunenſis Primatis iuriſdictioni cum Pontificia delegata. Illius quidem auctoritate adeundũ Lugdunenſium Archipræſulem pro ordine gradibúſque appellationum. Aſt mandato imperio extra ſedes patriúmque litigatoris larem impunè non

Placitum Curiæ de Apoſtolico reſcripto delegationis extra diœceſim partium nõ dirigendo, etiam ſi de prouocatione ab Archiepiſcopo vel Primate, ad quem ſeriatim cauſa deuoluta fuerat, agatur.

non pareri. Quemadmodum à publico Eccleſiæ Conuentu ſancitum fuit Baſileæ Rauracorum. Tit. De Cauſis. Quam Franci Pragmaticam Sãctionem in eo etiamdum obſeruamus, licet Pij 2. non ſatis pio conatu acciſam, ferméque abolitam, Ludouico 11. Pontificiis ſtudiis ſuffragante. Senatus impetrantem Reſcripto abuſum fuiſſe decreuit. Areſto 7. Iduum Iuniarum An. 1535. Nec longè ab his diſſidet Curiæ Placitum aliud in Pontificios codicillos, quibus debitori, ni ſolueret, obnuntiabatur Eccleſiaſtica cenſura, Diráque animaduerſio. Manente enim hac diplomatis clauſula, futurum erat, vt prouocante alterutra parte, appellatio recta deuolueretur ad Sed. Põtificiam, Ordinariiſque ita ſacri iuris poteſtas in ſuos præriperetur. Proin abuſiuè exoratum Pontificis diploma Summus Ordo iudicauit. Decreto 3. Kalend. Februarias An. 1532. Magiſtro, & Seguerio cauſam orantibus.

Pius 2. Pontifex ſcripta ad Ludouicum 11. regem Epiſtola mirè commendat Regiã hanc Pragmat. Sanctionis abrogationem. Epiſt. 401. In Codice Epiſtol. Pij 2.

Die 7. Iunij.

Placitum Curiæ Die 30. Ianuar.

15 DIVERSVM planè obtinet in Pontificiis codicillis ſacerdotum pacta comprobantibus. Nam etſi iis nominatim alligentur parochi tranſigentis ſucceſſores Pontificia auctoritate: non ideo videtur Pontifex ſuæ iuriſdictioni reſeruaſſe talium conuentionum obſeruationem in paciſcentes, eorúmve ſucceſſores. Vnde inſtituta mox lite ex Pactitiis Tabellis, haud propterea Romam proficiſcetur ad cauſam dicendam litigator, quaſi illic tranſacti negotij exceptionem oppoſiturus Actori: Sed tota quæſtio ciuili more ab ordinario partium Hierarcha dirimetur. Nam Synodica Lex

Baſilieſe decretum De Cauſis ceſſat in iis quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vtpote in Pacti conuenti omologatione. Secus in iis, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ.

De Cauſis in Prag. Sanct. locum habet duntaxat in contentioſa iuriſdictione, non in voluntaria. Cuiuſmodi eſt Apoſtolica ſacerdotalium Pactionum comprobatio. Itaque Pontificiis id genus Reſcriptis abuſum nullum ſubeſſe Curia pronuntiauit. Menſe Decembri. An. 1568. Ramato, prouocantis, & Verſorio, aduerſarij cauſidicis. Grauiter iſtud quidem ac Politicè, quum vix vlla alioqui ſacerdotum de rebus ſacris rata ſit conuentio, niſi Pontificiis facta auſpiciis. Imò & ſacrati homines plerique in eccleſiaſticis Pactis confirmandis implorant Regij Senatus auctoritatem. Exin ſolemnis inita quondam à Turonum Archiepiſcopali, & Martiniano collegiis Tranſactio, auctore Senatu, Patrúmque decreto, velut perpetua lege, ſancita: Cuius præcipua Tranſactionis capita ſunt hæc. *Quod ſubditi ambarum Eccleſiarum pro factis ſeu commiſſis tantum concernentibus aliquam dictarum Eccleſiarum, & Eccleſiarum ab ipſa dependentium reſpondebunt coram Dominis Eccleſiæ, quam facta ſeu delicta concernunt, aut ab ipſa dependent Eccleſia, & per ipſos de his corrigentur & punientur. Item & pro contractibus, vel quaſi, delictis vel quaſi reſpondebunt dicti ſubditi coră dominis Decano & Capitulo, in quorum Eccleſia, clauſtro, aut domo canoniali moram trahunt continuam perſonalem, vel trahebant tempore contractus vel delicti: Niſi contractus vel quaſi fuerint facti ſub Curia, ſigillo, & iuriſdictione alterius Capitulorum & Eccleſiarum, vel niſi delicta fuerint commiſſa in altero clauſtrorum vel altera Eccleſiarum ambarum, ſeu domorum canonialium. Quo caſu reſpondebunt coram Capitulo, in*

Concordatum inter S. Gatiani archiepiſcopalem, & D. Martini collegiatam Eccleſias Turonenſ. de earũ in ſuos inuicem ſubditos iuriſdictione.

tulo, in quorum Eccleſia delictum vel quaſi, contractus vel quaſi fuerint facti. Cæterum erit præuentio reſpectu ſubditorum dictarum Eccleſiarum in clauſtro ſeu domo canoniali moram non trahentium continuam pro delictis vel quaſi, contractibus vel quaſi, alibi quàm in clauſtro, Eccleſia ſeu domo Canoniali dominorum commiſſis, & non ſub eorum ſigillo. Si tamen ſic præuentus magis notabiliter in altera Eccleſiarum prædictarũ, vel ab ipſa dependentium beneficiatus exiſtat, veluti in vna intitulatus, & in alia videlicet quoad pannos duntaxat receptus, vel in vna canonicus, & in alia capellanus, vel in vna perſonatum ſeu dignitatem, & in alia Canonicatum & officium obtineat, ſortietur forum illius Eccleſiæ, in qua notabilius & honorabilius officium obtinebit &c. Die 27. Nouemb. 5. Calend. Decemb. An. 1454.

16 SÆPE agitatum eſt in Senatu, nûm Pontificius recuperator, num & ordinarius ipſe Eccleſiæ magiſtratus cognoſcat de piis legatis, aduerſus profanos, inſtante legatario ſacerdote. Conſtitutionibus certè Romanorum Pontificum cogi ab Epiſcopo hæredes poſſunt, curatóreſve teſtamentarij pias exequi teſtantium voluntates. Sed id publico tantùm ac honorario Epiſcopali officio, nec niſi anno vertente, ex quo teſtator Fatis conceſſerit. Gregorij 3. reſcripto, Nos quidem, tum Gregorij 9. Cap. Iohannes. De Teſtam. Ex concilio Moguntino Cap. Si hæredes De Teſtam. Innoc. & Ioh. Andr. In Cap. Significantibus De Off. deleg. Secus dicendum de priuata legatorum petitione, quæ licet piam in vſum conferantur, fori ſunt profani ſui, nec Eccleſiaſtici pure. Hinc

In relictis ad pias cauſas adiri iudicē Eccleſiaſticū contra quoſcunque certo caſu hic expreſſo, non in omnibus. Tametſi contrariū Tiraquello viſum ſit. Priuil. 149. De Priuilegiis Piæ Cauſæ Ex Angeli opinione in Cõſil. 129. & 137.

profanus si appelletur ad Pontificia Tribunalia, licitè prouocabit abusus ergò ad Curiam Parisiensem. Atque in pari causæ argumento, Senatui placuit rectè prouocatum. Pomeridiana Curiæ Sessione 7. Idus Apriles An. 1551. N. Vicanorum Dathis appellantium causidico, Mesnilio, contrà, cœnobitarum D. Victoris, & Seguerio, fisci patronis. Qualia Ciuilis Magistratus decreta nullas iustas conflarint Regibus nostris inuidiæ faces apud Leuiticum Ordinem. Ibi enim profanus Regiúsque Prætor suos sibi vendicat modo, profanósq; homines legitimo augustæ Maiestatis imperio tuetur. Quod si in eosdem lege acturi Clerici postulẽt recuperatorem sibi ex Principali priuilegio dari vniuersim, (sicuti Pontificio suffultos horum quamplurimos ostendimus) ij non dubiè experientur Principes ad hoc aliáque Ecclesiastici cœtus vota complenda paratissimos. Extant quippe etiamdum tutelaria Regum Diplomata, quibus monasticæ Familiæ complures, & Canonicorum collegia Regiæ fidei præsidióque committantur speciatim: iisque in plebeios Priuilegiarij Iudices conceduntur, quasi rei Ecclesiasticæ ipsorum protectores. Generatim autem Neapolitano Clero indultum fuit à Roberto Siculo rege, ne cum profano certantes alium adire tenerentur, quàm Principalem Iuridicum. Ex Capitul. Legum Neapolit. Charta 33. Teste etiam Yernia in Constitut. Neapolit. Tit. De Officio Magistrorum &c. In Gallia sanè, Karolus 6. Rex Priuilegiarios irrogauit, mandatæq; iurisdictionis codicillos

Decretũ Senatus Die 7. Aprilis pro Regia iurisdictione in legatis piis inter laicos. Quæ de re Nos etiã Lib. 2. De Domanio Franciæ Tit. De Singulis generib⁹ casuum regiorum Numero 8. vbi Tiraquellũ citauimus In Priuil. 150. Diæ causæ. Sed ibi Chalcographus mendosè loco huius numeri [150.] posuit 156.

dicillos sacris plerisque Ecclesiis, vt non nisi certi Prætores regij de profanis ipsarum litibus iudicium exercerent. Cuiusmodi Rescriptum istud in Monialium gratiam Anthoniani phani Lutetię suburbani, cuius verba ita se habent. *Carolus &c. Abbatissam, Sorores, & monasterium S. Anthonij iuxta Parisios, vnà cum omnibus membris suis, domibus, grangiis, piscaturis, pedagiis, nemoribus, vineis, pratis, iuribus, vsibus, & possessionibus quibuscunque, quas possident vel possidebunt: ac familiaribus suis, singularibúsque personis eiusdem monasterij, & membrorum suorum, ac omnibus bonis suis in quocunque loco Regni existentibus sub nostra & successorum nostrorum protectione & saluagardia speciali suscipimus. Mandantes Præposito nostro Parisiensi, quem exnunc Gardiatorem dictarum religiosarum & iudicem suum in omnibus causis tam agendo quàm defendendo contra quoscunque, ordinationibus & literis contrariis impetrandis nonobstantibus, constituimus & committimus specialem, solum, & insolidum: Quatenus dictas religiosas in suis possessionibus & iuribus, franchisiis &c. manuteneat & conseruet &c. 14. Kalend. Iunias An. 1401.* Regia id genus decretæ iudicandi prouinciæ diplomata recensui summatim Lib. 2. De Domanio Franciæ. Tit. De Præuentionibus & Causis Exemptorum.

Iuridiciale Diploma Caroli 6. Regis in monachorum gratiã Antoniani cœnobij, in suburbiis Parisiorum, Ordinis Cisterciensis. Die 19. Maij. An. 1401.

Priuilegiarios hosce Codicillos cõprobauit Ludouicus 12. Mense Iunio An. 1513. & Franciscus 1. Mense Martio. An. 1515.

17 RELICTA demũ tam varia, ac multiplici fori contentione Iurisdictionéq; Contentiosa, de qua scriptũ est hactenus, ad Voluntariã, ex instituto ordine, trãsgrediamur: In cuius functione Hierarchicũ peræq; mun⁹ versari proximo Tit. intelligetur.

Regia delegatæ potestatis Iuridicæ rescripta.

TITVLVS 6.

DE VOLVNTARIA ECCLESIASTICI Præfecti iurisdictione.

1. *De Indulto Cardinalium in beneficiis conferendis.*
2. *Qui Prælati communiter Legati nati habeantur.*
3. 4. *An Vicelegatus Auenionen. beneficia ritè cõferat extra fines Auenionen. Episcop. in præiudicium indultarij.*
5. *De Cardinalibus legatis Pontificis.*
6. *Mandatarium Papæ indultario Cardinalium præferri.*
7. *De vnionibus beneficiorum.*
8. *Bulla Innocentij 8. De vnione curati beneficij Lemouicen.*
9. *Quotuplex sacerdotiorum vnio.*
10. 11. *Præceptoriæ Hierosolymitanorum militum quotæ simul vnitæ.*
12. *Vnio Ecclesiæ Parochialis de Doadio in Andegauia cum Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ eiusdem loci.*
13. 14. *Sacræ Politiæ curam à Regum, Principumque officio non abhorrere.*
15. *Ecclesiasticæ Anglorum Leges.*
16. 17. *De publica honorum præminentia inter Abbates & Canonicos cathedralis Ecclesiæ.*
18. *A quibus, & quomodo Hospitalia publica conferantur.*

Etsi sacrorum beneficiorũ collatio sit actus voluntariæ iurisdictionis: Tamen ea conferendi facultas Pontificiis legatis concessa restringi solet à Senatu, iuxta modum ab eo quõdam statutum Facultatibus Georgij Amboisij legati: De quibus Georgij Facultatibus loquitur Steph. Bertrandus Consil. 117. Vol. 1. Eũdẽ Bembus vocat Cardinalẽ Rothomagẽsem Hist. Venetæ Lib. 6.

MVLTIFARIAM VOLVNTARIA Iurisdictio ab Ecclesiasticis procedit exercetur. Nam Romanus Legatus sacerdotia ritè confert, Episcopi beneficiaria, alteriúsve ordinarij Antistitis. Quæ autem Cardinalium dispensationi subiacent ex sacris suis Præfecturis, à Legato donari nequeunt, si modo Pontificij purpurati diplomatica *Indulti* potestate adjuuẽtur. Ita Lotharingo Cardinali indulsit Romanus Præsul, vt solus

vt solus ipse sui iuris muneríque sacerdotia cuiuis mandaret, ac ne quis alius. Pontificio *Indulti* diplomate à Senatu comprobato 8. Idus Quintiles An. 1535. Neque absimilis huic immunitas Borbonio Cardinali irrogata, quam Supr. Curia promulgari iussit. Postridie Kalend. Sextiles An. 1536. Sed cum eo quidem temperamento, vt ex die tantum nuntiati Legato Rescripti Cardinalis indulto Priuilegio frueretur. Secundum hæc, paulò post à Patribus C. iudicatũ de sacra Annona, seu præbendo fani Petri Aurelianensis: in cuius concertatione agitabatur imprimis, an *Indultum* Tholosani Archiepiscopi, nondum proscriptum denunciatúmque, alienæ collationis vires elidere potuisset. Arestis Liberalibus, seu Paschalibus An. 1536. Iuxta anterius quoddam S. C. de eo factum vniuersim 3. Idus Sextiles Eod. Anno. Sub id fermè tempus concessum est pariter Cardinali Bellaio conferendi sacerdotij Priuilegium Mense Quintili An. 1536. Quod in Acta Curiæ regestum est 4. Calend. Quintiles An. 1537.

Die 8. Iulij.

Die 2. Augusti.

Rãboilleti Cardinalis Indultum promulgatur in Curia Parisien. Die Martis 27. Februar. An. 1571. iuxta indultos Lotharingo Purpurato Põtificis codicillos.

S. Cõsultũ Die 11. Augusti.

Die 28. Iunij.

2 FIRMIVS autem à Legato sacra ministeria distribuantur, eorum Præsulum beneficiaria, qui honorariis se Legati nati insignibus, inaníque nomine iam olim venditarunt. Quales se prædicant Gnesnenses Poloniæ Archiepiscopi, perpetuæ legationis munere impetrato à Sede Apostolica, Lesco Albo 3. Sarmatarum Principe procurante. Annum circiter 1217. Vt à Chromero refertur Polonic. Annal. Lib. 7. Natiuam quoque Legationem sibi arrogant Cantuarienſis in Britannia, Bononiẽ-

Legatorum genera tria, (apud Speculatorem) Alij sunt laterales, alij nati, alij constituti. Tit. De Legato, §. Sequitur & §. Nũc dicamus.

sis apud Italos, Rhemensis in Gallia pontifices. Vt ait Iohan. Andræas in cap. 1. De Offic. Legati. In 6. Eodem referri videntur quodammodo Decretales Epistolæ. Cùm non ignoretis & Cap. Licet. De Off. leg. Cap. 1. De Appell. Cap. 1. De fil. Præsbyt. Tum Innocentij 4. rescriptum in Concilio Lugdunensi, quod incipit, Romana Ecclesia, ibi, nisi aliud Rhemensis Ecclesia circa talium officialium institutionẽ de consuetudine obtineat speciali. De Offic. ordin. Apud Bonifacium 8. Antiquitus enim multas diuini iuris prærogatiuas contulit Põtifex Summus in Rhemorum Antistitem, vel Flodoarto auctore, Rhemensi canonico Lib. 3. Rhemensis Hist. Cap. 10. *De Pallij vsus quotidiana à Romanæ Sedis Præsule perceptione, & rebus Ecclesiæ sub eo concessis.* Hactenus tamen Rhemensi inefficaces Legati nati titulos extitisse, ni diplomatico legationis honore cumuletur sigillatim, palam arguit Innocentij 3. rescriptum, Dilecto, ibi (in manibus Rhemen. Archiepiscopi tunc Apost. Sed. Legati) & Cap. Dilectus 1. De Præb. Tum posteriores hi Pontificum codicilli, quos Rhemensis archipræsul, tametsi alioquin ex amplissimo illo Romani Senatus ordine, purpuratus exorauit, formula subsequenti. *Paulus Episcopus &c. Dilecto filio Carolo tituli S. Apollinaris Præsbytero Cardinali De Lotharingia &c. Cùm itaque, sicut nobis nuper exposuisti, sedes Archiepiscopalis Rhemensis sicut præcipuum Reipub. Christianæ in Francorum Regno seminarium existit, quippe cuius Antistes B. Remigius protochristianissimum eorumdem Francorum regem Clodoueum*

Flodoardus ibidẽ scribit, Leonem 4. Pontif. quum Pallij vsum quotidiani Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo concederet, dixisse eundem se nulli vnquã Archipræsuli permisisse, nec deinceps permissurum.

Bulla Pauli 4. P. P. Legati nati titulũ cũ effectu Rhemẽsi Archiepiscopo attribuẽs, personæ tamen magis quã dignitati Archiepiscopali. Die 12. Ianuar. An. 1555.

Clodoueum, regníque prædicti proceres baptismatis fonte regenerauit, Regémque ipsum oleo cœlitùs demissо, quo etiam posteri ad hunc vsque diem inunguntur, sacrauit, & tanquam primus alumnus cunabulis orthodoxæ Fidei in dicto regno diuinitùs inspiratæ præfuit: Ita ipsa inter cæteras partiũ illarum Ecclesias Primatum tenens variis prærogatiuarum & antelationum honoribus tum ab Apostolica Sede, tum ab ipsis Christianiss. eorumdem Francorum Regibus decorata reperiatur, eiúsque Præsul pro tempore existens, qui etiam dux Rhemensis & inter duodecim Franciæ Pares primus nominatur, in iuridico Procerum Regni huiusmodi conuentu, supremísque Galliæ tribunalibus magno totius Ecclesiæ Gallicanæ, atque adeo Sedis prædictæ circa iurium suorum assertionem, Ecclesiasticæque libertatis tuitionem commodo, pia Regum priscorum prouidentia præsit. Romanorum verò Pontif. prædecessorum nostrorum beneficio & permissione ab eo tempore, cuius initij memoria non extat, dictæ Sedis Legatus natus habeatur, nec tamen ex huiusmodi legatione fructum aliquem sentiat, sed inane, nudúmque illius nomen absque vllo prorsus effectu penes ipsum Archiepiscopum perdurare noscatur &c. Nos igitur tibi, vt quandiu ipsi Ecclesiæ Rhemensi præfueris duntaxat, omnes & singulas tam beneficiales, matrimoniales, & Ecclesiasticas, quàm alias quascunque, etiam criminales, causas appellationum quarumlibet, quas à tuorum, aliorúmque officialium, ac Conseruatorum priuilegiorum, & Abbatis S. Genouefæ suorúmque iudicum, aliorúmque iudicum Ecclesiarum, monasteriorum, Capitulorum, collegiorum, & aliorum exemptorum locorum ciuitatis & suburbiorum Parisiens. prædictorum interlocutoriis, &

Rhemorum Põtificem à summa iam vetustate Legatum natum haberi.

Legatum natiũ, qualis fertur Rhemensis, Legatus de latere emanans antecellit quadruplici iure ac potestate. Primo in absolutione excommunicatorum. Secundo, quia illo præsente Natus tanquam mi-

nor suis insignibus non vtitur, nec officiũ legationis exercet. Tertio in beneficiorũ collatione. Quarto in procurationibus. Non enim ita procuratur Ordinarius, & in domo sua consistens, vti legatus delatere. Cap. excõmunicat. Cap. Volentes De Off. leg. Cap. Officij Eod. Tit. In 6. Specul. In §. Sequitur & §. Nunc dicamus Tit. De Legato.

diffinitiuis sententiis per quoslibet de cætero interiici contigerit, quæque ad Sedem prædictam iuxta Concordata immediatè deuoluuntur, per te vel vnum, qui Officialis legationis vocabitur, etiam ad venerabilium fratrum nostrorum Bituricensis & Burdegalen. Archiepiscoporum instar, quoad appellationum ab Archiepiscopo eiúsque Officialibus in negotiis personarũ ipsius prouinciæ Rhemensis, videlicet in Rhemensi, Quò verò ad appellationum à Conseruatore & Abbate, aliísque Ciuitatis Parisien. iudicibus præfatis interiectarum causas huiusmodi in Parisien. ciuitatibus per alium probum virum ad id per te deputandos, etiam summariè dicta auctoritate Apostol. audire, cognoscere, decidere, necnon quoties ab illorum sententiis appellari contigerit, Causas appellationum huiusmodi alij vel aliis similibus probis viris in eisdem Ciuitatibus respectiuè per eosdem finaliter audiendas & decidendas dicta auctoritate cõmittere valeas &c. Non obstantibus &c. Prid. Idus Ianuar. 1555. & Pontificatus An. 1. Quas quidem Romanæ Sed. tabulas Princeps ratas habere se declarauit. Præclaro Diplomate 6. Iduum Martiarum. An. 1555. Itaque Pontificios codicillos Senatus præscriptis quibusdam legibus comprobare non dubitauit. Septimo Kal. Quintiles An. 1556.

Die 12. Ianuar.

Die 10. Mart.

Die 25. Iunij.

AVENIONENSIS Prolegatus nuper sibi adsciuit in Cardinales etiam *Indulto* subnixos sacerdotiorum donationem in Valentina Delphinatium diœcesi. Puta, monasticum primátũ, qui Cluniacensi cœnobio contribuitur, Auenionensis Prolegatus in eum contulit, cuius gratia illum nouissimus possessor eiurarat, derogaúitque Pontificio

Valētiæ Allobrogum episcopatus Diensisque et perpetuo vnitus.

tificio Canoni *De infirmis resignantibus*. Postridie mortuo eiuratore, Cluniacensis Abba Cardinalis petenti hũc erogauit Primatum regularem. Mox cœnobiarchæ beneficiarius ex abusu Conscriptos Curiæ appellauit à Prolegati collatione. Stabat ab huius partibus indultũ Cardinali liberæ collationis priuilegium, quo fretus ipse meritò impatiens consortis erat, nec collationum socium ferre tenebatur. Nam Lotharingo purpurato indulsit Iulius 3. Pontif. ne alius præter Lotharingũ quisquam sui iuris muneríque beneficia sacra conderet. 15. Calend. Maias An. 1550. Cuiusmodi priuilegiarium diploma Prætoriani Consiliarij adprobarunt 16. Kalend. Octob. & Aquensis Senatus Phocensis Prouinciæ 11. Calend. Decemb. Eodem Anno. Tum Senatus Parisiensis 4. Kalend. Apriles An. Salutis sesquimillesimo quinquagesimo primo. Rursus pro appellante certabant Regij codicilli 15. Calend. Decemb. An. 1553. Quibus Princeps magnificè professus sit, nolle se, quãlibet ampla potestate ab eo Legatis permissa, vllũ Cardinalium *Indultis* detrimentum adferri. Et hãc diplomaticam Regis contestationem P. C. actis Curiæ perscripserunt 3. Idus Ianuar. An. 1553. Accedebat his, quòd sacræ in Franciam legationis munus vulgò non producatur ad Viennensem, Lugdunensem, & Vesontionensem prouincias, nisi hæ Pontificij mandati verbis nominatim exprimantur. Vt ait Specul. In §. Qualiter. Tit. De Legato. Quòd subnotauit etiam Innocentius 3. Francorum regi rescribens Cap. Nouit. De Offic.

Cardinales in Ecclesiis ipsis subiectis nedũ habent iura episcopalia, verum & in eis vtuntur iurisdictione. Phil. Franc. In Cap. 1. De maior. & obed. Manfredus in Lib. De Cardinalatu.

Die 17. April.

Die 16. Septēb.

Die 21. Nouēb.

Die 29. Mart.

Die 17. Nouēb.

Regia protestatio Die 11. Ianuar.

Legati. Atqui Legatus Auenionensis Delphinatium Senatui minimè fidem fecerat Pontificiæ legationis, neq; Regiæ itidem veniæ gratiæque, vt eam prouinciã Legatus sacro imperio gerere posset. Quamuis insuper Auenionensi legatione defungi liceat per Vicarios, seu Prolegatos: tamen id solum ad profana Ciuilis Pręturæ munia pertinet, non ad Ecclesiasticæ legationis iura, quæ vicariis substitutorum operis nequeunt expediri. Vt sensit Ruzeus in Tract. De Præeminentia Archiep. dignit. Priuil. 5. Nu. 13. Eodem spectat Placitum Curię latum in promulgãda Adriani Boysij Legatione ab latere. An. 1519. Multiplex enim est Auenionensis Legati functio, quippe qui tanquam Episcopus Auenionensis sacra beneficia eroget liberè intra Auenionensis agri fines ac Venayssini Comitatus, Pontificiæ ditioni prorsus obnoxij. Ad alias verò prouincias porrecto legationis munere, Viennensem nempe Allobroguni, Ebredunensem, Aquensem, Narbonensem, Arelatensem, in his Legatus aliena vtitur ac mandata potestate, non sua. Vt sanxit Innocentius 4. Cap. 1. & vlt. De Off. legati in 6. Quo casu Regiæ primùm permissionis tabulæ à Legato petendæ sunt, ac implorandæ.

Legato ius est, Vicarios, seu Vicelegatos cõstituere ea in regione, in qua ille est Ordinarius, vel ordinarij loco. Et ita collationem Præpositurę Vasionẽsis Ecclesiæ factam à Francisco De Lestang Vicelegato Georgij Ambosij Cardinalis legati Bertrandus respondit iustam videri. Consil. 117. Vol. 1. Secus in iis partibus, in quibus Legati vere tãtum sunt delegati. Vt in terris Frãciæ pure ditionis: quũ eo casu Vicarius Vicarium creare non possit. Cap. Clericos De Off. Vicar.

PROMEBATVR, ex contrario, Auenionẽsem legationem Farnesio decretam Cardinali, priùsquàm Romanus Antistes Lotharingo indulsisset sacerdotiorum sui beneficij concessionem solido iure. Item Indultum Lotharingo diploma promulgatum non fuisse in Senatu Gratianopolitano.

no. Sed ad primum respondebatur, non vnam esse Auenionensis Legationis rationem, vt suprà admonuimus: neque ideò quod Pontifex Senatorem Romanum Auenionem legauerit, finitimas prouincias à Legato cõfestim administratum iri. Ad secundum, Farnesius legatus Pontificij Indulti haud ignarus fuit, Lotharingo irrogati. Ille enim purpuratus præsto aderat in medio collegarum Patrum conuentu, quod Consistorium vocant, quum plenissima illi indulgeretur sacerdotiorum dispensatio. Vrgebat præterea, quòd Auenionensis Legati vices gerens, à quo prouocatum est, istic admiserit sacerdotij eiurationem certi successoris gratia factam. Atqui hoc ipsum nulli præter summum Ecclesiæ Pastorem competit, nisi Pontificiæ Legationis lege nominatim comprehensum sit. Ita Barrensi Archiepiscopo Legato copia facta est recipiendi sacrorum beneficiorum eiurationes huiusmodi in fauorem designati successoris. Annũ circiter 1525. Molineo teste oculato In Regul. Cancell. *De Infirm. Resignant.* Peroratam denique appellationis causam P. C. miserunt in consilium 12. Calend. Septemb. An. 1554.

5 LEGATVS Romanus non concurrit cum ordinariis Præsulibus in Sacerdotij donatione, missi ad sacræ purpuræ decus, vt certus sit. Quum autem Pontifex aliquem è Cardinalium collegio sibi

Consistoriũ interpretatur Octauianus Vestri°, quod Cardinales pro publicis negotiis simul consistãt apud Pontif. alias bis in hebdomade: nostra vero ætate decrescentibus negotiis, semel tãtum. Apud sacrũ hunc Senatum electi ad Episcopales, archiepiscopales, metropolitanas, patriarchales Ecclesias proponuntur, instituãturque vbi ecclesia vacat, cui° electio ad Capitulum, Ciuitatẽ, Prouinciam, Regẽ, vel alios spectet: Alias à Põtif. sacroque hoc Senatu eliguntur. In eodem Cõsistorio expediuntur alia multa, quæ memorat Vestrius I.C. Forocornelienſis, in Romanæ Au-

Le actiones, & iudiciorum nexus scripta ista ligat.

Die 21. Augusti.

Legati de latere Codicilli veniales seu dispensatia ad duo incompatibilia tum ad beneficia sita extra territorium legationis, structur. Dedini eleganter

nũm extendatur Consil. 207.

bi legauerit, qui passim Legatus à latere nuncupatur, ad eum hæc sacrarum collationum occupatio pertinet. Auctore Innocentio 4. In Cap. 1. De Off. leg. Apud Bonifacium 8. Eidem licet monastici claustri munus fiduciario iure commendare seculari, quemadmodum est ab Ordine Ampliss. iudicatum de monastica Fani Maxentij in Pictonibus præpositura. An. 1534. Ex Collectaneis Matthæi Quadrigarij, forensis quondam patroni in Supr. Curia Parisiensi. Legato pariter ius est, nondum vacua Sacerdotia certis personis reseruare: ita, vt secuta dehinc vacatione, Ordinarius ea conferre nequeat. Bonifaciana sanctione, Præsenti De Offic. legati Specul. In §. Nunc tractemus tit. De Legato. Verùm pōtificius Legatus, etsi Cardinalis, nulla prædit⁹ est potestate in ampliora beneficia, dignitatésq; Ecclesiasticas, quarum meminit Bonifacius 8. Cap. Deliberatione. De Offic. leg. nec similiter in sacra munera profani patroni nominationi obnoxia. Cap. Cùm dilectus. De Iur. Patron. Apud Gallos præsertim, teste Speculi in loco suprascripto. Cardinalem quoque illum legatum minimè intelligimus, qui ex cœnobiarchia quadam inane Cardinalis præferat cognomentum: ni particulatim is rubri Galeri honore collato fuerit in Senatum cooptatus. Proin Vindocinen. monasterij Præsules, qui ab vetusto Romanæ Sed. priuilegio Cardinalitium nomen iactant, vix Cardinalitiis omnibus vtentur prærogatiuis, nisi Purpura sigillatim honestati sint Pontificio munere, ac eorum quisque Senatoriæ

Romanæ Ecclesiæ vsus solos Cardinales legatos de latere vocat, Cap. Ad eminetiam De Senten. excommun. Cap. volentes. De Off. leg. Licet iure communi possit dici de latere Papæ missus, etiã si non sit Cardinalis. De quo vide §. Sequitur Tit. De Legato Apud Specul.

dignitatis ornamenta susceperit à Sede Romana. Quamuis priuilegiario Innocentij 3. Diplomate scriptum sit, hoc modo: *Quia verò Ecclesia B. Priscæ olim à nostris prædecessoribus cum dignitate Cardinali fuisse concessa eidem monasterio Vindocinensi dignoscitur, quam tamen pòst ad nostram notitiam peruenerit pluribus Cardinalibus esse assignatam, concedimus, vt omnem dignitatem ex ipsa concessione datam Abbates habeant, Sandaliorum vsum, Tunicæ, Dalmaticæ, & annuli, sicut eis vtuntur presbyteri Cardinales, ipsámque confirmamus Ecclesiam B. Priscæ. Sic tamen, vt si fortè ad illam Cardinales instituentur, super altare S. Petri ministrent, & qui pro tempore curam gesserint Ecclesiæ, obedientiam præstent Cardinali, & quartam fructuum partem idem Cardinalis percipiet.* Ex Archiuis Cœnobij Vindocinensis, in sacra Carnutum diœcesi.

6 INDVLTVM Cardinali priuilegiũ cessat haud dubiè in Musæi publici, nedum Pontif. candidato, quem Mandatarium Apostolicum dicimus. De eo nunc ambigitur, nûm Lege Concordati, Cardinalis tertio Mandato teneatur, quum è duobus præcedentibus alterum Pontificius exorator non fuerit executus. Nam ea demum ratione Pōtificiis mandatis modus impositus est, si ipsa re Ordinarius tali Rescripto oneretur, ac Pontificis iussus perducatur ad effectum. Felyn. In Cap. ex tenore & Cap. In nostrã De Rescr. Alioquin vel annalis silentij exceptione Mandati vis omnis extinguitur. Vt Lucius 3. constituit Cap. Si autem, & Innocentius 3. Cap. Plerunque De Rescr. Senatus tamen, qui ei cognitioni præsidebat, nego-

Literæ Apostolicæ de honorario Cardinaliũ titulo Abbatibus Vindocinen. competenti ex Romanæ Sedis beneficio.

Si primus vel secundus mandatũ impetrãs sit inhabilis, vel eidem non fuerit prouisũ, vtpote quia mortuus, tunc tertius poterit prosequi suum mãdatum. Ex Clem. 1. in verb. vexare De Rescr. Cap. dispẽdia ĩ ver. fatigauerit De Reser. In 6. Verba enim intelligi debẽt cũ effectu. In eamque sententiam vide Rebuffi annotationes ad §. 1. in verbo duobus De Mand. Apostol. In Cõcord.

tium ad pleniorem deliberationem reuocauit, quum Olearius Andium Præsul ab executione tertij Mandati Curiam appellasset. Prid. Nonas Apriles An. 1537. Alberico, Episcopi, & Magistro, Francisci Ratti causam agentibus. In scholastica autem Nominatione mirum videri possit, quod scholasticis gradibus prædito, qui ab Ordinario repulsam passus sacerdotium à superiore impetrarit Antistite, præferatur alter Scholæ candidatus, qui illud interim ab Ordinario acceperat intra sacrarum collationum semestria. Tametsi enim prioris postulantis repulsa induxisse deuolutum ius ad maiores Ecclesiæ Præfectos censeatur: Nihilo secius Conscripti Pat. secundum Ordinarij beneficiarium iudicarunt, quasi conferendi potestas non priùs ad superiorem deuolueretur, quàm incapaci Ordinarius sacrum Ministerium erogasset. Arestis Paschalibus An. 1533. de Cleriacensi curionatu. At, mutatis deinde calculis, Senatum audio cõtra Ordinarij donatarium iudicasse. Placitis Pentecostes An. 1537. Quòd & probabilius arbitror. Quoniam autem vacãtia cessione sacerdotia non debentur Gymnasij publici Candidatis, roget quispiam, vtrùm propontifex recipere valeat puras liberasque Ecclesiasticorum munerum renunciationes. Decreuit Senatus, eiuratq; à possessore sacerdotia donare Vicario non licere, quãuis ea conferendi generaliter ius habenti. Senatusc. 4. Nonas Martias An. 1535. de Chyuerio monastico primatu, victore Gandelando aduersus Grenetum. Quo spectant à nobis discussa

Die 4. April.

Imo habens potestatem recipiendi resignationes beneficiorum, non potest beneficia sic resignata conferre. Nisi in Vicariatu specialis facultas data sit beneficia resignata conferendi. Selua in Tract. De Beneficio in 2. Parte Quæst. 4. Calder. Consil. 3. Felyn. In Cap. Audiris De Præscript.

Die 4. Mart.

Lib. 1 munquid. Capitulo ius esset eiuratum quod-uis sacerdotium erogare pro animi sententia. Idem Rotæ Romanæ probatum in huiusmodi propontifices, qui puras sacrorum beneficiorum cessiones admittebant. Decis. 43. & 218. In Antiq. Staphil. In Tract. De Literis gratiæ De variis modis vacation. Sciscitemur etiam de Parisiensi senatore Pontificis Max. Candidato, cuius Regiæ nominationi certum est Cardinales obstringi, licet indulto à Sancta Sede priuilegio præmunitos: An Senator, inquam, Purpurati Romani beneficiarius ex illa nominatione, debeat iudicantis officio fungi in forensibus collatoris huiusce controuersiis. Sanè Amplissimus Ordo cum Iudicem, quũ pars aduersa reiecisset, meritò reiectum pronuntiauit. Aresto 6. Calend. Septembres An. 1543. In 3. Classe Inquisitionum. A quo alienum non est Innocentij 3. rescriptum ad priorem S. Sepulchri, Insinuante. De off. deleg. vbi Iudex datus licitè recusatur, cuius familiaris ac beneficiarius liciens effectus sit lite pendente recusantis aduersarius, iurisque paræciaci competitor.

Placitum Curiæ Die 27. Augusti in tertia Camera Inquestarum.

7 VOLVNTARIA Iurisdictio non tantùm in hac versatur sacerdotiorum simplicium donatione, sed etiam in duorum coniunctione vnioneq; sacrorum munerum, quam Græci ἕνωσιν appellant. Duplex est quippe Vnionum pontificiarum genus: Alterum ex formula gratiosa conceptum, quale voluntariæ adscriptum Iurisdictioni sacris Canonibus improbatur. Alterum celebratur causa cognita, in formulam commissoriam quam

Vniones Pontificiæ in forma gratiosa sunt voluntariæ iurisdictionis: eæ si in forma commissoria, vbi causæ cognitio in partibus cõmittatur, vocatis quorum interest. Tunt enim contentiosæ sunt iurisdictionis.

Fani Remigij cœnobiũ à summa vetustate est Archimonasterium dictũ, & ita scriptum in antiquissimis tabulis & Archiuis eiº monasterij. De restitutione autẽ monasticæ regulæ in hoc cœnobium scripsit Flodoardus Rhemẽsis Hist. Lib. 3. Cap. 31.

vocant, ï. delegato priùs Iudice, qui, expediat nécne vnionem fieri, diligenter exploret. Ita D. Remigij Archicœnobium statis formulatum solemnibus coniunctum fuit Archiepiscopali Rhemorum Præfecturæ. An. 1552. At si neglecta canonica solemnitate Vnio contracta proponatur, appellationis præsidio rescindetur abusus nomine, nec diutúrno multorum annorum silentio cõfirmatur. Verbi causa, Romanus Antistes de Collegij sententia D. Iohannis, & Lazari Hierosolymitanorum Sodalitia copulauit. Post longissimã verò temporũ seriem Fiscalis patronus ad Senatũ prouocat aduersus Pontificium Vnionis diploma, quasi abusiuè impetratum. Placuit rectè interpositam prouocationem, longo ætatum interiectu nequicquam obstante. Decreto 13. Calend. Martias An. 1547. Rursus Rhodiæ militiæ Equites abhinc triennium enixè curarunt, libello Principi porrecto, vt sacra Lazarianorum militum Societas suæ expressim coniungeretur Regia Gallorum auctoritate. Mense Nouembri An. 1574. Sed exoratum de eo Rescriptum ne promulgaretur in Senatu, mox interceßit Procurator fisci, necdum iudicio decisa controuersia. Porrò curiale sacerdotium phani Saluatoris connexum est olim Ecclesiastico collegio D. Germani Altissiodoren. in vrbe Parisiensi An. 1456. Neque id citra solemnium quorumdam obseruationem, mandata nimirum à Pontifice causæ cognitione Anselmo Courcellio Canonico & Archidiacono Ioziacensi, senatori etiam tum Lutetiano. Nihilo tamen secius

Arestum Curiæ Die 17. Februar.

Rhodij [seu Melitenses hodie] sacri Equites intendunt nullum esse inter D. LaZari Milites distinctũ Ordinis caput, sed sub suo D. Iohannis Ordine contineri. LaZariani autem alij caput sui Ordinis adscribunt Pictauensi LaZarianæ præceptoriæ, vt diximº Lib. 1. Tit. 2. Alij Præceptoriæ Deboßny in agro Aurelianen. Hispaniæ vero rex LaZarianorum se

secius vnio plusquàm secularis appellatione ex abusu conuulsa est. Placito Curiæ Kalend. April. An. 1560. Quadrigario litis enarratore. Istic enim minus necessariæ rationes primitus impulerant Ecclesiasticos Præfectos, vt sacra illa beneficia simul colligarent. Ideóque in his, aliísve publicam Ecclesiæ disciplinam spectantibus minimè tollebatur prouocandi ex abusu potestas quantocunque temporis interuallo. Veritati enim nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in vsum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Vt Tertulliani verba vsurpem. Lib. de Virginibus velandis. Tridentinis autem Christianorum Præsulum Comitiis statutum, vt quadragenos abhinc annos factæ vniones ab Ordinario discutiantur, tanquam à Sede Petri delegato: & si obreptum Pontifici in his sanciendis ostendatur, irritæ eædem pronuntientur. Quòd si quadragenarium abhinc annorum spatium conflata sit Vnio, necdum mandata executioni: nullius erit momenti, nisi ex legitimis causis coram ordinario Antistite, vocatis quorum interest, facta adprobetur. Tridentini Concilij Sessione 7. Decreto De Reformatione. Cap. 6. Idem antiquitus Constantiana Synodo cautum erat, vnionum prohibitoria, nisi quæ ex canonicis solemnium formularum regulis celebrentur. De quibus Pontificij iuris Interpretes multa passim. Gaspar Perusius in

Magistrũ Caputque esse cõrendit, & Sabaudum ducẽ Vicario tãtum Hispanici regis iure Præfectum eius Militiæ à Gregorio 13. Pont. palã declaratum. An. 1573. S. Consultum Die 1. April. de Parochiali Ecclesia S. Saluatoris.

Sanctio Tridẽtini Concilij.

Profanæ verò terrariũ Vniones, quæ à Principibus fiunt, in notoriã præsertim Regni vtilitatem, nõ requirunt tot Pontificiarum vnionum solẽnia. Cuiusmodi fiunt Astensis vrbis Comitatúsque coniunctio cum Del-

phinatu, Astēsique iurisdictione superior potestas Delphinali Senatui attributa à Ludouico 12. rege, qui Astēsem idcirco ditionem à Mediolanensi Ducatu Senatuque diuulsit. Rescripto Mense Septemb. An. 1500. quod Delphinalibus Statutis interseritur.

Tract. De Vnionibus, Innocentius & Abb. in cap. Sicut vnire De Excess. Prælat. Clem. Si vna De Reb. Eccles. non alienand. Quo modo nuper sacræ Præstimoniæ coniunctionem cum Tarrariensis templi Clericorum Societate abusiuè decretam P. C. iudicio censuerunt. Prid. Nonas Sextiles An. 1572. Syruingio, sacellani prouocantis à veluti abusu, & Pasquero Sacerdotum causidicis.

Placitum Senatus Die 4. Augusti.

NEC multo aliter colligatio vetus parœciaci fani *De Bloun* cum Episcopali Lemouicum collegio rescissa est Curiæ Placito, ad quam scilicet parochus octoginta post annos ab vnientis Diplomatis executione prouocarat. Pridie Calend. Maias An. 1575. Fleurio litis inspectore. Sed quia facti speciem totam exprimunt Pontificiæ Vnionis Codicilli, eorum præcipuas clausulas visum est Aresto subtexere. *Innocentius Episcopus &c. Sicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ Lemouicensis petitio continebat, licet antequam quondam Eduardus primogenitus tunc regis Angliæ ciuitatem Lemouicensem obsedisset, ac igne comburi fecisset, fructus & reditus mensæ capitularis dictæ Ecclesiæ adeo opulenti essent, quod ex illis Canonici & aliæ personæ eiusdem Ecclesiæ se commodè sustentare, & reparationi ædificiorum dictæ Ecclesiæ intendere, aliáque eis incumbentia onera commodè supportare poterant. Nihilominus propter combustionem huiusmodi, ac perditionem literarum de fructibus huiusmodi docentium fructus ipsi adeo diminuti effecti sunt, quod canonici & personæ huiusmodi ex illis se substentare, & reparationi præfatæ intendere, aliáque onera supportare commodè non possunt. Ve-*

Areſtum Curiæ pro Martiali Michaele tutore De Bloun, cōtra Sodalitium fani Stephani Lemouicen. Die vlt. Aprilis.

Innocentij 8. Pontif. Rescriptum de vnione curionatus De Bloun, cū Lemouicensi Ecclesia Cathedrali. Die 19. Mart. An. 1488.

Canonicas vnionū formulas peruolue a-

pud Decium Consil. 233. vbi recitatur Leonis 10. P. P diploma super vnionis solutione decanatus ruralis Montis Bertodi, Cluniacensis ordinis, vel Benedictini, Lugdunēsis diœceseos.

rùm si dicta parochialis Ecclesia eidem mensæ perpetuò vniretur & incorporaretur, excrescentibus propterea fructibus dictæ mensæ, canonici & personæ præfati commodiùs se substentare, ac reparationi prædictæ intendere, aliáque onera prædicta faciliùs perferre valerent. Pro parte Capituli prædictorum asserentium, quòd fructus & prouentus dictæ parochialis Ecclesiæ 60. librarum Turonen. paruorum valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, vt dictam parochialem Ecclesiam eidem mensæ perpetuò vnire & incorporare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioqui vnio non valeret, & semper in vnionibus fieret commissio ad partes vocatis quorum interest, singulos ex Capitulo huiusmodi à quibuscunq; excommunicationum sententiis ad effectum præsentium absoluentes, ac fructuum, reddituum & prouentuum dictæ mensæ verum annuum valorem pro expresso habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, parochialem Ecclesiam prædictā cum omnibus iuribus & pertinentiis suis venerabilis fratris nostri Iohannis Episcopi Lemouicensis, ac nobilis fœminæ Margaretæ de Ambasia tutricis legitimæ nobilium virorum Iohannis, Æmerici, Caroli, & Petri de Rochechoart eius filiorum dominorum dicti loci, necnon parochianorum dictæ parochialis Ecclesiæ expresso consensu per specialem eorum procuratorem accedente, præfatæ mensæ auctoritate Apost. perpetuò vnimus & incorporamus. Ita quòd liceat exnunc eisdem Capitulo per se vel alium corporalem possessionem parochialis Ecclesiæ nunc

vacantis, iuriúmque ac pertinentiarum ipsius propria auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illiúsque parochianorum animarum curam exerceri facere, Diœcesani loci licentia super hoc minimè requisita &c. Prouiso quod propter vnionem prædictam dicta parochialis Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera consueta &c. 14. Calend. Apriles. An. 1488. Pontificatus An. 5.

De vnionibus Ecclesiasticis scripsit Ancharanus Consil. 162. qui erat tum Aduocatus Consistorialis, vt vocant.

GRATIOSA igitur hæc Innocentij 8. vnio, cui amplior debuit causæ cognitio adhiberi, facilè soluta est decreto Senatus, vel ex Canonica quidem Auctoris ipsius Sanctione. In Reg. Cancellar. 21. De vnionibus. Rota Decis. 59. In Nouis, & 168. In Antiq. Prius enim fuit de annua sacri beneficij æstimatione inquirendum solemni ritu, eocandum simul matricis Ecclesiæ collegium, quæ est sponsa Episcopi, aut eius loco publicus Actor speciatim creandus, qui Ecclesiasticæ disciplinæ tutelam mordicùs susciperet. Lege Innocentij 4. Dudum. De Reb. Eccles. non alienand. Apud Bonifacium 8. Alia itidem vnionibus præscripta recensentur sparsim à Cardinali. Consil. 96. 2. quæst. Rota Romana in Decis. 229. Cassadoren. Decis. 3. De Iure patron. Socyn. Respon. 1. 3. Vol. à Decio in Respon. 148. & 275. Oldradi Cons. 261. Petr. Paul. Paris. Consil. 228. 4. Vol. Trifariam verò fieri solet canonica sacerdotiorum copulatio. Primùm, cum Ecclesiastica duo munera in vnum veluti corpus confunduntur & coalescunt: sic, vt vna sacra basilica, vnum Ecclesiæ ministerium, non

Cœnobij vnionem D. Mauri, Parisien. Diœcesis, & monastici primatus D. Eligij Lutetiani cum Episcopatu Parisiensi commemorat Philippus Probus in 18. Quæst. Regaliorum.

Panormit. Vnionum 5. modos tradit. Primus quoad spiritualia tantũ, vt in quibusdã monasteriis, in quib⁹ celebrãtur exequiæ mortuorum vtriusque. Secũdus per viam subiectionis, cũ vna Ecclesia subiicitur alteri, & tunc ecclesia subiecta remanet sub iurisdictione illius sub quo primo erat, nisi aliud in vnione dictũ sit. Cap. quia monasterium. De Relig. dom. Tertio fit vnio quoad Prælatum duntaxat, vt idem sit Prælatus vtriusque Ecclesiæ. Quarto cum duæ Ecclesiæ vniũtur simul. Quinto Ecclesia vnitur alteri, cùm erigitur in cathedralem. Alb. In Cap. 1. Ne Sede Vac.

non duo verè dici possint. Gloz. in can. & temporis. 16. Quæst. 1. post Innocentium 3. Cap. 1. Ne Sed. Vac. Secundum, quum ita colligantur Ecclesiæ, vt in vnum quasi corpus minimè conflentur, sed vt vna superior existat, altera inferior, accessioníque vice alteri subseruiens. Ex quo illi præfectus in hac vicarium constituere tenetur, obeundæ sacræ functioni idoneum. Ex Innocentio 3. Pontif. Cap. extirpandæ. §. Qui verò. De Præb. Tertio loco ita adunantur sacræ Ædes, vt neutra subiaceat alteri, sed ambabus suum titulum, gradúmque retinentibus idem minister præponatur. Cap. 1. Ne sed. vac. Quo modo Musitanam iunxit Cumanæ Ecclesiæ Gregorius 1. Pontifex, vtráque Episcopali quidem permanente, sed quam vnus idémque postea sacro imperio mixtim gubernaret. Vt à Gregorio ipso scriptum est ad Benenatum Episcopum. Lib. 2. Regesti Cap. 31.

10 MEDIAM certè Vnionum speciem instituerũt olim Solymi Patres tutelares Christianorum limitum, editis Sanctionibus, quę vulgò inscribuntur, *Statuta Ordinis Domus Hospitalis Hierusalem.* Etsi enim à sacris hisce Equitib⁹ decretum fuisset primitus, vacaturas ilico militares fiducias seu commẽdas quamprimum fiduciarius earum possessor ad Magisteriũ Ordinis assumeretur: Deinceps tamen summo huic Magistratui cõnexa sunt perpetuò Rhodiæ militiæ sacerdotia non pauca, ex quorum reditibus Ordinis princeps sacri fastigij dignitatem tueretur. Verbis Statuti Magistra-

S. Iohannis Hierosolymitani Equitũ Præceptoriæ multæ simul vnitæ cũ summa eius Ordinis Præfecturæ.

les hæ Commẽdæ dicuntur, à Melitensi equitum Præfecto inseparabiles: Dempto eo, quod à Magistris locari possunt sacro militi temporaria mercede, vel annui lege vectigalis pensitandi. Huius generis est præceptoria Piscenæ in Occitano fani Ægidij Primatu regulari: in Tholosano, Aniciẽsis: In Aruerno, Salinarum: In Francico, Hannoniæ præceptoria: in Aquitano, fiduciarium Templi sacerdotium Rupellanum: In Campano Prioratu, Mediomatricum sacra commenda: In Longobardo, Iuuerni fiducia Rhodiensis: In Veneto, Carnorum seu Treuisana Præceptoria: In Pisano, Prati: In Cathalano, Præceptoria De Masdeo: In Nauarrico, Calcetensis: Olmensis, in Castulonensi: La Coua, in Lusitano: Pescẽnensis, in Britannico Rhodiorum militum sacro Primatu: In Germanico, Buczensis, seu de Bucz: In Bohemico, Vvladislauiensis. Quorum omnium seriem huc transtulimus ex insigni Melitensium Legum Codice. Quas ita postremo in ordinem redigendas curauit Fr. Claudius *Delasengle* Hospitalis Ædis D. Iohannis Hierosolym. Magister. Paulo 4. pium Opus Codicillis comprobante 4. Iduum Iuniarum An. 1556. Vt taceam obiter, quod Innocentij 8. auspiciis Fr. Iohannes Homedes sacræ tum Militiæ Prẹfectus *Stabilimẽta Ordinis* in vnum primus Volumen coëgerit.

Præceptoria Piscenæ, vulgo De pesenas *in prioratu S. Ægidij.*

Sacra Commẽda Podij Subreani in Tholosano Priorátu.

Commẽda De Olmos *in prioratu Castellæ.*

Est etiã in Prioratu Vrbis cõmenda Mugnani, vnita Principatui sacræ Rhodiensis militiæ.

Die 10. *Iunij.*

In summa, Rhodiis hisce Canonibus sancita præceptoriarum Vnio cum Ordinis Principatu rata publicè firmáque permansit, vniuerso nempe sacri exercitus Conuentu auctore & conditore. Simi-

re. Similiter in Grandimontanis sacerdotiis generales quasdam Vniones Gallica Tribunalia recepêre, quas Iohannes 22. perpetuo velut Edicto decreuerat, quum ordinaret Grandimontanam Familiam, suásque toti cœtui leges institutáque præscriberet. Statuit enim Pontifex, duas monastico cuique Primatui Cellulas adiungi insolubili perpetuæ Vnionis vinculo. Exhinc vna è Cellulis nuper impetrata beneficiario iure, interdicto succubuit Pontificis beneficiarius, iustáque Cellulæ possessio addicta Præfecto monastici conuẽtus Menillei, Grandimontensis: Cui cellulam hãc Montianifontis Iohannes 22. quondam agglutinarat. Decreto Prætoriani Cõsilij Prid. Idus Sextiles An. 1574. Francisco Rauello, & Michaële Breuilleo contendentibus. Verum enimuero priuatas alias Ecclesiasticorum munerum coniũctiones Senatus infirmare solet, nisi quæ statuta legibus causa, & iustorum solemnium interuẽtu subnixæ comperiantur. Sic placito Curiæ sublata est duorum præbendorum Vnio Quintiniani Delubri in Veromanduis. Pridie Non. Ianuar. An. 1535. Bouguiero, Iani Guignonij prouocantis, & Seguierio, Quintiniani Collegij aduocatis. Multorum item sacerdotiorum copulationem cum Tutelensi Ecclesia, (quam instituit Põtifex An. 1513.) abusiuè factam P. C. pronuntiarunt: Quo tempore Franciscus 1. Gallici Imperij fasces modera-

Iohannes 22. P.P. ex Grandimontani Cœnobij cellulis erexit vndequadraginta Prioratus conuentuales, quorum & singulis duas aut tres ciusmodi Cellulas, seu Arrectorias quas vocant, adunauit. An. 1317. Certatur tamẽ in magno Regis Consilio de iure Cellulæ Bonæ domus Daulnay, quã Dionysius Huraldus ex Grãdimontano suo Vincenarum Prioratu sibi asserit, velut ei annexã, vt suprà: quum edituerso Fr. Petrus Burgesius illã sibi vẽdicet puri sacerdotij nomine. Res in consiliũ à Prætorianis missa 17. *Cal. Septemb. An.* 1576. *Chãdone pro Burgesio, & Boutelerio,*

pro Huraldo dicentibus.

Arestum Mag. Consilij Die 12. *Augusti An.* 1574.

Placitum Curiæ Die. 4. *Ianuar.*

batur. Haud secus à Prætoriano Senatu iudicatum 10. Calend. Apriles An. 1559. aduersus sacrorum beneficiorum colligationem cum primario Lemouicum Templo, cuius sacri Sodales Pontificiis iisdem Vnionis codicillis soluti fuerãt monastico sacramento. 10. Calend. Nouemb. An. 1535. & 17. Kalend. Maias An. 1546.

Arestum Magni Cõsilij Die 23. Mart.

Die 23. Octob.

Die 15. April.

D. Martialis cœnobium, ordinis Benedictini, commutatum est in seculare canonicorum collegium vnà cum multorũ prioratuũ vnione à Paulo 3. Pontif. Summo. Francisco Rege postulante. Sed hæc vnio rescissa decreto Prætoriani Senatus secundum Nicolaum Legras contra fani Martialis Sodalitiũ Lemouicense, cui Prioratus dumotũ vnione illa abusiuè coniunctus fuerat: Salua executione & fulminatione noua Paulini illius Diplomatis facta An. 1552.

NOVISSIME demum agitata quæstio est apud Curiæ Conscriptos de vetere parœciaci sacerdotij Douacensis coniunctione cum Douacen. Canonicorum Sodalitio apud Andes: à qua Sudorius curio Douacẽsis Senatum ex abusu appellarat: Ruzæo Andium præsule, & Academia Parisiorum, vna cum illius curionatus parœcis in iudicium descendentibus. Placuit Ordini Amplissimo rectè abusus ergô prouocatum. Circiter Calend. Maias An. 1575. Larcherio litis expositore. Eam vnionem sanxerat primùm Innocẽtius 8. sed perfecit Alexander 6. Pontifex, leui sane rei disceptatione adhibita. Quemadmodum ex Pontificio Vnionis diplomate certius deprehendes, in hanc formulam: *Alexander Episcopus &c. Licet Ecclesia S. Dionysij De Doadio, Andegau. Diœcesis, à sui primæua*

Pendet etiamdum in Senatu lis prouocatoria abusus ergo ab executione Pontificiæ vnionis Curionatus de Yssorio Molinis suburbani cum Melinensium 12. Canonicorum collegio: quam Benedictus 13. Pseudopontifex instituit, postulante Ludouico Boiorum duce, sacríque illius Sodalitij fundatore ac patrono, vt Pontifex Galli reguli prepotentis gratiam demereretur. Addeam autem Vnionem vocata non est curialis sacerdotij patrona Præfecta cœnobij D. Menulphi in Biturigibus. Contra not. in Cap. Suggestum de iure Patron. Et ita Milo Heduorum Episcopus Benedictini Rescripti executor censetur præposterè, nec accito Episcopali collegio, & extra partes territorij Senatus Parisien. in quo sacerdotiorum templa sita sunt, Vnionem perfeciſſe & executioni demandasse.

primæua fundatione per tunc Regem Francorum nobiliter fundata & sumptuosè ædificata, & sufficienter dotata extiterit. Tamen propter guerrarum turbines & alios siniſtros euentus, quibus partes illæ afflictæ fuerunt, fructus & reditus mensæ capitularis eiusdem Ecclesiæ S. Dionysij adeo diminuti sunt, quòd ad sustentationem Capituli huiusmodi, & reparationem structurarum dictæ Ecclesiæ S. Dionysij commodè non suppetunt: Verùm sicut dicta petitio capituli dictæ Ecclesiæ subiungebat, si dicta Ecclesia S. Petri, quæ Ecclesiæ S. Dionysij contigua existit, & cuius Capitulum præfati patroni existunt, ac iura spiritualia ratione illius debita annuatim soluere consueuerant, vniretur mensæ capitulari dictæ Ecclesiæ S. Dionysij, prout aliàs Apostolica auctoritate vnita fuit, sed vnio hactenus effectum sortita non est, ex hoc profecto Capitulum præfatum se decentiùs sustentare, & circa reparationem huiusmodi commodiùs intendere valerent: Pro parte dictorum Capituli asserentiũ, quòd fructus & reditus Ecclesiæ S. Petri 50. librarum Turonen. paruorum valorem non excedunt: nobis fuit humiliter supplicatum, vt dictam Ecclesiam S. Petri eidem mensæ perpetuò unire, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati Ecclesiam S. Petri cum omnibus luribus & pertinentiis suis eidem mẽsæ auctoritate Apostol. perpetuo vnimus &c. Pridie Nonas Octobres An. 1500. Pontificatus An. 9.

Dagobertus Galliæ Rex vt Dionysiani cœnobij conditor fuit in Parisiorum finibus, ita Dionysiani collegij canonicorum in Douacensi Andium oppidulo. Ex Annalibus Andegauorũ in Dagoberto Rege & Andegauensiũ Comite.

Apostolicæ Sed. Codicilli De vnione parochialis Ecclesiæ Douacensis in Andegauensi diœcesi cũ Ecclesia collegiata eiusdem Douacensis oppidi. Die 6. Octobr. An. 1500.

13 EXIMIA tot Regij Senatus decreta de Ecclesiasticis Vnionibus nos admonent, Sacræ Politiæ curationem à Rege præsertim Christianiss. iustè vendicari. Nam & Rabanus Maurus nobilis Auctor adstruxit ex ἀγράφοις Patrum sententiis Re-

Raban. Maurus Moguntiæ Archiepiscopus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giam Poteſtatem in publicum ac ciuilem Sacræ Reipub. ſtatum, neque vncto *Domini* nec Principalibus eſſe mandatis reluctandum. In Proœmio Operis ſui ad Ludouicum Pium Cæſ. *De virtutibus, vitiis, ac ceremoniis antiquæ Eccleſiæ*: quod Vvolfgangus Lazius è vetuſtatis tenebris, tineíſque erutum nuper in lucem reuocauit: Externam quoq; hanc, & Politicam Sacerdotij curam ſumpſit Ludouici pater Karolus 1. Imp. Francíq; alij magnanimi Heroes nati melioribus annis: Extant quippe etiamdum Caroli fragmenta De Eccleſiaſtico Maiorum ritu ſolemnibúſque ſacrorum ceremoniis: Cum ipſius Epiſtola ad Albinum, ſeu Alcuinum, qua ſibi nõ probari paucorum iudicium affirmat, qui dum priſcarum Eccleſiæ ceremoniarum damnarent vſum, Religionem ſimul è medio tollere viderentur. Eadémque de cauſa Hildiuinus monaſticus templi Dionyſij Antiſtes, quum res piè geſtas à B. Dionyſio Galliarum Apoſtolo mãdaret literis octingẽtos abhinc annos, ijs Titulum nomẽnque Principis Galli præſcripſit, (ſuo poſtpoſito,) Chludovvici Pij nempe, Romano tũ Orbi dominantis: vt tacito quodam elogio indicaret Politicam Hierarchię dignitatem Regiis auſpiciis ac Ciuili Regiæ manus auctoritate conſeruari. Tametſi Hildivuinus hiſtoriæ fidem ex alio mutuetur, Viſbio Dionyſianæ vitæ oculato teſte, laudúmque præcone probatiſſimo. Quin & fate-

Ciuilis tantum & externa Rei Eccleſiaſticæ penes Reges procuratio eſt, non interna ſacrarũ. Vnde Hincmarus Rhemorũ archiepiſcopus, [tẽpore Car. Calui, et Ludou. Balbi Impp.] mortuo Noniomenſi Epiſcopo, recens nominatum à Principe confirmare recuſauit, obnixe differens, quæ Eccleſiaſticis ſuffragiis peragi oporteat, in vis Regiæ nominationi locũ nõ eſſe, ſed nudo Regis aſſenſui in electione ineunda. Vt cõſtat ex Indice Epiſtolarum Hincmari Rhemen. Pontificis, qui etiamdum lectitatur. Ex quo interim nota ſolitos quõdam Canonicos & monachos, petita decenter à Rege eligendi venia honoraria, in Prælati ſui electionem deſcendere: Ita, vt Suggerius Abba narret, ſe quum peregre ageret Franci regis Legatus in Italia, fuiſſe quidem deſignatum cœnobiarcham Dionyſianum cœnobitarum votis: Sed quia hi, licentia à Rege Craſſo non petita, præcipitarant electionem, nonnullos ex iis in vincula conjectos fuiſſe iuſſu regio apud Aurelianis.

tur Auctor

tur Auctor adiutum ſe Græcę Ciuitatis Martyrologio Byzantiíſque ſanctiorum Tabularum ſcriniis, quas Conſtantinus ὀρθόδοξος Princeps de Martyrio Diuorum contextas, totóque Orbe conquiſitas iuſſit Cæſaream in Vrbem perferri, & ſacro Cartophylacio condi. Nec abs re quidem, quum Ethnici etiam Libros ſuos, qui poſteritatis memoriam promereri putarẽtur, in Apollinis templo collocarent. Admittamus porro, B. Lucam primum Apoſtolica Acta libello exaraſſe, nec multo pòſt emiſſos in varias terrarum oras Notarios à B. Clemente Petri diſcipulo, ac Fabiano P. P. qui ἀκριβείᾳ in ſcripta redigerent. Demus & temporum decurſu idem factitatum à Damaſo in Põtificali, à Beda in Martyrologio, à Prudẽtio in poëmate, cui Titulum fecit περὶ στεφάνων i. De coronis: quòd in eo martyria Sanctorum Domini Hymnographus is decantarit. Adde his Vidum Rauẽnatem preſbyterum, adde Landulphum Columnam, Ptolemeum Lucenſem, & Renum antiſtitem Patauinum, hiſtoricos Rom. Pontificum vitę ſcriptores. At enim credibile eſt, piorum Principum ſtudio, auſpiciíſque tot ſanctiſſimorũ monumenta exemplorum fuiſſe ad hoc vſque æuum religioſè condita & adſeruata? Quo in iis Chriſtianæ vitæ norma, velut in ſpeculo quodam, ſpectanda populis exhiberetur. Quiſquis enim Diuorum vitis diligenter ſtuder, ſuæ prouidet optimè, inquit Baſilius. Illorum ſanè cum fœlici cruore, vitæque inſtitutis, tum aſſiduo apud Deum rogatu illuſtrantur Religiones Chriſtianæ. Ob id

In Actus quoque Apoſtolorũ metro ſcripſit Arator Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus An. 540.

Philothei Patriarchæ Conſtantinopol. extant Encomia Baſilij Magni, Gregorij Theologi, Iohannis Chryſoſtomi, & in omnes Diuos.

Ptolemæus Lucenſis hiſtoriã Pontif. Romanorum pertexuit vſque ad Cœleſtinum 5. cuius temporibus inclaruit. An. 1273. ſecundum Volaterr.

Pontius diaconus B. Cypriani egregium volumen Vitæ & Paſſionis ipſius Cypriani reliquit, qui cum nempe ad diem paſſionis eius exilium ſuſtinuit.

Paulus Aquileiensis Ecclesiæ Diaconus Caroli Magn. iussu opéque vetustissima exemplaria, & sanctos Auctores perquisitauit, indéque Diuorum vitas summa breuitate perstrinxit in Templis legendas: Quas tamen longa dies quodammodo immutauit.

Circa annum 1170. habito apud Vuestmonasterium Anglicæ gentis cõcilio, simultas & odium antea inter Regẽ & Cantuariẽ. Pontificem ortum cœpit feruere. Nam cum Rex quotidie sacerdotes minus idoneos aut eligeret episcopos, aut ad alia perduceret sacerdotia ex præscripto Normanicarum legum iure, vt ille aiebat, eum recte monẽtem Cantuariẽsem, vt incepto absisteret, Rex multauit exilio. Vt est in Anglic. Annal. Lib. 13. Apud Polydorũ.

QVONIAM ergo typicum Reipub. corpus Sacerdotali ordine constat velut membro præcipuo, rectè tribuitur ei Politica Sacrorum curatio, qui Imperij habenas teneat, Ciuilísque Gubernationis. Alioquin spreto ὑγιεινικῷ cum Repub. periclitabitur Christianæ philosophiæ, terrestrísque Hierarchiæ salus. Verùm hæc ita velim accepta, ne quis profani Principatus obtentu grássari audeat in Ecclesiasticam libertatem. Quo nomine Etricus 2. Britanniæ Rex piorum omnium execratione deuotus fuit, quum sacratæ Anglorum Immunitati bello indicto D. Thomam archiepiscopum Solio, sólóque patrio exegisset, iustum tenacémque Cantuariensis Ecclesiæ propugnatorem. At quanto Christianiùs tum Galliæ Rex, quanto reuerentiùs extorrem excepit, coluit? Heroico etiam ore præfatus hoc Franco dignum Rege apophthegma, priscum id Franco diademati decus insitum esse, vt exules, sacríque præsertim Ministri Gallico Principali Asylo potiantur, ac persecutorum faucibus erepti, immunésque protegantur. Hæc ex vetusto Libello, cui Titulus præfigitur. *Vita & Processus S. Thomæ Cantuariensis martyris super Libertate Ecclesiastica.* Ex quo lectori perpendere liceat, conatum fuisse Britannum ab Ec-

Ius Asylorum apud Græcos sanctissimum fuit, adeo vt Agesilaus victis Thebanis, id etiam hostibus inuiolabile seruarit. Teste Xenophonte Lib. 4. ἑλληνικῶν.

ab Ecclesia annuum vectigal, sacrorúmque portionem redituum corradere: sacerdotes item, qui ob crimen cœnobiorum septo clauderentur pœnæ causa Ecclesiastico iudicio, inde profanum ad tribunal abducere, mox cruci suffigendos. Taceo sacrorum donationem ministeriorum, quam sibi iam tum impius Angliæ Rex, inuitis Episcopis, adsciscebat. De quo proditum est Alexandri 3. queribundi Rescriptum ad Thomam Cantuariẽsium pontificem, Cap. Ex frequentibus. De Institut. Sceleratè demum interempto Thoma, Ecclesiæ athleta pugiléque strenuissimo, Alexander ille detestatur facinus grauissima ad Oxonienſem Antistitem Epistola Decretali, Sicut dignum. §. Illi
"autem, qui animo occidendi, feriendi, aut capien-
"di illum Sanctum & reuerẽdum virum quondam
"Cantuariensem Archiepisc. &c. De Homicid.
"Vandalicum mehercle parricidium, neque iis planè dispar, quæ Vandali Arriani, Diaconis ante aras occisis, barbarè perpetrarunt. Ex Barbariæ Africanæ Hist. Sacra apud Optatum, & Augustinum Lib. 3. Contra Crescon. Cap. 43. Sed iam instituta Voluntariæ Iurisdictionis munia absoluamus.

15 NIL proponitur discriminis inter gratiosam sacerdotiorum coniunctionem, & sacri vnius beneficij partitionem Diplomaticam, quo minus vtralibet voluntarię adscribatur Iurisdictioni. Atque vt illa, (de qua dictum,) sic ista legibus irrita damnatur Concilio Turonensi. Cap. Maioribus. Cap. Tuæ. Cap. Vacante De Præb. Quibus congruunt Anglicæ Romanorum Legatorum San-

B. Thomas in Galliã profugus Alexandrũ 3. P. P. qui tunc in Senonibus degebat, adiit, illiusque missu debine ad Pontiniacũ cœnobium se contulit: vt ibi vsque eo maneret, dum res inter ipsũ & Henricum cõponeretur. Inibi Thomas accepto à Pontif. nouo amictu monastică vitam ducere instituit. Sed casu postea reuocatus in terrestrem Patriam, martyrio exinde est in cœlestem Patriã euocatus.

ctiones, Otthonis & Ottoboni, qui ex Apostolico Senatu Patres in Angliam missi vicissim illas inibi condidêre: Eo animi decreto, vt pene subuersum Britannicæ Ecclesiæ Statum iuré sacræ legationis in pristinum decus reuocarent. Annum circiter 1230. & Calend. Maiis An. 1248. Nam sacris hisce Constitutionibus cautum est, ne in plures denuo sacerdotes, seu Vicarias functiones vna diuideretur Ecclesia: alioquin ipsius sectionem neglecta Episcopi auctoritate initam omnino rescissum iri. Salua tantùm Pontificali, solemníque manente sacerdotiorum partitione. Haud pauca alia earumdem Legum capita extant, decretæ scilicet Numini supplicationes publicæ tota Anglia, Scotia, & Hibernia quotannis Die Almi Spiritus afflationi, cœlestíque Flammæ festo dicatóq;. Ne vllus item Diœceseos Antistes sibi subditam Ecclesiam assignet alteri proprietatis iure, nisi ad id tractandum syncero Christianæ pietatis feruore incitetur. Sancitum ad hæc, vacãtia intestatorum bona (quæ Regio Procerúmque assensu Hierarchis addicta sunt) in pias causas impendenda, nec alium in vsum conuerti à summatibus Ecclesiæ viris oportere. Litium quoque disceptationem à Britannis Præsulibus nemini committi posse, nisi sacram dignitatem obtinenti, aut Cathedralis, inferioríve saltem Collegij Canonico. Profano rursus cuiquam locari sacerdotiorum census non debere. Tum ne quid à plebecula Clericus exigat hoc nomine, quod Ecclesiasticum sacramentum ei subministrarit. Quia insuper Anglis nondum inualue-

Die 1. Maij. 1248.

Celeberrimis hisce Constitutionibus interpretationẽ addidit luculentam Iohannes de Athon Canonicus Lincolniensis.

Feruntur & Anglicæ aliæ Sanctiones in Prouinciali Cõcilio Oxoniensi editæ à Stephano Cantuarien. Archiepiscopo An. 1222. A-

rat Tabellionum vsus, ab iisdem Legatis statutum fuit, vt sacrorum pontifices Collegiáque Ecclesiastica cum Vicariis suis Iuridicis vterentur in posterum signatorij anuli prærogatiua. Vetitum dehinc, ne Sacerdos profanæ Iurisdictioni præesset, néue in profanis litibus iudicãdi, aut assessuræ munere, vel aduocationis fungeretur. Præterea ne testamẽtarius curator admitteretur ad obeundam supremorum mandatorum procurationem, antequam renunciasset priuilegio fori, & bona defuncti in testatum omnia redegisset: aliàs executorem hunc testamentarium à sacro Diœceta, seu Episcopo loci grauiter mulctatum iri. Reliquas id genus Angliæ sacras leges euoluere est operæpretium, quibus Põtificij Legati Sacram Politiam mirum in modum instaurarunt. Lib. ita inscripto: *Cõstitutiones Legitimæ, seu Legatiuæ Regionis Anglicanæ &c.* Ottobono huic Cardinali, qui postea Adriani 5. nomine salutatus est Pontifex Max. dicatum fuit Speculum Iuris à Vilhelmo Durando Mimatensi antistite. Circa annum 1236.

liæ itidẽ Constitutiones in cõcilio Prouinciali Londoniensi per Iohannem Stratforde Cãtuariensem archiepiscopũ An. 1342.

Anglicas istas sanctiones tulit Otho S. Nichei in carcere Tulliani Diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus ad reformandũ Angliæ statum Ecclesiasticum.

16 BREVITER notandum, Episcopi vt duplicem esse potestatem iuridicam, ita sigillum multiplex: Curiæ alterum, quo contentiosa, alterum Cameræ Annulum, quo voluntaria Iurisdictio exercetur. Vsqueadeo, vt Episcopalis etiam Senatus sacræ illius Præfecturæ radiis collustretur, indéque cœnobiarchas honoris gradu in maiore Sacerdotij conuentu antecellat. Quamuis enim cœnobij præsul singulos quosque Põtificalis tem-

Episcopus & Canonici Ecclesiæ Cathedralis constituunt vnũ corpus, & maior est communio

inter episcopũ & suum Capitulum, quam cum aliis corporibus, vel Ecclesiis inferioribus. Cap. Requisisti. §. si vero De Testã. & Canonici dicuntur Fratres Episcopi Cap. Quãto De his quæ fiunt à Præl.

pli Canonicos præcedat dignitatis ordine, Arg. Cap. penul. De Off. Vicar. Cap. Insinuante. De Off. Deleg. Cap. 2. De renũc. Cap. cùm dilecti De Elect. Cap. Ex parte De Verb. signif. Cap. Decernimus. De Iudic. Tamen in solemnibus votis publicísque precibus ab Ecclesiastico cœtu vniuerso fundendis, Canonici ideo dignitatis gradu præferuntur monasterij Primoribus, quod Episcopale Lituóq; insignitum Collegium spectanti Christianæ Plebi repręsentẽt. Felynus in Cap. Postulasti. De Rescr. Et Cap. Meminimus De Accus. secundũ Dominicum in Cap. Quamuis. §. quemquam. De Pręb. in 6. Huc alludũt innumeræ apud Chasseneum Iuris rationes, quibus eandẽ nobiscũ adstruit sententiam. In 4. parte Cathalogi Glor. Mun. Considerat. 32. & 33. Porrò in minora Sacerdotum Collegia iudiciis decisum fuit, cœnobiarchas honoris gradu anteire, & Ecclesiasticis inferiorum ordinum Sodalitiis anteferri. Placito Curiæ pro monastico Antistite & conuentu fani Albini Andegauensis, contra sacros Sodales vtriusque Ædis Laudi, & Martini, Regiæ fundationis, apud Andes. Quin & à Senatu ibi definitũ est, monasterij præsulem in pompa sacrorum publicísque Ecclesiæ supplicationibus, aut sessionibus primum locum obtinere iuxta Andium pontificem: & cucullatos sacerdotes incedere cum primarij Templi Canonicis oportere. Senatusc. An. 1534. Boëleuo litis enarratore. Vti ab eius Lõgolio collega scriptum est in suis Arestorum Miscellaneis. Nam B. Albini cœnobium, præter vetustatem

Abbates vt plurimum ex Priuilegio aut consuetudine vtũtur ĩsigniis Pontificalibus, scilicet anulo, baculo, mitra, sãdalio, & benedictione solẽni. Cap. Abbates Cap. Vt apostolicæ De Priuil. in 6. Quæ non inueniuntur concessa simplicibus canonicis vel aliis inferioribus. De quo legẽdus Specul. In Tit. De Priuilegiis. §. 1. Vers. Abbas.

Abbatiæ S. Albini fundatio, & amplificatio.

tustatem originis, quæ Childeberto regi accepta fertur, monasterij conditori An. 534. vltra varias etiam immunitates, opésque, quibus illud à Karolo Mag. sensim, & ab Adela Andegauorũ Comite cumulatur, idem nominatim solutum fuit Episcopali iurisdictione, omnique adeo Diœcesani Antistitis præfectura. Vt produnt Andegau. Annales, Tabulæque memorabiles initæ quondam ab Episcopo transactionis cum D. Albini Archimandrita.

17 NOBIS etiamnum in foro Parisiensi adstantibus similis occurrit controuersia, vltro citróque disputata palam à Societate & Canonicis fani Andrææ apud Carnutes hinc, & à Carnutensibus, inde, Petri ac Iohannis in Valle Cœnobiorum Præfectis, qui à Senonum Metropolita ceu ab abusu Curiam appellarant. Nam Ædis Petri præsertim cœnobitæ intendebant sibi iam olim destinatum publici incessus ac sessionis ordinem cum sacris Sodalibus maximi Carnutum delubri. Sed de toto hoc negotio Senatus censuit pleniùs deliberandum 10. Calend. Sextiles An. 1571. Dũrando, monachorum, & Mario, Canonicorum causam orãtibus. Prætereunda non est obiter pia, generosáque Stephani Abbæ constantia, qui D. Iohannis Vallensis cœnobio in Carnutibus præfuit quadringentos abhinc annos. Is voti soluendi causa quum sanctam Christiano nomini terram lustraret, illic velut oraculo exceptus est, & Patriarcha Solymorum acclamatus. Balduino autem Syriæ rege sacri iuris latifundia occupante, ac Ioppen

Abbates dicũtur sponsi suarũ Ecclesiarum, non sic Canonici collegiatæ præsertim Ecclesiæ. Glo. & Innoc. in Cap. Quia propter De Elect. & Abbas dicitur prælatus ecclesiæ Cap. 2. De Iudic. Cap. cùm ab ecclesiarum cum ibi not. De Off. ordin. Cap. quanto in fine Eod. Tit. Clem. 1. in verbo præsidẽti De Rescr.

Die 23. Iulij.

imprimis, quæ in Eccleſiaſticam ditionem Dominicæ Reſurrectionis titulo ceſſerat antea, excãduit mirificè Patriarcha, Balduinúmque hortatus eſt, ne Regij ſceptri decus, quod Latinæ genti propenſa in Chriſtianam Rempub. ſtudia compararant, is vnus ſpoliatæ Eccleſiæ manubiis contaminaret. Aſt ſurdo canebat fabulam, paulo poſt etiam veneno ſublatus. Teſte Vvilelmo Tyriorũ pontifice, & in Syriaca Regia ſcrinij Magiſtro. Sacri Belli Lib. 13. Cap. 25. Cæterùm honoris gradus inter Germaniæ Archiepiſcopos Electores decreti ſunt à Carolo 4. Imp. maturo habito rerum ac locorum delectu. Nimirum in Cæſarea Aula, maioribuſque Germanici Imperij comitiis ſedendi ius eſt Treuirorum Antiſtiti è regione Romani Principis, ſeu (Bullæ Aureæ verbis) ex aduerſo, lineari directione verſus Imperatoris faciem: Moguntino autem, in ſua diœceſi ac prouincia, & extra prouinciã in Germanica ſua Iuriſpræfectura, dempto Agrippinenſi Vbiorum territorio. Colonienſis demum in ſua diœceſi, prouincia, & extra prouinciæ fines tota Italia, Galliáque, Cæſarem dextra aſſideat, cautum eſt Aurea Bulla Caroli 4. Auguſti cõſcripta 4. Idus Ianuar. An. 1356. Similiter apud Francos Præceptor fani Iohannis Inſularis ſedet proximo loco ſecundum Archipriorem Templi, ibidémque Epiſcopalia iura ſolet exercere. In Sarmatia porrò, Cracouienſis epiſcopus Pelca ſibi & ſucceſſoribus impetrauit ab Innocẽtio 3. Pontif. Max. prærogatiuam loci ac ſuffragij ſecundum Archiepiſcopum in Gneſnenſi Prouincia

Vilhelmus Tyrius Metropolitanus Archipræſul & Hieroſolymitani Regni Cancellarius.

Germanica Iuriſpræfectura, ſeu Officiũ cãcellarij in Alemania.

Bulla Aurea Caroli 4. Imp. Die 10. Ianuar.

Palatino item Sacello Pariſiẽ. Præfectũ (qui Theſaurarius vocatur) Pontificalia iura inter ſuos exequi aiunt.

uincia. Vt Chromerus tradit Polonic. Chron. Lib. 7. Quoad Italos Præſules attinet, coacto Laterani Epiſcoporum concilio à Clemente Pontif. nouum de præſeſſione inter illos certamen eſt ortum. Cùm enim Pontifex ſediſſet, ac Patriarcha Aquileienſis dextram, læuam Rauennas archiflamen occupaſſet, inclinante iam ad veſperum die Mediolanenſis aduenit, ac dextram ſedem poſtulauit. Aquileienſi, & Rauennate reclamante, atq; vtroque eam ſibi depoſcente, conuentus rem cognoſcendam eſſe decreuit. Cùm Mediolanen. aduocati concilium Symmachi Pontif. commemorarent, in quo Mediolanenſis priorem ſeſſionis gradum tenuiſſet, Rauennas Hunfridus cras protulit Iohannis Pontif. literas, qui Symmacho ſucceſſerat: in quibus ſcriptum erat, id Petri Archiepiſcopi Rauennatis ſubmiſſione Mediolanẽſi conceſſum, ac Iohannem ipſum ſanxiſſe, vt abſente Cæſare dextera Rauennati, præſente ſiniſtra tribueretur. Atque ita Patres rogati ſententias edixere. Annum circiter 1050. Quemadmodum à Sigonio relatum eſt, De Italiæ regno Lib. 8. Sed de Eccleſiaſtico huiuſmodi ſeſſionum ordine nos viderimus aliàs, nunc quod inſtat, agamus.

Aquileienſis quoq; patriarcha Peppo circa hæc tempora Priuilegium de ſacro primatu à Benedicto Pontif. elicuit in Gradenſem eccleſiã, vt hæc Aquileienſi ſubiceretur. Sed poſtea ab eodem PP. huiuſmodi Priuilegiũ infirmatũ eſt, ac Gradẽſis Sedes, & Aquileienſis in priſtinũ ſtatum redacta. An. 1043. Auct. Sigonio De Regno Italiæ Lib. 8. De quo recurre ad ſuperiorẽ Tit. De Appellationibus, vbi Nos ea dere fuſiùs.

18 XENODOCHIA publica non eo modo in ſacros miniſtros conferuntur, quo purè Eccleſiaſtica beneficia, ſed qualibet trieteride profanis viciſſim curatoribus regenda committuntur: niſi aliud ſit Hoſpitalis Ædis inſtitutione ſanctum. Ex Concilij Viennenſis Capite Quia

Edictũ Die 17. Iunij, 1544. Die 7. Maij, & 15. Ianuar. 1545. Die 26. Febr. 1546. Menſe Auguſto 1561.

contingit. De Relig. Domib. & Regia Gallorum Sanctione 15. Calend. Quintiles An. 1544. Nonis Maijs & 18. Cal. Februar. An. 1545. 4. Calend. Martias An. 1546. & Menſe Sextili An. 1561. De talibus autem Hoſpitiis publicis emerſit in forũ quæſtio huiuſmodi. Valetudinarium Gonneſij vici, qui Lutetiæ ſuburbanus eſt, extruxit vna cum Sacello Petrus Telliacus Menſe Ianuar. An. 1210. Lege fundationi ſic dicta, vt diem functo Telliaco, Hoſpitale diuerſorium, Sacellúmque perpetuò erogarentur à pontifice Pariſienſi, adhibito proborum virorum Gonneſij Pagi conſilio. At nuper vacans iſtud egenorum Domicilium contulit Epiſcopus in quem viſum eſt, inconſultis ſpretiſque, quorum conſilio id negotij gerendum olim mandabatur. Tractatum eſt in Senatu, An Epiſcopi beneficiarius, ex bona fide probabile collationis ius obtineret. Ei non leue argumentum ſuffragabatur Bonifacianæ conſtitutionis 1. Ne Sed. Vac. qua non eo minùs ſacerdotij verè collator dicitur Epiſcopus, quod ei ſacri muneris diſpenſatio competat rogatis ſentẽtiam Canonicis. Inſtabant, contrà, Gonneſij Vicani, requirendum fuiſſe ſaltem ipſorum conſilium à Præſule, vel à ſacri muneris Candidato, illud licet minimè ſequi tenerentur. Cap. Cùm olim De Arbit. Cap. cùm in veteri. De Elect. A præſcriptis rurſus profanæ fundationis regulis ne pilum quidem eſſe recedendum. Cauſa palam actitata, Conſcripti Curiæ amplius deliberandum pronuntiarunt. 4. Calend. Ianuar. An. 1575. Chauuelino, Epiſcopalis donatarij,

In Vtopiana Mori Politia prima ratio ægrotorũ habetur, qui in publicis hoſpitiis curantur. Nã quatuor ibi ſunt in ambitu ciuitatis hoſpitia paulo extra muros, tam capacia, vt totidem oppidulis æquari poſſint. De quorũ œconomia videlatiùs Morum Vtopiæ Lib. 2. Tit. De Commerciis mutuis.

Die 29. Decẽb. An. 1574.

donatarij, & Hamelio Vicanorũ cauſidicis. Quo autem rei ſumma pateat clariùs, priſcum Pariſiorum Antiſtitem audite, fundationis illius verba recitantem. *Petrus Epiſcopus Pariſien. &c. Vniuerſitati veſtræ notum facimus, quòd cum Petrus de Telliaco quoddam Hoſpitale & quandam capellam in parochia de Gonneſsia conſtruxiſſet, ne ipſa parochia læderetur, in recompenſationem damnorum quæ poſſent preſbytero ipſius parochiæ prouenire, idem Petrus dedit presbytero memorato vnum modium frumenti annuatim ad valorem bladi de decima de Gõneſsia in granchia ipſius Hoſpitalis reddendum, donec prædicto presbytero alium modium bladi æquiualentis acquiſierit apud Gõneſsiam, vel infra tres leucas. Dedit etiam presbytero 12. libras Pariſien. ad comparandam terram vel vineam, quæ Presbytero de Gõneſsia in perpetuum remanebit: & presbyteri dictæ capellæ non recipient aliquem de parochianis de Gõneſsia in feſtis annualibus, videlicet in Paſcha, Pentecoſte, in Natali Domini, in feſto omniũ Sanctorũ, & in feſto Apoſtol. Petri & Pauli. Præterea non recipient aliquem de Parochianis de Gonneſsia ad ſponſalia, ad confeſsionem, ad purificationem, nec aliquem de ſeruiẽtibus ipſius Hoſpitalis, qui non fuerint fratres Hoſpitalis eiuſdem &c. Nos vero conceſsimus memorato Petro de Telliaco, vt dum vixerit, in ipſo Hoſpitali prouiſorem cum conſilio tamẽ noſtro habeat temporalem: poſt obitum autem ipſius Petri, ad nos & ſucceſſores noſtros cum conſilio proborum virorum de Gonneſsia diſpoſitio dicti Hoſpitalis in perpetuum pertinebit &c.* Menſe Ianuar. An. 1210.

Ex Chartula iſta fundationis Hoſpitalis Domus Gonneſsiæ ab epiſcopo adprobatæ collige obiter diſtincta & diſcreta iura Sacellani huiuſce Noſocomij, & Curionis loci, ab Epiſcopo vtrique politicè præſcripta: Ne ſacri publicorũ Hoſpitiorũ œconomi, néue Parochi locorũ de ſuis iuribus inuicem certẽt, & alter alterius iura aliquãdo ſibi ſumere audeat.

19 CÆTEROS voluntariæ Iuriſdictionis actus exequuntur pontifices quodammodo Lege ſua

Transitio à Iurisdictione Episcopali ad Legem Diœcesanam.

Diœcesana. Cuius quum plurima capita, effectúsque habeantur, eam nos seorsum commodiùs explicabimus: vt Episcopali Iurisdictioni prope subiuncta Diœcesana Lege, Hierarchica Potestas suis numeris absoluatur.

TITVLVS 7.

DE LEGE DIOECESANA.

1. *In quibus sigillatim consistat Lex Diœcesana.*
2. *De cathedratico Episcopis debito.*
3. *Quædam extraordinariæ pensitationes Episcopis propter abusum ademptæ.*
4. 5. *Varia cœnobia legi diœcesanæ eximi.*
6. 7. *Moderati sumptus Visitanti Diœcesano præstandi.*
8. *An diœcesanum ius Visitationis & procurationis præscriptioni obnoxium sit.*
9. *Diœcesanæ Visitationis temperamentum Apostolicũ pro monachis Præmonstratensibus.*
10. *Cœnobiorum Visitationes & reformationes ex mandato regiorum Magistratuum.*
11. 12. *Episcopales synodi.*
13. 14. *Quarta funerum Episcopo debita lege diœcesana.*
15. *Salarium ministrantium sacramenta.*
16. *Quibus delegetur matrimonialis causæ cognitio inter summos Principes.*
17. *Penes diœcesanum censura annalium Prognostica.*
18. 19. *Ius efferendi funeris competátne rectori primitiuo, an vicario, an matricularijs.*
20. *Quanta Regij cum sacro Imperio affinitas & cõsociatio.*
21. 22. *Clericos alienarũ litium procurationem gerere non debere.*
23. *Angliæ Statuta Ecclesiastica.*

PRIOREM

PRIOREM HIERARCHIÆ partem exposuimus, quæ in Iurisdictionis lege consistit: nunc sequẽtem de Diœcesana Lege adgrediamur. Duobus enim his consumitur Ecclesiastica Præfectura, vt tradit Honorius 3. Cap. Dilectus. De Off. Ordin. Diœcesano autem seu pontificali iure attributum est Episcopo Cathedraticum munus, synodaticum, quadrans funerariæ mercedis, sacrarum libationum, ac decimarum. Bracharensi Concilio, Toletano, aliísque sparsim intextis Causæ 10. Quæst. 3. Eodem iure peraguntur annuæ Episcopales Synodi, & collatitium æs Clero indicitur, Præsulis viaticum in Regiam iter facturi, vel ad publica Ecclesiæ comitia. Abbas in d. Cap. Dilectus, secundum Innocentium Pontificij iuris professorem in Cap. 1. De Stat. monac. Sic publica olim vectura Antistites in profectionibus Ecclesiæ causa susceptis vtebantur, Romano Principe permittente. Cui rei argumento est publicæ vecturæ tessera à Constantino Cæs. concessa Miltiadi Romanorum Episcopo, ad Ecclesiasticum Arelatensem congressum venienti. Nec multo post euocati ad sacros Niceæ Bithyniæ conuentus Episcopi publicis vehebantur equis, iumentis, ac vehiculis: neque ipsi tantum, sed etiam qui eos ministerij gratia comitabantur. Vt refert Tripart. Histor. & Nicephorus Ecclesiasticæ Hist. Lib. 7. Cap. 43. & Lib. 8. Cap. 14. Post Eusebium Lib. 10. Cap. 1. Primitus enim Fabiani Pontif. sanctione diaconi sex Epi-

Episcopis plus quam 400. Arimini congregatis annonam & cellaria dari præcepit Vales Imp. Sed Episcopi Aquitani, Galli, ac Britãni sumptus eiusdem Cæs. repudiarunt, qui repudiatis fiscalib⁹, propriis viuere sumptibus maluerunt. Ex Sulpitio Sacræ Hist. Lib. 2.

Ecclesiasticis Præsulibus licitum est charitatiuũ populo subsidiũ imponere, tamen moderatũ. Cap. vlt. De Dilat. Cap. quia plerique De Immũ. Eccles. Clem. frequens. §. in exigendo De excess. prælat. Et inter 14. iura episcopalia, quæ Abbas Sicul. enumerat In Cap. Conquerente De Off. Ordin. istud est vltimum.

ſcopo aſſeclæ,comitéſque addebantur:ſex itidem pontifices D. Germano vſquequaque aſſidebant, Præſuli Altiſſiodorenſi. Id quod Heroico ſcripſit Henricus Benedictinus cœnobita Antiſſiodoren. Vitæ B. Germani Lib. 6.

Ne ſine teſte foret, ſex aſſediſſe feruntur
Sancto pontifices, meritóque & nomine clari,
Tempore continuo, ſeu cum miracula mundo
Ederet, aut crucibus corpúſque, artúſque domaret.
Hi teſtes operum multis manſêre diebus.

Bertrandus Cõſil.352. Vol.1. variis argumẽtis diſſeruit, Iohanni Demontecauato Viuarienſi Epiſcopo ius eſſe, conuocato clero, charitatiuum ſubſidium iniungere ex cauſa legitima, modò re tenues in eo ſubleuentur.

CATHEDRATICVM vectigal Francicis moribus non penſitatur, niſi vel indotatæ Eccleſiæ Præfectis, vel aliis ex continuæ poſſeſſionis vſu Honorarium hoc pontificale corrogantibus, Clementis 3. reſcripto, Certificari De Sepul. Et Honorij 3. Conquerente De Offic. ordin. Sic interpretanda Gelaſij 1.P.P. hortatrix Epiſtola ad Lucanorum & Brutiorum Antiſtites. Can. De quarta 12. quæſt. 2. Tum Vrbani 4. Sanctio, quæ incipit Nullus Abbas 1. Quæſt. 2. Meldenſe rurſus Gallici Cleri concilium,ex quo decerpta canonica Lex, Cauendum 1. Quæſt. 7. Ob id Niuernenſium præſule nuper 25. aſſes æris depoſcente à parocho in ſpeciem cathedraticæ erogationis, curio Senatum à veluti abuſu appellauit. Tales quippe indictiones nummarias intendebat patrij moris poſſeſſione metiendas,probandáſque ita demum, ſi ex priſco ritu prouinciæ ab Hierarcha percipe-rentur. Vt notat Innocentius 3. Cap. Cùm venerabilis De Relig. Domib. Quælibet enim prouincia, Hieronymi verbis, in ſuo ſenſu abundat, ſuiſque legibus vtitur,diutino populi conſenſu firmatis. Ita Siculis Legib. tenentur Eccleſiaſtici clientes Antiſtiti ſuo,collato ære,ſuppetias ferre quintuplici caſu. Primùm in ſacrando eo & inaugurando. Tum ſi ad ſacrum Chriſtiani orbis conuẽtum accitus ſit à Pontif. Summo. Ad hæc, ſi Principis vocatu in Aulam migrare neceſſe habeat,vel Regij exercitus caſtris immorari. Poſtremò,quũ Regi per fines epiſcopatus eunti ac redeunti ſumptus eſt publicè ab Epiſcopo faciendus. Conſtitut. Neapolit. De Adiuto. exigen. & ibi Afflict. Num. 2. Sed poſteriores has nummorum contributiones Gallica Eccleſia non recepit. Vt patet ex Deciſ. Burdegalen. apud Boërium 134. Proinde in huiuſmodi inſolitis caſibus abuſiuè iniuncta cenſeretur pecuniaria collatio. Synodico Canone De Annatis In Prag. Sanct. Eodémq; Tit. in Concord. Excepto hoc, ſi eulogia Præſuli vltrò porrigerẽtur. Leonis 4. conſtitutione De eulogiis 18. Diſtinct. Quoniam verò Epiſcopis pontificio Cathedratici iure nitentibus, res illa vergebat ad exemplum,eam Patres Pariſien. conſilij eſſe pronuntiarunt. Idibus Decembr. An. 1574. Ramato, Iani Barbonnati curionis, & Chandone, Niuernenſis Epiſcopi cauſam agentibus. At quadragenos abhinc annos Senatus de conſimili interlocutus eſt penſitatione, quam Ambianorum Pontifex ſibi in curialem quemque ſacerdotem vendicabat. Lis enim inficialiter S. C. conſtituta,decretúmque, vt Antiſtes, ex controuerſi iuris formula cõtinuam ſacri cenſus poſſeſſionem teſtium

In Gallia Aquitanica cœnobitæ ſani Romani Senatum Burdegalen. ex abuſu appellarũt, quòd Archiepiſcop. Burdegalen. pro ſuo in eam prouinciam introitu Clero 4. millia libellarum Frãcicarum cũ quingentis impoſuiſſet. Teſte Boërio In Deciſ. Burdegalen. 133.

Die 13. Decẽb.

Ianus Barbonnatus bini paræciaci templi ſacerdos, D. Valerij & D. Martini.

Placitum Curiæ Die 7. Ianuar.

fide, tabulísque adprobaret: vetita interim annuę indictionis petitæ exactione. Ex tempore. 7. Idus Ianuar. An. 1537. quum Episcopus, summúmque Canonicorum Collegium inuicem certarẽt apud Conscriptos Curiæ, ad quos Episcopalis hic Senatus à Præsule ipso abusus causa prouocarat. Nam & in prouocatorio isto iudicio asserebat Antistes, nummarium se vectigal exigere à curionibus solitum pro assidui ministerij venia gratiáque, vt illos nimirum assidua curialis ministerij functione immunes solutósque declararet. Quod nonnullis planè duriusculum videbatur. Ex Pontificio Rescripto Cùm apostolus. §. prohibemus De Censib.

Bulla Eugenij 4. interdictum est Florentino Archiepiscopo, ne vllam pecuniæ summam Clero suo vsquam indicat, præter septingentos Florenos pro omni charitatiuo subsidio. Vt ait. B. Antonin. In sua Summa Parte 3. Tit. 20. Cap. 2. §. 10.

Sic fere Malcolmus Cammor Scotorum rex, (quum legẽ Eueni regis 16. abrogaret, qua virginis nouæ nuptæ Loci dominus primam libandi pudicitiam potestatẽ habebat) sanxit nummum aureum in nuptiis sponsæ pudoris redimẽdi causa loci domino numerandum. Id quod hodie seruatur. Vt refert Boëthi⁹ In Scot. Hist.

Arestũ Senatus Parisiẽ. Die 19. Maij.

QVINETIAM veteri Ambianorum consuetudine sponsi Episcopo dependebãt nummos aliquot, vt geniali thalamo cum noua coniuge eis liceret decumbere, sacráque sepultura excludebantur, qui intestati decessissent. Hoc amplius, supremorum mandatorum procuratores, hæredésque coactu Ambiani Prę́sulis subiiciebant se Episcopali tribunali, vt in eo solum testamentarię curationis rationes ipsi dispungerent. Tametsi ea de re fori optio Ecclesiastici aut profani legibus permitteretur hæredum arbitrio, testamentariique curatoris. Itaque tria hæc capita Ambianorum moris prisci grauissimo Patrum Consulto antiquata 14. Calend. Apriles An. 1409. Quod verò attinet ad sponsalium illorum solemnitatem, hactenus inoleuit Ecclesiis vsus, vt pensitato ære, trium præconiorum, quæ in phanis tum fieri assolent,

lent, necessitas facilè redimeretur. De quo tamen est in Summa Curia expostulatum, ad appellationem ex abusu cognoscente. Marliaco enim, qui Margaretam Almanicam duxerat vxorem, remissa fuerat solemnitas sponsalium à Diœcesano Parisiorum pontifice. Sed ilico post celebratas nuptias, Marliaci tutor Ludouicus Bezansonus, qui senator Lutetianus erat, prouocauit ad Supremũ Ordinem ab Episcopali gratia ista, qua pupillus idcirco soluendum se iustis sponsalitiis curauerat, ne clanculum gesta res propinquis innotescceret, quorum intercessio præcipitis connubij cursum remorari potuisset. In ea tamen contentione forensi, Ego pro Almanica coniuge sic defendebam in Senatu, hucúsque receptum in Gallia morem vsitatúmque, vt minimo negotio Antistes sponsaliorum solemnia relaxaret, postulantibus nuptiarum Candidatis: Nec propterea omnino irritum esse matrimonij sacramentum ac vinculum, quod trino præconio proscripta non fuerint cõnubialia pacta inter coniugij sacris initiatos, ex eóq; clam initas nuptias tutor quiritetur. Nam Laterano Concilio mulcta quidẽ Sacerdoti irrogatur, clandestinarum nuptiarum auspici, seu παρανύμφο: at nõ idcirco matrimonij ius ipsum statúsque labefactatur. Vt Innocẽtius. 3. constituit Cap. Cùm inhibitio. §. vlt. De clandes. despon. Ibíque Panor. Demus enim, clancularias nuptias Tridentina Synodo nullas esse, quas videlicet solemnes Ecclesiasticarum nunciationum ritus minimè prę́cesserint. Sessione 24. Cap. 1. De Reformatione ma-

Forensis Actio in Senatu Parisien. an Episcopo liceat dispensationẽ Ecclesiasticorum bannorum in matrimoniis concedere.

Paranymphus à D. Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auspex. Antiqui enim pro nuptiis celebrandis auspicium capere solebãt. Cui rei qui præerat pro parte viri, paranymphus seu auspex vocabatur: Et pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaque quũ apud Christianos auspicia minimè captentur, adhibẽtur sacerdotes, qui & pronubi à nostris appellãtur. Ex Augustino Lib. 14. De Ciuit. Dei.

trimonij. Vixdum certè hæc Synodus in vſum Gallicæ Eccleſiæ propalam inuecta eſt, publico ſaltem Aulicorum Optimatum decreto nondum comprobata. Quanquam ſacro iſto Chriſtianorum Præſulum Conuentu nil ſanctius, nihil quod Apoſtolici pectoris vigorem efficacius exprimat. Ex quibus, forenſi Actione intendebam, facta ab Epiſcopo nuptialium denunciationum venia, hûc poteſtate abuſum non videri, nec propterea in irritum recidere nuptialia ſacra oportere. Haud inficiabar quidem, pacta clam tutore coniugia raptus accuſationi obnoxia eſſe, perinde ac ſi parentum iniuſſu coniugalia fœdera coïrentur. Sed his aliud nihil conſequens eſſe, quàm exhæredationem ſeu abdicationem paternam, vel in raptoris corpus animaduerſionem (quæ ſolæ profanis legibus pœnæ infligi capiti fortuníſque reorum potuerint) non autem ſacroſancti nuptiarum nexus ſolutionem, quæ Epiſcopalis imperij eſt ſolido iure. Cauſa perorata, cenſuit Senatus placere, antequam vltima ſententia dirimeretur tutoris appellatio, harum inſtigator nuptiarum citaretur, ac Regij dotalium pactorum perſcriptores, & qui Præſulis nomine præſcriptionéque veniales confecerant tabulas, nuptialiúmque ſponſionum Eccleſiaſtica ſolemnia remittentes. Areſto Curiæ 11. Calend. Iunias An. 1572. Buyſſone, Méque dicentibus. Planè à Francis vſurpata iam olim connubiorum præconia, edictáque teſtatur Innocentij 3. Decretalis epiſtola ad Bellouacenſem Antiſtitem Cap. Cùm in tua diœceſi. in verſ. Bannis, vt tuis

Ante Tridentinum Concilium clandeſtina huiuſmodi matrimonia tenebant quoad eccleſiam, etſi illa per presbyteros in eccleſijs publicè propoſita non fuiſſet: Si verò talia cõiugia vel clãdeſtina, vel interdicta reperirẽtur contracta in gradu prohibito etiã inter ignorantes, tũc liberi inde ſuſcepti illegitimi cenſebantur. Cap. vlt. §. ſi quis verò, & ibi glo. De Clãdeſt. deſponſ.

Placitum Curiæ Die 22. Maij.

vt tuis verbis vtamur, in Eccleſiis editis. De ſponſal.

4 DIOECESANÆ legi monaſteria eximuntur in pleriſque. Ilerdenſi Concilio, vnde tranſlatus Gratiani canon Si ex laicis Cauſa 10. Quæſt. 1. Nec enim cœnobiorum Præfecti pecuniariis Diœceſanæ legis oneribus ſubiiciuntur: Vtpote Cathedratico iuri, ſynodatico, aliíve Epiſcopis lege addicto muneri. Ex Gregoriana ad Marinianum Præſulem Epiſtola 18. Regeſti Lib. 7. Can. Quam ſit. Et Can. Luminoſo 18. Quæſt. 2. Verum monaſteria inuiſere ac colluſtrare oculis ius eſt ciuitatis Antiſtiti in prouincia obeunda. Concilio Arelatenſi in Can. monaſteria 18. Quæſt. 2. & Innocentij 4. reſcripto 1. De cenſib. apud Bonifacium 8. iuxta Honorium 3. Cap. 17. De Offic. Ordin. Quo admonetur Rhemorum pontifex, ne dum fani Remigij cœnobitas inuiſit, plebeios, clericóſve ſeculi in Monaſticæ Ædis ſepta comites introducat. Eo modo narrat Sidonius Aruernorum Præſul totam ſe diœceſim peragraſſe, inſpexiſſéq; diligenter. In Epiſtola ad Firmum. Haud aliter pontificale munus circumeundę viſendæque prouinciæ deſcribitur à Poſidonio in vita Auguſtini, poſt Auguſtinum ipſum Lib. 1. contra Literas Petiliani. Vt omittam, quod Tarraconẽſi canone 8. Epiſcopis præceptum eſt, ne vel annum elabi ſinant, quin ſacra diœceſeos viſitatione defungãtur. Vacuas rurſus paſtore Eccleſias B. Gregorius iubebat actutùm inſpici, ac perluſtrari: Agrigentinam, à Petro antiſtite Trecalonitano: Capua-

Cathedraticũ dicitur, quod Cathedræ, id eſt, honori epiſcopali debeatur. Cathedra enĩ Iure Põtificio accipitur pro honore, ac munere Epiſcopali, eo quòd epiſcopi olim ſedẽtes in ſolio & cathedra docerẽt. Euſeb. Lib. 7. Eccleſ. Hiſt. Cap. 15. Cap. 26. Tripart. Lib. 5. Cap. 29.

Honorij 3. Abbati & conuẽtui S. Remigij. Cap. Vt iuxta. De Off. Ordin.

Cùm epiſcopus vel archiepiſcopus ſolẽni more inſpicit eccleſias prouinciæ ſuæ vel diœceſis, earum eccleſiarum præfecti hoſpitio eum recipere tenentur, eique victum præbere. Cap. conquerente De Off. ordin. Cap. cùm ex officij. De Breuer. Hoc autem munus Procurationem

nam, à Gaudentio Nolano Præsule: Velinam, Vixentinam, & Blandanam, à Felici Acropolis Episcopo: Turritanam, & Crotonensem, à Iohanne Squilatino pontifice: Cumanam, à Benenato: & Nepesinam, à Iohanne episcopis. Regesti lib. 2. Epist. 19. 20. 26. 27. 29. Et Regesti Lib. 4. Cap. 55. & 56. Multo minùs igitur monasteria censoriam Diœcesani Præsulis inspectionem visitationémq; possunt effugere.

appellant Pontificij iuris Cõsulti, quia Ecclesiæ episcopũ procurãt, id est, curant, alunt, ac tuentur. Toto Tit. De Censib.

Etsi solenne ordinariúmq; est, sacerdotes qui Ecclesias regũt, ad Synodũ conuocare, non etiã cæteros clericos & abbates: Tamẽ si iusta aliqua causa episcopũ moueat, his etiam mandare potest, vt ad Synodũ accedant. d. Cap. Quod super his Can. vlt. 18. Distin. Can. vlt. 28. quæst. 2. Cap. ex ore De Priuil.

Etsi Abbates inuiti adesse Synodis non cogãtur, tamen vulgò receptũ est, quòd singuli episcopi postea ipsis exponant, quæ in concilio gesta constituta que sint. Can. decernimus 18. distinct.

COENOBIORVM item Præfecti, quibus sacra populi curatio coniuncta est, Lege tenentur diœcesana ex curiali sacerdotio, seu parœciacala animorum curatione. Vt est apud Innocentium 3. Cap. Quod super his & infra. Abbates & sacerdotes diœcesana tibi lege subditos, qui ad tuam synodum venire contemnunt De Maiorit. & Obed. Innocentius Pontificij iuris enarrator cumulatè in Cap. 1. De Statu Regular. Exemplis vt res dilucidior fiat, hoc demonstrabimus. Mota est quondam recuperandæ possessionis quæstio à Parisiensi Antistite in cœnobiarcham D. Genouefes de parœciaco iure ac obuentione in templi Stephani curionatum, quam sibi lege diœcesana cõpetere Episcopus interdicto contendebat. Tametsi enim Monachi, Canonicíve regulares legi non adstringerentur diœcesanæ: Quoniam tamẽ parochi & ipsi erant, animorúmque curatores in parœcia D. Stephani De monte, Parisiorum pontifex lege agebat diœcesana in cœnobitas, aut sacerdotes ab iis præpositos populi regimini ac sacræ curialum gubernationi. Qua de re Innocentius 3.

tius 3. respondit, Lutetianum Præsulem Honorario parœciaco, cuius possessionem minimè adprobasset, spoliatum non videri. Cap. Olim. De restit. spoliat. At postero ineunte anno negotium trãsactione decisum ab Odone Parisiensi Episcopo cum B. Genouefæ archimandrita, in hanc sententiam: *Super querelis quas dictus Episcopus mouebat de iure parochiali in parochia de monte, & procurationibus, quas in parochialibus Ecclesiis Canonicorũ de monte petebat, & contrà, Canonici de monte aduersus Episcopum super capella S. Genouefæ sita in ciuitate Parisiensi, dictæ partes finaliter ita cõposuerunt: Scilicet quòd Episcopus habebit omne ius Episcopale, seu parochiale in tota parochia de monte, & presbyter qui illi parochiæ spiritualia ministrabit, ab eo curam recipiet animarum, & parochianos ipsius parochiæ ad mandatum Episcopi vel Archydiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter & soluet, Chrisma & oleum ad opus parochiæ ab Ecclesia Parisien. recipiet, ad synodum etiam veniet, nec tamen circatam, vel synodaticum reddet. Item licebit Episcopo & Archidiacono in singulos de prædicta parochia & omnes interdicti & excomunicationis ferre sententiam &c. Ab hac autem generalitate exceptæ erunt & ab omni iurisdictione Episcopi & Archydiaconi viginti personæ inter seruitores & gartiones infra ambitum Canonicorum habitantes, comedentes, cubantes & leuantes &c. In prædicta autem parochia de monte neque Episcopo sine consensu canonicorum, neque canonico sine Episcopo nouam Ecclesiam seu Capellam ædificare licebit &c. Prædicti quoque Canonici S. Genouefæ capellam S. Genouefæ sitam in ciuitate Parisien. dederunt Episcopo, &*

Concordatum inter Episcopũ Parisiẽ. & Abbatem S. Genouefæ de iure episcopali & parochiali, quod Episcopus in Parochia S. Stephani de monte sibi vẽdicabat. An. 1202.

Circata, à circuitione & visitatione parochiæ & diœcesis quam facit episcopus.

ſucceſſoribus eius in perpetuum liberam & quietam, nullo ſibi in ea iure retento. Præbendam quoque, & vicariam, quas prædicti Canonici in Eccleſia B. Mariæ Pariſien. habebant, prædicto Epiſcopo & eius ſucceſſoribus quictauerunt, nihil omnino ſibi iuris in prædicta præbenda, ſeu vicaria reſeruantes. Menſe Iunio Anni ab Orbe redempto 1202. Sed poſteris huiuſce Tranſactionis tabulas ignorantibus, vt opinor, verſata eſt denuo in Senatu contentio Abbæ D. Genouefes cum Epiſcopo Pariſienſi, an B. Stephani in Monte curionatus Pontificali eximeretur poteſtati: nûm etiam Antiſtiti fas foret ſacra tonſura quempiam in libero ſolo, Epiſcopíque legibus ſoluto inſignire. Quam Patres ambigui iuris quæſtionem ad plenius deliberandi conſilium reuocarunt 16. Calend. Apriles An. 1520.

An aliquis ab Epiſcopo prima tonſura initiari poſsit in loco exempto.

Die 17. Mart.

IVRE diœceſano ſacerdotes, qui ab Epiſcopo viſuntur, ſacra procurante regionatim, ei victum ſuppeditare debent familiæque epiſcopali. Et hæc eſt illa hoſpitalitas, quam noſtræ religionis anteſignani tãtopere nobis commẽdarũt. Can. 1. Diſtin. 42. Sed quia ex facultatibus Eccleſiaſticis viuere conceſſum eſt, non luxuriari, ſtatutus eſt familiari Præſulis comitatui modus, ſacram obeuntis Prouinciam. Concilio Lateranenſi Cap. Cùm Apoſtolus. De Cenſib. Nimirum vt modeſto contenti equitatu, famulatúque ſtudeant Eccleſiaſtici magnates quàm celerrimè ſacram viſitationem exequi: ne inutilibus ſumptibus graues cuiquam, onerоſíve exiſtant. Quibus hoc adiecit Tridentina Synodus, ne ipſi, aut ſuorum quiſpiam aliquid

Ita hoſpitio excipiendi Epiſcopi forma & ratio ſacris canonibus præſcripta eſt Can. Placuit 10. Quæſt. 1.

Tridentini Cõcilij Seſsiones 25. quarũ vltima ſub Pio 4. Pontif. Max. abſoluta eſt Pridie Nonas Decemb. An. 1563.

quid procurationis cauſa pro inuiſendi munere, etiam teſtamẽtorum ad pios vſus, præter id quod ex legatis piis debetur, aut alio quouis obtentu accipiat, contraria conſuetudine exploſa, vel mortalium quidem memoriam ſuperante: Excepto tantum victu ſibi ac ſuis frugaliter moderatéque ſubminiſtrando. Eadémque Synodo in eos collata optio eſt, qui inuiſuntur, mallíntne pecuniariam indictionem pendere quotannis ex ritu moréque patrio, an cibaria ipſa Epiſcopo ſuggerere, Diœceſim peragrãti & recognoſcenti. Saluo item iure veterum conuentionum cum ſacris cœnobiis, aliíſve piis locis, aut ſacerdotiis non curialibus conſtituto, quod integrum inconcuſſúmque permaneat. In iis verò delubris, aut prouinciis, vbi nec eſus potúſque, nec pecunia, quicquámve aliud ſumi conſueuit à ſacro magiſtratu diœceſim circumeunte, inibi gratuita viſitatio vtique obſeruetur. Tridentini Concilij Seſſione 24. Decreto De Reformatione Cap. 3. Ac ſub id ferme tempus, quo Tridenti peracta Chriſtianę Reipub. Comitia, Patres Pariſienſes haud abſimilem Politiam inuiſendis procurandíſque rebus Diœceſanę Eccleſiæ adhibendam cenſuerunt.

Quadrãs eorũ, quæ à mortuis teſtamento relicta ſunt eccleſiis inferioribus, Epiſcopo competit. Cap. officij Cap. requiſiſti. De Teſtam. Cap. De quarta De Præſcrip.

7 FACTI ſpecies hæc erat. Ianus Tilius Meldorum Antiſtes iuſſit Vilhelmum Portuenſem ſibi exoluere decem libellas Francicas ſacræ viſitationis ergô, pro more inſtitutóque Meldenſis diœceſis. Hinc autem Portuenſi Senatum appellante ceu ab abuſu: Nos pro eo, notatas fuiſſe iam olim Gallicorum aliquot Præſulum ſordes,

Auctoris Oratio habita in Senatu Pariſien.

πλεονεξία, auaritia.

D. Maximus in Homilia 2. Auaritia, inquit, cæcitas est, errorem religionis inducens: Cæca quidem illa, sed diuersis fraudiũ oculata ingeniis, non videt quæ diuinitatis sunt, sed cogitat quæ cupiditatis sũt. Sẽper quãuis dives sit, cogitat vndecunque vel ex malo acquirere. Erubescit vsuræ nomen, & lucrum non erubescit vsuræ. Est illi præda egestas alterius, est illi lætitia fletus alienus, quia alieno pascitur damno.

qui à beneficiariis clericis nummarias pensitationes exigebant grauissimas, siue per causam diœcesis lustrandæ, seu alterius Diœcesanæ functionis. Hanc quippe Episcoporum Galliæ πλεονεξίαν cohibuit Toletanum Concilium 4. quod Gratiani repetitum est Canone Inter cætera. Causa 10. Quæst. 3. Cui planè respondet Cabilonensis Frãcicæ Ecclesiæ Conuentus, de quo sacer extat Canon, Cauendum 10. Quæst. 3. Nulla enim iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore vsus interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem. Dicebam itaq; in Senatu, Meldensem Episcopum dupliciter in negotio, quo de agebatur, potestate abusum videri: tum quia appellantem districtè vrsisset ad pecuniæ solutionem, adempta ei præstandorum alimentorum optione: tum quod Antistitem decuerit eo peragrandæ diœceseos munere præsentem defungi, antequam ipsi vel indictiuum æs erogare hoc nomine, vel quasi diurnæ operæ alimenta sacerdotes tenerentur. Atque id causæ esse, cur Chorepiscopos vetustas obliterarit. Hos enim antiquitus Episcopi Vicarios ordinabant, (auctore Damaso Pontif.) & χωρεπίσκους, id est, rusticos Episcopos: quia non in Ciuitate, sed in mediis pagis ac vicis procurabant sacra, Vicariúmque Episcopi imperium quadantenus gerebant. Ex Nicenâ Synodo, vnde sumptus Canon Ecclesiis 68. Distinct. Ancyrano item Concilio Cap. 13. Neocæsariẽsi Cap. 13. Antiocheno Cap. 8. & 10.

Chorepiscopi, de quibus etiã cautũ lege Frãcica Caroli Magni lib. 1. Cap. 9. ne aliquid faciant inuissu Episcopi, in cuius parœcia habitant.

In huiusmodi chorepiscoporũ vicem succesisse videtur quodãmodo Archipresbyteri rurales: quibus neque episcopi nomen attributum est, neque aliud quicquã eorum, quæ episcoporum propria sunt: ne fortasse ipsis audaciæ atque insolentiæ illius, propter quam delecti fuerant minuti isti episcopi, occasio præberetur.

& 10. Can. Quãuis. Can. Chorepiscopi 68. distinct. At lõgè prudẽtiùs Augustin⁹, qui põtificia munia alteri nõ priùs cõmunicauit, quàm ingraescente ætate successorẽ sibi designasset, vt tũ leuioris momẽti causę ad illũ deferrẽtur, ipse vacaret melioribus. Teste Possidonio in vita Augustini. Atqui eximiũ est Diœceseos visitãdę mun⁹, solidáq; Episcopi cura dignissimũ, ï. speculatoris, exploratoris. In Romana autẽ Ethnica Politia nõ modò Prętor aut Cõsul, Sed priuati quoq; mittebantur, qui prouincias viserent, & quid de cuiusque obsequio videretur, referrent. Trepidabántque gentes de æstimatione singulorum. Ex Corn. Tacito Annal. Lib. 15. Quocirca disserebam in Senatu, annuũ canonem Episcopo non deberi procurationis titulo, nisi ipse sacrum visitationis officiũ priùs expleuisset. Quinetiam Diœcesana episcopi vectigalia honestiùs accipi quàm peti indicio est prisca appellatio *Charitatiui subsidij*, quod ἀπὸ τῆς χάριτος velut Charisterium sponte offerebatur antiquis Episcopis, nec quasi annua indictio extorquebatur ab his & exprimebatur. Loyseus, ediuerso, pro Meldẽsi episcopo, hucusq; Meldis obseruatũ morẽ, vt fiduciaria quorũdam opera Antistes vteretur in visendis Ecclesiis, & annua pecunię summa Præsuli visitationis ergô appẽderetur. Diuturnam igitur Ecclesiæ cuiusuis cõsuetudinem esse custodiẽdã. Consc. Pat. audita causæ actione, Meldensem pontificẽ imperio abusum decreuerunt. Pridie Kalend. Maias An. 1566. Quænam porrò Ecclesiarum speculatori curanda sint, speciatímque

Episcopus Latine interpretatur speculator, ab ἐπισκοπῶμαι, quod speculor significat, quia eius præcipuum munus sit, gregis sibi commissi vitã explorare.

Charisterium.

Arestum Curiæ Parisiẽ. Die vlt. April.

Iura Episcopalia, quæ sunt dignitatis & iurisdictionis, an possint præscribi, vide Abb. Sicul. & Felyn. In Cap. cũ contingat De foro compet. Et Abb. In Cap. vlt. De Offic. Archid. & Abb. In Cap. literas De Restit. spoliat. vbi loquitur de maiore Archidiacono Bituricensi, et in Cap. Auditis, ibique per Felyn. De Præscript. Et in Cap. 1. De Cõsanguin. & affin. Vbi text. loquitur de Archipresbytero, qui potest ex cõsuetudine vel concessione de causis matrimonialibus cognoscere.

exequenda in sacris ædibus pagatim oppidatímq; perlustrandis, scitè edocet B. Gregorius ad Leontium Episcopum scribens, Ariminensis Ecclesiæ visitatorem. Regesti Lib. 4. Epist. 86.

LONGA libertatis possessione aboletur visitatio, procuratióque Ecclesiastica, quæ Priuilegij, Pactíve iure innixa erat singulari: vtpotè Archydiacono competens, vel cœnobiarchæ. Communi autem iure sancita nullo temporis spatio depellitur. Quum enim fani Maglorij Abba Lutetianus parere nollet Senonum Archiepiscopo, qui pro sua Metropolitici muneris religione circumibat sacrum Parisiense territorium, rescripsit Innocentius 3. Parisiorum Antistiti, sacræ visitationis immunitatem nulla acquiri præscriptione annorum potuisse. In Cap. Cùm ex officij. De præscrip. Vilhelmus Demonte Lauduno ad Cap. 1. De Censib. In Concilio Viennensi. Quo pertinet Tholosana Decisio Ecclesiastica 332. Et Iberica Alphonsi 9. Constitutio, quam ex eius Codice ita excerpsimus, Æram circiter 1180. edito. *De las procurationes, & del censo, que dan à las Eglesias*. Vnus tantum hinc demitur casus, si tertius aliquis longa temporum serie priuatim vsus sit eo iure inuisendi vicatim explorandíque Sacerdotij inferioris. Qua in specie ius istud præscriptione non tollitur quidem, sed in alterum licitè transfertur. Felyni sententia in d. Cap. cùm ex officij. Cap. Cùm olim De priuileg. Cap. Cùm personæ Eod. Tit. In 6. Oldradi Responso 172. & Respon. 243. Ioh. Andr. Et Anto. Sicu. In Cap. cùm

Codex Alphõsi 9. seu Hispanicarũ Legum Pandectæ distribuuntur in partes sex, quarũ singulæ varios Titulos cõplectũtur. Hac Hispanica O-

cùm nõ liceat. De Præscr. Rota Romana In Decis. 43. Aufreri⁹ In Tholosana Decisione suprascripta. Põtificio item diplomate, Hierarchici eius muneris vacationẽ habent Cœnobia nõnulla, visitationísq; immunitatẽ amplissimam. Etsi enim monasteria passim Episcopali sint visitationi obnoxia, vt sanxit Lucius 3. Cap. Sopitæ, & Honorius 3. ad Tyronẽsem & Iosaphat cœnobiarchas Cap. Venerabili De Censib. Idem tamẽ Honorius Vindocinenses monachos Diœcesano visitationis imperio exemptos liberósque esse iussit authẽticis Literis, quarum hoc fuit exẽplum: *Auctoritate præsentium inhibemus, ne quisquam Archydiaconorum, vel Prælatus ab huiusmodi monachis, vel vobis ipsorum occasione, procurationes exigere præsumat: Præsertim cùm Sacerdotes, qui ex vestris reditibus in prædictis villis & grangiis sustẽtantur, ratione parochiæ debitas procurationes exoluant &c.* 15. Calend. Februar. Pontificatus An. 3.

9 CVI quidem Vindocinensium exemptioni Pontificiæ causam dedit meo iudicio controuersia de procurationis iure paulò antea instituta ab Carnutẽsi Archidiacono in Vindocinensem cœnobiarcham, quum Innocentius 3. Christianis Sacris præesset. Vt testatum ipsemet reliquit in Cap. Causam, quæ inter Abbatem & conuentum Vindocinen. & Archidiaconum Carnutensem super quibusdam procurationibus vertitur. De Iudic. Interdum etiam Romani Præsules, temperamento adhibito, Episcopalem moderati sunt procurationem: Eúmque Gregorius 8. modum præfiniuit in gratiam Præmonstratensium eximiis Codi-

peris inscriptione. Las sieta partidas del sabro Rey Don Alfonso el nono.

Bulla Pontificia pro exẽptione Monasterij Vindocinẽsis à visitatione procurationísque iure Episcopali. Die 18. Ianuar.

cillis, quorum, inter plurima Priuilegij capita, sequentem petiodum huc transtuli: *Interdicimus Episcopis & aliis Ecclesiarum prælatis, nisi seruato euentionis numero in Lateranen. Concilio constituto, in vestris monasteriis hospitari: Ad grangias autem vestras & ad curtes hospitandi gratia, non nisi in magna necessitate diuertant: Et tunc contenti sint ipsarum mansionum cibariis consuetis cum honestate & charitate exhibitis &c.* 3. Iduum Martiarum An. 1228. Pontificatus Anno 1.

Apostillium Priuilegio pro Ordine Præmonstratens. publico hospitij iuri derogatorium, quod Episcopi & alij Prælati sibi asserebant. Die 13. Mart.

DE Hierarchici visitatione satis, modò ei Ciuilem obiter, quam profitemur hoc Libro, Magistratus Politiam intermisceamus. Plerunq; enim Regij Præfecti vna eadémque sententia committunt externam ac Politicam Magistratui, & intimam spiritalémque cœnobij inspectionem Archimandritæ morum censori ac emendatori. Illi quidem, vt de pio monasticorum prouẽtuum vsu ac cœnobitarum alimentis decernat sigillatim: Huic autem à Principali iudice excitato, vt regularem disciplinam tueatur, prauos mores corrigat, monasticum cœtum paterno velut hortatu ad religionem innocentiámque extimulet, ac cætera, prout locus, tempus, & occasio tulerit, ex sua prudentia ad religiosorum hominum vtilitatem constituat. Sic Ampliss. Ordinis iudicio decretum, Syluanectẽsem fani Mauritij primatum monasticum adiri, sanctéque restitui: adiecto eo, vt lite de Prioratu pendente, sacra ipsius administratio Clericis duobus, profana laicis totidem mandaretur. Aresto Die 16. Decemb. 1521. Conquerentibus

Huiusmodi sunt Patres Abbates inferiorum cœnobiorũ reformatores. Quo nomine appellantur In Cap. vlt. ibi, Patres Abbates De Regular. Glos. In Clemẽt. Abbates De Rescr.

Placitum Senatus de reformatione prioratus S. Mauritij apud Syluanectum.

rẽtibus rursum Orbesij monasterij cœnobitis aduersus fiduciarium Hæteriarcham, itum est in Orbesium illud Campanę oręcœnobium. Ex placito Parisiẽsis Curiæ 14. Calend. Octob. An. 1568. & 17. Kalend. Iunias 1569. Loyselio, Abbatis, & Ameloto, monachorum causidicis. Quum autem Regius senator profanam cœnobij reformationem executus esset mandatu Curiæ 3. Non. Nouemb. An. 1570. ab eo Prætorianum Consilium appellauit cœnobiarcha Principali Diplomate prouocatoriæ litis illuc translatiuo. Nos igitur in Prætoriano Senatu pro appellante, legem formulámque fuisse Lutetiano S. C. præscriptam monastici conuentus visitationi, cuius executorem fines prætergressum variis nominibus ostendebamus. Proin à tali executore prouocantem meritò esse audiendum. Morellus, contrà, pro cœnobitis, multa ex facto ferebat in monasterij Præfectum, eúmque malæ tractationis acerbè insimulauit. Rem vtrinque concertatam Prætoriani Senatores cõsilij esse pronuntiarunt. 12. Calend. Nouembres An. 1573. Ex quibus planè liquet, Hierarchicam piorum locorum visitationem, restitutionémque à Regio etiam magistratu πολιτικῶς procurari. Imò & peritum Stephano Pannoniæ regi institutum fuit, ter quotannis sacras basilicas & cœnobia inuisere, ibidem Ecclesiastici Status Politeiam tractare, ad aras omnes pias preces sacráque facere, vt summo Numini supplicia debita exoluere putaretur. Teste Bonfinio Hungaric. Rer. Decad. 2. Lib. 1. Cedo igitur, quàm seruido pietatis æstu Christianis

S. Consultum 18. Die Septẽb. An. 1568. & Die 26. Maij An. 1569.

Die 3. Nouẽb.

Monachorum correctio quum Abbæ commẽdatario negetur, necessaria exequenda est à Patre Abbate religioso, Ordinis capite.

Die 21. Octobr.

Audio fuisse postea definitam omnino reformationem Orbacensis huius monasterij Aresto Prætoriani Consilij 4. Nonas Aprilis seu Die 2. April. An. 1574. & 17. Calend. Iunias seu Die 16. Maij An. 1575.

simum regem obseruare oporteat sacrarum opũ dispensationem, vt hæ Politico ritu Maiorum à Clericis administrentur? Nam Principi Franco imprimis tutela Ecclesiasticarum rerum à Gregorio 1. commendatur, sanctissimo illo Christiani Orbis parente, qui Pontificum primus se seruũ seruorum Dei nominauit ac scripsit. Eius verba ad Asclepiodotum Patritium Gallorum ita recitantur. Quoniã ab excellentissimis Regibus Francorum filiis nostris poscimus, vt ipsum Ecclesiæ patrimonium sub sua cura habere dignentur, vobis adminiculantibus impleatur, vt vestrum possit esse quod poscimus: Quatenus & gratias referentes pro gloriæ vestræ incolumitate orare enixiùs valeamus, & bonorum vestrorum vicissitudinem Deus vobis omnipotens & hic & in futuro recompensẽt. Ex Regesti Lib. 12. Cap. 17.

Gregorij vitã describsêre Fr. Iohannes Ludiardus Cœlestinus in Historia vniuersali: & Platina in Vitis Pontif.

Extat Libellus Henrici Bottei Brissiani De Synodis Episcopi, & Statutis Episcopi synodalibus.

EPISCOPALES sacerdotum conuentus habentur Lege diœcesana. Vt tradit Innocẽtius Canonici iuris scholiastes In Cap. 1. De stat. monac. Gloz. in Cap. Dilectus. De Offic. Ordin. Perspicuum est enim, crescente sensim Ecclesiastica Repub. singulos antistites in singulis prouinciis extitisse, & quasi magistros collegij, qui suos collegas, velut senatum in sua ciuitate cogerent: Quod concilium prouinciale appellabant, in quo cuncti de prouinciæ suæ Ecclesiasticis negotiis cognoscerent. Per hunc modum Epiſcopalis clericorum Synodus annua decreta est Concilio Toletano. In Can. Annis singulis Can. Decernimus 18. Distinct. Secundum Põtificiam Leonis sanctionem. Epist.

Quadruplex est synodorum, seu Cõciliorum genus. Vniuersale Ecclesiæ concilium, de quo 16. Distinct. & Can. multis 17. Distinct. Prouinciale Can. scitote 6. quæst. 3. & 18. distinct. Episcopale, seu Synodale, de quo hic in Textu. Religiosorum concilium Cap. In singulis. Cap. ea quæ De Statu monac.

Epist. 84. septimo Cap. & Rhegiense Concilium canone 7. ac Innocentij 3. Rescriptum In Concilio Lateranen. Cap. Sicut. De Accusat. Quibus interesse Synodis non compelluntur cœnobiorum Præfecti, neque ob id comitiales dies sedulò obseruare. Can. Episcopus 18. Distinct. & Innocentij 3. Constitut. Ex ore. De Priuil. ac Gregorij 9. Cap. Nimis De excess. prælat. Vnde duplex tamen excipitur casus: Prior, quoad synodicas constitutiones, quibus monasteria pari cum cæteris iure subiiciuntur. Vti à Toletano Ecclesiæ Conuentu sancitum est Can. vlt. 18. Distinct. Posterior casus, si cucullati sacerdotes cũ Cœnobio coniunctum habeant regimen Ecclesiarum, seu curialem morum populi præfecturam. Auctore Innocentio 3. Decretali Epistola, Quod super. De Maiorit. & Obed. Quocirca Iohannes 23. Pontifex vetuit sacro Rescripto, Præmonstratenses ad Episcopalem synodum acciri, nisi iidem vnà sacerdotes forent animarum curatores, hac scriptura Diplomatica: *Volumus, & Apostolica auctoritate vobis præsentium tenore ex abundanti cautela concedimus, quòd nisi canonici Ordinis vestri, qui huiusmodi curam animarum earumdem parochialium ecclesiarum exercebunt pro tempore præsentes & posteri, ipsarum Ecclesiarum quas actu regunt, & illarum etiam quas eos gubernare contigerit, ratione per ipsos Diœcesanos & alios ordinarios existentes pro tempore vocari aut citari debeant ad ipsas synodos, aut dicti Abbates, priores, præpositi, & alij Prælati, quos per eosdem Diœcesanos & alios ordinarios forsan citari aut vocari contigerit, co-*

Romane Sed. Codicilli priuilegiarij secundum Præmonstraten. monachos, ne Conuentum Episcopi diœcesani adire cogantur. Die 27. Aprilis.

Huiusmodi Synodi episcopales, ex veterum canonum præscripto, bis in anno, aut semel saltem debent celebrari. Can. habeatur. Et Can. quoniam 18. Distinct.

Lege Francica Caroli Magni sancitum, vt comprouinciales Episcopi cũ suo metropolitano bis in anno propter causas Ecclesiæ cõcilia celebrent Lib. 1. Cap. 13.

Arelatẽsi Archiepiscopo scripsit Innocẽtius 3. Cap. Cùm dilecti De accusat. Quem & à summa vetustate Pallio donatũ quasi Galliarum archipræsulem scribit Gregorius Augustino Britannorum antistiti. Cap. 9. responsionũ ad interrogationes Augustin. & Can. in Galliarum Episcopos 25. Quæst. 2. Idem Gregorius Regesti Lib. 4. Cap. 97.

Siquid grauius occurratur Cõuentu episcopi & presbyterorum, quod maioris & amplioris conuentus iudicium postulet, aut si quis ab illo iniuria se affectum conqueratur, ad concilium prouinciale id deferendum est. Can. Si quis à proprio 21. Quæst. 5.

ram eis, seu in ipsis Synodis comparere minimè teneantur, nec ad id compelli possint inuiti &c. 5. Calend. Maias Pontificatus An. 3.

INTEREA sciendum, Gallicanas præsertim Synodos & à nostris excitatas Principibus, & Politico ipsorum Ciuilique imperio stabilitas fuisse, ac custoditas. A Childerico, Suessionensis. An. 744. Vernensis à Pipino. An. 755. Rhemensis à Carolo Mag. 813. Arelatensis 4. 814. Turonensis 3. & Cabilonensis 2. ab eodem Cæsare: Parisiensis à Ludouico Pio, & Lothario Augg. An. 829. Vti deinceps Caluus Synodũ in Medardi phano prope Suessionas celebrandam curauit. An. 853. Valẽtinam Allobrogum Lotharius Princeps. An. 855. Pistense item concilium ad Sequanam flumẽ habitum, Regiis Calui auspiciis An. 863. Nannẽtense, cuius meminit Yuo Carnutensis Decreti Parte 2. Cap. 122. Apud Compendium denique acta Comitia Francici Cleri prædicantur legibus Pontificiis. Cap. 1. De presbyt. non baptiz. Patrum autem memoria prouinciales tres coacti Ecclesiæ conuentus in Europa notatu dignissimi: Senonensis Galliarum, An. 1528. Colonensis Theutonum, An. 1536. & Sarmatarum Petricouiensis An. 1551. Nam de Synodo in Vbiis apud Coloniam peracta iustum volumen editum est, simul & de sacerdotalis vitæ emendatione à Laurentio Cardinali, Põtificio in Germaniam Legato, Cum synodicis cõstitutionibus Valẽtini Episcopi Hildesemensis,

desemensis, quæ iisdem Libris attexuntur. Petricouiensem verò Poloniæ sacrum cõsessum Gnesnensis & Leopoliensis archiepiscopi coëgêre: Cuius pariter sanctissimos canones scriptis mandauit Stanislaus Osius Cardinalis episcopus Varmiensis, in Concilio deinde Tridentino præses. Reliqua de solemni Ecclesiasticorum Præsulum congressu elicies ex Sacræ Historiæ monumentis, & Pandectis Conciliorum, quæ in Tomos 4. digeruntur, Vnum hoc subdam, è Christiana Réque publica sancitam fuisse Harudum Constantiæ lẽgem, vt post decennium renouata œcumenica Synodo, antistites sacratíque viri totius Europæ cõuenirent: vti controuersiæ de diuinis placitis morúmque censura suprema disputatione finirentur. Ex Constantiano Concilio, & Basiliensi Tit. De auctoritate Sacrorum Conciliorum. Simili quippe exemplo Synodum Nicænam, trophæum vocauit aduersus hæreses ætatis suæ Athanasius in Epistola ad Epictetum.

Nicolaꝰ D'Ziergouuski archiepiscopus Gnesnensis Synodi Petricouiæ Præses An. 1551.

Sacris Conciliis nonnunquã interesse possunt laici, vel vbi de eorum negotiis agetur, Hostien. In Cap. graue De Præb. vel si consilium ipsorum sit necessarium. Can. ad sedem 35. Quæst. 5. vbi Papa laicos Iureconsc. accisit ad Concilium Lateranen. de matrimoniali quæstione responsuros.

13 QVADRANS funerei salarij Episcopo attribuitur Lege Diœcesana. Vt placuit Honorio 3. Cap. Conquerente. De Off. Ordin. ac Tridentinæ Synodo. Sessione 25. Cap. 13. Etsi enim misoliturgi quidam improbent cum funebribus sacris Honorarium pendi solitum Ecclesiasticis ministris: verius est tamen, iusta manibus ex fide persoluenda, nec iusta ritè persolui, ni simul pium sacrificuli laborem funerario stipendio remuneremur. Nam quod ad funebres Christianorum ritus attinet, testis est Augustinus, ad veterum se-

Quarta funeraria, seu eorum quæ funeris occasione Ecclesiis relinquuntur. Cap. Officij Cap. Requisisti De Testam. Quarta autem parochialis non debetur nisi ex iis quæ obueniunt ratione funeris, & de legatis factis ecclesiæ, apud quã defunctus

pulchra solennibus inferiis parentatum, exequiás celebratas, illósque, dum viuerent, de humandis suis corporibus filiis mandauisse. Tobias etiam, quod supremum hoc pij officij munus mortuis exoluerit, Deum promeruisse commendatur. Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus religiosę mulieris bonum opus prædicat, quod pretiosum vnguentum super membra eius effuderit, atque hoc ad sepeliendum eum adparârit. Nec incelebres feruntur in Euangelio, qui corpus eius de cruce susceptum diligenter tegendum condendúmque tumulo curauêre. De quo pluribus dictum est à B. Augustino lib. 1. De Ciuitate Dei Cap. 13. Vnde & Clericis efferentibus funus pióssque funebres hymnos canentibus pensitanda sacræ operæ merces: Sed honoraria quidem magis, quàm ad exactam sordidi quęstus rationem comparata. Nam alioquin Triburiensi Cõcilio, quod Arnulphi Cæsaris seculo peractum est, damnatur quæstuarius Christianis mos irrepens, vetitáque hæc imprimis ἀισχροκερδία: ne sepulturæ ius mortuis debitum venundetur, neu gratia Dei promercalis fiat in posterum. Vltronea autem propinquorum erogatio in funebres sacerdotum preces pro manibus defuncti, non modò probata est Synodicis comitiis, verum & omnium iudicio collaudata. Triburien. Concilij Cap. 16. Eóque Montis Pessuli barbarũ visum hoc Innocentio 3. expiscandæ pecuniæ genus, quo tumulandis decedentium corporib⁹ haud antea effodiebatur humus, quàm ipsius pretium Ecclesiæ repræsentaretur. In Cap. Abolendæ.

elegit sepulturã Cap. 1. & ibi Glo. Cap. certificari De sepult. Archyd. in Cap. 1. Eod. Tit. In 6.

Auctore D. Augustino historũ antiquorum funera officiosa pietate curata sunt, & sepultura prouisa.

Sepulturæ magna cura apud Romanos: Hinc multa de religione sepulchrorum, & pœnæ legibus additæ, qui hoc vel illud commiserit, insepultus abiiciatur. Sic Tullius pro Milone infœlicius dicit cadauer Publij Clodij fuisse, quòd honore illo & consueta funeris pompa caruerit.

Quarta parochialis, quæ ex funerariis legatis & obuentionibus huiusmodi deducitur, non minuit legata vel soluta Franciscanis & Dominicanis Sodalibus, qui talis quartæ immunitate subnixi sunt. De quo Angel. Clauas. In Tit. De canonica portione §. 14. Aufrerius In Decis. Tholos. 213.

In quantitate funerariæ sacræ mercedis, & canonicæ portionis, quæ debetur Ecclesiæ parochiali, statur loci consuetudini. Rescripto Clementis 3. Certificari De Sepult. Scotorum De funeribus Politica Lex.

In Ecclesiasticis Observationib⁹ & ceremonijs sequendus est cuiusque regionis mos. Cauetinam 76. distinct. Can. illa 12. Dist. Can. Quæ cõtra mores Distinct. 8.

Abolendæ. De Sepult. Quinimo Nereida apud B. Gregorium expostulante, quòd Ianuarius Sardiniæ Præsul ab ea centum æris asses non vereretur exigere pro iustis natæ suæ funebribus, Gregorius hunc acerbè increpuit, prolato in medium Abrahamo, stirpe sancta: Quia dum Abrahamus à filiis Emor sepulchri terram pretio, ad humandum vxoris corpus, postularet, præmium accipere recusarit, ne quid ex cadauere videretur lucrifeciisse. " Sed si quando (inquit Gregorius) aliquem in Ec- " clesia vestra sepeliri conceditis, siquidem parentes " ipsius, proximi vel hæredes pro luminaribus spõ- " te quid liberalitérque offerre voluerint, accipere " non vetamus. Petiautem, vel extorqueri aliquid " omnino prohibemus. Regesti Lib. 7. Epist. 55.

14 QVAMOBREM Frãcica Curia sacrorum Canonum vindex decreuit insigni quondam S. C. Ecclesiasticos Sodales fani Maximi Chinonensis nihil amplius exacturos funeraria actione, quàm vicenos ad summum asses æris à locupletissimo quoque oppidi ciue: à mediocriter opulẽto, duodecim: à tenuioribus, sex: ab egenis, asses tres dũtaxat. Mense Martio An. 1411. Ex Curiæ Cõmentariis. Quibus non malè conuenit Scoticum Edictum à Kennetho Rege latum in Ciuili sacrorum Politia adstruenda. Defuncti funus habita facultatum ratione curato. Apud Boëthium Scotiæ Chronographum Lib. 10. Idque ad patrium morem vetustámque funerarij iuris præstationem redigendum existimat Decius Responso 215. ex facto consulto possessionis, inter priorem Montis

Chizij,& eius pârœcos controuersæ in sacro Viénæ Allobrogum tribunali. Omnino autem abrogantur Gallica Constitutione actiones eiusmodi, iudiciarięque petitiones sacræ sepulturę causa,vel ministrati sacramenti cuiusuis. Artic. 15. Aurelianen. Edicti An. 1560. Pari ratione in sacris ordinibus ab Episcopo conferendis Senatus nummariũ lucellum abiudicauit ordinatori quantulumcúnque. Parisiensium enim Senatorum Placitis vetitus est Andium pontifex vel teruncium capere pro iure insularum tribuendo, nec anuli quidem signatorij prætextu. 4. Iduum Martiarum An. 1522. Poyeto, pro Ioh. Magistro appellante, & Aligreto, pro Andensi Præsule dicentibus. His conforme citatur Curiæ decretum aliud An. 1508. aduersus Cenomanum antistitem, tum in Carnutensem Episcopum: Saluo eo, vt quibus sacerdotia mandarint, ab iis Episcopi numum aureum signatorij anuli nomine possint accipere. Nec ita pridem censuit Senatus consulẽdum Principem, quòd immodicum Pontificij annuli quæstum multi criminarentur: vt tali emolumento modus tandem aliquis præscriberetur. Aresto 16. Calend. Septembres An. 1571. quum à Summa Curia comprobaretur Regia constitutio lata 16. Calend. Maias. Eodem Anno. Et hæc de Latina Ecclesia, quid de Græca? Idem propemodum Isaaci Comneni lege sancitum, Byzantij Augusti, ne in ordinandis sacerdotibus Præsul sibi amplius sumeret, quàm Cæsareæ monetæ septem aureos nummos. Vnum nempe, quum simplicem Papam instituerei,

Arestum Curiæ Die 12. Mart.

Literis episcopi sigillatis ita demum fides habetur in præiudicium tertij si habeant subscriptionẽ duorum testiũ. Panor. In Cap. post cessionem De Probat. vbi multa alia de sigillo episcopi. Et in Cap. 2. De fide Instrũ. Idem cautum Francico Edicto An. 1550. de quo Nos Lib. 1.

Decretum Senatus Die 17. Augusti.

stituerei, seu ἀναγνώστην tres, quando diaconum: Totidem, quando sacerdotem, seu presbyterum absolueret. Ex Codice Iuris Orientalis. Quod autem de Episcopi anulo signatorio prædiximus, ita intelligendum, nisi pontificale ius istud profani magnates contrario vsu longáque possessione minuerint. Tum enim ex publico sacræ Ecclesiæ anulo parum emolumenti ad ipsum redit Antistitem. Vt puta, Burgundionum Dux præfractè disseruit in Senatu aduersus Heduorum Præsulem, sibi licere quascunque supremarum voluntatum tabellas Ducali anulo obsignare, auctoréque ipso Pactionum instrumenta omnia inter sacratos etiã viros perscribi solita, nullo Episcopali signo adhibito. Quam in partem Curia, ex vetusto regionis vsu, secundum Burgundiæ regulum iudicauit. Aresto 12. Calend. Decemb. An. 1372.

15 SACRAMENTA certè ministrantes, omnem quæstus lucríque hinc faciendi cogitationem abiicere debent, nec sacrosancta cœlestis vitæ admonicula poscentibus negare. Verbi gratia, Berseij in Carnutib⁹ templi parochus abnuit curiali suo gratuitum sacræ Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentum, celebri illo die Resurrectioni Dominicæ festo. Repulsæ autem obtendit postmodum Curio adulterij crimen, quo parœcus notabatur. Plebanus itaque quum à famosa sacrorum repulsa prouocasset ad Curiam abusus ergò, mordicus defendit, quem leuis suspicio sceleris aspergeret, ei non esse confestim aqua & igni interdicendum: Nisi Lege Iulia adulterij damnatus, ab Episcopo

Quo sensu Papæ vocabulum à primis Christianis vsurparetur, dicemus Lib. 3.

Ecclesiastici sigilli seu Episcopalis auctoritas pendet à locorũ consuetudine Cap. cùm dilectus De fide instrum. Abbas In Cap. Post cessionem De Probat.

Curiæ decretũ Die 20. Nouemb.

Quæstiones de sacra Pœnitentia, quas nõ attigerunt Canonistæ, vbertim explanat D. Thomas In 4. Senten. In omnibus Articularum Quæst.

Non debet quis abstinere ab assumptione Eucharistiæ ex cõsilio alieni sacerdotis, sed proprij duntaxat, & aliquã.

do proprius sacerdos potest ex causa ab ingressu Ecclesiæ excludere parochianum. Cap. Omnis. & ibi Panor. De Pœnit. & remiss. Cap. 1. De Off. ordin. Can. administratores 23. quæst. 5.

Arestum Die 21. Martii

arceretur à Christiana sacrorum cõmunione. Cõtrà, parochus, de curialis sui delicto antea factam ἀνάκρισιν, rémque testibus diligenter fuisse inquisitam. Quoniam tamen appellans nondum adulterij reus peractus fuerat Ecclesiastico Iudicio, néque extra piorum cõsortium eiectus, huic P. C. abusiuè negatam Sacramentorum administrationem decreuerunt. Placito 12. Calend. Apriles An. 1552. Sammelorio, pro appellante, & Chauuelino, pro Curione, dicentibus. Porrò in solemnibus Nuptialis sacramẽti auspiciis, quæ à parocho fiũt ex ritu Ecclesiastico, proposita est Sacerdoti ipsi mercedula quædam pro variis regionum institutis, ac moribus. De eo quippe antiquitùs disputatum in Senatu à pontifice Ambianensi cõtrà Abbeuillanæ vrbis decuriones: Res demum iudicio definita, sic, vt sponsi pro chartula nuptialium præconiorum, assem numerarent: pro libello matrimonij assertorio, duos: Vnum item, pro libellis ad alienam παροικίαν dimissoriis celebrandi connubij causa; tantundem pro sacra genialis lecti lustratione; tredecim teruncios, pro nuptiarum solemnibus: duos, pro re diuina sacróque ministerio tunc peragendo. Hæc, & alia S. C. præscripta πολιτικῶς, prudentérque constituta Calend. Martiis An. 1401. Verùm de sacro ipso matrimonij vinculo, tanquam vno è septem legis Euangelicæ sacramentis propria est Episcoporum cognitio, vt superioribus Titulis edocuimus.

Arestum Curiæ Die 1. Mart. An. 1401. De salario episcopi, & sacerdotis, nuptias Christiano more inter sponsum & sponsam celebrantium.

INDE est, quòd principes viri, si cupiant conjugij nexu ex causis canonicis solui, necesse habeant

beant Episcopum suum pro tribunali interpellare. Reges enim ac monarchæ in talibus controuersiis subiiciũtur prouincialium Antistitum iurisdictioni, aut à Romano Pontifice iudices petunt, maiorum nempe ordinum Clericos, Hierarchiæque insignibus præcellentes. Sicuti Bonifacius 8. animaduertit in cap. vlt. De Off. deleg. Ita diremptum connubium Ludouici 7. Galliæ Regis, & Leonoræ Aquitanæ, habito Frãcicorum Præsulum conuentu apud Belgentium Aureliorum oppidum. Huic autem Ecclesiastico iudicio Sanson Rhemorum Archiepiscopus: Hugo, Rothomagi: Gottofredus, Burdigalensis: ac Lingonum antistites præfuere. Nec multò aliter Ludouico 12. postulante in Ianam Francicam vxorem, primi nominis Sacerdotes quidam iudicare iussi à Pontifice Maximo de cõiugalis fœderis inter ipsos solutione. Quemadmodum Pontificiis expressum est codicillis: *Alexander Episcopus &c. Venerabilibus fratribus Ludouico Albiensi, & Fernando Septen. Episcopis &c. Humilibus supplicum, præsertim Regia dignitate pollentium votis libenter annuimus: Exponi siquidem nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Ludouicus 12. Rex Francorum illustris, quòd olim eo existente Duce Aurelianensi, & in duodecimo vel circa, suæ ætatis anno constituto, ac patre orbato, claræ memoriæ Ludouicus tunc Francorum Rex 11. nobilem mulierem quondam Mariam de Cleues eiusdem Ludouici moderni Regis genitricem, vt ipsum Ludouicum modernum Regem cum dilecta in Christo filia nobili muliere Iohanna De Francia eiusdem Ludouici 11. Regis*

Diuortij quæstio inter Henricum 8. Britanniæ Regem, & Elizabetham Castulonensem eius cõiugem excussa est à Decio I. C. in Consil. 699.

Quod Archidiaconi quidã iudicium exercent de lite cõnubiali, vel criminali, (vt in Cap. Literas De Restitut. spoliat.) id habent ex consuetudine præscripta, quæ tribuit iurisdictionem Glo. In Cap. accedentibus De excess. prælat. Cap. Auditis De præscr. Cap. Irrefragabili De Off. Ordin. Ita Helyæ Heduensis episcopi concessione Archidiaconi Belnenses possunt in suo districtu summatim de causa matrimoniali cognoscere. Vt refert Iohan. Blondel In Statutis Heduæ. Rubr. 16. De Appella-

tionibus §. 1.

nata, quæ eidem Ludouico Regi moderno quarto consanguinitatis gradu coniuncta, & ad concipiendum prolem impotens erat, prout adhuc existit, matrimonium contrahere faceret, minis & terroribus compulit. Et deinde matrimonio huiusmodi per eundem Ludouicum modernum Regem, quem dictus Ludouicus 11. Rex in humanis agens de sacro fonte leuauit, cum eadem Iohanna, nulla super quarti gradus consanguinitatis, & quod ex leuatione huiusmodi prouenit cognationis spiritualis impedimentis dispensatione eis suffragante, nulliter & de facto contracto & inualido existente. Ac eodem Ludouico Rege 11. præfato Ludouico Regi moderno effecto puberi, vt ipse matrimonium cum præfata Iohanna de nouo contrahere præcipiente, ipse Ludouicus Rex modernus propter minas & terrores sibi per eundem Ludouicum Regem 11. & eius parte illatos nimio mortis pauore, ac alias per vim & metum, qui cadere poterant in constantem virum, compulsus matrimonium cum eadem Iohanna, quãquam etiam super impedimentis huiusmodi cum eis, vt præfertur, per Sedem Apostolicam dispensatum non foret, de nouo contraxit. Et dicto Ludouico Regi 11. claræ memoriæ, Carolo etiam dum in humanis agebat, rege Frãcorum eiusdem Iohanne fratre relicto, interim vita functo, postquam dictus Ludouicus modernus Rex ad Britãniæ partes se contulerat, & hostiliter captus, ac per triennium vel circà carceribus detentus & tandem ab ipsis carceribus liberatus fuerat, ipse qui vi & metu prædictis durantibus per 25. aut 26. annos vel circà, eidem Iohannæ cohabitauerat, quique in eandem Iohannam mente & voluntate nunquam consenserat, dicto Carolo Rege vita functo, & vi ac metu prædictis cessantibus, contra huiusmodi

Diploma Apostolicæ delegationis certorum Recuperatorum in causa separationis matrimonij inter Ludouicum 12. regem, & Ianam filiam Ludouici 11. regis, cõiugẽ suam. Die 30. Iulij An. 1498.

modi matrimonium statim reclamauit. Quare pro parte dicti Ludouici moderni Regis nobis fuit humiliter supplicatum, vt matrimonium huiusmodi nullum declarari mãdare, aliásque præfato Ludouico moderno Regi, & Statui suo in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostol. dignaremur. Nos igitur &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus coniunctim per vosmet ipsos vbicunque fueritis procedentes, vocatis dicta Iohanna, & aliis qui fuerint euocandi, de præmissis omnibus & singulis auctoritate nostra vos diligenter informetis. Et si per informationem eandem vobis legitimè constiterit, quòd dicti Ludouicus modernus Rex, & Iohanna fuerint quarto consanguinitatis gradu coniuncti, vel quòd dictus Ludouicus Rex 11. dictum Ludouicum modernum Regem de sacro fonte leuauerit, nulláque dispensatio fuerit subsecuta, seu præfatus Ludouicus modernus Rex per vim & metum matrimonium cum præfata Iohanna contraxerit, vísque & metus huiusmodi vsque ad obitum præfati Caroli Regis ipsius Iohannæ fratris perdurauerint, aut præfatus Ludouicus modernus Rex per tempus à Iure statutum præfatæ Iohannæ cohabitauerit interim cõsummationi matrimonij operam dando, quódque dicta Iohanna liberos parere non posit, aut de aliquo alio legitimo impedimento, propter quod inter ipsos Ludouicum modernum Regem, & Iohannam matrimonium canonicè subsistere non potuit, matrimonium horum nullum fuisse & esse dicta auctoritate declaretis, prout de iure fuerit faciendum: facientes quod declaraueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Et nihilominus, si declarationem huiusmodi per vos vigore præsentium fieri contigerit, vt præfertur, eidem Ludo-

uico moderno Regi cum alia muliere, quam de iure poterit ducere in uxorem, matrimonium aliàs ritè contrahendi licentiam dicta auctoritate largiamini &c. 3. Kalend. Augusti. An. 1498. Pontificatus An. 6.

Die 30. Iulij.

Al Manach, Arabica voce, quasi articulos numerare. In Calẽdario enim numerantur mẽses & dies.

VBICVMQVE Pontificia sanctio nominatim cauit de lege Diœcesana Episcopi, hanc videtur eatenus secernere à lege Iurisdictionis voluisse. Cæteroquin vnica Antistitis Lex fertur Diœcesana, cuius amplexu Lex dicundi Iuris continetur. Ex Innocentio Canonicorum Volum. Interprete in Cap. 1. De statu monac. Panormit. in Cap. Dilectus De Offic. Ordin. Exin meritò diœcesanæ legi tribuerimus eorum libellorum censuram, qui annalium Prognosticon titulo venales circumferuntur. Edixit enim Princeps, annarias huiusmodi Ephemerides publicas, nec formis excudi, nec venum exponi antea oportere, quàm ipsarum cõforis iudicio Episcopi probarentur. Regia Constitut. Aurelianensi. An. 1560. Artic. 26. Agedum, quid si chalcographus talia Anni Calendaria mãdarit typis, & in promercio habuerit, inconsultò ciuitatis pontifice, An quasi neglectis pontificiis auspiciis, in eum pœnali lege animaduertetur? Puniendum decreuit Præfectus Vrbi Parisiensi. At Senatum appellantis Nos ita causam patroni in foro tuebamur, Annariæ Prædictionis vsu, cõmercióque haud prorsus lege interdictum, nisi quid tali Prognosi vltra statutos Mathematũ limites adscriberetur: Vtpote de statu Imperij, déque Reipub. summa, quàm fatidicos Vates minimè decet animo præsumere, sed anni solum distinguere

Tamen D. Hieronymus in Hexameron, cùm ante, inquit, dies aliquot esset sermo de pluuia, quæ fortè vtilis diceretur, aut quidã,

Qui Homerum allegorice exponunt, per illam Icari fabulam, qui factitiis pennis cœlo tenuiore se committens in mare præcipitatus est, Astrologos aiunt designari, qui pennis temerariæ professionis in cœlum se sustollentes, cùm de cœlestibus suis dogmatis quibus sublimari videntur, quid sint prædicturi, in pelagus ruũt mendaciorum.

guere tẽpestates ad opportuna rustico operi tempora, aruorum fruges, corporúmve salubritatem temperiémque obseruandam. Atque idipsum solum anni prognostes Viartus Libello, de quo istic agebatur, fuerat complexus. Quod & Agricolæ veteres ex syderum fixorum ortu & occubitu passim factitabant. Vt Hesiodi ἐφημὶς traditum est, quæ Ephemeridum loco à priscis mortalibus habita fuerunt. Proin duarum artium Agriculturæ & mercaturæ regulam esse Astronomiam ipsam Maro testatur in Georg. Concedebam quidem, Mathematicos, genus hominum censeri Principibus infidum, credentibus fallax, ideóque Romana ciuitate explosum fuisse. Varronis rursus sententia omnium superstitionum vanitatem ex Astrologiæ sinu profluxisse. Verùm ista in eos detorquenda, qui de ciuili prouinciæ, Regnorúmque Politea ex Astronomicis dogmatis disceptent, qui futurorum euentus, ceu diuinæ prouidentiæ decretorum prædicturos se ausint polliceri. Secus de Astrologis, corporum valetudinem, agrorúmque fertilitatem ex cœli temperie probabiliter coniectantibus. Hos enim penitus spernendos non esse Thales Milesius, indice rerum euentú, quasi digito commonstrauit. Nam quum ex Astrorum inspectione sequentem annum oleis vbertinum fore prospexisset, venditores præoccupauit, diu antè olearum eius anni fructibus viliore pretio comparatis: quod superioribus iam aliquot annis vber olearum prouentus extitisset. Itaque eo anno, vt ipse præuiderat, oleis affluen-

ecce neomenia dabit eam, attamen nullus imber effusus est, donec precibus ecclesiæ scilicet, imber datus manifestaret, non de initiis Lunæ eum sperandum esse, sed de prouidentia misericordiaque creatoris.

Scribit Cicero, & Põpeio, & Crasso, & Cæsari à Chaldæis prædictum, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate, esse morituru. Quod tamẽ longè secus euenit.

Pino Ordelapho principi Foroliuensi, cui Lucretia Ioh. Pici Mirandulæ sororem nupserat, qui anno obiit, commodã vitæ incolumitatem fuerat pollicitus Hieronymus Mãfredus astrologus ea ætate singularis. A quo tamen nil mirandum, minùs

Universidad de Deusto
Biblioteca

te, posteróque vicissim infœcundo, ingens lucrum ex coëmptis assecutus perspicuè ostendit, quantum ex ea arte consequi possent, qui rei familiaris amplificationem animis destinarent. Teste Aristot. in Politic. Nec improbata Laurentij Miniatensis studia, qui primus abhinc seculum publica anni Vaticinia condere cœperit. in Vrbe Roma, Pietatis sanctitatisque seminario. Quem postea scribendi ritum plurimi sunt imitati, vt refert Volaterranus Antropologiæ Lib. 21. Cap. vlt. Quin etiam multis antè seculis, Oenopides Chius in ea, quam Olympiis dicauit, Legum tabula descripsit Astrologiam vndesexaginta annorum, affirmans hunc fore magnum annum. Auctore Æliano Lib. 10. Var. Hist. Citabam insuper eximium Periclis testimonium, qui obscurato repentè Sole, cum inusitatis perfusæ tenebris Athenæ sollicitudine angerentur, interitum sibi cœlesti obnunciatione portendi credentes, processit in medium, & quæ ab Anaxagora præceptore De Solis, Lunæque cursu acceperat, luculentè differuit, nec vlteriùs trepidare ciues suos inani metu passus memoratur à Valerio Lib. 8. Cap. ii. Per hunc modum Agathocles, Solis eclipsi conspecta, rationem eius milites edocuit, ne vano pauore perculsi, à suscepto bellicæ expeditionis munere reuocarentur. Nil penè diuersum De Sulpitio Gallo prodidit vetustas, qui serena nocte oborto Lunæ defectu, ex quo perterrita Romana acies manus cum hoste conserendi fiduciam amiserat, perite adeo de cœli ratione, syderúmque natura disputauit, vt alacrem eam in confertissimas hostium turmas immiserit: Ac parta mox victoria, fecit cœlestium corporum cognitio, vt victrices Aquilæ, & Romani milites triumphali lauro conspicui spectarentur. Teste Plinio Natur. Hist. Lib. 2. Cap. 12. Dicebam ergo, inuidendam non esse clienti meo Prognostico in anni editionem atq; commercium, quibus aliud nihil ex astrorum motu & obseruatione prænuntiarit is, quàm vel frugum sterilitatem, vel morbos hominibus pecorive imminentes, terræ motus, exortus cometæ, fructuum etiã vbertatem alicubi, ac inundationũ tempora. Cuiusmodi astrologicæ Ægyptiorum Prædictiones à Diodoro celebrantur. Ref. Antiq. Lib. 2. Cap. 2. Consultiùs certè facturum fuisse clientem nostrũ, si Prognostica hæc, antequam typographicis operis committerentur, Præsuli dispicienda, excutiendáque exhibuisset. Verùm ipsa re ne tantillum quidem dispendij ad Rempublicam ex libelli publicatione redundare, neque aduersarij etiam interesse, nisi ex immodico priuati quæstus studio: quod talium librorum typographiam commerciúmque is sibi vni Regio diplomate asseret. Quare, Ameloto licet aduersæ partis causam agente, Patres secundum appellantem pronuntiarunt, ambabus dein partibus foro & curia facessere iussis. Placito 5. Idus Februar. Anno 1569. Pomeridiana Curiæ sessione inter Gulielmum Niuettum, & Magdalenen Berthelinam

præuisam aliorum mortem, qui nec suam ipse præuiderit. Nam cum proximâ post æstate vita sit functus, in eius tamen Anni Prognostico, qui scilicet ei fuit fatalis, multa & mira sequenti anno dicturum se spõdebat. Vt refert Ioh. Picus in Astrologiam Lib. 2. Cap. 9.

Aristoteles docet, necessario mundum hunc inferiorem superioribus motibus esse contiguum, vt omnis eius virtus inde gubernetur. Sic Aurelius quoq; dixit Augustinꝰ, per corpora subtiliora crassiora hæc regi atque moueri.

Porphyrius verò scribit, Plotinum, qui in Platonica familia primæ ferè auctoritatis habetur, cũ diligentẽ astrologiæ operam dedisset, comperisse diuinatricem eius artis vanitatem, & prædictionũ astrologis fidẽ abrogasse: Quare libro quoque dicato, cui titulus de Stellarũ efficientia, dogmata astrologorum risit & confutauit. Itẽ Nicolaus Oresmius & philosophus acutissimus, & peritissimus mathematicus, astrologicam superstitionẽ peculiari commẽtario insectatur.

Galenus Lib. 3. De diebus criticis duplicis meminit Lunaris influentiæ, quarum altera fit à sole, cuiꝰ accipit Luna lumen, altera à signis reliqui orbis, quæ motu proprio singulis mensibus permeat Luna. Tum ponit ex sententia Astrologorum, quasique expe-

rientia comprobatum, in oppositis locis, atque quadrangulis, magnas à Luna corporum & humorum excitari.

Arestum Die 9. Februar.

cõmotiones cor-

viduam Theobaldi Bessaudi chalcographi, inuicem illudentes.

Auferius in Decis. Capellæ Tholos. 497. sensit post Abb. Sic. In sua Disputat. quæ incipit, Sempronius decidit quæstionem, quod impensæ respicientes solatium seu remedium animæ defuncti debet fieri ex bonis prælaturæ, quatumcunq; prælatus habuerit proprijs. Arg. Cap. Apostolicæ De Donat. Can. Bonæ rei 12. Quæst. 2. Aliæ verò expensæ quæ fiunt ad consolationẽ & pompam viuorũ, vt magnus apparatus vestium lugubrium, & aliæ similes nõ sunt deducendæ ex bonis episcopatus.

Decretum Curiæ Die 21. Februar.

Hi Capicerij, duo sunt canonicorum collegæ, & hoc amplius, parœciano rũ curiones.

NVMERATVR inter capita Legis diœcesanæ 18
ius ad exequias conuocandi Cleri. Moribus enim quarundã Ecclesiarum comparatum est, vt præsul, sacerdósve celeberrimis honestatus exequiis sepulchro inferatur. Panormitano teste In Cap. Dilectus De Off. Ordin. & in Cap. Vt præteritæ De Elect. Tum Innocentio Pontificiarum legum professore In Cap. 1. De Statu monac. Sed de eo hæsitatũ olim, nũm in parœciaco delubro, quod Societate Canonicorum insignitum est, ius efferendi funeris foret penes sacrum hoc Collegium, an verò penes Ædituos, aut vicarium templi parochum, ceu fiduciarium animorum curatorem, qui à pragmaticis Vicarius perpetuus nũcupatur. Nam sacri Sodales fani Mederici Parisien. mouerunt retinendæ possessionis interdictum aduersus ædituos, triplici de causa: Quòd isti ducendi funeris ad tumulandum cadauer sibi potestatem arrogarent, sacrandæq; diebus Dominicis aquæ, ac libaminum capiendorum, quæ sanctissimis aris indies offerebantur. Iudicatum à Curia, interdicto vti possidetis ex controuersis hisce capitibus locum esse, eóque ad Præfectum vrbi Paris. possessoria cognitio relegata, 9. Calend. Martias An. 1538. Thuano, Magistro, & Capello litigatorum patronis. In promptu causa est, Canonici primarios se ferebant templi curiones, quorum auctoritate Ecclesia Capiceriis duobus curanda, regendáque committebatur. Iuxta Ecclesiasticum morem

rem Canonicorum regularium Eboracensis Anglicæ diœcesis, ad quos Alexander 3. rescribebat Cap. Auaritiæ. Cap. De monachis De Præb. Idẽque à Clemente 4. sancitũ Cap. 1. De Præb. apud Bonifacium 8. Et à Clemente 5. in Concilio Viennensi Cap. 1. De iure Patron. Obiter tamen aduerte, (quod à Bohico nominatim relatum est) Ædis Mederici Canonicos, Stephani, & Benedicti Parisien. tanquam singulares haberi sacerdotes, non certi velut corporis ac Sodalitij collegas: Quippe qui summó Lutetianæ Ecclesiæ Collegio purè subiiciantur. Bohicus In Cap. 1. De Elect.

19 NOSTRA itidem memoria palam in Senatu agitata est similis canonicorũ quæstio Ædis Germani Parisien. cum Renato Benedicto parocho sancti Eustachij, tanquã vicario curialis huius templi sacerdote. Hic enim abusus nomine prouocarat ad Curiam, quòd sacer Magistratus Parisien. addixisset Collegio canonicorum sacras libationes, & alia parœciaci iuris emolumenta pleraque. An. 1519. Sed à Canonicis ad ea opponebatur, primarios se esse sancti Eustachij curiones, variorúmque templorum Parisiensium. Appellantem fiduciario duntaxat rectoris munere defungi in parœciaco Eustachij delubro, quale perpetui Vicarij obire solent. Inde sacros Iuridicos eadem curialis functionis præmia sibi olim adiudicasse, contra fiduciarium Ædis Eustachij presbyterum, seu Vicarium. An. 1200. 1224. 1254. & 1380. Has dehinc sententias in pari controuersia stetutum Ampliss. Ordinem. Placito An. 1505. Et 1537. secundum

Henricus Bohic, genere Brito, Commentarios scripsit in Decretales Pontificum Epistolas, Philippo Valesio Gallis imperante. Meminit autem is expressim Ecclesiarum S. Mederici, Stephani de gressibus, & S. Benedicti Parisien. In Cap. 1. De Elect. & Ecclesiæ D. Marcelli Parisiẽ. In Cap. Cùm in cunctis Eod. Tit.

Si capella sit intra parochiã alicuius ecclesiæ, oblationes ibi factæ nõ cedunt capellæ, sed ecclesiæ parochialis. Eapius alleg. 58. & 42. Panor. In Rubr. De Paroch. et In Cap. Pastoralis De iis quæ fiunt à Præl. Exin sensit Abbas, celebranti intra ecclesiam alterius oblationes factas cedere rectori ecclesiæ, nõ celebrãti. In d.

Cap. Pastoralis Arg. Cap. Requisisti De Testam. Die 2. Mart.

Canonicos phani Germani, Capello fisci aduocato dicente. Senatus causam vtrinque actam in cõsilium misit. 6. Nonas Martias An. 1570. Mancheuello, appellantis, & Chiparto, sacri Collegij causidicis. Sed paulo post obuentiones illas parœciacas iudicio euicit sacrum Sodalitiũ D. Germani. Tẽpli quidem administer ex Ecclesiæ prouentu alendus est, Alexandri 3. Rescripto Ad audientiam in ver. obuentiones ecclesiasticas percepturum De Eccles. Ædific. Cap. Cùm clerici De Pact. Et Clementis Epistola 2. ad Iacobum In Can. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quas diuinis precib⁹ sacrari oportet, & non à quoquam grauari 16. Quæst. 7. Istic tamen Senatus decreuit sacras libationes, quæq; à Christiana plebe sanctis altaribus porriguntur, ad matricem Ecclesiam pertinere. Innocentij 3. sanctione Pastoralis. De iis quæ fiunt à præl.

Tanta est inter Regnum, & Pontificatũ affinitas atque cõiunctio, vt Homerus ita cecinerit, Rex vn⁹ cui sceptra dedit venerandã. que iura Iuppiter. Idem Diotrephis vocat reges, quasi à Ioue nutritos. Hinc & scitũ illud Romani Imp. Principatum non nisi fato dari.

COMPERTVM fit ex hoc, præcedentibúsque rerum iudicatarum exemplis, quàm propensa sit nostri Senatus in Sacerdotalem ordinem voluntas, quanta & ciuilis Magistratus cum Ecclesia in mutuum auxilium conspiratio. Sicuti enim Hierarchæ, spiritalis, ita Monarchę, profani Gladij ius habent. Vt Nicolaus P. P. scripsit Albino cuidam Archiepiscopo Can. Inter hæc 33. Quæst. 2. & Gelasius 1. Põtifex Anastasio Cæsari in Can. Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas &c. 96. Distinct. Huc spectat quodammodo vetus Græcorum apophthegma

thegma πρὸ πάντων σεβοῦ τὸν θεόν, βασιλεῦ δὲ τιμᾶ. Quinimo D. Bernardus vtrúmque imperium verè adscripsit Eugenio 3. Præsuli Max. Sed ita, vt sacrum modò retineat χρῆσιν καὶ κλῆσιν, i. vsu, possessione, seu executione ac exercitio. Quare (inquit ille) denuo vsurpare gladium tentas, quem semel visus es reponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis videtur attendere verbum Domini, dicentis sic, conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo est, etsi non tua manu euaginãdus. Hæc Bernardus. Proinde diuisi inuicem Potestatis vtriusque Magistratus, auctore Nicolao Pontifice ad Michaëlem Byzantiorum Cæsarem. Can. Cùm ad verum ventum est, 96. Distinct. Quo fit, vt optimi Antistites minùs ægrè ferant suorum aliquando iudicum sententias abusus nomine infirmari Principalibus Senatusc. si quid à Pontificio Iuridico in profanæ auctoritatis iura, priscósve Canones decretum reperiatur: ne promiscuis actibus humanorũ negotiorum functiones conturbentur. Arg. Legis Iustinianeæ Consulta Diualia Cod. De Testã. & L. Repetita Cod. De Episc. & Cler. Quanquam mihi certè parum arridet Libellus de Duplici illa Iurisdictione, nuncupatus olim Carolo 5. Francorum Regi: eo quidem scriptoris animo, vt Pontificij imperij maiestate depressa, Regiam subueheret altiùs, latéque diffunderet, nõ sine graui aulicæ assentationis suspicione. Codex iste, continua Militis & Clerici Dialogo, iuridicam excutit Pontificis simul, ac Regis potestatem, addita huius Tituli, *Somnium*

i. Imprimis Deum cole, Regem autem honora.

Hic Liber Christiana censura damnatus, vetitáque eius lectio à Tridentino Ecclesiæ Cõuentu.

Viridarij, præscriptione. Haud inficior quidem, Caroli illius Principis seculo, ac paulò superiori euersam fuisse propemodum in Gallia omnium Ordinum disciplinam, cœtúsq; Ecclesiastici mores planè deprauatos. Vt passim enarrat non modo Frossartus, sed & Ianus Pineus Medicæ quondam artis professor, qui Francicam morum corruptelam perosus Volumen Gallica lingua pertexuit An. 1340. vulgo inscriptum. *Mandeuie, seu, Le champ vertueux de bonne vie.* Huius Libro 5. mirè inuehitur Auctor in sacrorum ministrorum vitam, Francorùmque vitia præsertim sacerdotum: Tanta exacerbati animi contentione, vt is relicta Gallia, variisque peruerratis regionibus, vltimas mortalis curriculi sedes in Eburonibus delegerit, Leodij demũ tumulatus in monastica Æde Vilhelmitana. Anno Virginei partus 1372. Vt Guicciardinus memorat in Belgica Chorographia. Nec longe antea solutiores Francici Cleri mores notauit Innocentius 3. Pontifex Cap. Inter Dilectos, in verb. iuxta consuetudinem Gallicorum Clericorum De Excessib. prælat. vbi aleatores ac fœneratores Clerici nostrates insimulantur: ne talem viuendi rationem consectatus quis ordinetur à Pictauensi Cantore succentor in maximo Pictonum templo, quem Græci ὑποφωνήτην appellant. Non tamen idcirco vetera hæc memoria repetuntur à nobis, vt de Leuitici Ordinis moribus iudicium Principis esse, nedum Ecclesiæ, cuiquam persuasum velimus: Verùm, vt si quid à sacerdote admissum sit interim, quo Politica, externáque

In Gallici Sacerdotij mores Auorum etiã ætate corruptos.

Pictauensis Cãteris munere Succentoriam dignitatem in Cathedrali Pictonum Ecclesia deferri.

ternáque priscorũ canonũ obseruatio violetur, cõuulso ciuilis Politiæ Statu, idipsũ vindice assertoréque Senatu Regio, in integrum restituatur.

21 EXHINC celebri S. C. prohibitum, ne Clerici alienarum litium procurationem gerant, seque forenses præbeant profanæ controuersiæ institores. Arestis Sextilibus An. 1551. Ex sacro Carthaginensi Concilio 1. & 4. Cum Cypriani Epistola 9. Lib. 1. ad Clerum Furnensem. Can. Credo. Can. Placuit, & Can. sequenti 21. Quæst. 3. Tum Innocentij 1. Epist. 4. Can. 3. & Epist. 24. Can. 2. & 4. Secus dicendum de propria Sacerdotis causa, vel Ecclesiæ suæ, cuius mandatu sacratus vir haud illicitè forensia tractat negotia in profano tribunali. Cap. 11. Tarraconensis Concilij in Can. Monachi 16. Quæst. 1. Eugenius 3. in Cap. Insuper. De Testib. Innocentius 3. Cap. Cùm deputati. De Iudic. Cap. 2. De postul. Argumenti causa, Archiepiscopali Turonum Collegio ius est Pontificio diplomate, Vicarios deponere menstruo spatio absentes, quorũ nempe fiduciaria opera Canonici vti solẽt in obeũdo Ecclesiastico ministerio. E Vicariis vnus, haud petita à Canonicis venia, proficiscitur Lutetiã. Ibi cõmunẽ Vicariorũ litẽ collega procurat aduersus Canonicorũ Sodalitiũ. Transacto mense, illi Vicarium munus abrogatur à sacro hoc principe Collegio. Tandem Senatus, ad quem fuerat ab eiusmodi Vicariæ functionis abdicatione facta prouocatio, abusiuè abdicatum pronuntiauit. Aresto Pridie Calendas Maias An. 1537. Vniuersim verò Byzantia sacri Primatis

Placitum Curiæ latum Die 14. Augusti.

Adde quod forenses institores seu pragmatici, [vulgo Sollicitatores] non habent priuilegium fori Recuperatorij Basilicani, seu Requestarum Palatij Paris. vt vocant, Aresto Curiæ 10. Calend. Ianuar. seu Die 23. Decemb. An. 1521.

Aresium Die vlt. April.

In Vtopiēsi Repub. Causidici prorsus omnes excluduntur, & ibi suam quisq; causam agere debet, eademque referre iudici, quæ narraturus ipse patrono fuerat, vt minùs ambagū subsit, & facilius veritas eliciatur, dum eo dicente, quem nullum patronus fucum docuit, iudex solerter expendit singula, & cōtra versutorum calumnias simplicioribus ingeniis opitulatur. Lib. 2. Vtopiæ Mori.

Sanctione indultum est presbyterorum Ordini, vt in plebeio ciuilíque foro aduocatione libera defungantur. Luca Constantinopolitano Patriarcha Legis conditore, quam recensét Theodorus Balsamon Antiochenus Primas in Orientalis Ecclesiæ Legum Volumine sic inscripto Θεσμοὶ Ἀρχιερατικοὶ τῶν Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπων καὶ πατριαρχῶν. Mahumetana porrò Lege omnibus vetitum est, pro causis agendis, iudicandísque rebus pecunias accipere. Alcorani constitutione De Homicidiis. Quas Muhamedis Pseudoprophetæ Leges quatuor contextas Libris, ex Arabico transtulit in Latinum sermonem Robertus Ketenēsis ex Anglosaxonibus Britannus, Petri Abbæ Cluniacensis hortatu: quo tempore Adelfonsus Imp. Cauriam in Hispania expugnauit.

Deinde Annō circiter 1450. Iohannes Segobiensis, vocatis ex Hispaniā Legis Arabicæ magistris, Alcoranum in nostram linguam de nouo couertit, & Libri ineptias veris argumētis explosit. Vt auctor est Æneas Pius in Europæ descriptione.

PLANE de Clerico litigioso suprascriptōs Patrum Canones mihi fraudi nolim esse, quòd iam multo alia facies sit Ecclesiæ ac Regni nostratis, cuius supremæ Curiæ tot habent clericos grauissimos Senatores, imò sine quibus tot amplissimi Senatus ne constant quidem, aut perfecti sunt: Quum multæ indies causæ incidant, quæ citra tales nequeant absolui. Narrat Espencæus Digressionum Lib. 2. fuisse illi proaui materni fratrem Ianum Iuuenalem Vrsinum, Laudunensem tum Episcopum, cui ad Vilhelmum Vrsinum Galliæ Iuris Præfectum fratrem scribenti visum est è Respub. nostra fore, si summus Parisiorum Curio (quem primum Præsidem vocant) Episcopus esset modò selectissimus: Quòd hominem sacrum quàm

quàm profanum labi magis puderet, ac cœlebs lapsus quàm maritus re familiari grauatus minore periculo summoueretur. Addebat, capitalia iudicia in primæua illa Classe pauca contingere, & quæ obtingerent, ad decuriam Tholensem, seu Tornellam reiici, transferríque posse. At non ita dudum alia mens fuit Gabriēli Marillaco patrono Regio, rigido sanè quàm ac tetrico Iustitiæ satelliti, qui amico multos annos Inquisitoriæ Classis consiliario, pòst etiam principi, sed Præsuli inaugurato magistratum deponēdum perorauit: haud leui argumento, quod summus in Episcopatu Sacerdos, in Senatu princeps sedulum, assiduúmque ministerium deberet, vtrúmque simul præstare non posset. Iuxta Philippinæ abrogatoriam Legem Iani 2. Regis, nobis ex Budæo contra Pastores absentes allegatam, qua pontifices Senatu exiguntur. Doluit idem Claudio Seyssellio non ita pridem, qui maximis Reipub. negotiis gestis sub Ludouico 12. factus Episcopus à Curia se ac foro remouerat, & Francisco 1. regi recens creato suasit, ne Hierarchici ordinis viros in Regio Senatu distineri munere iudicādi pateretur. Seyssellij Lib. 2. De Francica Monarchia Cap. 14. Planè olim malè audiit Apostata Iulianus, quòd inter multa, quæ dolo malo constituerat, in Cleri ordinē cooptatos Senatorium munus obire iussisset. Vt est apud Nicephorum Lib. 10. Cap. 13. Econtrario autem, bene audiit Sylúanus monachus in sacra Historia, qui Episcopus primùm Philippopolitanus, deinde Troianus, cùm clericos suos in forensibus

An. 1316. Philippina Gallorum Constitutione triginta in prima Curiæ classe iudices extitere, eorúmque princeps Cācellarij fuit. In secunda, iudices bini Episcopi, abbates, &, ac cum his tredecim alij renūciatores octo. Episcopi fuerūt Mimatens. & Sueßionens. abbates diuorum Dionysij & Germani ad vrbem. Quo tēpore Philippus Longus nōdum Rex, sed Rector tātum erat. Sed posteriore Iani regis Edicto, cū religio principibus incessisset distringi Antistites iudicandi officio, quo minùs liberè diuino cultui vacarent, emissi sūt è Curia, & ad obsequium diuinum ablegati, præter vnicum abbatē D. Dionysij: cautúmque, ne vltra in curiam adsci-

litigantium cauſis quæſtum ſectantes velutíque nundinantes animaduerteret, ne quis ex Clero cauſam in poſterum diiudicaret, inſtituit. Clericum certè neminem iudiciis accommodauit, ſed acceptos ſupplicantium libellos, accito ex fidelibus profanis vni, quem iuſti æquíque ſtudioſum ſciret, tradidit, audiendíque munus commiſit, ingentem ob id apud omnes gloriam conſecutus. Auctore Socrate Lib. 7. Eccleſ. Hiſt. Cap. 37. Tum ex Tripartitæ Lib. 12. Cap. 8. Nicephori Lib. 14. Cap. 39.

ſcerentur, eorũq; in locũ Cancellarius cũ vno ex aulicis primarijs ſuffecti. De quibus Budæus abunde in L. vlt. π. De Senator.

CÆTERVM, vt Politicam Francicæ Curiæ cenſuram in abutẽtes imperio Eccleſiaſticos perſequamur, Pontificio Reſcripto iudex datus eſt Pollioni Vicarius Iuridicus Altiſſiodorenſis Epiſcopi, eam in cauſam, vt ſi Pollio ſacramentum monaſticæ ſodalitatis vi, metúque iniiſſe probaretur, is votiuo ſolueretur ſacramento. Ab executione reſcripti Senatus fuit abuſus ergô appellatus, ob Diplomaticam hanc clauſulam: *Noſtra, ceu Apoſtolica auctoritate*. Placuit Ampliſſ. Ordini rectè prouocatum. Areſto Pridie Calend. Februar. Anno 1552. Lauergno, ac Meſnilio priuatorum litigatorum, & Seguerio, Fiſci, aduocatis. Sed quia vulgaris iſta eſt Pontificiorum diplomatum formula, ne cuiquam mandetur cauſarum notio ac diſceptatio, niſi Pontificia Maxima auctoritate, non leuis noſtratibus quibuſdam cautio eſt, forenſis vſus callentiſſimis, vt primo quoque die conteſtentur velle ſe duntaxat Reſcriptum exequi ordinaria auctoritate, non Apoſtolica. Aliàs quippe

Ea ferme ratione ſtatutum eſt Lege Orientalis Eccleſiæ apud Byzantios, ne Clerici fiãt turpilucres, aut medici ſeu archiatri, nec ferendum, vt qui cum infulis & capſulis ſanctà tractant, ſecularibus veſtib⁹ induantur, & cum laicis, viris ſcilicet medicis, incedant. Lucæ Conſtantinopolitani Patriarchæ lege. Apud Theodorũ Balſamonẽ In Volum. Iuris Orientalis.

Decretum Senatus Die vlt. Ianuar. contra abuſum clauſulæ Reſcriptorum, Noſtrà ſeu Apoſtolica Auctoritate.

quippe à Pontificio delegato prouocans Romam commeare teneretur ad delegantem: quod Baſilienſi Cõcilio eſt antiquatum. Quinetiam Anglica Lege peruetuſta, ſacerdos qui Romę litem inſtituerit de re Eccleſiaſtica, cuius nomine erant ſacri Angliæ magiſtratus adeũdi, coërcetur pœnali iudicio, eámque Britanni Conſtitutionem vocãt *Statutum de Præmunire*. Eodemque Britannico Edicto mulcta irrogatur litigatori, qui de profanis Regiíque imperij negotiis ius petierit ab Eccleſiaſtico iudice. Sic Gallicus etiam Senatus Pontificiis codicillis abuſum fuiſſe impetrantem cum ſupraſcripta Clauſula, pronũtiauit. Placito 3. Calend. Decembres An. 1575. Quum Romedeus, ſacri Rhemorum Collegij appellãtis, & Marius, aduerſarij cauſam peroraſſent. In Catalogo cauſarũ Veromãduarum. Quo tamen Curiæ decreto partib⁹ liberum factũ recuperatores depoſcere à ſummo Pontifice, modò ne extra Rhemenſis diœceſis ſepta litis cognitio iudiciúmq; alicui committeretur: Licet exorãti Pontificio res eſſet cõtra Archiepiſcopale Rhemorum Sodalitiũ. Tametſi enim hic caſus aditum Reſcripto patefaceret ad vicinæ Diœceſis Præfectos Eccleſiaſticos. Bonifaciana Lege Statutum §. Cùm verò De Reſcrip. Et Tit. De Cauſis, In Synodo Baſilienſi: Nihilominus ex eo tum mota eſt Curia, quòd intra fines diœceſanæ Rhemorum Prefecturæ, qui latiſſimè patent, compluſculi Pontificiæ delegationis capaces extarent, Eccleſiaſtica nimirum prædíti dignitate: Quod Rhemenſe item canonicorum Collegium

Anglica Lex.

Areſtum Die 29. Nouemb.

Regula cõmunis de cauſa in diœceſis finibus deleganda ceſſat ſecundum Bonifacium 8. quando litigat Epiſcopus contra ſuũ diœceſanũ aliquẽ, vel priuat⁹ cõtra Capitulum, aut vniuerſitatẽ ciuitatis, villæ, aut caſtri, vel niſi actor ciuitatem aut diœceſim metu aduerſarij intrare non audeat.

accessionis vice tãtum liti adesset priuatorum Sacelli competitorum. Rursus Ciuilis Politiæ Senatus custos curationem bonis, ne partes ad arma prosilirent, abusiuè datam à Pontificio Præfecto iudicauit. Quippe quũ de vi armísque, ac de profanarum adeo sequestratione possessionum haud alius rite decerneret, quàm Principis magistratus.

S. Consultum Die 26. Nouemb.

Aresto Curiæ 6. Calend. Decemb. An. 1537. Magistro, prouocantis: & Marliaco, Nouiomensis Episcopi, causidicis. Ponamus ad hæc, profanum aliquem, sinente Prætore regio, Ecclesiastica vsum denunciatione. Quæro, nûm in huius executione monitionis Pontificius Iuridicus sibi rectè sumpserit vel quantulamcunque causæ notionem? Senatus, ad quem talis controuersia ex appellatione delata erat, abusiuè cognitum pronuntiauit: Excepto, quòd in Clericos liceret Pontificio iudicatum exequenti ius dicere in profano etiam territorio. Placito Curiæ An. 1536. Barioto prouocãtis ceu ab abusu causam agente.

Aresti Curiæ.

De secularium Ecclesię magnatum Præfectura satis, nunc Regularem seu monasticam, pro suscepto ordine, expediamus.

TITVLVS 8.

DE COENOBIARCHIA, SEV Regulari monachorum Præfectura.

1. *Ciuilis Politiæ in monachos, vt in seculares clericos æqua potestas.*
2. *Generali Dominicanorum Præfecto monachum patria & finibus interdicere non licere.*
3. *Dominicanæ*

3. *Dominicanæ Congregationis Priuilegia.*
4. *Vetus monastici instituti formula.*
   Bulla priuilegij Præmonstratensis ordinis.
5. *Quantum à Clericis olim monachi distarent.*
6. *An & quatenus Religiosis parochialem functionem ius sit exercere.*
7. *De iure sepulturæ inter Curatum, & Mendicantium ordines controuerso.*
8. *Bulla Priuilegiorum monasticæ Franciscanorum familiæ.*
9. *Capita Statutorum Ordinis D. Iohãnis Hierosolymitani.*
10. *Quo casu Abbates possint ab inferiori prioratu annuam pensionem exigere.*
11. *Priorem commendatarium in monachos correctione non vti.*
12. 13. 14. 15. *Catalogus doctissimorum monachorum de literis scribentium.*
16. 17. *Varij cœnobitarum ordines, cum Bulla Priuilegiorum Ordinis Vallisscholarium.*
18. *De monasteriorum visitatione per Diœcesanos.*
19. 20. *De Abbatis in monachos iurisdictione.*
21. 22. *Cœnobiorũ reformatio per superiores Ecclesiæ Præfectos.*
23. 24. *Eandem reformationem auctoritate Magistratus quandoque excitari.*
25. *Epilogus Libri 2.*

An correctio monachi primo loco spectet ad Abbatem, distinguẽdũ. Aut agitur de his quæ pertinent ad officiũ Abbatis & regulam monasticã, tunc ad solum abbatem pertinet cognitio & correctio. Cap. Cùm ad monasterium. §. abbates De Statu monac. Cap. quanto De Offic. Ordin. Vtpote si monachus exierit è monasterio sine licentia Abbatis. Aut vero agitur in figurà iudicij, & de his quæ sũt delicta quoad omnes, tunc ad episcopũ solum spectat cognitio. Can. hoc tantũ & Can. Abbates 18. Quæst. 2. De his percurre Decis. Capel. Tholosanæ 308.

1 SVA PERINDE est cœnobij Præsuli in monachos, vt pontifici in Clericos præfectura, de qua à nobis paulò antea disputatũ. Sed quemadmodum Senatus publicæ disciplinæ vindex non sinit Pontificium Iuridicum lineas transilire, canonibus præfinitas: Sic sæpe ad appellationem ex abusu cognoscẽs rescindit acta, decretáque à monastico Magistratu.

2 EXEMPLI causa, Seraphinus Cauallius Dominicani ordinis princeps sacra visitatione lustra-

uit Dominicanum Parisiēse Collegium. An. 1573. Inibi de Conuentus sententia Fr. Nicolaum Bourrinum criminis reum ablegauit in Claromontanum Bellouacorum monasterium, reditu in Vrbem, eiúsque Dominicanam Ædem prohibito. Relegatus Curiam Supr. appellat abusus nomine. Res in foro accuratè disceptata, quum prouocantis patronus abusiuè iudicatum mordicus asseueret. Nos autem pro Dominicana Societate defendebamus, eiusce Magistrum iusta in monasticam Familiam potestate præditum fuisse. Quandoquidem duplex sit Prædicatorij ordinis Sodalitium, seu Congregatio: Vulgaris altera & laxior, altera strictior multo, & votiua arctioris instituti professione quodammodò religiosior. Sicuti enim inter Benedictinos monachos lōgè austerior cæteris habetur cœtus Casæ Benedicti: ita inter Prædicatorios Fratres decreta fuit speciatim Longobardica Congregatio (quam vocant) à Pio 2. & Paulo 2. Pontif. Max. An. 1459. & Mense Nouembri An. 1464. Cuius instar monastici Sodalitij coita paulò post Dominicana Batauorum Societas Xysti 4. auspiciis. Mense Sextili. An. 1484. Proposito demum vtriusque exemplo, Gallicanam instituit Congregationē Leo 10. P. P. Diplomate An. 1513. & 1518. Non sine demissis in Sanctam Sedē precibus Ludouici 12. Regis, à quo primum est Leo Pontifex eo nomine exoratus. Quum ergo Parisiensis Dominicanorum cœtus teneatur lege religiosissimæ huius Societatis, quales alij in Gallia plerique, eo grauiùs animaduerti potuit

Isthic Cauchonius, appellantis, Nos contra, Syndici totius Ordinis Dominicani in Senatu causam egimus.

Est nobis præ manibus Liber, S. Dominici titulo inscriptus, in quo continetur Regula B. Augustini Episcopi, Constitutiones fratrū Ordinis prædicatorū cum suis declarationibus insertis, editis à M. Vincentio Castronouano, huius quōdam ordinis Ministro generali: Constitutiones Monialium Ordinis Prædicatorum, Regula & priuilegia fratrum ac sororum de pœnitentia B. Dominici. Itē Liber De institutione officialium fratrū ordinis Prædicatorū. Ad hæc, Formulariū electionum, confirmationū, & absolutionum Priorū, visitationū conuentuū, iudiciorū, & literarū ad omne propositū, & officij prouincialis prioris directoriū. Item modus celebrādi Capitula generalia, & Prouincialia, eligēdi magistrū Ordinis, & Priores prouinciales.

potuit à Magistro Societatis in Dominicanū peruicacem, nec morigerum sacræque Familiæ præceptis obsequentem. His consequenter dicebam in Senatu, abusiuè nihil ab huius Præfecto Sodalitij actum gestúmque, sed eundem districtè Religiosi Conuentus Leges custodiri voluisse. Opponenti autem, ius proscribendi è territorio quod huic Societati Præfectus sibi vsurparat, vni competere Ciuili Magistratui, respondebam licere sacratis Proceribus flagitiosos è media Christianorum communione depellere. Quo facto, hi tacitè aqua & igni interdicti videntur, nedum Ciuitate, ac Lutetiano Dominicanorum congressu, extra quem alioqui vicatim vrbe vagari cucullato cuique vetitum sit sacerdoti. Patres Consc. abusiuè iudicatum pronuntiarunt, graui adiecta contestatione, nil præiudicij hoc S.C. Dominicanis cōstitutionibus monasticæq; disciplinæ regulis allatum iri. Placito 3. Nonas Iunias An. 1574.

3 PERÆQVE apud sacros Auctores reprehensus fertur Synadæ Theodosius Præsul, quòd Macedonianos hæreticos nedum Christianorum cōsortio, verùm vrbe, patriisque finibus summoueri iussisset, Ecclesiasticum hac in re morem prætergressus. Quod ipsimet postremo infœliciter cessit, vt narrat Socrates Eccles. Hist. Lib. 7. Cap. 3. Quanto prudentiùs Dionysius Alexandriæ pontifex, à quo Samosatenus ad saniorem mentem redire admonitus, quia de diuinitate Christi parum christianè sentiret, illo nil proficiente, abdicatus tum quidem est pontificali Antiochiæ Sa-

Arestū Curiæ Die 3. Iunij.

cerdotio. Sed quum is iudicato parere nollet, neque Eccleſiaſtico abire Magiſtratu, res ad Aurelianum Imp. defertur, tametſi Ethnicum: ita, vt cenſuerit Auguſtus, Paulum Samoſat. non eſſe ei præficiendum Religioni, à qua ſolus maximè diſſentiret. Proinde Antiochenam Cathedram alij mandari præcepit, cui ſuffragantium Eccleſiæ patrum conſenſus eandem deſtinarat. Teſte Euſebio Eccleſ. Annalium Lib. 7. & Nicephoro Lib. 6. Cap. 27. & 28. Quocirca nil mirum, à Senatu reſciſſa & expuncta, quæ Dominicanæ ſocietatis Antiſtes (principalis territorij iura) ſibi cognoſcens adſcripſerat, iudicióque arrogarat licentiùs, Regia manu ſcilicet minimè implorata. Imò & Curiæ Conſcripti adeo ſtudioſe tutantur Dominicana Francicæ Congregationis priuilegia, vt quod à Dominicanis primatibus dudum admiſſum fuerat tentatúmve contra pontificias Regiáſque tabulas immunitatum huiuſmodi, Senatus extemplo ob abuſum infirmarit. Decreto 6. Kalend. Septembres. An. 1540. Brodeo, & portano, Dominicanorum hinc inde, & Capello, fiſci patronis. Secundum anterius Curiæ placitum 19. Calend. Ianuar. An. 1536. Trouillarto, Magiſtro, pro ſuis clientibus viciſſim, & Raymundo, pro Actore Fiſcali dicentibus.

Synada, Phrygiæ Pacatianæ ciuitas, cuius Theodoſius epiſcopus, quũ Macedonianis, quaſi magiſtratũ gereret, manu armata, vrbe, patriaq; interdixiſſet, ipſe tandem ſua ſede ab Agapeto Macedonianorum præſule ipſam occupante deiectus eſt.

Placitum Curiæ Die 27. Auguſti.

S. Conſultum 14. Decemb.

INITIO quidem monachis in Ægypto exortis & vſitata non fuit ſacra inuicẽ prefectura, quòd ſolitariam vitam agerent, nominíque ſuo congruentem. Etſi enim ſtatis horis ferè in vnum locum eos conuenire moris eſſet, tamen ſimul non commorabantur, ſed domunculas ſparſim per colles & ſaltus extructas incolebant. Ex quo Monachi, Eremitæ, Anachoretæ, Heſicaſtæ vocabantur, ï. à cæterorum conſortio mortalium ſegregati. Vt eſt apud Iuſtinianum Nouel. 5. Aſt tẽporum progreſſu decentius viſum, iiſdem eos ſedibus habitare in poſterum, omnia habentes inter ſe communia, & ſacram paupertatem cum caſtitate, votiuáque obedientia profitentes. Vti D. Hieronymus ſcripſit ad Ruſticum monachum. Can. Si clericatus 16. Quæſt. 1. Quod Agathenſi & Aurelian. conciliis eſt confirmatum. Exhinc in cœnobiis (velut ciuili quodam ſacræ familiæ cœtu) ſancita eſt politæa regularis, creati ex eo ordine præfecti cum Iuridica Poteſtate monaſterij Primoribus attributa. Eius formulam in Præmonſtratenſi cœnobitarum familia obſeruare eſt ex Pontificiis literis Gregorij 8. ita deſcriptis: *Gregorius Epiſcopus &c. Dilectis filiis Abbati Præmonſtratenſi, & cæteris Abbatibus & Canonicis Præmonſtratenſis ordinis &c. Ad hæc, quoniam Præmonſtratenſis Eccleſia prima mater eſt omnium Eccleſiarum totius Ordinis, & patrem ſuper ſe alium non habet, ſicut ad cuſtodiam Ordinis ſtatutum eſt, per tres primos Abbates, Laudunenſem, Floresſienſem, Cuißtacenſem annua ibidem viſitatio fiat, & ſi quid in ipſa domo corrigendum fuerit, abſque maiori per eos audientia corrigatur. Quòd ſi Abbas in corrigendo tepidus, & fratres ſæpius moniti incorrigibiles permanſerint, ad generale Capitulum referatur, & ſicut melius viſum fuerit conſilio generalis Capituli, emendetur. Nulla etiam Eccleſiarum, ei quam ge-*

Tria fuere in Ægypto monachorum genera. Primum cœnobitæ, quod illi Sauſes gentili lingua vocabant. Secũdum Anachoritæ, qui ſoli habitabant per deſerta. Tertium genus, quod ipſi Remoboth dicebant, deterrimum atque neglectum. Hi bini vel terni, nec multo plures ſimul habitabant, ſuo arbitrio ac ditione viuentes. De quibus ſigillatim D. Hieronymus In Regulam Monachorum.

Priuilegiũ Ordinis Præmonſtratẽſis, cuius Statuta in vnũ cõpoſuit Martinus Mourotus decanus Chriſtianitatis De Ligneyo, propoſita quarumdã Diſtinctionum ſerie, quarum ſingulæ rurſus in certa capita diducuntur. Eiuſmodi ſtatuta Ordinis Præmonſtraten. Iulius 2. An. 1503. ſecũdum alios Pontifices cõprobauit. Vt ſuprà edocuimus.

morabantur, ſed domunculas ſparſim per colles & ſaltus extructas incolebant. Ex quo Monachi, Eremitæ, Anachoretæ, Heſicaſtæ vocabantur, ï. à cæterorum conſortio mortalium ſegregati. Vt eſt apud Iuſtinianum Nouel. 5. Aſt tẽporum progreſſu decentius viſum, iiſdem eos ſedibus habitare in poſterum, omnia habentes inter ſe communia, & ſacram paupertatem cum caſtitate, votiuáque obedientia profitentes. Vti D. Hieronymus ſcripſit ad Ruſticum monachum. Can. Si clericatus 16. Quæſt. 1. Quod Agathenſi & Aurelian. conciliis eſt confirmatum. Exhinc in cœnobiis (velut ciuili quodam ſacræ familiæ cœtu) ſancita eſt politæa regularis, creati ex eo ordine præfecti cum Iuridica Poteſtate monaſterij Primoribus attributa. Eius formulam in Præmonſtratenſi cœnobitarum familia obſeruare eſt ex Pontificiis literis Gregorij 8. ita deſcriptis: *Gregorius Epiſcopus &c. Dilectis filiis Abbati Præmonſtratenſi, & cæteris Abbatibus & Canonicis Præmonſtratenſis ordinis &c. Ad hæc, quoniam Præmonſtratenſis Eccleſia prima mater eſt omnium Eccleſiarum totius Ordinis, & patrem ſuper ſe alium non habet, ſicut ad cuſtodiam Ordinis ſtatutum eſt, per tres primos Abbates, Laudunenſem, Floresſienſem, Cuißtacenſem annua ibidem viſitatio fiat, & ſi quid in ipſa domo corrigendum fuerit, abſque maiori per eos audientia corrigatur. Quòd ſi Abbas in corrigendo tepidus, & fratres ſæpius moniti incorrigibiles permanſerint, ad generale Capitulum referatur, & ſicut melius viſum fuerit conſilio generalis Capituli, emendetur. Nulla etiam Eccleſiarum, ei quam ge-*

nuit, quamlibet tenuem exactionem imponat. Sed tãtum Pater Abbas curam de profectu tam filij Abbatis, quã fratrum domus illius habeat, & potestatem habeat secundum ordinem corrigendi, quæ in ea nouerit corrigenda, & ei tanquam patri reuerentiam filialem humiliter exhibeant. Præterea omnes Abbates Ordinis vestri singulis annis ad generale capitulum Præmonstratense conueniant: illis solis exceptis, quos à labore viæ corporis retardauerit infirmitas, qui tamen idoneum pro se delegare debebunt nuncium, per quem necessitas, & causa remorationis suæ Capitulo valeant nuntiari. Porrò de omnibus quæstionibus tam spiritualibus, quàm temporalibus, quæ in ipso Capitulo propositæ fuerint, illud teneatur & seruetur, quod Abba Præmonstratensis cum iis qui saniori consilio, & magis idonei apparuerint, iustè ac prouidè iudicabit. Siquis etiam ex vobis canonicè electus in Abbatem diœcesano Episcopo semel & iterum per Abbates vestri Ordinis præsentatus benedictionem ab eo non potuerit obtinere, officio & loco Abbatis plenariè secundum Ordinem fungatur in ea tam in exterioribus prouidendis, quàm in interioribus corrigendis: donec aut interuentu generalis Capituli vestri, aut præcepto Romani Pontif. seu Metropolitani benedictionem suam obtineat. Præterea si inter aliquas Ecclesias vestri Ordinis de tẽporalibus quæstio emerserit, non extra ordinem ecclesiastica vel secularis audientia requiratur, sed mediante Præmõstratensi Abbate, & cæteris quos vocauerit, aut charitatiuè inter eas componatur, aut auditis vtrinque rationibus eadem controuersia iusto iudicio terminetur. Ad maiorem quoque ordinis vestri pacem conseruandam districtiùs prohibemus, ne aliquis Prælatorum, vel subditorum vestrorum, in his quæ ad disciplinam & institutã ordinis spectant, audeat, prout statutum est in Lateranensi Concilio, appellare. Sed si quisquam appellare tentauerit, nihilominus illi, quorum interest, regularem disciplinam exercere debebunt. Prohibemus insuper, ne aliqua persona fratrum Ordinis vestri audeat ad secularia iudicia prouocare, sed siquis aduersus eos aliquid sibi crediderit de iure competere, sub Ecclesiastici examine iudicij experiendi habeat potestatem. Præterea duximus inhibendum, ne quis Archiepiscopus, vel Episcopus, aut eorum officiales, ecclesias vestras seu regulares personas eorũ absq; manifesta & rationabili causa interdicere seu suspendere præsumat: Sed si quid in eis fuerit corrigendum, ad audientiam generalis Capituli Præmonstratensis referatur, & ibi prout iustitiæ & honestati congruerit, emendetur. Porrò nulla persona Ecclesiastica pro Chrismate, aut consecrationibus, ordinationibus, aut pro sepultura pretium, aut pro benedicendo Abbate, & deducendo in sedem suam pallefridum, aut aliquid aliud à vobis exigere, nec vllus vestrum, etiam si exigatur, dare præsumat &c. 3. Iduum Martiatum An. 1228. Pontificatus An. 1.

5 COENOBITIS verò quantumuis præsit Abba Pater, quasi domesticus magistratus, huic interdicitur aliisque sacerdotalis in Plebem functio, qui rebus se abdicantes humanis monachos induerint. Clerici enim munus est, docere & pascere populum: monachus verò non doctoris, sed plangentis habet officium. Vt scribit Hieronymus in Vigilantium Can. Alia. Can. monachus. Can. hinc est. 16. Quæst. 1. Quam ob causam nulli antiquitus reperiebantur in monasteriis sacerdo-

Gregorianum hoc monasticorum Priuileg. diploma repetitum est, probatúmque posterioribus Innocentij 4. codicillis 3. Idus Aprilis An. 1249. Pontificatus An. 6.

Die . . Mart.

Sic parentes Seneca domesticos Magistratus appellat. Lib. 2. De Beneficiis. Monachum pariter Hieronymus docet ipsũ, nõ suo arbitrio relinquendum, sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris consortioq; multorũ, vt ab alio discat humilitatẽ, ab alio patientiam. In Tract. De Regula Monachorum.

tes, sed tanquam cæteri ex populo, qui Laici Græcè appellantur, commune omnium templum adibant, singula ibidem sacramenta suscepturi. Panor. In Cap. Dilectus. De Capel. monac. Idque à Iustiniano videtur adnotatum Nouell. 133. Nonnunquam & ab iis presbyter accersebatur, vt sacram liturgiam perageret, quam nos Missam, Iustinianus ἁγίαν ἀναφορὰν nuncupat. Idémque à Scythiæ monachis factitatum enarrat Hieronymus Ripario sacerdoti. Proinde suberãt olim monachi, eorúmque antistites presbyteris sacræ Ecclesiæ, quibus & longè inferiores habebantur. Not. in d. Cap. Dilectus. De Capel. monac. ex Romana Synodo S. Syluestri In Can. à subdiacono 93. Distinct. Can. Generaliter. 16. Quæst. 1. Verùm vt hac se molestia liberarent monachi, cœperunt ex iis complures in suis cœnobiis presbyteri ordinari: sed ita, vt in cœtu tantùm suo ministrarent sacramenta, & quandam velut Ecclesiam inter se constituerent, nec alias deinceps petere Ecclesias, aut alienos presbyteros aduocare cogerentur. Ex auctoritate Paschalis 2. & Calixti Roman. Pontif. In Can. Peruenit, & Can. Interdicimus etiam Abbatibus & monachis publicas pœnitentias dare, ægros visitare, & vnctiones facere, missas publicas cantare: Chrisma & oleum, consecrationésque altarium, ordinationes clericorum ab Episcopis accipiant, in quorum parœciis manent. 16. Quæst. 1. Quapropter inhibentem omnino Episcopum, ne liturgia in certo monasterio celebraretur, acerbe exagitat Gregorius 1. Pontif.

Idem Hieronymus in Commentariis ad Cap. 3. Esaiæ refert Ecclesiã habere Senatũ cœtum Presbyterorum: sine quorum cõsilio nihil monachis agere liceat. Can. Ecclesia. 16. Quæst. 1.

Pontif. Regesti Lib. 1. Epist. 12. Can. Agapetus Abbas. 16. Quæst. 1. Nec desunt exempla in veteris Ecclesiæ monumentis, quibus eundem simul pastoris, doctorísque officium, & monachi gessisse appareat. Tripart. Hist. Lib. 8.

6 INSOLENS planè, & inepta quondam duorum Ordinum audacia, Humilium, ita se vocitabant, & Pauperum de Lugduno: qui humilitatis nomine munia, quibus curatores animorum sacerdotes iure funguntur, sibi arrogabant, confessiones arcanas audiebant, ac velut ipsi expiãdi ius haberent, noxa soluebant, concionabantur, regiménque animorum sibi vendicabant. Vtrumque ordinem abrogauit Lucius 2. Pontifex Max. vtrauis secta damnata. Annum circiter 1182. Recepti autem sub id fermè tempus Prædicatores Fratres, qui literis se excolerent, sacris concionibus erudirent Christianos, ius alienum minimè vsurparent. Sensim deinde parœciaci iuris munia sibi asserentibus cœnobitis, temperata res est, prudẽti ac Politica Bonifacij 8. sanctione, quam Clemens 5. in Synodo Viennensi recẽset. Cap. Dudum. De Sepult. Iuxta Innocentianæ Legis præscriptum in Concilio generali. Omnis vtriusque sexus. De Pœnit. & remiss. Ætatum verò successu ingens emersit Sacræ Scholæ Parisiorum contentio cum Carmelitici sodalitij Theologis, qui Pontificio freti diplomate Nicolai 5. publicũ sacerdotij ministerium in Christianam Plebeculam sibi passim adsciuerant. Lis postremò transacta iis legibus, vt sacri Mendicorum cœtus Apostolico Priuilegio

Conditore huius superstitionis Pauperum Valdone Lugdunensi. Contra Valdenses Librum contexuit Archiepiscopus Taurinensis.

Ex hac Dominicana familia sanctissimi viri prodiere scriptoréque clarissimi Thomas Aquinas, Petrus de Palude, Vincentius Bellouacensis, Nicolaus Pratensis, Io. Casanoua, Io. Dominici, Io. De Turre cremata, Petrus martyr, Vincentius Valentinus, Antoninus, Catharina Senensis, & alii, de quibus Raph. Volaterr. Anthropologiæ Lib. 21.

nuncium remitterent, eius nempe derogatorios codicillos à Calixto 3. P. P. impetraturi, quadam velut Palinodiæ cantione. Mense Februar. An. 1456. Auctorib⁹ solennis Pacti Vrsino Rhemorũ archiepiscopo ac Præfecto iuris apud Gallos, Arthuro Equitum Magistro, & Antistite Parisiensi. Verùm Vrbani Pontif. concessu Carmelitanæ familiæ ius est audire sacram delictorum confessionem & exomologesim, Diœcesano Præsule consentiente. Tanta quidem Pontificij muneris indulgentia, vt si quis parœcus sua commissa patefaceret Carmelitano sacerdoti, inuito etiam curione, solueretur ab illo criminum noxa ob clancularium hãc admissorum communicationem. Cuiusmodi Priuilegiariũ diploma descripsit ad verbum Oldradus Responso 230. Idem Heremitarum D. Augustini meminit, ac Heremitici instituti Consil. 190.

Fratrum Helisæ familiæ, seu De monte Carmelo, Priuilegium.

Carmelitarum Regulam rotã recenset Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, qui annũ circiter 1190. extabat in viuis.

In Fratrũ Minorum templo liberum sepulturæ delectum esse tradit Canonista, nec teneri quidem illos prædeferre Parœciani corpus ad parœcialem ecclesiam, nisi fuerit consuetudo. Postquam nimirũ defunctus sepulturæ locum in Minoritanæ Familiæ templo delegerit. Paxar. In Cap. ciũ liberũ. De sepult. Bertrandus Cõsil. 242. In 2. Parte.

AGEDVM quid de sacra sepultura, ad eámne licebit monasticis Mendicantium collegiis funus ducere per mediam παροικίαν, elata Cruce cum aliis eiusmodi Christianis insignibus? Secundùm eos respondendum videbatur prima fronte, quod defunctus, in Sodalium Mendicantium Ædem mandari sepulturæ corpus voluerit, iusserit. Arg. Decretalis Epistolæ Alexandri 3. Cùm liberum sit De Sepult. vbi loquitur de cœnobiis D. Vincentij, & D. Martini Laudunens. apud Veromãduos. In contrarium autem, pro parocho dicetur, Franciscanos, cæterósque id genus sepulturæ ius non habere, nec Vrnæ mortuis dandæ. Vt sensit Innocentius

centius Pontificij iuris interpres In Cap. 1. De Sepult. ibíque Hosti. & Cap. Fraternitatem Eod. Tit. Archyd. in cap. 1. De pact. In 6. Nemini præterea licere parœciacos alterius fines ingredi ad diuinũ ministerium obeũdum, nisi exorato priùs Episcopo, vel curialis templi sacerdote. Can. Episcopi 7. Quæst. 1. Can. Nullus 9. Quæst. 2. Can. Scriptũ 6. Quæst. 3. Ad hæc, parocho sacris cõstitutionibus purè attributa est mortuorũ tumulandorũ potestas. Sicuti & Regi⁹ Senatus insigni Placito declarauit 6. Idus Apriles An. 1535. Demus ergo, sepulchreti ius esse Franciscanis Sodalibus, ex canonica Sanctione, Super cathedram: Nonnullis tamen visum est, curionem iis per parœciacum agrum trãseuntibus impunè Crucem auferre posse. Rescripto Innocentij 3. Cùm ad sedem, De restit. spoliat. Vbi Cenomanorum pontifex suo se iure vsum intendit, quum sacram crucẽ à Fratribus Hospitalis Hierosolymit. abripuisset. Quã in sententiam alia multa promuntur ab Oldrado. Respon. 82. Nihilò secius, cõsimili in Curiam adducta controuersia, Patres ære mulctarunt Benedictini fani curionem, quod Parisiensibus Franciscanis ex ea parœcia funus efferentibus cruecm, cereósque vi ademisset. Eodem S. C. Franciscanis addictæ nouem vnciæ, seu tres quadrantes funerariæ suppellectilis, cereorum nempè, de quibus contendebatur, reliquo quadrante curiali sacerdoti adiudicato: partibus ad extremum commonitis, vt Viennensis Synodi canonem de funerario iure ad amussim obseruarent. Clem. Du-

Aresium Die 8. Aprilis.

In hoc Fratrũ Minorum Ordine existunt Conuentus aliquot reformati Prouinciæ S. Bonauenturæ, qui & Ministrum habent prouincialem Prouinciæ S. Bonauenturæ. Eiusmodi est Conuentus Barri super Albã, & Castellionis. Ex Rescripto Iulij 2. Pontificatus An. 6. Quam Legatus Amboisius reformationem executus est, suffragantibus Regiis Codicillis Die 2. Octob. An. 1509. De funebri Parochialib⁹ scripsit Iohan. Baptista Attestimus.

dum. De Sepul. Decreto Curię Pridie Idus Maias, & 12. Calend. Septem. An. 1535. Extat quoq; aliud Senatus Placitũ pro Minoribus Fratribus contra fani Seuerini archipresbyterum, quo liberè illi sacras audiunt confessiones, pœnitentiæque ministrant sacramẽtum parœcianis, dempta sacræ Eucharistiæ communicatione, cui certus inter eos modus, legésque prescribuntur. Arestis Sextilibus An. 1531. De quibus omnibus consule Calderinum Responso 37. In Dania certè graues seditionum faces inde excitatæ, quòd Monachi cæsei (vulgo Griseos appellant) mortuam viduam in suum intulissent cœnobium, venia ab eius parocho non petita: Ex quo Lubecensis ciuitas sacro perculsa anathemate ab Episcopo, & Collegium Sacerdotum vrbe pulsum: donec ea lis demum à Iacobo Columna pacaretur, Legato Pontificio Cardinali. Vt ait Hermannus Bonnus Lib. 2. Chronicon Lubeci Daniæ Vrbis.

S. Consultum Die vlt. April. & Die 21. Augusti.

Arestum Die Assumptionis B. Mariæ professo.

An sacri mẽdicorum cœtus, aliive possint concionari, confessiones audire, sacramenta ministrare extra suas etiam Ecclesias, lege Calderinum Consil. 37.

Minoritanæ familiæ Priuilegia, quæ Franciscani vulgò, Mare magnum vocant.

Cõplures sunt aliæ clausulæ Pontificij huius Diplomatis infrà relatæ: Cùm nihil habeatis præter domos & hortos cum virgultis, nulli decimam de dictis hortis & virgultis exhibebitis. Liceat vobis in excõmunicatorum terris liberè commorari & ab eis necessaria vita deposcere ac recipere. Excõmunicati vel irregulares, qui se aggregãt vestro collegio, priùs absoluti poterunt à vobis, & in fratres recipi, si tamen propter debitũ excommunicati priùs satisfaciant. Nulli itẽ fratrum est licitum populo prædicare, nisi à Generali Ministro vestri ordinis examinatus, & approbatus fuerit cũ prædicatorij officij concessione. Statuimus autem, vt singuli prouinciales ministri in suis prouinciis cum diffinitoribus in Prouincialibus capitulis congregatis fratres in sacra pagina eruditos examinare, approbare, & eis officium prædicationis cõmittere valeant, sicut ex forma regulæ Minister Generalis poterat.

PLANE singulari Pontificum munere adiuuantur Minoritanæ Familiæ Fratres in gerendo sacræ sepulturę officio liberéque exercendo. Quale est Clementis 4. Priuilegium hoc infrascriptũ: *Clemens Episcopus &c. Dilectis filiis Generali, & Prouincialibus ministris ac vniuersis fratribus ordinis Fratrũ Minorum &c. Sepulturam in Ecclesiis vestris liberam concedimus ad voluntatem & deuotionem morientium, nisi excommunicati, vel vsurarij publici fuerint: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus corpora mortuorum assumuntur. Vobis etiam inuitis nemo audeat sepelire vel celebrare in Ecclesia vestra. Inhibemus Fratribus vniuersis, ne aliquis eorum, nisi vrgente articulo necessitatis, alij quàm Prælatis suis peccata confiteri præsumat, vel aliis eiusdem ordinis sacerdotibus. Item Prælatis inhibemus, ne confessiones vestras vobis inuitis audire, vel compellere vos ad Synodos suas accedere, vel cum eis extra ciuitatem, vel intra processionaliter exire, aut suis cõstitutionibus subiacere, vel capitula, scrutinia, & inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere aut fidelitatem iuratam & obedientiam manualem à ministris, custodibus vel gardianis exigere, vel de eorum institutione seu destitutione se intromittere præsumant, neque prohibere, ne ad ciuitates vel villas à populis euocati accedere, & ibi construere Ecclesias positis. Nulli canonicam portionem exhibeatis de legatis vobis factis, vel de domibus, prædiis vel hortis. Nullatenus in delictis vel contractibus Episcopum agnoscatis iudicem. Per literas Apostolicæ sedis, aut legatorum, seu delegatorum ipsius contigerit à quoquam minimè valeatis, & ad pecuniam colligendam cogi non positis: quódque nullus vestrum correctionis, visitationis, vel inquisitionis officium monasteriis, ecclesiis vel personis impendere, & ad cognitionem causarum & denuntiationes sententiarum excommunicationis & interdicti, aut recipere curam monialium aut aliorum religiosorum teneatur. Nullus legatus, nisi de latere nostro missus, nullúsque Prælatus de fratribus eiusdem ordinis ad sua, vel Ecclesiæ suæ negotia procuranda, vel secum manendum aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis vel Prouincialis minister sibi duxerit adsignandos. Illos verò qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra hæreticos, vel aliàs à Papa deputati fuerint, tu fili Generalis minister &c. remouere, seu*

penitus transferre, aliósque substituere, cùm expedire videritis, libere valeatis, & eos excommunicare: Ac quilibet Prouincialis idem in sua prouincia facere possit. Apostatas quóque vestri ordinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias subdere disciplinæ rigori possitis, in quocunque sint habitu, inuocato auxilio seculari. Eiectos de ordine vestro vel egressos pro suis culpis & alios fratres eiusdem ordinis ex rationabili causa, ad quoscunque ordines adprobatos, præterquàm ad B. Augustini, templariorum, hospitalariorum, & aliorum Religiosorum arma portantium, Generalis vel prouincialis Minister licentiandi liberam habeant facultatem. Datum Perusij. Pontificatus An. 1. Hos Clementis 4. Codicillos probauit Eugenius 4. mense Nouembri An. 1439. tum Xystus 4. Sextili mense An. 1474. Adiectis à Xysto de tumulandorum corporum prærogatiua, quæ sequuntur. *Libertas sepeliendi apud Fratres intelligitur etiam quoad hoc, vt fratres nullius super hoc petita licentia parochias in quibus corpora forent, cum cruce processionaliter ingredi, ac corpora ipsa leuare, & ad eorum Ecclesias sepelienda deferre possint, vbi moris erat, vel presbyteri de hoc requisiti recusarent. Quòd si non apud eos, sed apud aliorum ordinum fratres fiat sepultura, ipsi Fratres Minores nullam canonicã, aut parochialem portionem dabunt de his quæ illis obuenient de bonis defunctorum quorum funera prosequentur. Cõcedimus etiam Fratribus Minoribus, vt eisdem personis eis confessis,*

risdem Clementinis Literis adscribitur ita. In generali interdicto locorum, pueri vestris seruitiis deputari, negotiorũ quoque vestrorum procuratores & operarij, qui in vestris locis eorum operibus personaliter cõtinuè institerint, non interdicuntur. Rursus postquã Generalis Minister electus fuerit secundũ regulã & cõstitutionem Ordinis, qui amoueri valeat à prouincialibus ministris & custodib⁹ in generali Capitulo cõgregatis, eo ipso ille Generalis Minister curã animarũ Fratrum ipsius ordinis habeat libere, & auctoritate propria liget & soluat, & ea faciat in eo ordine, quæ ipsi Ministri & Diffinitores ad hoc electi eidem ordini & fratribus secundum Deum viderint expedire. Custodes verò, & Gardiani, qui secundum statuta Ordinis aliter quam per electionem instituuntur, curam animarum fratrum sibi subditorum ipsius ordinis habeant: Ipsosque ligare ac soluere possint iuxta instituta Ordinis.

Eadem hæc fratrum Minorum Priuilegia applicantur Sixti 4. diplomate Prædicatorij ordinis

eis confessis, quibus rectores Ecclesiarum sine causa rationabili denegarint vel distulerint Eucharistiæ seu vnctionis sacramenta ministrare, eadem iis administrent. Super quo eorumdem confessorum assertioni stabitur &c. Indulta etiam potestas Generali & Prouincialibus ministris dicti Ordinis & Vicariis illorum dispensandi cum dicti Ordinis Minorum professoribus defectum natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio coitu prouenientem patientibus: Necnon cum iis, qui ex quauis causa, præterquam homicidij, bigamiæ, & mutilationis membrorum, irregulares forent, postquam ordinem ipsum professi fuerint &c.

nis fratribus & Monialibus D. Claræ sacrisque Virginibus iuxta D. Francisci institutum & S. Damiani.

Sixti 4. Rescriptum priuilegiarium pro religioso Ordine Fratrum Minorum.

9 His suppari Pontificum beneficio suffulti sunt Hierosolymitani Xenodochij fratres pro libero sacræ sepulturæ munere obeundo. Apud Innocentium 3. Cap. In nostra. De Sepult. Quo loci tractatur funerarij iuris quæstio inter fani Præfectum Montisferrandi Aruernorum, & σύνδικον seu defensorem Hospitalis cuiusdam Hierosolymorum Familiæ, quæ curialis illius templi parœcos indiscriminatim sacro sepulchro cõponebat. Militari huic Iohannitarum ordini multiplex alia irrogata est immunitas à Gregorio 8. Bonifacio 8. Innocentio 4. Clemente 5. Xysto 4. & Clemente 7. quorum sua quisque ætate terrarum Orbem sacro Imperio gubernauit. De quibus plura Lib. 3. Interdum autem singulari cœnobio, nec toti Ordini, conceditur Priuilegium à Romano Antistite. Cuiusmodi illud Gregorij Mag. in monasticam Ædem D. Medardi Suessionen. cui nominatim indultum est, vt non nisi totius Conuentus

Iohannitæ Hospitalarij, olim Rhodij, nunc Melitenses, ordinis Augustiniani: De quorum cœlibe vita ac cœlibatus professione scripsit Alexãder 3. ad Priorẽ & fratres S. Iohannis. Cap. Vxoratus. De Conuers. Coniugat.

Pontificiis istis Codicillis Gregorij 8.9.10. & aliorũ P.P. eximuntur Hospitalarij milites Hierosolymitani ordinariorũ Præsulum foro, imperio, ac Iurisdictione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuffragiis cœnobiarchia cuiquam deferretur, Eccleſiaſticos item gradus ſuſciperent cœnobitæ, & luſtralium conſecrationem fontium, ſcrutiniíque ſolemnia in ipſo monaſterio celebrarent: Chriſmatis pariter, olei, altaris, calicis, corporalis benedictionem peterent à primo quoque ſacrorum pontifice, nec alij omnino parerent, quàm Rom. Sacroſanctæ Poteſtati. Vt tradit Gregorius Regeſti Lib. 12. Epiſt. 32. Huic non diſſentaneum priuilegium Paſchalis & Alexander 3. P. P. irrogarunt cœnobio B. Martini apud Hunnos. Teſte Innocentio 3. Cap. veniens De Prę ſcrip. Quo refertur & ſingulare eiuſdem Alexãdri Diploma in Martinianã Turonum Eccleſiam, hoc verborum tenore. *Sanè chriſma, oleum, ordinationes Canonicorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Turonenſi ſuſcipietis archiepiſcopo, ſiquidem ea gratis vobis voluerit exhibere: Alioquin ea à quocunque malueritis catholico ſuſcipietis Epiſcopo. Canonicus autem veſter ſi Eccleſiarum, quæ ad ius Epiſcopi pertinent, canonicus fuerit, beneficio refutato, excommunicandi eum Archiepiſcopus non habeat facultatem.* &c. 7. Calend. Maias An. 1170.

Priuilegiaria Bulla Alexandri 3. pro Canonicis Eccleſiæ collegiatæ S. Martini Turonen. Die 25. Aprilis An. 1170.

COMMVNE verò iſtud omnibus penè eſt cœnobiis, vt annuum quiddam, monaſticæ velut præfecturæ ſymbolum teſſerámque, à monachis exigãt, inferiorum Cellularum Primoribus. Nam antiquitus monaſtici Præſulis miſſu ſinguli viciſſim cœnobitæ commigrabant in Primatus regulares eiuſdem monaſterij, vt horum Primates illis tanquam ſacri miniſterij ſociis vterentur. Ex Decretali

Primùm (ait D. Hieronym°) tractãdum eſt, vtrum ſolus, an cum aliis in monaſterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas ſanctorum contubernium:

cretali Epiſtola Innocentij 3. ad Burdegalenſem archiepiſcopum Cap. vlt. De Capel. Monac. Quo ſpectant egregie dicta ab Hieronymo In Regula Monachorũ, Cap. De Periculo vitæ ſolitariæ. At ſuccedente tempore nummaria penſitatio indicta eſt prioratuum Præfectis, quæ in locum alimentorum ſocij monachi ſufficeretur. Sic Maioriſmonaſterij Turonenſ. vſu receptum, vt minores hi regularium Templorũ antiſtites cœnobio certum æs annuum penderent. Et hæc in monaſticos Præfectos, quid de ſecularibus fiduciariis, quibus nempe regularia hæc Sacerdotia commendãtur? Diſceptatum id fuit in Curia iſta Pariſienſi, quam Michaël Bonamorius Chambonij Prioratus Primas à Bleſenſi proprætore appellarat. Pro iſto Tuffierus cauſidicus, cœnobiarchas nullum imperij ius habere in fiduciarios prioratuum Præfectos, at ſolummodo in cucullatos ſacerdotes, communis religione voti obligatos. Ego in contrarium, pro Maiorimonaſterio, ſecularium conditionem, quàm monachorum, potiorem eſſe nõ debere in dirigenda ac præſcribenda Regularis Primatus adminiſtratione. Illis quippe monaſticos primatus non niſi contracta fiducia commendari, Pontificia ſcilicet indulgentia, veniáque impetrata: His autem ſcripto iure Prioratus deſtinari, velut domeſticas familiaréſque ſummæ Ædis Cellulas, appendices, & acceſſiones. Publicè vtiliſſimum fore, ſi ad exactas priſcæ Eccleſiæ rationes monaſtici ritus auctore Senatu reducerentur. Perpetuas ſacerdotiorum fiducias odio

ne abſque ductore eã ingrediaris viã, ſtatimque tibi in partem alterã declinandũ ſit, & errori pateas, plúſque aut minùs ambules quàm neceſſe eſt, & currens laſſeris, morámque facies obdormias. In ſolitudine citò ſurrepit ſuperbia. Etſi paruper ieiunauerit, hominẽque non viderit, putat ſe alicuius eſſe momenti.

Arnul. Rutzeus in ſuo Tract. Commẽdariũ vndecim quæſtiones excuſsit de beneficijs datis in commendã, luſtè autem Capitulũ ſede vacante poteſt cõmendare beneficia quæ habẽt onus annexum, licet ea conferre nequeat: ſed hoc ad cuſtodiã tantùm, non ad titulum perpetuũ. Archid. in cap. 1. De inſtitut. in 6. Idẽ

In Can. Presbyteri 44. Distin.

dignas videri, nec legum fauore, aut ampliori priuilegio adiuuandas. Secularem clericum hoc nomine, quod monasticum Primatum teneat fiduciario iure, quasi tacito pacto obnoxium fuisse factum legibus moribúsque in cœnobio receptissimis. Conscripti Curiæ negotium hinc inde disceptatum consilij esse pronũtiarunt. 3. Nonas Iunias An. 1575. Tuffierio, Meq; dicentib⁹. Porrò in simili antea, sed possessorio iudicio vindiciæ à Senatu datæ sunt pro libertate aduersus cœnobiarchã, quandiu seculari clerico regulare huiusmodi sacerdotiũ commẽdaretur. Placito 3. Nonas Martias Anno sesquimillesimo sexagesimo nono, secũdum Cheualerium Priorem Champgenetei templi fiduciarium, contra Abbam & monachos Euronij monasterij in Cenomana Diœcesi.

Die 3. Iunij.

Decretũ Curiæ Die 5. Mart.

EXIN fiduciarij Prioratuum Præfecti haud ideo grauioribus premendi sunt Abbatum mandatis, quòd nõ interfuerint Synodicis religiosorũ Patrum conuentibus, nisi ibidem collatitia pecunia numerari ab iis consueuisset. Decreto Senatus 5. Idus Maias An. 1515. Pari argumento propinquos habẽt hæredes fiduciarij regularium Primatuum præfecti, non Archimandritam superiorem: sacris facultatibus exceptis, quæ monastici conuentus ministerio ecclesiastico de more addicerentur. Placito Curiæ 10. Calend. Apriles An. 1526. secundum agnatos Iani Pigearti (cui monasticus Primatus Villęnouæ commendatus fuerat) aduersus fani Columbę cœnobiarcham. Vice versa, fiduciarius cœnobij Præsul non vtitur sacra in monachum

Arestum. Die 11. Maij.

Arestum Die 23. Mart. de successione bonorum Prioris commendatarij secularis. Viuus etiã talis Prior super reditibus beneficij commendati transigere ac eos vẽdere potest. Domin. Consil. 17. Anton. Capyc. In Decis. Neapol. Quæst. 3.

monachum potestate, nec in eius peculium demortui succedit. Hoc quippe vt Romanis legibus paterni erat in liberos imperij, aut dominici in seruos: Ita Christianis decretis non alij competit, quàm Abbæ Patri in cœnobitas. Thuanus, ob id, patronus regius in media fori actione prouocauit ad Senatum ceu ex abusu à Pontificij Iuridici sententia, qui peculiare æs cucullati sacerdotis fiduciario adiudicarat cœnobiarchæ, tanquam monachi in peculium successori. Quam publici Actoris prouocationem amplexa est Curia, diémque præfiniuit prouocatoriæ liti peragendæ. Danesio tum, & Fillolio summæ causæ, cui hæc incidit appellatio, aduocatis. 3. Kalend. Decemb. An. 1571. Citatur nihilominus Curiæ Præiudiciũ iampridem latum pro Lotharingo Cardinali, fiduciario Antistite Maiorismonasterij aduersus Grisæum Crispinum. Istic enim Senatus dimidium bonorum assem, Ecclesiæ fabricæque templi, reliquum Abbatis esse pronũtiauit. Aresto 3. Calend. Maias An. 1553. De religioso autem cœnobij præsule nemo ambigit, quin ei monachi peculium, licet Episcopi, sit addicendum. Placito Senatus 9. Calend. Quintiles An. 1497. de Valentini pontificis peculio, qui monasticæ vitæ instituto iuuenis se dicarat. Monachus enim ad pontificatum euectus permanet monachus, votiuóque deuinctus regulari sacramento. Vt sanxit Bonifacius 8. Cap. Si religiosus. Cap. Si abbatem De Elect. & 18. Quæst. 1. Apud Gratianum. Quod innuens Sidonius in Epist. ad Faustum, nil (inquit) ab Abbate muta-

Abbæ cõmendatario perinde potest delegari causa à Rom. Pontif. tanquã verò Abbati, sicut abbati titulario. Barb. Consil. 2. Quod in Francia seruari ait Chassan. In Cõsuet. Burg. Rubr. De Success. des bastars §. 3. Nũ. 58.

Die 29. Nouẽb. 5. Consultum Die 29. Aprilis.

Arestum Die 23. Iunij.

Si monachus è cœnobio exeat ob delictum, vt quia transferatur ad aliud cœnobium Pœnitẽtiam acturus, ipsius bona debentur secundo monasterio respectu vsusfructus. Sed naturaliter mortuo monacho, reuertũtur bona ad prius cœnobium, consolidato cũ proprietate illorũ vsufructu. Cã. de lapsis, cũ glo.

16 quæst. 1. Cã. si quis rapuerit 27. Quæst. 1. Sinante monachus citra noxã licitè transferatur ad aliud monasteriũ, vel prouehatur ad sacras Præfecturas, videtur quibusdam, bona priora remanere penes primum cœnobiũ debere, Posteriùs verò quæsita pertinere ad secundum monasterriũ vel Ecclesiã, cuius ille Prælaturã tenuerit. Ex Can. vni. 18 Quæst. 1. Salyc. in L. inter antiquam Cod. de Vsufr. Putant tamen alij, omnia hoc casu cedere secundo monasterio, vel Dignitati in consequentiam personæ trãslatæ. Nam illud Cap. vnicũ loquitur de partis ex opera cœnobitæque industria, quæ penes prius cœnobium permanent, in quo fuerant quæsita ea & comparata.

tus per sacerdotem. Quippe cum nouæ dignitatis obtentu rigorem veteris disciplinæ non relaxauerris. Lib. 9. Epist. 3. His cõsentanea lex Caroli Mag. cuius verba sic referuntur: *Monachus si ad Clericatum prouehatur, propositum monachicæ professionis non amittat.* Leg. Francic. Lib. 1. Cap. 27. Nonnullis tamen placet distinctio hæc, bonorúmque defuncti Monachi separatio, vt quæsita ab eo ante collatum Episcopatus sacerdotium monasterio attribuantur: posteriora verò, mensæ Episcopali. Opinione Speculat. De Statu monac. Vers. 23. Bald. in L. Inter antiquam Cod. de vsufr. Iason in Auten. Ingressi Cod. De sacrosanct. Eccles. Arg. Nouellæ Constitutionis De sanctiss. Episc. §. Si verò monachis Col. 9. Aufrerius elegãter in Tholosana Decis. 39.

PINGVIVS ædepol his omnibus veterũ monachorum peculium, qui eruditæ opes industriæ suarúmque lucubrationum hæreditatem ad posteros Christianos trãsmiserunt, quouis auro pretiosiorem. Isuardus enim monachus, Benedicti Ordinis, edito Volumine pertexuit sanctorum Confessorum & Virginum res gestas, eorúmque omnino, qui parta martyrij laurea Christianis pectoribus stimulos addiderant ad bene beatéque viuendum. Annum circiter 770. Sic Ionas cœnobita, genere Scotus B. Columbani Abbæ vitam mandauit literis circa Annum 630. A Theo-

Effren monachus carmine planxit Nicomediæ lapsum.

Arator S. R. E. Cardinalis scripsit in Apostolorum Acta Carminum Lib. 2.

dorico

dorico cœnobiarcha scriptam habemus Vitam Diuæ Hildegardis. An. 1200. Hæc monasterij antistita floruit in monte D. Roberto sacro ad Bingam in Germania, quum Eugenius 3. Pontificiis Sacris præesset. Eadem tempestate D. Bernardus emicuit cœnobita, quercuum secessuúmque discipulus, & nullo præeunte magistro doctissimus: qui è solitudine in celebritatem, ex vmbra in solem, sanctitatem eruditionémque importauit. Is tam hercle πολύγραφος, quã αὐτοδίδακτος: Quod paucis admodum id genus scriptoribus Origeni, Augustino, Ambrosio legimus contigisse. Bernardi vitam monumentis consignauit Arnoldus Bonæuallis Carnutum Abba, illius coætaneus. Quem ad Arnoldum Carnotensem emisit Bernardus Epistolam 310. In Tomo Epist. His autem ætate maior Hugbaldus monachus Eluonensis cœnobij ex Benedictino ordine texuit sacram Historiam Christianorum Patrum, qui pietatis commendatione in Superos relati fuerant, nominatímque D. Lebuini res gestas Historico opere illustrauit. Caluo Cæsare scriptoris huius Mœcenate ac patrono. Circa annum 880. Subde iis Lanfrancum Cantuariensem, ex Abba Archiepiscopum, qui de sacra Eucharistiæ communione Librum exarauit in Berengarium Turonensem. An. 1060. Contra eundem Guitmundus stylum distrinxit Auersanus archipræsul, triplici cõdito De corpore & sanguine Christi Volumine. Berengarij quidem errorem damnarat Leo 9. Pontifex, Vercellensi coacto Præsulum concilio. At Nico-

Quidam extat Codex hoc titulo, Regula S. Benedicti explicata ab Hildegarde, quæ imbi grauissimè sorores suas exhortatur ad obseruandã regularis vitæ disciplinã.

Circumfertur & alter Arnoldi Bonæuallis Abbæ Tractatus De vltimis septẽ verbis Domini.

Lanfrancus genere Italus, patria Ticinensis Cadomensem diu tenuit in Normania cœnobiarchiam, quousque Cantuariensis Præsulatus fasces adeptus est.

Berẽgarij huius piè abiurantis tumulus visitur in Templo monastici primatus D. Cosmæ apud Turones cum insigni

Epitaphio posito An. 1088. Distichis sepiē infrascriptis: Quē modo miratur, sēper mirabitur orbis, Ille Berēgarius nō obitur obit: Quem veræ fidei vestigia sūma tenentem Iani prima dies abstulit ausa nefas. Illa dies, dānosa dies & perfida mundo, Qua decus & rerū forma ruina ruit. Qua status & virtus, qua spes, qua gloria demum, Qua cultus Iuris iure ruente ruit: Quicquid Philosophi, quicquid cecinere Poëtæ, Ingenio cessit, eloquióque suo: Cui vestis textura rudis, cui non fuit vnquam Ante sitim potus, nec cibus ante famem. Quē natura parens, cum mundo contulit, inquit, Degenerāt alij, nascituri iste mihi.

lao 2. Leonis successore, Berēgarius ingenuè mutauit sententiam: ea sanatæ mentis pœnitentísque animi publica testificatione, vt inopibus mox cūcta erogans victum sibi dehinc stipémque diurno manuum labore quæritarit. Id quod auctor est Yuo Carnutum Antistes 16. Part. Decret. & Can. Ego Berengarius indignus Ecclesiæ S. Mauritij Andegauensis Ecclesiæ diaconus. De consecrat. Distinct. 2. & Platina in Iohanne 14. P. P. Sub quæ tempora Abbo Floriacensis monachus Celta conscripsit Edmundi martyris vitam An. 1063.

INNVMEROS prætereo Ecclesiasticos scriptores cœnobitas, cum Orientalium partiū, quos D. Hieronymus, tum Occidentalium, quos Baleus è Britannia sua, Ado Viennensis è Gallia, aliísque ex aliis passim regionibus in memoriam posteritatis eduxerunt. Quibus haud temere Honorium adiungas, Heduensem presbyterum & Scholasticum, qui de *Luminaribus Ecclesiæ*, sacrísque scriptoribus Codicē exarauit, & Offendiculum De Sacerdotibus An. 1120. Ac longa pòst tēporum intercapedine Sibertus Bela, Carmelitani instituti, Regulam sui Ordinis publicato Opere pertractauit. Annum circiter 1320. Deinde Burellus Diuionēsis Carmelita depinxit Heliadē, id est, Heliæ Encomium, Carmelitarum patriarchæ, virorúmque illustrium Carmelitanę professionis. An. 1494. Hoc amplius, cucullati sacerdotes honesti otij partē scribendis Reipub. cuiusq; Annalibus impenderunt. Nam vt Iornandem monachū sileam, rerum Gothicarum, aliósque exteros memoriæ

moriæ scriptores, Franci imprimis nostratem debemus Historiam Gregorio Turonensi, Aimoyno, Vilhelmo Nangisio, Gaguino, Glabro Rodulpho cœnobitis: Hannones Iohanni Cuysio, Britones Anachoretæ Marco auctori peruetusto. Radeuicus item Frisingensis Ecclesiæ canonicus Friderici 1. Cæsaris res gestas complexus est duplici Libello. Ne Freculphum interim supprimā, monachum Benedictinum, qui Orbis totius chronica inexhausto sudore concinnauit, ad Bonifacij vsque Pōtificatum, & Phocæ Augusti Imperium.

14 TANTVS religiosi otij fructus constat cœnobitis, vel rusticana quiete, vel tranquillo (licet in Vrbe) secessu perfruentibus. Quin profanæ functionis homines rus digressi paulisper commentantur condúntque liberiùs, qnæ in communem dein posterorum vsum, ciuilémque hominum societatem proferantur. Hinc M. Tullius, hæc (inquit) loca venusta sunt, abdita certè, & siquid scribere velis, ab arbitris libera. Epist. ad Atticū Lib. 15. Ex eo Academicæ etiam quæstiones dictæ, ab Academia Ciceronis villa, quam Laurea Tullij ipsius libertus mirificè extulit hoc Epigrammate.

Quod tua Romanæ vindex suauissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine Villam,
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hinc etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope.

Gregorius Turonum Episcopus, ex monacho discipulus quondā S. Aquitti Præsulis Aruernorum.

Fr. Vuilelmus Nangisius Dionysianæ ædis monachus in agro Parisiensi. Carolo 5. Rege.

In hac Britonū Historia Anachoretæ Marci, frequens mentio de D. Germano, & De Patritio Episcopo.

Freculpho Rabanus Abbas multa volumina dedicauit.

In hanc sentētiam multa diximus in nostro Opere De Priuilegiis Rusticorum.

Laureæ Tullij liberti Carmē De aquis in Academia Ciceronis villa erūpentibus, quæ remediū ægris oculis adfere-

bant. Apud Plinij Lib. 31. Cap. 2.

Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur Aquæ.

Nobis sanè forensium rerum vnda pene obrutis emergere si licuerit aliquando, decretus est pariter reditus in natale nostrum Andium rusculū, vt illic deuexa ætate, quasi vespere, taciti, Pythagoreorum instar, repetamus memoria, scriptísq; cõmunicemus posteritati, quæ tota die. ï. in Reipub. luce iuuenes identidem didicimus. Iam ergo, vt ad cœnobitas reuertar, perenni laudum prę-
conio digni hi mihi videntur quicunque solitudinis, otiíque sui commoda piis studiis ac literaria commentatione, scriptionéque metiantur. Nec enim temerè sacram illam solitudinem celebrarũt maiorum gentium auctores, D. Ambrosius in Opusc. De fuga seculi, Basilius Mag. in Tract. De abdicatione rerum, seu renũciatione seculi, & D. Bernardus De vitâ solitaria ad Fratres De monte Dei.

Sic D. Hieronymus Libro De Regula Monachorum Caput attexuit De Laudibus & vtilitate Eremi.

Peltanus Societatis Thesis Theologus nouissimè scripsit de Originis peccato, & de satisfactione, ac maiestate Christi.

Recitata fuit Braunsbergæ in Collegio Societatis Thesis Palinodia, seu Reuocatio Fabiani Quadrantini, cùm factus esset ex Lutherano Catholicus. An. 1571.

Misella etiam hac tempestate excitatur à Superis nouus religiosorum hominum Ordo, (Societatis Iesu) qui assidua sacræ paginæ lectione, concionibus, scriptorùmque editione nutantem fulciunt Christianam Rempub. rara ingenij doctrinæque munera ad ornatum Templi Dei. ï. Ecclesiæ conferentes. Testãtur idipsum præclara Canisij monumenta, Antonij Posseuini, Theodori Peltani, aliorúmque, qui in sacrum hoc allecti sunt consortium: Testatur quoque Emanuelis Acostæ Lusitani Historia rerum à Societate Iesu in Oriente gestarum ab Anno 1541. adusque 1568. Ignatius

Ignatius Loiola parens conditórque sacri Sodalitij, qui Romam cum Sociis venit ad obedientiam Paulo 3. P. P. deferendam. Quo tempore apud eundem Pontificem Petrus Mascarenius pro Lusitano rege Iano legatione fungebatur. Is cognito eorum vitæ genere, atque instituto, quod ita in mandatis habebat ab rege, qui de ipsorum virtute, piísque moribus ex literis multorum antea perceperat, egit cum Summo Pontifice, vt ex iis aliquot promulgandi Euangelij causa mitterentur in Indiam. Cuius Prouinciæ ab Idolomania ad Christianam fidem traducendæ magno desiderio Rex tenebatur, orthodoxæ pietatis assertor egregius. Missi ex decem, qui tum erant, Sociis Franciscus Xauerius Nauarrensis, & Symo Rodericus Lusitanus Vlyxipponem attigêre. An. 1540. Qua in regione pia sedulitas & industria variis actionibus ita probari ac suspici cœpta est, vt vulgò Apostolorũ nomine nuncuparentur, seu Christi Legatorum. Inde hoc Societatis in Lusitania cognomentum à populo est inditum. Xauerio India prouincia destinata, Rodericus in Lusitania retentus: vt quoniam ad Ignatium alij se adiungebant indies, rei literariæ professione in Conimbricensi academia præesset ipsorum collegio, quod velut seminarium foret eorum, qui deinceps in Indiam supplementi causa legarentur. In India igitur Xauerius perinde ad Ethnicos Christianis præceptis imbuendos incubuit diligenter, vti ad Christianos incolas, Lusitanósque in fide ac officio retinendos. Declarant id, præter Indicam

Xauerius diem supremũ obiit in Regno Sinarum 4. Nonas Decemb. An. 1552. in Monte deserto, in tugurio è paleis & arborũ ramis raptim extructo.

Ei Collegio Lusitanus Rex vectigalium annuorum quod satis esset ad socios centum alendos, doctrinaque sacra ac profana instituendos attribuit.

Acoſtæ Hiſtoriam, Epiſtolarum Lib. 4. De Iaponicis rebus, & Epiſtolaris Codex Rerum Indicarum. An. 1568. 69. & 70. Exin Societatis Iheſu fœliciter iactis fundamentis, exurgunt ſubinde Maldonatus, Ogerius, Sociíq; id genus compluſculi ſacræ diſciplinæ præcones, frequenti concione doctrinam admirante cum ſumma pietate cõiunctam. Potiuntur certè hi parta ex optimis ſtudiis inſigni gloria, quæ nixa veræ virtutis radicibus nunquã defloreſcet. At enim prudentiùs Dij immortales, quum nouum hunc Ordinem inſtituerent, ſuum velut Athletam renaſcentibus opponendum hæreticis, videntur attenti Patrisfamilias munus obſeruaſſe: cui Oeconomicam hanc cautionem Vates Heroico ſuggerebat.

Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem:
Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras,
Anteueni, & ſobolem armento ſortire quotannis.

Reſcriptum Apoſtolicum.
Die 27. Septẽb.
Die 14. Mart.
Die 1. Nouẽb.
Die 21. Iulij.

Ea de cauſa Ieſuitarum Ordo probatus eſt Paulo 3. ſummo Orbis Pontifici Diplomate 5. Kalend. Octobres An. 1540. Pridie Idus Martias An. 1543. Calend. Nouembris An. 1549. & Iulij 3. codicillis 12. Calend. Sextiles An. 1550. Receptus etiam à Piſiacenſi Gallicorum Præſulum conuentu. 17. Calend. Octobres An. 1561. Cuncta hæc promulgante Lutetiano Senatu, iis legibus, vt recèns creata Societas ſacrum agnoſceret Diœceſani imperium, ſuperioremque Epiſcopi Præfecturam, nec eadem quoque parochorum, aut Collegij Eccleſiaſtici cuiuſuis iura ſibi vſurparet. Idibus Februar. An. 1561. Poſt binas Curiæ de eo negotio interlocutiones

Die 15. Septẽb. An. 1561.

Areſtum Curiæ Die 13. Febru.

terlocutiones 3. Nonas Sextilis An. 1554. & 8. Calend. Martias An. 1560. Rem totam promouente in Ieſuitarum gratiam Chriſtianiſſ. rege ſolemnibus ad Senatum Reſcriptis menſe Ianuar. An. 1550. & 7. Kalend. Maias An. 1560. Imò & œcumenica Tridentina Synodus inſigni elogio comprobauit Religionem Clericorum Societatis Ieſu, & à Sanctiſſima Sede priùs admiſſam atteſtatur Concilij Seſſione 25. quæ abſoluta eſt Pridie Nonas Decembres An. 1563. Cap. 16. Sub Pio 4. primario Eccleſiæ Magiſtratu. Nec verò me fugit ſacri huius Ordinis nouitatẽ inuidioſam fuiſſe nonnullis, quaſi antiquitus receptas ſectari liceret, non nouas ſancire monaſticę Religionis Familias, quadã velut Politica Theſi. Vt Innocẽtius 3. conſtituit in Concilio generali. Cap. vlt. De Relig. domib. Idémque à Paulo 3. Pontifice decretum aiunt in Niceenſi Phocẽſis Prouinciæ oppido An. 1538. Pari ratione Petrus Aliacẽſis purpuratus Põtificius ſcripto contendit ducentos abhinc annos, nouas monaſticorum collegiorum inſtitutiones arceri, prohiberíque oportere. Aſt fractis inuidiæ repagulis, Ieſuitarum Ordo radices egit, velut de cœlo miſſus: quo fortiſſimi Chriſti milites reduiuam veterum hæreſim oppugnarent æquè ſtrenuè, vti impius Albiotum erroribus obiecti fuere à Numine quondam Dominicanæ normę ſacerdotes cucullati. Nouas tamen eiuſmodi regularium Sodalium coitiones Græci Auguſti videntur improbaſſe. Siquidem Nicephorus Phocas Byzantiorum Cæſar legem tulit, ne cœnobia

Die 3. Auguſti 1554.
Die 22. Febru. An. 1560.
Die 25. April.
Die 4. Decemb.

Petrus De Aliaco Cardinalis.

Alter Ieſuatorũ Ordo perhibetur à Volaterrano Anthropol. Lib. 21. Cœptus ſub Vrbano 5. apud Senam Hetruriæ vrbem, Auctore ordinis Iohanne Coliũbino Senenſi, siue circa Annum 1360. Socij verò eiuſdẽ Ordinis, Nicolai 5. conceſſione, ædem S. Iohã. & Pauli Romæ in Cælio monte habitãt.

Universidad de Deusto Biblioteca

vlla excitarentur in posterum, vel Xenodochia, aut Nosocomia, aliáve pia loca, sed iam extãtium vt res negotiáque procurarentur. Cuilibet autem vltro concessum eadem Constitutione, cellas & quæ appellantur Lauræ, in Eremis condere, quæ non ad possessiones, alienósque porrigerentur agros, verùm soli monastico cultui addicerentur. Vt est apud Theodorum Balsamonem in Pandectis Legum Orientalium.

Lex Constantinopolitana.

Voluũtur passim Quæstiones seu Disputationes Camaldulenses De vita contemplatiua & Actiua, perscriptæ à Christophoro Landino Florẽtino ad Fœdericum Vrbinatiũ principẽ in Camaldula Sylua, *vbi æstiuabat cũ Marsilio Ficino, Baptista Alberto, cum Camaldulensi antistite, & Laurentio Medice.*

AMPLEXA est porrò sacra Ecclesia præter vulgatos cœnobitarum ordines, quorum scriptores meminêre, monasticam Sodalitatem Frisonariæ seu Lateranensis, S. Iustinæ, Eremitarum D. Hieronymi, Cruciferorum cum scella, S. Petri confessoris de Magella, S. Sepulchri de Calatambio, Camaldulensem, Valliscaulium, Florentis, Syluestrinorum, De Montefano, S. Victoris, De Sepinguam, Pauli primi Eremitæ, De Pœnitentia beatorum martyrum: Societatem & conuentum Marianorum Teutonicorum, Sacrum ordinem Militiæ Calabricæ, militiæ Iesu Christi apud Lusitanos, Militiæ B. Iacobi de Altopassu, militiæ Hospitalis D. Thomæ, Militiæ B. Mariæ de Montesia, Liuoniensis militiæ Christi, quam Albertus Liuonum Episcopus instituit: Cum plerisque aliis regularium Sacerdotum Collegiis, quæ cœlesti afflatu prodita mortalibus multiplex piórum operum specimen edidêre. Romualdus planè Eremitica studia persecutus, in agro Aretino consedit circiter Annum 1009. vbi cuiusdam casam Maldi in Eremo incoluit. Inde Camaldulensis monacho-

Hic Albertus Militaris Societatis Christi apud Liuones auctor eidẽ tertiam reditũum partem Rigensis Episcopatus attribuit. Ex Chromerõ Polonic. Annal. Lib. 7.

monachorum Mandra congregatióque ab eo instituta manauit. De quo post Volaterranum scripsit Sigonius Lib. 8. De Regno Italiæ. Vallisscholarium verò ordinem Honorius 3. ac Iohannes 22. Pontifices optimis munierunt & institutis & Legibus, quæ comprobatorio Pij 2. Diplomate sigillatim continentur, in hanc sententiam. *Pius Episcopus &c. Ex ore dilecti filij Iohannis Perroti Prioris Prioratus Vallisscholarium sub regula S. Augustini, Lingonensis diœcesis, nobis nuper exhibita petitione accepimus, quòd olim nonnulli probi Fratres in eodem Prioratu, domibus & membris ab eo dependentibus sub regulari obseruantia viuere cupiẽtes, de licentia Episcopi Lingonensis ipsius Prioratus fundatoris infrascripta fecerũt, & assumpserunt, quæ ab Honorio deinde & Iohanne 22. prædecessoribus nostris approbata sunt. Videlicet quod Fratres ordinis Vallisscolariũ vitam regularem secũdum Deum, & B. Augustini regulam post annum probationis, & non citius, expresse profiterentur, & gestum habitum & officium obseruarent more fratrum loci B. Victoris extra muros Parisiens. Visitationes verò & capitula more Cisterciensium celebrarent: Et si Ordo ipse Vallisscolarium intantum propagaretur, vt multitudinẽ pareret filiarum, Prior ipsius Prioratus Vallisscolarium omnes filias visitaret & filias filiarum, in quibus posset Priores & cæteros officiarios ponere, & deponere, secundũ quod domorum vtilitati & inhabitantium saluti congruentiús esse reperiret: Trésque primeuæ filiæ Patrem visitarent, & obeunte alicuius domus priore, obitum huiusmodi Priori Vallisscolarium nuntiarent, qui licentiam daret eis eligendi fratrem priorem, electionémque Prior con-*

Rescriptum Pij 2. P. P. pro Ordine Vallisscholarium, & eius Priuilegiis.

Est & alius Vallisumbrosæ Ordo monasticus, auctore Ioh. Gualberto Florentino An. 1070. Quem Gregorius 7. ordinẽ adprobauit, vitæ disciplina sub norma S. Benedicti & amictu Veneti coloris instituto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmaret. Electionem verò Prioris Vallisscholarium tres primarum filiarum priores confirmarent, & Episcopus Lingonensis, de cuius licentia id fieret, electionem ipsam approbaret, & quòd nullus ad professionem ante nouem annorum ætatem admitteretur &c. Numerum verò Fratrum in qualibet domo præfixerunt, qui præteriri non deberet, vt Ecclesia capitalis triginta fratribus Priore præsidente, quælibet verò aliarum 12. fratribus clericis & tribus conuersis, Priore etiã præsidente, cõtenta esset. Quòdque Fratres in communi omnino viuerent sub eodem tecto &c. Quòd carnibus non, nisi debiles & ægroti, vescerentur: Quódque camisiis lineis non vterentur, nec culcitras in dormitorio haberent. Necnon Fratres certis horis orationi, certis horis lectioni, & certis manuum labori vacarent &c. Quòd Prior & cæteri officiarij in aduentu visitatoris compotum de totali administratione sua conuentu præsente redderent. Quòd prior alicuius domus Ordinis prædicti mutuum recipere non posit sine assensu cõuentus vltra summam 100. solidorum, nec assentiẽte conuentu vltra decem libras, nisi de visitatoris vel capituli generalis, aut Episcopi diœcesani licentia. Quod Prior eiusdem prioratus, & sui successores in omnibus Ecclesiis eiusdem Ordinis de more Cisterciensium, sine vlla temporalium exactione, officium visitationis impenderent, & tres dicti ordinis primæuæ filiæ visitandi matrem secundum morem eundem haberent potestatem. Priores quoque forinseci semel in anno tempore statuto apud Ecclesiã eiusdem prioratus conuenientes in vnum celebrarẽt more Cistercienſium Capitulum generale, Ipséque Honorius P. P. illud statutum, vt fratres ipsius Ordinis, nisi debiles, carnibus non vescerentur, addidit: Iohannes quoque P. P.

22. præ-

22. præfatis Vallisscholarium, cæteríque eiusdem prioratuum Prioribus in singulis domibus eis inobedientes, præmissa cognitione summaria, corrigendi appellatione non obstante potestatem concessit, & etiam voluit, quod 12. Fratres eiusdem Ordinis dociles ad studium Parisiense mitterentur & fruerentur sumptibus Ordinis totius, ita quod quilibet prior secundum ratam suorum prioratuum contribueret, ac diffinitores Capituli generalis præfati ordinis, priores prioratuum, & domorum huiusmodi ad solutionem sibi impositæ summæ compellere haberent, prout in singulis Honorij & Iohannis prædecessorum eorumdem literis, ac statutis præfatis continetur. Quæ omnia & singula ratifficamus & approbamus &c. 13. Calend. Ianuar. An. 1463. Hisdem tabulis Pius 2. iuridicos talium Statutorum immunitatúmq; Seruatores delegit Clarouallensem, D. Genouefę, & B. Martini Laudunensis cœnobiarchas: quorum sententiis forenses Vallisscolarium controuersiæ dirimerentur.

17. ADIECIT etiam Pius 2. prædictis Codicillis, monachos Vallisscholarium sacræ visitationis lege posthac nõ teneri, adempta Episcopis ipsos inuisendi potestate. Sed hoc quodammodo est Tridentinis Comitiis temperatum, cautúmque, vt cœnobia vni S. R. E. subiecta, quolibet triennio cogerent sacros conuentus, ex formula Innocentianæ Sanctionis (In Singulis,) atque inibi Visitatores constituerentur. Sin minùs, illi iam tunc Diœcesano præsuli submittuntur, tanquam Apostolicõ delegato. Trident. Concil. Sessione 25. Cap. 9. Præclarè. Nam & in primæuo illo Sacræ

Sff

Die 20. Decemb. Conseruatores Apostolici, seu iudices à Papa selecti religiosorũ Vallisscholarũ causis decidendis.

Innocentij 3. Rescriptum In singulis De Statu Monac. Quod ita intelligitur, vt quælibet religio monastica faciat per se cõciliu prouinciale. Atque ita seruari de facto Abbas testatur in d. Cap. In singulis. Nã Carthusienses per se conueniunt, item Cisterciẽses per se, & Medicãtes: Nõ autem vt omnes omniũ ordinum abbates eadẽ simul habeant comitia.

Reipub. flore viguit episcopalis censura in Monachatum, obnoxiiq; erat Episcoporum animadversioni cucullati Sacerdotes. Legimus enim Theodosium cœnobitam monasterio pulsum, & ex publica traductione camelo vectum fuisse iussu Diodori pontificis Diœcesani, tanquam famosum & ignominiosum. Monachos rursus cum Theodosio conatos fuisse vi minisque eo Iuuenalem adigere, Hierosolymorum antistitem, vt in Chalcedonensi concilio acta decretáque infringeret, aboleret. Martiano Romanis imperante. At Cæsar, re cognita, rescripsit Dorotheo Palestinæ prætori, vt Iuuenalem sacrorum gradu à monachis deiectum curaret restituendum, abrogata iis Ecclesiastica dignitate, qui eam à seditiosis monachis accepissent: edixitque huiusmodi munus ad Episcopos pertinere, de monachis demum habendam esse ex legibus quæstionem. Teste Euagrio Hist. Eccles. Lib. II. Cap. 5. & Nicephoro Libri 15. Cap. 9. Haud dispari argumento Curia visitationis lite pendente, inter Pictonensem episcopum, & Menigousti phani cœnobitas, illi addixit fiduciariam controuersi iuris possessionem. Vindiciario Curiæ Placito An. 1391. Apud Gallũ Quæst. 226. Arg. Cap. Cùm personæ De Priuileg. in 6. Quemadmodũ & Parisiensi pontifici adiudicata visitandi possessio aduersus D. Mauri Archimandritã, & monasticum Præfectũ D. Eligij Parisien. qui Ædis Mauri Abbæ subiiciebatur. S. Consultò An. 1387. vt Gallus retulit Quæst. 196. Imò & Episcopo attributũ est Tridentina Synodo ius inuisendi,

Quid si monasteriũ, & monachi exempti sint à iurisdictione episcopi? Tunc respondebunt in criminalibus & ciuilibus coràm suo superiore, si hoc competat de cõsuetudine legitimè præscripta vel ex tenore Priuilegij. Glos. In Auten. Causa quæ Cod. De Episc. & cler. Vel coram Papa aut legato Cap. quid translationem De Off. leg. Cap. 2. De Restit. in integ.

Curiæ Arestu prouisionale, vt aiunt.

sendi, inspiciendíque sacra Hospitalitatis diuersoria, collegia quæcunque, pias profanorum hominum sodalitates, seu quæ vulgo confraternitates laicorum nominantur, & pia loca omnia: Tametsi vel horum curatio plebeiis competat, vel ea Pontificio munere diœcesani imperio Hierarchæ eximantur. Trident. Concil. Sessione 22. Cap. 8.

18 SYNODICO huic decreto conuenit magna ex parte Regia Francorum Lex Aurelianensis; qua Abbates, & monacharum Præfectę Diœcesano obsequi iubentur, sacram prouinciam circumeunti, posthabita quauis exemptione Pontificia & sacrosanctæ Potestatis vacatione. Edicto tantùm excipiuntur cœnobiarchæ Ordinis sui obtinentes principatum. Artic. 11. Constitut. Aurelian. Inibi tamen salua relinquitur cœnobiorum Præsulibus monasticæ visitationis functio. Bisne verò, an plures monasteriorum Præfectus maior adire possit lustraréque oculis monasticas inferiores Ecclesias, id nullo certo est axiomate definitum. Vnum dico, Martinianos Lutetiæ cœnobitas à Senatu summotos liberæ possessionis exceptione, qua mordicus defendebant, se Cluniacensis Abbæ visitationi, præterquàm bis anno, minimè adstringi oportere. Arestò Curię An. 1387. Ex Gallo Quæst. 138. Sacratum quidem Virginum cœnobia quatenus regerentur Episcopali imperio, expeditũ est à Tridentino Ecclesię conuĕtu Sessione 25. Artic. 9. De monasteriis Sanctimonialium. Has Ægyptij olim, & Africani vocabant Nonnas, vt legere est apud Arnobium, & Hieronymum. Cui rei quo-

De Tridentini huius Concilij vsu in Gallica Ecclesia, nũc à Francis in iudicio sequendũ esset tanquam hic publicè receptum, an econtra, disputatum est palam in Senatu Parisiensi. Die 4. Decemb. Hoc anno 1576. Quum Brusselij tunc dicentis cliens velut ex abusu prouocasset ad Curiã, quòd Suessionũ episcopus matrimonium clã celebratum, diserte iuxta Tridentinam Synodum omnino nullum pronũtiasset: Dubeellea aduersarij causidico. In Catalogo Causarum Veromanduarum. Sed causa hæc, cuius actionem interrupit clepsydra, iudicio decisa est Die 11. Decẽb. secũdum matrimoniũ, salua pœnitentiæ commutatione per Episcopũ iuxta canonicas constitutiones.

Aresto Curiæ infrà citato Die 11. Iunij. An. 1394. quâ Fr. Itherus de Perentia miles Ordinis S. Iohan. Hierosolymitani ac præceptor Debelli chassignæ captus fuisset à Præposito Parisiensi in Castelleto, Episcopus autem Parisiē. diceret, quod ipse erat iudex ordinarius omnium clericorū & religiosorū in ciuitate & diœcesi Parisiē. & ei reddi cōsueuerant omnes clerici vel religiosi per omnes iudices tēporales in ea Vrbe ac diœcesi detenti, etiam si aliqui eorum forent exempti, Quo casu ab ipso Episcopo primū requiri debebant per suos competentes iudices: Tamen dicto Aresto iudicatū, quòd Fr. Itherus Religiosis Ordinis per Præpositū traderetur.

que fidem concilio Ambrosij dictum Lib. i. de Virginitate, asserentis sanctimoniales ex multis infrà vltráque Mauritaniæ partibus deductas Mediolanum, sacrari ab Ambrosio ipso gestiisse.

MONASTICÆ item Præfecturæ munus con- 19
sistit in iurisdictione contentiosa, quam Regius magistratus piè religioséque tuetur, Politicus sacrati Iuris curator ac vindex. Vt puta, Rhodiæ militiæ aquis criminis reus abducitur ex Anicensi Aruernorum territorio in publicam Lutetiæ custodiam. Hunc Parisiensis, & Anicensis Episcopi postulant ad sua hinc inde tribunalia relici. Iudicium exercente Senatu, reus ad sacrum Franciæ Archipriorem remittitur, non ad Episcopos, neque ad Aquitaniæ Præfectum Rhodiensem, qui accusatoris partib⁹ fungebatur. An. 1392. Ex Gallo Quæst. 307. Alio itidem Curiæ Aresto 3. Idus Iunias An. 1394. pro Fr. Ythero Perentio. Singula hæc iuxta vetus Principum Priuilegiū, quod militari sacro Ordini irrogatum fuit, tali scriptura: *Richardus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegau. &c. Prohibemus etiam, ne fratres Hospitalarij de aliquo ponantur in placitis, nisi coram prædictis Fratribus, vel eorum Bailliuis, vel seruientibus sancti prædicti Hospitalis de Hierusalem. &c. Mense Ianuar. Anno 5. Regni nostri.* Idque firmius adhuc producitur aduersus profanā, Regiámque Galliæ iurisdictionem posteriore Franci Regis Diplomate, Philippi 4. in hunc modum. *Nec personæ Hospitalis quomodolibet compellātur in foro seculari super actionibus merè personalibus litigare, quanquam*

quanquam fuerint obligatæ per nostras literas, aut ministrorum nostrorum. Fratres suos vagos, & eorum bona cum armis moderatè vel sine armis, ac delinquentes habere, capere concedimus, quatenus extitit fieri consuetum. Quod si aliquis appellet ad Curiam nostram de Curiis secularibus Fratrum dicti Hospitalis, qui de antiqua consuetudine primas habent appellationes, fiat sine difficultate remissio dictorū appellātium ad ipsos Fratres, vel ad eorum iudices appellationum. Mense Augusto An. 1304. Quantum enim Christianæ Reipub. semper profuerit sacratus Rhodiorum Equitum Ordo, indicat D. Bernardus Hierosolymorum Patriarchæ, dum, Quæso, inquit, super milites Templi ponite oculos vestros, & tantę pietatis viscera tam strenuis Ecclesiæ propugnatoribus aperite. Hoc siquidem acceptum fuerit Deo, & gratum hominibus, si foueatis eos, qui suas animas pro fratribus posuerunt. Epist. 175. At Patrum ætate Lingonensis Præsul sibi causæ cognitionem asseruit contra Hierosolymitanum Iohannitam sceleris arcessitum, in augustissimo Eucharistiæ sacramento cōmissi. Ex quo Senatus, nulla prouocationis ob abusum interpositæ ratione habita, pronuntiauit ius esse Lingonum pontifici de Rhodij Hospitalarij crimine ex legibus cognoscere. Placito 15. Calend. Maias. An. 1526. Vt traditum est Parte 7. Aresto Parlam. Parisien.

20 CÆTEROQVIN honestatus priuilegiis exēptúsque ab communi foro iuris dicundi relegatur passim ad priuilegiarium iudicem suum, ac recuperatorem. Ita decretum à Summa Curia secun-

Literæ Priuilegij à Richardo Angliæ rege cōcessi fratribus Hospitalariis S. Iohannis Hierosolymit. in Francis illius ditionibus. Cōsimiles sunt his literæ Iohannis Angliæ regis, domini Hiberniæ, ducis Normaniæ, Aquitaniæ, Comitis Andegauorum Die 25. Augusti, Regni Anno 1.

De Priuilegiis Hospitalariorū Hierosolymit. & Templariorum Alexāder 3. In Cap. Porro De Priuileg. Complura autem à Francis regibus indulta Hierosolymit. Ordinis fratribus singularia Iura perstringemus Lib. 3. huius Operis.

Arestum Curiæ Die 17. Aprilis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Abba & Cõuentus S. Germani Parisien. exercẽt iura Episcopalia intra suæ ditionis Parisien. fines ac limites.

dum Cœnobitas fani Germani ad Vrbem, contra Parisiensem episcopum. An. 1387. Gallo enarrante Quæst. 139. Quæ animo meditans recordor legisse Forensis Immunitatis clausulam, quam Regiæ fundationis Tabulis monasterij illius comprobator adscripsit D. Germanus Parisiorum Antistes, verbis ita conceptis. *Sit alienus omnis pontifex Parisiorum ab eodem loco, vt non deinceps aliquam potestatem in omnibus ad ipsum locum pertinentibus habeat*, Childeberto Gallorum Rege, ac cœnobij conditore.

Ecclesiastica seu monastica Reformatio morum imprimis cõmendatur in Proœm. Clement. §. hoc sane. Can. Magne 22. Quæst. 4. Cap. Irrefragabili. De offic. ordin. Cap. cũ in ecclesiis De Maiorit. & obed.

21 REFORMATIONEM monasticorum conuẽtuum istic demum attingamus: Cuiusque enim Ordinis principes tenentur cœnobitarum vitia, abusúsque repurgare, emendare, ex prisca monasticæ normæ disciplina. Siquidem aureo illo primi monachatus seculo vnus aliquis præficiebatur regularibus Collegiis, cuius arbitrio summæque auctoritati rerum regimen permitteretur. Vt ex Cassiano liquet Cap. 3. Lib. 2. Ac de monasticis huiusmodi institutis, morúmque censura D. Augustinus copiosè Lib. 1. De moribus Catholicæ Ecclesiæ. Cap. 31. & D. Hieronymus De regula monachorum. Nonnũquam & Metropolita pro maiore imperio regebat monasteria, eísque dabat cœnobiarchas: Proin Sidonius. Epistola quadam Volusianum rogat, Auxianũ vt substituat in monasticam præfecturam, superiori tamen inspectionis Hierarchicæ munere sibi reseruato. Quo allusisse etiã videtur Leo Pontifex Epist. 82. ad Iulianum Coensem. Hinc Gallici Præsules Arelatensi Synodo

Synodo sanxerunt, notam censoriam in monachos cœnobiáque ad diœcesanũ antistitem pertinere. Quibus congruit Aurelianẽsis concilij Decretum Cap. 21. Quod Gratianus Libris suis intexuit. Can. Abbates 18. Quæst. 2. Reformãdi itidem munus quibusdam delegatur interdum, qui idcirco alienæ potestatis functionem alteri committere non possunt. Cap. Quoniam Apostolica §. is autem. Et ibi Bohicus De Off. deleg. Gallus Quæst. 58. Vno tantùm casu hi disciplinæ Restitutores æquantur Ordinariis, nempe vt mandantis obitu eorum imperium non soluatur, quum instar sint Proconsulum, aut Legatorum. Faber in §. Item si adhuc Instit. De mand. Guymerius in Prag. Sanct. Tit. de Election. In verb. Reformat. Arg. Cap. 2. De Off. Leg. in 6.

22 ACCEDAT his aliud Reformationis genus, perpetua constans arctioris vitæ professione, Regulęq; austerioris. Qualis sexagenos ahhinc annos monastica emendatio dicta Cœnobitis fani Germani Parisien. Auctore Leone 10. Pontif. Cuius ob id perpetua Lege sancita hęc sunt. *Leo Episcopus &c. Dudum pro parte venerabilis fratris nostri Guillermi Episcopi Meldensis, qui monasterium S. Germani de Pratis prope & extra muros Parisien. Ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, Ordinis S. Benedicti obtinet, nobis exposito, quod alias ipse cupiens monasterium prædictum, & dilectos filios illius conuentum & singulares personas, quod moribus & vita aliqualiter deformatum repererat, iuxta Statuta & ordinationes regulæ S. Benedicti quantum poterat salubriter reformare,*

Bulla Apostolica Leonis 10. P. P. de reformatione Monasterij S. Germani de Pratis, eiusque vnione & incorporatione cum religiosissima Cõgregatione Casalis Benedicti. Die 27. Februar. An. 1516.

At paulo ante hanc Leonis 10. Põtif. Chartulã cœpta fuerat, initáque

Societas ac Vnio Monasterij D. Germani à Pratis cum Cõgregat.one Casalis Benedicti tempore huius Guilelmi Meldensis & Lodeuensis episcopi, Abbatis D. Germani. 8. Idus Maias, seu Die 8. Maij An. 1513.

postquam pro huiusmodi reformatione inibi instituenda nonnullos monachos monasteriorum congregationis Casalis Benedicti, dicti Ordinis, in dicto Regno Franciæ reformati ad dictum monasterium S. Germani transferri obtiuerat, ad huiusmodi reformationem inibi perpetuo stabiliendam cum dilectis filiis Abbatibus & conuentibus monasteriorum Cõgregationis prædictæ sub huiusmodi reformatione laudabiliter & religiosè viuentibus fraternitatem seu societatem contraxerat, per quam sub certis tunc expressis modis & formis monasterium S. Germani, illiúsque Conuentum huiusmodi dictæ Congregationi adiecerat, & aggregauerat conuentum & monachos Monasterij de pratis, eidem reformationi totaliter submittendo. Nos qui postmodum per nos accepto, quod regularis obseruantia in ordine S. Benedicti & Congregatione huiusmodi plurimum refulgebat, ad instantiam charissimi in Christo filij nostri Francisci Francorum Regis Christianiss. nobis super hoc humiliter supplicantis, Congregationem huiusmodi approbaueramus & confirmaueramus, ac pro potiori cautela eandem Congregationem sub inuocatione Casalis Benedicti, ad instar congregationis Montiscassini, alias S. Iustinæ, eadem auctoritate pro quinque duntaxat Monasteriis in illis expressis erexeramus, & ordinaueramus diuersa Priuilegia, libertates, exemptiones & gratias eidem congregationi Casalis Benedicti concedendo, ac illius præsidentibus, diffinitoribus, visitatoribus, ne alia monasteria ipsi congregationi unirent & aggregarent, prohibendo, eiusdem Guillermi Episcopi supplicationibus in ea parte tunc inclinati Societatem per eum de dicto monasterio S. Germani cum dicta congregatione Casalis Benedicti antea factam per alias nostras

De Regulari ista Congregatione Casalis Benedicti. serpsimus latius in nostro Opere De Domanio Franciæ Lib. 2. Tit. De Regia ad Præfecturas Ecclesiasticas nominatione. Eius Cõgregationis Priuilegia Pontificia Regiáque promulgata sunt in Magno Consilio Regis Galli Die 11. Decemb. An. 1571.

nostras literas Apostolica auctoritate approbamus & confirmamus, ac conuentum monasterij S. Germani eidem reformationi perpetuo subiici, necnon ritibus & modis dictæ congregationis Casalis Benedicti iuxta tenorem Societatis huiusmodi se perpetuo conformare debere volumus. Cùm autem disciplina obseruantiæ regularis in dicto Monasterio S. Germani opera monachorum Congregationis prædictæ, concedente Domino, firmiter introducta fuerit, Dictus Episcopus summopere desideret pro Societatis huiusmodi maioris roboris firmitate monasterium S. Germani præfatæ Congregationi Casalis Benedicti exnunc perpetuo vniri & incorporari pro parte eiusdem Guillermi Episcopi nobis humiliter supplicantis, vt monasterium ipsum de Pratis eidem congregationi Casalis benedicti iuxta illius ritus & mores, & regularia instituta tenendum & regendum perpetuo vnire, & incorporare, ac de benignitate Apostolica dignaremur. Nos præfatum Guillermum Episcopum, qui pro dicto Francisco rege apud nos ad sedem Apostolicam orator destinatus existit, supplicationibus inclinati, Monasterium S. Germani, illiúsque conuentum ac res & bona quæcunque præfatæ cõgregationi Casalis benedicti perpetuò vnimus, incorporamus, & aggregamus. Necnon illius conuentum præfatis eisdem constitutionibus, ritibus & modis, quibus dictæ Cõgregationis monachi degunt & gubernantur perpetuò degere & gubernari decernimus, ac cedente vel decedente dicto Guillelmo Episcopo, aut monasterium S. Germani dimittente, liceat Capitulo generali, ac præsidentibus, diffinitoribus, & visitatoribus Congregationis Casalis benedicti possessionem, seu quasi, regiminis & administrationis ac bonorum dicti monasterij S. Germani

Huiusce Societatis, Vnionisque monasticæ conuentio primùm inita An. 1513. approbata est à successore Abbate cõmendatario D. Germani, & à Clemẽte 7. Põtif. An. 1532. Ac deinceps à Cardinali Turnonio Abbate eiusdem cœnobij An. 1543 & 1550. Cuiusmodi Pactiones Gallus rex ratas habuit Diplomate Mẽse Iunio An. 1544. promulgato in Senatu 7. Cal. Septẽb. An. 1556. Sed his clausula hæc inerat, sine vlla diminutione & immutatione Abbatialis dignitatis, & iuris ad eam pertinentis.

Edicto Fræciſci 1. Gallorum regis ſancitũ eſt, Abbates congregationis Caſæ Benedicti fore perpetuos, nõ alios tamen à Regib⁹ nominatum iri, quàm religioſes eiuſce ordinis, victuros ſecundum Statuta ipſius congregationis Die. 1. Mart. An. 1542. Sed Henricus. 2. rex ſucceſſor noua Conſtitutione abrogauit ſuperiorem eiuſmodi Abbatũ perpetuitatem, & renouauit triennalẽ Abbatum dignitatem, ſublata etiã Regia nominatione. Edicto Mẽſe Februar. An. 1547. comprobato à Senatu Pariſien. Pridie Cal. Mart. & à Magno Conſilio Regis Die 20. Februar. Eod. An. 1547.

libere apprehendere & perpetuo retinere, illiúſque fructus & reditus in ſuos & Congregationis Caſalisbenedicti uſus conuertere. Et nihilominus, quod exnunc Conuentus & monachi, & cedente vel decedente Guillelmo Epiſcopo, Abbas dicti monaſterij S. Germani omnibus priuilegiis, gratiis, indultis, exemptionibus & prærogatiuis dictæ Congregationis Caſalisbenedicti, & ſub illa degentibus perſonis hactenus conceſsis, & concedendis perpetuo uti, frui, & gaudere poſsint, concedimus. Ita quod monaſterij S. Germani occurrente vacatione, nullus de illo præter Capitulum, Præſidentes, diffinitores, & viſitatores congregationis Caſalisbenedicti, prout in illius priuilegiis cõtinetur, quoquomodo diſponere poſsit, ſed illi per præfatos Capitulum, præſidentes, diffinitores, & viſitatores iuxta ipſius congregationis Caſalisbenedicti ſtatuta, & conſuetudines ſalubriter prouideatur, & alias de illo etiam per Sedem prædictam, & cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriis, etiam motu proprio, vel in alicuius fauorem ac conſiſtorialiter forſan pro tempore fructus, prouiſiones, & alias diſpoſitiones nullius roboris fore decernimus &c. 3. Calend. Martias An. 1516. Pontificatus anno 4.

EXTREMVM eſt, vt ſacro cenſore monaſticam morum emendationem negligente, Magiſtratus eam procuret ciuiliter, promoueatq; manu Regia, velut ſuccenturiatus Eccleſiaſticæ Politiæ tutor ac propugnator. Obſeruare enim debent Regij Prætores quod publica Lege Princeps edixit, Regularium Ordinum Primates monachos in eam reformandi cuiuſque cœnobij curam incumbere potiſſimùm oportere. Artic. 20. Aurelianen.

relianen. Conſtitut. Sic Decreto Senatus mandata eſt monaſticæ regulæ inſtauratio phani Richarij apud Ambianos monaſticis Præfectis templi Martini, & Germani Pariſien. iuſſúſque Ædis Richarij fiduciarius Abba, clauſtralem præfecturam cucullato ſacerdoti committere, eundem profeſſo Benedictinum ordinem, qui morum caſtigatione cenſorióque in monachos imperio defungeretur, vicaria nimirum cœnobiarchæ poteſtate. Additum etiam S. C. ne illi Vicarium munus abrogaretur à monaſterij præſule, monaſtici autem reformatores legem modumque cœnobitarum alimentis præſcriberent, quibus & fundos ipſos eam in cauſam nominatim adſignarent: Reformatorum, ad hæc, ſummatim exequendam eſſe ſententiam, nec eius executionem vllo prouocationis perfugio retardandam. Quæ omnia vt ocyùs implerẽtur, eodem Curiæ Placito damnatus eſt Abba, ducentas libellas Francicas apud Actuarium deponere: Et quia de monachorum paucitate iam tum expoſtulabatur in Curia, decretum, ſexdecim cucullatos ſacerdotes, cum octo nouitiis monaſterio quęri ac recipi à cœnobiarcha. Areſto 11. Calend. Ianuar. An. 1551. Lauergno, monachorũ, & Vilcotio, Abbatis cauſam orantibus. Prulliaco rurſus cœnobio reſtitutam à Ciſterciẽſi Abba regularis vitę normam Senatus iuſſit obſeruari, cauſa cognita inter cœnobitas hinc, & Iac. Deſcoubleum Abbam fiduciarium inde, litigantes: Salua nouorum Statutorum emendatione, aut temperatione penes Ciſtercienſis Ordinis Patres, quos

Decretum Curiæ Die 22. Decemb.

Prulliacũ monaſterium Ciſtercienſis Ordinis in Senonenſi diœceſi.

Arestum Prouisionale, vt loquuntur Pragmatici, die 27. Iunij.

vocitant Definitores. Vindiciario Curiæ Decreto 5. Kalend. Quintiles An. 1562.

1. Ito sic.

Eivsmodi stimulis Principales magistratus è somno excitant aliquando sacrorum Antistites, officiíque eos, vt Mycenæus Teucrum, ita commonefaciunt, βάλλ' ὄυλως. Senfere etiam vicissim religiosissimi Principes, quantum pij cœnobitarum cœtus Imperij sui arcem sanctissimis armis sustẽtarint. Supplicationibus nempe circa tẽpla Deûm aráſque habitis, votis susceptis, publica priuatáque lustratione, ac cœlesti fide implorata. Exin Athanasij testimonio, Constantinus Mag. eiúsque liberi crebrò ad Anthonium Eremitam scribebát, quem simul tota Aula celebrabat, colebátque reuerentissimè. Nec leuiori honore Theodosius Cæsar Ioh. Ægyptium monachum prosecutus est, cuius sacrum velut oraculum ille de bello in Eugenium Tyrannũ mouendo consuluit. Ecquid verò Gallicum Heroa memorem Karolum Mag. qui in literis quibusdam, quarum exemplum legisse Laurentius Surius affirmat, professus est se, dum variis Cœnobiis largiretur amplissimos census, non solùm irata placasse Numina, verúm & nutãtem Principatus sui statum firmissimè muniuisse? Nonne posteri Reges Clareuallis Abbæ consilio vsi sunt in Francicis rebus gerendis? D. Bernardus Ludouicum Iuniorem grauiter hortatur Epist. 225. Iustitiam diligat, & iudicet terram sapienter, ac Franciæ communi matri bellis fessæ ciuilibus cõdonet simultatum seditionúmq; memoriam: quia, *Omne* (ait) *regnum in se diuisum desolabitur.*

Fr. Laurentius Surius Carthusianus Coloniæ Agrippinæ In suis Commentariis Rerũ in Orbe gestarum.

B. Bernardus Clarauallensis Abba.

Desolabitur. Eandem ex sacra pagina sententiam vsurparat antea Lupus Ferrariẽsis Abbas, Pij & Calui Cæss. consiliarius. Epist. 1. ad Guenilonem Senonum Archipræsulem, vbi, *De Pipino* (inſit) *vnde vestra quæsiuit paternitas, nihil certi in Palatio dicebatur, leuiter tamen fama iactabat, eos qui nuper ab eo desciuissent, in concordiam redituros. Quidam vero de Aquitania venientes, Normanos inter Burdegalam, & Xanctones eruptionem his diebus fecisse retulere, & nostros, hoc est, Christianos pedestri cum eis prælio cõgressos, & miserabiliter (nisi quos fuga eripere potuit) peremptos. In quo bello comprehensum Ducem Vasconum Siguinum, & peremptum etiam iurando testati sunt. Quæ res, quàm vera sit Dominica sententia, Omne Regnum in se diuisum desolabitur, indicat, & discordiam amplectentibus, qui fructus maneat, manifestat.* Tot præclara monachorum dicta consultáque Regibus de publico Regni statu, non parum contulêre ad instaurandam Francorum Rempublicam. Ita Erricõ Regi nostro sanctos Nestores haud defore cõfidimus, quorum hortatu quies tãdem aliqua Malo Ciuili Francico impetretur, veneno Ciuitatis à M. Agrippa verissimè appellato. Quin & Hildegardis monialis consilium venerabundus exquisiuit Philippus Belgicæ Gallię Regulus, cupiítque ab ea de sacri belli rationibus, quod in Syriam animo destinarat, sigillatim præmoneri. Vt constat ex Philippi Epistola ad D. Hildegardim, In Lib. “ cui Titulus est, Regulæ S. Benedicti explicata per “ B. Hildegardim Abbatissam in monte S. Rober“ ti prope Bingam.

Domesticũ Frãciæ testimoniũ & exemplũ de calamitate Bellorum Ciuilium.

Ciuilem discordiam, ciuitatis venenũ vocat Agrippa, qui multum se debere Salustianæ sententiæ fassus est, quo loco egregiè ac prudenter inquit, Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Philippus Flandriæ ac Veromandiorũ Comes.

ETSI igitur notum sit Hierarchiæ, & Principatus Imperiique discrimen: Sicuti tamen Regia potentia Ecclesiasticæ Pietatis eget præsidiis & auxiliari Præsulum admonitione correctionéque etiam aliquando, ita Regibus tutelaris quædam competit & Politica in Clerum præfectura. Nempe vt sua cuique Pontifici seruetur auctoritas, vindice, assertoréque Magistratu: & si quid interim aduersus Canones, profanámve Iurisdictionem ab illo tentatum sit, in integrum restituatur Principali censura ac Ciuili. Hæc propria in Hierarchas Principis iura vulgò iactantur. QVVM autẽ præter hęc Diademati coniunctus sit augustus sacrarum Ædium patronatus, qui ex Regia prædiorum in Ecclesiam largitione quæsitus est: Operis huius series postulat, vt Hierarchicæ publicæque Regum in proceres Ecclesiasticos Politiæ subiungamus Oeconomicam hoc loco, & tertium Ecclesiasticæ Politiæ caput à nobis propositum, quo legitima sacrarum facultatum dispensatio ostenditur, proximè distinctéque excutiamus. Quòd enim templorum diuitiæ profanæ sint, bonorúmque Ecclesiasticorum possessio Regiæ adscripta cognitioni, Ciuilem ipsorum Politiam sibi vendicauit Princeps, externámq; sacrarum opum, possessorúmq; earumdem obseruationem: Sed eatenus duntaxat, ne Sacerdos Ecclesiastico censu in profanę fundationis pernicię, aut Regij imperij, cuius dominatu tenẽtur vniuersę Regni possessiones, temere abutatur. Quemadmodum à nobis Libro posteriore latiùs digeretur.

Conclusio Libri 2.

Ecclesiæ patrimonium in tutela Regia esse, ac Politica Principis custodia.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

SACRAE POLITIAE FORENSIS

LIBER III. OIKONOMIKOΣ, SEV DE POLITICA BONORVM Ecclesiæ dispensatione.

TITVLVS I.

DE ECCLESIASTICIS PRÆDIIS morticinij iure donandis.

1. *Quænam, & quot sint sacræ Oeconomiæ partes.*
2. *Mobilia solùm primis Christianis donari solita, non res soli.*
3. *An fundus Ecclesiæ legatus hæredis impensa sit admortizandus.*
4. *Abbatiæ S. Maglorij bona à Regibus admortizata.*
5. *Ecclesiastica bona à Principe solo manusmortuæ legibus solui.*
6. *Immobilia Ecclesijs iustè concessa.*
7. *Iisdem interdum generalem bonorum admortizationem à Regibus dari.*
8. *Principe inferiores quondam admortizandi ius sibi sumpsisse.*
9. 10. 11. *Nûm admortizato fundo Prælatus à fide & homagio liberetur.*
12. *Curatos parochiani testamento ex officio subscribentes, nil sibi adscribere posse.*

13. *Soli Curato, vel eius Vicario, non aliis presbyteris competere talium testamentorum scriptionem.*
14. *Testamentum à Curato perscriptum nullum esse, nisi testatore, si possit, subsignante.*
15. 16. *Consolidatione feudi seruientis per retractum, bona Ecclesiis acquiri.*
17. *Mendicantium Ordines hodie immobilium incapaces non esse.*
18. *Cœnobium ingressi bona Conuentui non acquiri.*
19. *Necillius agnatos, econuerso, cœnobitæ morienti succedere.*
20. *A Prælato acquisita, propinquis hæreditate deferri.*
21. *Hæredes Curati in fructus sacerdotij vnius anni pro rata succedere.*
22. 23. *De talibus sacerdotiorum fructibus quid à Polonis, & Saxonibus seruatum.*
Ecclesiasticæ aliæ Scotorum, & Hispaniæ Leges.
24. *Clerici bona vacantia quatenus profanis Iuriscis, aut Ecclesiæ applicentur.*
25. 26. *Aduenarum clericorum bona vacantia fisco Principali purè competere.*

DE SACRA POLIT. FOREN. LIB. III. 521

blica functione Sacri Magistratus. Sicuti Toletana Synodo decretum est. In Can. Monasterium Can. Rationis. Can. Decernimus 16. Quæst. 7. Iuxta Apostolicas regulas, ex quibus desumpta Gratiani constitutio, Filiis, in vers. Si Metropolitanus talia gerat, Regiis hæc auribus intimare non differant. Eadem Causa & Quæst. Can. secundum, ibi, & Regia potestate dare cogatur 23. Quæst. 8. Demiranti verò Sacram Oeconomiam istîc vltimo post publicam Politiam ordine discuti satisfaciet vel huius quidem suscepti à nobis Argumenti ratio, Titulúsque Operis De publica ac Ciuili Sacrorum Politeia, cuius dignitati, & in Ecclesiasticam Oeconomiam præminentiæ primarium explicationis locum haud indecorè videmur tribuisse. Quoniam autem Oeconomica Ars tota versatur in acquirendo rerum dominio, retinendo seu administrādo, nonnunquam & iustis de causis alienādo: Videndum imprimis, quibus modis profana latifundia Ecclesiis comparētur, Tum quem in vsum sacri fundi reditus conferantur ab Ecclesiastico dispēsatore, Postremo quibus ex causis talia patrimonia licitè abalienentur.

An Ecclesiis, & Clericis licuerit proprium aliquid habere primis Christianorum seculis, Gratianus cumulatè Causa 12. Quæst. 1.

Tria Capita œconomiæ Bonorum Ecclesiasticorū, quæ seriatim hoc Lib. 3. expedientur.

2 Ac prisci quidem terrarum Monarchæ aurea primùm supellectile vel argentea donabant Ecclesias, non rebus soli. Quod de Constante Cæsare prædicauit Optatus, illum, dum egenis in Africam eleemosynas mitteret, misisse pariter in Templa Diuûm ornamenta quæ vocant: Vasa vtpote, sacros amictus, & donaria eiusmodi, quæ diuino ministerio sacrabantur. Lib. 3. Afri-

Ecclesiarum apud Punicas gentes ornamēta fuere ex auro & argēto quāplurima, Maxentij Tyranni tēporib⁹. Vt ait Optatus Afer.

Πολιτεία ideo etiã dicta, quasi τῆς πόλεως τάξις, i. Ciuitatis ordinatio ac dispositio quædam.

ï, gubernare Rempub. ï rem familiarem curare.

VABVS SACRÆ Politiæ partibus expositis, Μοναστικὴ, & Πολιτικὴ, succedit Oeconomicæ tractatio, ἐκ τῆς εὐταξίας, quam Aristoteles in Philosophiæ morum descriptione est secutus. Nec enim ad perfectam Sacræ Reipub. formam satis erat priuatos ordinare Clericos, mox in Pontificium assumere magistratum, eósque dehinc πολιτεύεσθαι: ni simul οἰκονομεῖν assuescerent ipsi, patrimoniáq; Ecclesiastica ex sanctiorum Canonum præscripto fundatorúmq; legibus dispensare. Qua in Re familiari probabilior adhuc est Ciuilis, externáque Regum Politeia, quā in priuata ordinandi Sacerdotis ratione, vel in publica

canæ Hist. Rursum Constantius Augustus Antiochenæ Ecclesiæ pretiosa id genus vasa erogauit: Vnde paulò post sacrilegus quęstor Iuliani, quum ea ipsa raperet, in fiscum mox redigenda, irridens insultánsque exclamarit: En quibus vasis ministratur filio Mariæ. Vt refert Theodoretus Hist. Ecclesiast. Lib. 3. Cap. 12. Lybicis quoque Ecclesiis frumentum dedisse Imperatores testatur Ischyrion In Epistola ad Leonẽ, quæ in Actis Chalcedonensibus lectitatur. Eximia tamen fundorum munera in sacros ministros conferri cœpere à Constantino Magno, cuius Tabulæ recitantur in Historia Rerum à B. Sylvestro gestarum, quam B. Gelasius P. P. in Concilio 70. Episcop. ab orthodoxis euolui commemorat: Recensentur etiã ab Yuone Carnutensi Lib. 4. De Dignitate & Priuil. Rom. Eccles. Can. Constantinus 96. Distinct. Nam, vt alios vetustiores missos faciam, neotericus nobis præsto est idémque grauis auctor Augustinus Stenchus, qui quòd Vaticanæ præfectus esset Bibliothecæ, aduersus Laurent. Vallam contendit de veritate Constantinianæ donationis. Verùm his vt ciuile Ius Gallorum aptemus, profana latifundia Ecclesiis transcribi nequeunt moribus nostris, nisi Principali concessu, ac morticinæ possessionis iure Codicillis exorato. Similiter Anglica lege Vilhelmi Nothi prohibitum, monachorum collegiis prædia dare. Cap. 36. Magnæ Chartæ. Quod & posteriori Edicto ad alia profanarum possessionum commercia emptionésq; productum est, iísque Ecclesiastico cœtui interdictum,

Aurea Crux à Theodosio Cæs. & pecunia Hierosolymam missa. Nicephori Lib. 12. Cap. 9. Edessenæ Ecclesiæ gẽmatus calix oblatus est. Ex Berythensi Cõcilio.

Augustinus Stenchus vir eruditissimus, ac Bibliothecharius Põtificius.

D. Augustin° Cap. 15 de mendacio ait, quòd Christus præcepit non esse cogitandum de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

dictum, præterquam Rege permittente. Anno 1290. Hanc etiamdum Constitutionem seruari in Britannia tradit Polidorus Anglicæ Hist. Lib. 17.

3 SED vna me hoc loco ἀπορία torquet, vtrius cura impensáq; emortui mancipij ius petendum sit à Principe, an hæredis illius, qui Templo fundum legassit, an verò sumptibus ministrorum Templi. Prima ipsa specie contra legatariam Ecclesiam responderis, quum nec testator nominatim agrum transcripserit, iure morticinij possessum vel possidendum, nec hæres factum alienum, ideóque sibi ἀδύνατον, præstare teneatur. Quam in sententiam olim pronuntiarunt Rationales Parisienses. Teste Gallo Quæst. 91. Ast in contrariam partem à Senatoribus decretum est, secundũ Clarouallenses cœnobitas contra Robilleum. Circa annum 1384. In Iuridicis Tricassium conuentibus, quos maiores nostri *Dies Trecenses* nuncupabant. Nec absimilis quæstio in Senatu paulò pòst disputata à Parisiensi Sodalitio sacrorum principe in hæredes Almerici Mignaci Cardinalis Episcopi Parisien. 12. Calend. Martias An. 1386. Quã Gallus controuersiam enarrauit Quæst. 91. Molineus certè eum locum adnotans, in causam hæredum procliuior est aduersus sacrã Ecclesiam. Sed pro Ecclesia me mouet, quòd pia legata præstari debeant solido iure, nec falcidiæ quidem obtentu minuenda. Vti à nobis fusè tractatum est Lib. 3. De Priuilegiis Rusticorum. Præterea cogitur hęres agrum luere, quem testator propinquo legassit, vel sciens alienum legatario reliquerit. Ex au-

Legem hãc Britanni iam olim Manũmortuã vocarunt, quòd res semel datæ Collegijs sacerdotum non vtique rursus vẽderentur, velut mortuæ: hoc est, vsui aliorum mortalium in perpetuũ adẽptæ essent.

ἀδύνατον, impossibile.

Die 18. Februar. Ecquid si domini temporales nolint admortizare fundũ Ecclesiæ legatum, & indemnitatẽ suã recipere, an propterea legati præstatione liberentur hæredes? Minimè, sed tenẽtur soluere æstimationem admortizationis. Iuxta l. sed & si res De Legat. 1. L. fideicommissa. §. si seruo. & l. non dubium. §. fin. π. De leg. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoritate Alexandri Imp. L. Cùm res aliena Cod. De Legat. & Vlpiani reſponſo Lib. 33. ad Sabinũ L. Si res obligata π. De Legat. 1. Eapropter piè in pia cauſa damnatus eſt à Senatu Carolæ Briſſonetæ hæres ius mancipij morticinij impetrare Principali Reſcripto in curatorum gratiam Valetudinarij Pariſienſis Almæ Triadi ſacri, quibus teſtatrix Lieuilleum fundum legato tranſcripſerat. Placito 11. Kalend. Apriles An. 1558. Sicuti à Magiſtro Protopræſide obſeruatum eſt in Deciſion. Forenſ.

Areſtum Die 22. Mart.

Regij Codicilli de fundatione Abbatiæ D. Maglorij apud Lutetiam.

Extant literæ Henrici 1. Regis An. 1030. De cœnobio ſancti Maglorij. Ex quibus vetuſtatem ſimul Pariſien. Baſilicæ Palatinæ deprehẽdes, hoc modo. Nouerit poſteritas omniũ ſanctæ matris Eccleſiæ fideliũ quod quidã venerabilis Abbas cœnobij S. S. Bartholomæi Apoſtoli, atque Maglorij archi præſulis iuxta aulam Palatij noſtri ſiti Reginaldus nomine rogãs noſtræ ſerenitatis adierit præſentiam, quatenus prædicto loco, quem piæ memoriæ Hugo auus noſter Pariſiorum Comes fũdauerat, & ſuis terris ditauerat, quandã Eccleſiã illius villæ, quæ Buxoria vocatur, cõcederemus liberam omni exactione ac redhibitione cuiuſlibet dignitatis perſonæ. Quod cõceſsim°. &c.

NECESSARIVM vtique in iis eſſe regij Diplomatis auxilium palam arguunt vetuſta literarum Inſtrumenta Ædis Maglorij Pariſien. cùm in cœnobio iſto condendo adiecta dote, tum in eo prædiis ditando ac cumulando. En tibi adprobatæ huius Fundationis Regia ſententia. *In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Iheſu Chriſti Lotharius & Ludouicus diuina ordinante prouidentia Reges Auguſti, &c. Petitionibus Hugonis Franciæ Ducis fauemus, qui petiit præceptum firmitatis à nobis fieri ex rebus, quas idem purè Monaſterio Sanctorum Bartholomei Apoſtoli, & Maglorij Archipræſulis Britanniæ, vrbis ſcilicet Dolenſis, contulit: Quod fundauit in vrbe Pariſiaca, ad Sanctorum corpora, quæ vt peregrina hoſpitabantur per aliorum rura, tuto collocanda ac celebranda &c. Quæ omnia manu propria ſubterfirmauimus, & anuli noſtri impreſsione ſignari fecimus.* Ac deinceps latifũdia nouo munere, aut permutatione huic quæſita Cœnobio in cauſam morticinę poſſeſſionis ceciderũt Principalibus codicillis, in hæc verba. *In nomine Sanctæ*

Piſcandi facultas in Sequana flumine perpetuò cõceſſa Monachis ſancti Maglorij à Ludouico Craſſo Rege An. 1129.

De dominico item eorum iure in vico Charronio conſtat alio Inſtrumento Ludouici Regis An. 1138.

Philippus 1. rex authenticis tabulis confirmauit permutationem à monachis D. Maglorij contractam cum cœnobitis Maioris monaſterij. De ædibus de Verſailles cum adiacentibus fundis et fano S. Martini De Challifer An. 1182.

Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Ne pax Eccleſiarum aliquatenus turbetur, conuentiones bonæ fidei ante nos factas, quæ ad ipſas Eccleſias ſpectant, de Regiæ manſuetudinis officio illæſas omnino volumus cõſeruari. Quoniam Baucendus de Herciaco omnia quæ habebat in territorio villæ S. Maglorij, quæ dicitur Villaris Eccleſiæ prædictæ, in eleemoſynam conceſsit: Reliquam vero partem, quam habebat de patrimonio, vendidit eidem Eccleſiæ ſexaginta quinque libris: Item Petrus de Curtericò, de cuius feodo Baucendus totum tenebat ipſum feodum, qui vulgo feodus militum dicitur, Eccleſiæ S. Maglorij poſsidendum conceſsit in perpetuum. Nos totum illud inueſtiuimus, atque habendum Eccleſiæ conceſsimus. An. 1168. Regni noſtri 32.

PERMAGNI igitur refert, à quo fundi in Eccleſiam donatione conferantur. Dante enim Principe, ſacrati viri tacitè ab eo ſoluũtur Manus mortuæ legibus, ſaluo in quibuſdam iure clientelari. Priuato autem ſeu inferiore domino erogante, ſecus. Quin Gallica veteri Conſtitutione, Patroni cuiuſque ius fuit, Eccleſiaſticos homines vrgere ad beneficiarium agrum emancipandum, illi tametſi indemnitatis pretium à nouis poſſeſſoribus offerretur. Quod valde pugnat cum Magiſtri opinione in ſuis Deciſ. Ita Lege Francica ſcriptum erat: *Le Segnor dou fié peut contraindre gens de religion à vuyder leurs mains &c.* In Libro *Ci commence L'eſtabliſſement Ly Roys de France ſelon l'vſage du Chaſtelet de Paris, & d'Orleans.* Huic conſentanei ſunt Andenſium municipum mores Artic. 37. Ce-

Henrici Bohici verba 7. d. Cap. Exliteris In regno Fræciæ Ecclesia rem profanã per eam acquisitam tenetur infra annum à tẽpore monitionis domini ponere extra manũ suam.

nomanorum Artic 41. & Leges aliæ Municipales pleræque. Quam & priscam nostratum obseruationem vsúmque recitat Bohicus In Cap. Ex literis De Consuet. Ast summum illud Dominicum ius elliditur Principali morticinæ possessionis beneficio impetrato, quod perdifficile nõ sit à Christianissimis Regib⁹ obtinere. Minùs piè apud Græcos sanxit Nicephorus Cæsar, ne fundi Tẽplorum augerẽtur: causatus eiusmodi opes à Sacerdotibus in publicam Ecclesiæ vtilitatem non conuerti. At longè aliud meditabatur Imperator, qui sacros reditus euestigio in rei bellicæ vsum Edicto traduxerit. Id quod à Zonara præclarè scriptum est Annalium Tomo 3. Quemadmodum & multo antea edixerat Iulianus Augustus, vt Edessenorum pecuniæ omnes ab Ecclesia tollerentur, & distribuerentur militibus, prædia quoque in priuatos vsus referrentur: eo prætextu, vt redacti ad inopiam Christiani saperẽt, nec cœlesti regno excluderentur. Auctore Iuliano ipso in Misopogone. Nec dispari exemplo nostrates quidam nuper abusi sunt Regio nomine & auctoritate, vt Gallica Sacerdotia in militares Præceptorias, postulante eo, transferrentur à Romani Solij Antistite: Quarum Rex Commendarum Magisterium teneret, ac nobilitatis proceres militari cuiq; Fiducię præficerentur. An. 1575. Sed nouus hic & insolẽs Aulicorum ambitus Regiæ in Ecclesiam Pietati cessit, Cleríque apud Pontificem Max. intercessioni: Cuius ideirco Libellus & vulgari scriptus est idiomate, nec paucorum manibus circumfertur.

Edictũ Iuliani Apostatæ in Ecclesiã Edessenorum. In Libro eiusdẽ, cui titulus Misopogon.

Conati sũt nõnulli aulæ primores, initio anni 1575. monasteria in cõmendarum militarium speciẽ transformare, quibus simul monastici Primatus à Cœnobio quouis pendentes annecterentur: Ea lege propõsita, vt Monachus aliquis rei diuinæ monasterij præponeretur, exiguo tenuique velut mercenarij operarij stipendio.

NIL

6 NIL enim causæ videri, cur sacræ opes sacerdotibus conflent inuidiã, argumento est nascentis Ecclesię Ærarium, cui prefuêre Christi Legati, Apostoli, velut dispẽsatores: Crescẽte dehinc Christiano grege, selecti Diaconi septem, qui cõmunis Ærarij nummos distribuerent, & mensis ministrarẽt. In ærarium quippe singuli viritim pecunias in publicis congressibus cõferebant. Ex Act. Apost. 11. Cap. Paul. Epist. ad Gal. 2. & Roman. 15. 2. Corinth. 16. Pet. 2. & Paul. 1. ad Timoth. 5. Postea efferuescente Religionis Christianæ cultu, res etiam prædiarias templorum ministris Principes erogarunt. Teste Sozomeno Eccles. Hist. Lib. 8. Cap. 1. & Lib. 9. Cap. 1. Eudoxia Theodosij coniunx imprimis exornauit Pontificales ædes in Cõstantini Vrbe, eísque millia numûm quotannis attribuit in victum Ecclesiastici Chori. Vt à Nicephoro proditum est Sacræ Hist. Lib. 14. Cap. 5. Iunge his priuatorum eximia in Ecclesiam merita, benignitatísque officia, de quibus Socrates Lib. 7. Cap. 21. Narrat itidem Chrysostomus agros, ædificia, villas ad Sacrum Cœtum emptionib⁹ peruenisse. Homilia 86. In Matth. Iberica verò Ecclesia quàm multis aucta latifundiis insigni Regũ liberalitate? Rodericus memoriæ tradidit Aldefonsum 6. Toletano presbyterorum ordini dedisse Briocam, Varfiles, Cabanas, De Sagra, Cõcha, Rodillas, Alcoleam, Subealantiam, Azecuth, Melgar postmodum dictam, Alpobrega, cum Toletanę vrbis stationibus, quę vulgo *Toudæ* vocabantur, Æra 1121. Ab eodem Hispan. Annalium scriptore

Cyprianus dicit lib. 1. Epist. 7. ministris Ecclesiæ stipes, oblationes, lucrà & cœnas datas esse. Ac de huiusmodi rebus & alimentis in commune collatis nutriri solitos martyres in vinculis refert Tertullianus initio Lib. ad Martyres.

Meminit Ecclesiæ redituum origenes, qui ex mutuis collationibus & donationibus compertabantur. Homilia 31. In Matthæum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebratur Regia Fernandi in sacras Aras munificentia, quòd is Saluatoris phanum, D. Iacobi, Ysidori, maiusque Legionensium Sacerdotum collegium amplissimis ditionibus liberaliter cumulasset, ac cœnobiorum egestati, prædiis in alimoniam attributis, subuenisset. Quum autẽ Diis oblata arua, diuinóque addicta vsui iam inde eximantur mortalium commercio, Hispanis quondam lata Lex est, ne quis denuo fundus, nisi auctore Principe, Templis dicaretur. Ex Belluga Regij Iuris Hispanici enarratore. Sic vetabat Lex Papyria Romanorum, ne Terra, ædes, Ara sacraretur Plebis iniussu: cuius potissimum intererat, vt ne innumeris consecrationibus res omnes sensim dominio ac commercio suo eriperentur. Sicula rursus Constitutione incapax est rei clientelaris Ecclesia, nisi eam Regio beneficio consequatur, & in clientelam cooptetur ex formula vulgaris Feudorum vestituræ. Constitut. Regni Post mortem. De qua etiam Afflictus Decis. Neapolit. 324. Quibus non temere adiungas vetus Auenionensis Ciuitatis Statutũ, quo disertè cautum erat, ne beneficiarij fundi, vel Emphyteutici Ecclesiis, aliíve Manuimortuæ quouismodo transcriberentur. Cuiusmodi Auenionenses Leges Cardinalis Arminiacus Pontificiis mandatis recognouit nuper, ac emendauit. Per hunc modum Venetis Edictis iubentur sacrati viri emancipare ac distrahere prædiarias res quascunque: Prohibitis etiam profani ordinis hominibus, ne in fraudem publicæ legis incapaci Ecclesiæ fidem hac parte accõmodarent

P. Belluga Speculi Principum scriptor.

Neapolitanum Edictũ De Manumortua in Ecclesiasticos prædiorum Possessores.

Statuta Auenionensis ciuitatis.

Venetæ Reipub. Statuta.

modarent Tabellis testamentariis. Lib. 4. Cap. 56. Venet. Statut.

7 NOSTRATES pariter Ecclesiæ Regiis Manusmortuæ legibus subiiciuntur: At quarum plurimæ mortui mancipij ius Principalibus Rescriptis obtinuêre. Lemouicũ sacerdotiis vniuersim Philippus 6. irrogauit morticinæ possessionis priuilegium, sacro ære duntaxat in causam Flandrici belli à Lemouicibus clericis pensitato. Generatim quoq; Cistercienses Philippus 4. immunes Mortuæ manus lege declarauit. Mense Quintili An. 1304. His cœnobitis alioquin parũ attulissent præsidij in Dominica profanorum iura Pontificię Literæ Alexandri 3. ita scriptæ. *Alexander &c. Abbati monasterij S. Mariæ Fontis Iohannis, eiúsque fratribus, Cistercienſis ordinis &c. Præfatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus. Præterea quascunque possessiones idem Monasterium impræsentiarum iustè & canonicè posſidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestríque successoribus & illibata permaneant &c.* 7. Idus Septembres, Indictione 11. Christianæ Pietatis An. 1163. & Pontificatus Alexandri, 4.

8 REGII porrò imperij est concessio mancipij morticinij, nõ Procerum inferiorum. Sed prærogatiua hac veteribus haud satis cognita, Franci Magnates olim ius mortui mancipij sacratis viris indulsêre. Sic Campaniæ Regulus sibi arrogauit manus mortuæ soluendæ potestatem. Ex anti-

Plura Nos de Gallico iure Manusmortuæ in Ecclesiasticos nouorum feudorum possessores, Lib. 1. & 2. Nostri Operis De Domanio Franciæ.

Bulla cõfirmationis donationum factarum Monasterio Fõtis-Iohãnis, Cistercienſis Ord. Die 7. Septembris.

De Manumortua Ecclesiastica apud Gallos Masuerius In Tit. De Locato. Versic. Item si res data fuit. Benedict. In sua Repetit. Cap. Raynutius De Testam.

quioribus Curiæ Regestis. Pari modo Carolus Andium Comes permisit Cistercien sibus monachis Pontis Octrandi liberam profanarum rerum possessionem in municipio Andegauensi, his verbis: *Carolus filius Regis Franciæ, Andegauensis, Prouinciæ, Forcalquerij Comes, & Marchio Prouinciæ &c. Volumus, quòd Religiosi viri Abbas & conuentus de ponte Octrandi habeant & possideant in perpetuum pacificè omnes conquestas factas ab eisdem & eorum antecessoribus in comitatibus nostris Andegauensi & Cenomanensi: Ita videlicet, quòd dicti religiosi per nos, vel hæredes nostros, vel etiã successores non possint cõpelli ponere extra manum, seu alienare dictas conquestas: saluis nobis, & hæredibus nostris omnibus redeuanciis, & iuribus nostris debitis & consuetis.* Die D. Laurentij festo An. 1261. Nec longo post temporum decursu huic Cœnobio irrogatum simile Priuilegium à Carolo Valesio Galli Regis filio, & Margareta Andegaua coniuge, Andium Heroina. Mense Octobri An. 1294. At nihilo secius delegatum est pridem à Rege munus Guernadoni libellorum supplicũ Magistro, vt nummariam indictionem tota Gallia ab Ecclesiis exigeret, quæ minùs ritè morticinij beneficio Principali subnixæ proponerentur. Diplomate Ludouici 11. Regis 6. Idus Apriles An. 1480. Vnde complures Andium monasticę Familiæ, corrogata pecunia, se, suáque emortuæ manus seruitute liberarunt. Vtputa fani Sergij cœnobitæ coacti sunt 100. libellarum pretio sese manus mortuæ molestia redimere. Guernadonis selecti Iudicis Sentẽtia. 15. Calend. Ianuar. An. 1480.

Cœnobium Põtis Octrandi [vernaculè de Põteron] cõditũ fuit ac dotatũ An. 1130. apud Andes.

Carol. Valesius filius Philippi 3. regis, à Valesij Comitatus appennagio in eum collato ita cognominatus. Quæ quidem Valesia ditio Ducatus dignitate adaucta est à Francisco 1. Rege Valesiã ditionem Ludouicæ Sabaudæ matri cõcedẽte.

Die 8. Aprilis.

Ædis Sergij & Bacchi conditorem Clodoueũ Galliæ regem prædicant Andegauorũ Annales.

Die 18. Decẽb.

RELATO

9 RELATO iam in commune Ius profanarum possessionum Monastico cœtu, multum interest, an ipsius res purè fuerint Principis beneficiariæ, an magnatis inferioris. Illo casu, exigua indẽnitatis titulo pecunia depẽditur ab Ordine præsertim Sacerdotali: salua nimirum clientelaris iurisiurãdi religione, qua sacerdotes Regibus ipsis ex beneficiario fundo manẽt obligati, prout à nobis infrà latiùs excutietur. Hoc autem casu, Patronus, ære collato, indemnis præstari ab Ecclesia debet: nisi mallit hæc patrono clientem porrigere, viuum, fato, noxæque prædij commissoriæ obnoxium. Alterutrum enim requiri duntaxat, relictúmque id Ecclesiastici possessoris optioni & arbitrio docet S. C. vetus pro Druydum canonicorum collegio aduersus Brueillium Toparcham. Idibus Sextilibus. An. 1330. A quo non discrepat recens Curię Decretum secundũ cœnobitas Hermeriarum, qui Regios morticinij codicillos impetrarant contra Becquefium dominum. 8. Idus Septembres An. 1552. Mea autem fert opinio, Ecclesiasticos Regis clientes, indemnitatis æstimatione pensa, non ideò eximi solitos quondã clientelaris fidei obsequio: quod nempe vicaria profani hominis opera præstari potuerit. Atq; ita multorum Galliæ municipiorum moribus est constitutum. Placito Senatus eum vsum comprobante 3. Idus Martias An. 1536. Iohanne Valentiano, & Monachis D. Victoris Parisien. inuicem disceptantibus. Qua de re voluendæ Ægid. Magistri Decisiones Cap. 8. Non idem de agrorum dona-

Etiam tenetur Ecclesia de bonis allodialibus sibi relictis manus suas euacuare, nisi illæ sint admortizata. Vt ait Masuer. Tit. De Præscript. §. item si Ecclesia.

Arestum Curiæ Die 13. Augusti.

Die 6. Septẽb.

Decretũ Curiæ Die 13. Mart.

omnibus autẽ recens acquisitis tenetur Ecclesia cedere, et de iis manus suas euacuare, vt vulgò loquũtur, infra annum, vel cum rege cõponere:

alias quadragenario quolibet annorũ ſpatio finantiam in Camera Ratiociniorũ Pariſien. præfinitam dinumerare pro præcedenti horũ feudorum poſſeſſione, deindéque ea emancipare: niſi tales acqueſtus Eccleſia pacificè tenuiſſet vltra 40. annos. Tũc ſolvere quidẽ ſingulis 40. annis finãtiam cogetur Eccleſia, nõ autem feuda è manu ſua emittere. Benedict. In Cap. Raynutius. In Verſ. & vxorem 5. Deciſ. Maſuer. In §. item ſi Eccleſia. Tit. De Præſcript.

tore ipſo ſtatuendum, qui eo ſpiæ eleemoſynæ intuitu largitus ſit ſacræ cuidam Familiæ, ceu dotales nouo delubro adſignarit. Tunc enim veriùs dicitur, ſacros aruorum poſſeſſores, quoad donatorem attinet, omni beneficiariæ ſponſionis nexu liberari, & à donatore quoque ipſo indemnes ſeruari contra alium quemlibet patronum oportere. In hunc ſenſum referri videtur Ludouici Pij Cæſ. conſtitutio repetita Concilio Pariſienſi, ne de Manſo Eccleſiaſtico, ſeu fundo diuini iuris cẽſum perſoluere preſbyter compellatur. Can. Secundum 23. Quæſt. 8. Nec abſimili ratione Britãnica Lex hæc ſancita antiquitus, patria Normanorum veterum lingua. *Et tielz, qui teignont en Frankalmoigne, ſont obligez de droit deuaunt Dieu de faire oriſons, praiers, meſſe, & auters diuine ſeruices pour les almes de lour grantors ou feoffours, & pour les almes de lour heirz queux ſont mortz, & pour le proſpertie & bon vie, & bon ſalut de leur heirs que ſont en vie. Et pour ceo ils ne ferront à nul temps aſcun fealtie a lour Seignor, pour ceo que tiel diuine ſeruice eſt melior pour eux deuant Dieu, que aſcun feſance de fealtie &c. Et nota que lautiel homme de religion tient ſes tenementes de ſon Seignour en Frankalmoigne, ſon Seignor eſt tenus par la ley de luy acquicter de chaſcun maner de ſeruice, que aſcun Seignor paramont de luy, voet auer ou demaunder de meſmes les tenementes, & ſ'il ne luy acquita pas, mes ſuffra luy deſtre diſtraine, doncques il aura enuers ſon Seignor vn brief de meſn̄, & recouera enuers luy ſes damages & les coſtes de ſon ſuite &c.* In Libro Anglicarum Legum *Litletons Tenures.*

Priſcæ Anglorum Conſtitutiones Normanica lingua ſcriptæ.

SICV-

10 SICVLA autẽ Roberti Regis Sanctione Princeps tametſi dederit Eccleſiæ ditionem quandam generatim, nihilominus vtitur mero in Eccleſiæ clientes imperio, terrendíque poteſtate intra ſepta alienati dominatus. Latâ Lege An. 1341. Lib. 1. Neapolit. Conſtitut. Tit. Quòd nullus Prælatus, Comes, vel Baro officium iuſtitiarij gerat, & ibi Matthæus. Gallorum ſanè Feudiſtica Lege noua, Clerici Regiæ clientelæ vinculo ſoluuntur prædiorum nomine, quæ ſemel in cauſam morticinæ poſſeſſionis ceciderint: Dũmodo in noui cuiuſq; Regis ac Sceptri auſpicatu ſacrat⁹ cœtus quilibet profiteatur ciuili more, ſe ex recens partis latifundiis Regiæ Francicæ beneficiarium. Quo caſu manus Regia tolletur, in ſacros iniecta fundos, qui morticinij iure donati probabuntur. S. Conſulto pridie Nonas Martias An. 1574. facto in promulganda palam Eccleſiaſtica onerum clientelarium Immunitate, quam gemino Edicto ſanxerat Princeps. Pridie Idus Februar. 1574. Dein menſe Martio An. 1575. Scio tamen Andegauos cœnobiorum antiſtites Pontheronium, ac Ædis Sergij damnatos fuiſſe à ſelectis Reginę matris Iudicibus eidem caducaria perſoluere feudorũ ſuorum iura, quæ Græci Ἀνάκαμψιν, nos redemptionẽ, ſeu inſtaurationem feudi appellamus. Sententia Pridie Calend. Maias An. 1575. Mota eſt ex eo Iudicum Decuria illa, quòd patriis Andium Moribus teneantur Eccleſiaſtici collegij primores cliẽtelari fidelitatis officio defungi, & talium cliẽtum obitu anni caducarij prouentus è fundo benefi-

Francicas veteres Conſtitutiones De Frãchis feudis & nouis acqueſtis per Ecclesiaſticos factis deſcripſit accuratè Auſtrerius In Tit. De finantia francorũ feudorũ & nouorũ acqueſtuũ.

Tria alia in eẽdem ſenſum Edicta Regia promulgata ſũt De immunitate & exẽptione Eccleſiaſticarũ Galliæ facultatũ ab omni feudaria ac clientelari ſeruitute. 3. Calẽd. Nouẽbres An. 1571. 17. Calend. Octobres, & 3. Nonas Nouẽbres An. 1572.

Hi ſunt Iudices in Foreſi Camera Reginæ matris, quæ Principali conceſſu ac munere exigit patronalia rerũ cliẽtelariũ emolumẽta, ac prouẽtus, qui alioquin patrono Regi competerent.

Universidad de Deusto Biblioteca

Consilium Pissiaci habitum Mense Septembri An. 1561.

Sacerdotiorum reditus in Gallia annuatim decumati à Principe An. 1516. & octauo post emendatam ac reformatã Andegauorũ Consuetudinẽ, cuius emendatio facta An. 1508.

ciario patronis addicantur. Artic. 110. Andensis Consuetud. & Cenomanæ Artic. 121. Sed quia iam inde à Pissiaco Francorum Præsulum consessu oneratus est Clerus multiplici in fiscum Regium ęris collatione, vltra decumanum aurum sacerdotiis indictum quotannis paulo postquam Andensis Municipij Ius in scripta redactũ est, idcirco Rex Sacra Sodalitia beneficiariis legib⁹ solui voluit, iussit. Edictis suprarelatis. Quoniam igitur hoc loco de Legis Municipalis interpretatione agebatur, Regiarúmq; Sanctionũ posteriorũ, primæ notæ causidici nobiscũ censuerunt, à prędicta Recuperatorũ Augustæ sententia appellari Senatum posse: Quippe cui vni liceat Prouinciales cuiusque Pop. mores Regúmve Edicta interpretari ex præclaro Maiorum instituto. Constantini Lege 1. Cod. De Legib.

Francorum Regum pietas eximiáque in Ecclesiam beneficentia, Cuius fidem faciunt nostrates, præsertímque Pauli Æmylij Annales.

QVAMLIBET seuerum philopoliten depingamus toto hoc Opere Francum Regem, atque Ecclesiasticæ vindicem disciplinæ, superiora certè Edicta testantur nostrorum Principum egregia in Clerum studia, nec ipsis deesse bene merendi de Ecclesia cum occasione coniunctam voluntatem. Quo minùs necesse sit ex prisca Annalium memoria citare D. Ludouicum, qui Lutetiæ Valetudinarium pro æde Virginis extruxit: Qui Minoribus & Prædicatoribus nondum ad culmen perductas sacras ædes planè absoluit: Idem Cæcis egentibus ædem ac Domum, Carthusiensibus item ædem & cœnobium, eadem Carmelitis. Hęc omnino Lutetię. Extant & alia alibi pia

pia eiusdem monumenta, in quibus, placandi Numinis causa, Ludouicus occupabatur. Huius vero atauus Robertus in templis frequens, Deûm Superûm reuerentissimus, priscę sanctitatis æmulus, Antiphona, sacráque responsa edidit, iudicio Ecclesię vniuersę probata receptáque. Eius illa sunt, Sancti Spiritus adsit nobis gratia, O constãtia Martyrum, O Iuda. Ferunt propterea, quum Aualonem obsideret, nullo oppugnante, quassantéve, sed in tabernaculo Numini eo preces votáque effundente, sua sponte magnam murorum partem corruisse velut diuinitus, ac Superis veneratori suo pręsentem gratiam referentibus. Ita sub Regię maiestatis vexillis pręcipuè florebat Christiana Religio. Apud Hunnos similiter D. Stephanus Rex Edicto inuiolabilia hospitalitatis iura exhibuit Christianis omnibus, stipendia etiam sacerdotibus proposuit, sacrarúmque pręceptoribus institutionum: vt eos vndecunq; in Pannoniã alliceret, allectorúmque opera rem Christianam & Ecclesiasticam latè promoueret. Teste Bonfinio Hungaric. Annal. Decade 2. Lib. 1. Huic non cessit flagrantissima Kanuti pietas, Daniæ Regis, qui inter suos primus sacrũ cultũ illustrauit, Aris ac delubris opimos assignauit fundorum reditus, põtificúmq; honori magnificè consuluit. Iis enim decreta à Canuto publici consilij communicatio sessionísque gradus perquàm honorificus, quum antea à rudi populo illi non eo, quo par erat, loco haberentur. Cleri itidem ordines distinxit Canutus, institítq; pio conatu apud Neophytos suos,

Haud multo aliter Clodoueus Francorũ rex quum acie persequeretur Alaricum Gothorum principem, & ita ad Engolismã properaret, eius aduentu murus vrbis, diuino nutu sponte ruens, aduenienti regi apertum præbuit iter: Atque ex eo vniuersos Gothos quos inibi reperit, gladio interemit. Vt est apud Aimoinũ De Gestis Francorum Lib. 1. Cap. 22.

Verumtamen Kanutus populũ ad decimas annuatim pendendas dũ vrgeret acriùs, cõiurationẽ in se suscitauit: Adeo, vt eum Populus tãdẽ interfecerit, sed quem miraculis deinde illustrem Diuorũ Catalogo posteritas adscripsit.

vt sacras decumas presbyterorum Ordini persoluerent. Auctore Crantzio, Daniæ Lib. 4. Cap. 35. Æthiopes verò nullas frugum decimas pendunt Ecclesiasticis ministris, sed earum vice sacerdotes ab illis amplissima prædiorum dote iam olim cumulantur. Ex Æthiopica Abyssinorum Regum Historia, quam Franciscus Aluares concinnè descripsit. Quocirca non temere Politici terrarum Principes se iactitant seruatores Ecclesiasticę Reipub. ac communis Sacerdotum libertatis assertores. Ita summus Biarnensium Regulus patria Lege obstringitur Templorum protectioni, rebúsq; ipsorum obnixè tuendis aduersus profanos sacris opibus insultantes. Artic. 3. Bearnensis Codicis sic inscripti. *Fors & Costumas De Bearn.* Quin Hebræi Moseos ætate, Hierarchica potestas triplici mixtim nitebatur Politeia: Regali, cui Moses: Aristocratica, cui 72. seniores: Dimocratica, cui è Populo tributim, præside Mose, rectores sumpti præficiebantur. Vt Sacris Bibliis proditum est. Id quod mirè etiamdum commendat Iohan. Gerson in Tract. De Potestate Ecclesiastica.

Abyssinorum Æthiopũ mores institutaq; De Ecclesiasticis bonis ac redditib⁹.

Biarnensis Cõsuetud. Articulo 1. Supremus Biarnensiũ Dominus statim ac vocatur ad hunc Principatum, sacramẽto rogatur ab omnibus Prouinciæ Ordinibus, se omnia Pop. priuilegia, leges, libertates exactè seruaturum, & suum vnicuique ius redditurum.

In nostra tamẽ Gallia aduersus Ecclesiasticas possessiones Sidonius Aruernorum episcopus Fausto, Obtine, inquit, vt portio nostra sit Dominus, atq; vt adscripti turmis contribulum Leuitarum non remaneamus terreni, quibus terra non remanet: Inchoemúsque vt à seculi lucris, sic quoq; à culpis peregrinari. Epistol. Lib. 9. Epist. 3.

RERVM dominium Ecclesiis acquiritur non modò Principali munificentia, sed etiam pij ac religiosi populi erogatione. Nam Licinia Romanę Ecclesiæ bona sua vltimo elogio reliquit, Marcello sedente. Vt narrat Tripart. Hist. Lib. 1. Cap. 9. Prosper itidem memoriæ mandauit, Hilarium Arelatensem præsulem, acceptis fidelium opulentis hæreditatibus, Ecclesiam admodum locupletasse. Can. Expedit. 12. Quæst. 1. Quod si parœcus

si parœcus fundos legassit curialis Tẽpli sacerdoti, de vno ambigitur, nûm curio iste legatum ex iis tabulis petere possit, quæ coram eo dictatæ sint, scriptæque ex publica auctoritate parochis iure Pontificio, Francorúmque Municipum moribus attributa. Legatum valere probabile erat, quia Sacerdos testamenti perscriptor publicus nil legato priuatim lucrifaciat, ministerium ipsius nominati designatum, cæterum datum Templo. Vt respondit Sceuola Lib. 18. Digestorum in L. 20. §. 1. π. De Annu. Leg. Huiusmodi tamen legata Principes nostri improbarunt. Constitutione Aureliæ lata in Panceltico omnium Pop. ordinum conuentu An. 1560. Nam Edicti Articulo 27. vetantur animorum curatores presbyteri, eorúmque Vicarij manu publica excipere testantis elogium, quo ipsismet nonnihil relinqueretur. Haud dissimili iudicio Tranquillus in Nerone cautum fuisse ait hoc Imperatore, ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Cap. 17. Eandémque S. Consulti Liboniani sententiam fuisse compluribus I. C. responsis edocemur. L. 1. §. ad testamenta ϖ. ad L. Cornel. De fal. Per hunc modum D. Hieronymus clericos increpat, ambitiosos talium legatorum captatores. In Epist. ad Nepotianum. Ad hæc, moribũdi sponsio facta curioni suo nihilo magis rata haberi debet, quàm pollicitatio ægri hominis, medico: aut litigatoris, patrono causarum, quæ passim legibus rescinduntur. Sumpta quodammodo ratione ex trito Poëtæ versiculo.

Sic, cõtra, Collegio illicito legari non potest, tamen singulis de eodem collegio legari potest. L. Cũ Senatus. π. De reb. dub. Quia legatum factũ singulis non dicitur factũ collegio. L. sed si hæc. §. qui manumittitur. π. De In ius voc. Licet Lex 4. Cod. De hæret. videatur sensisse cõtrarium. Sed eam antinomiam diluit Bart. In d. L. Cùm Senatus.

Neapolitano tamen S. Consulto decisum, valere promissionem 200. ducatorum ab infirmo factam chirurgo suo, & ad eius sũmæ præstationẽ hæredes promittentis obligari. Vt dicit Matthæus In Neapolit. Decis. 223. Iuxta illud Speculat. In Tit. De Salariis, Dum dolet infirm⁹, me-

Si quis me tonſor, cum ſtricta nouacula ſupra eſt,
Tunc libertatem, diuitiáſque roget,
Promittam, neque enim rogat illo tempore tonſor,
Latro rogat, res eſt imperioſa timor.

At Collegio Eccleſiaſtico relictum tenet, collegarum etſi vno teſtantis tabulis ſubſcribente, vel ſacram ipſius audiente confeſſionem. Nihil enim aut parum ad ſcriptorẽ hũc ex ea donatione redit cõpendij, quum vniuerſitatis iura ad ſingulos nõ pertineant. Nam & à cliente legata patrono vel Magiſtratui rectè præſtantur, cui tamen viuus donare cliens non poterat. L. non dubium & ibi Bartolus C. De Teſtam. Iaſon accuratè in L. Quæ de legato ϖ. De Legat. 1. Ita à Senatu definitum pro ſacro quodam Aruerniæ Sodalitio. Kalend. Sextilibus An. 1569. Huc ſpectat quoque alterum Curiæ Placitum ſecundum Lutetianos Fratres Societatis Ieſu ex Teſtamentaria lege Petri Santandræi Præſidis Inquiſitionum, qui illis dederat legarat mouentia ſua omnia: Tametſi vnius è ſacris Sociis, qui morienti religioſè præſto aderat, inſtigatione perpulſum legaſſe teſtatorem proponeretur. Areſto. 8. Idus Maias An. 1573. Molleo litis inſpectore.

SCRIBENDI porrò teſtamenti auctoritas committi à Parocho vel eius Vicario nequit alteri ſacrificulo. Decretali Epiſtola Alexãdri 3. Cum eſſes. De Teſtam. Nam ſupremæ tabellæ ſerius adulterantur à templi Sacerdote, quam ab alio quouis Eccleſiæ adminiſtro: Quum Curio ipſe dicatur

dicus ſit pignore firmus. Nec iis videtur obſtare Lex Archiatri Cod. De Profeſſ. et Med. quæ loquitur de medico annuũ ſalarium ex ærario publico recipiente. Nec item L. Medicos π. De Var. & extraord. cognit. Vbi nimirum medicus dederat mala pharmaca, & ægrotus cẽtum promiſerat, vt curaret ipſum. Quo caſu Promiſſio infirmatur.

Areſtum Die 1. Auguſti cõtra hæredes Pet. Santãdræi Præſidis In 2. Camera Inqueſtarum Curiæ.

Placitum Curiæ Die 8. Maij.

dicatur ſpiritalis curialium ſuorum pater, eos ſacræ pœnitentiæ ſuffragio abſoluens. Ex Symmacho P. P. Can. Omnes 30. Quæſt. 1. Quo ſuauiſſimo Patris titulo nihil olim in Eccleſia vſitatius, receptius, familiarius. Inde & Papæ nomen Romano Præſuli vendicatum, quod πάππας à veteribus vſurpatus Patrem ſignificet, teſte Suida. Exin D. Auguſtinus Hipponenſium antiſtes Papa vocatur à D. Hieronymo. In Epiſtol. Sidonius pariter Eutropium, Fontellum, Mamercum, Eleutherium, Agretium, Euphronium, multóſque alios Papas nuncupauit. Lib. 6. 7. 8. & 9. Epiſtol. Rurſus apud Gratianum ſparſim Papa nominatur Martinus, qui Epiſcopus erat Bracarenſis, & D. Cyprianus Papa crebro in Canonicis Libris appellatur. Can. Epiſcopo 8. Quæſt. 1. Can. Abſit 50. Diſtinct. Can. Omnis De Conſecr. Diſtinct. 1. Can. 1. De conſecr. Diſtinct. 2. Itaque, vt ad rem redeam, paroeciacæ ædis Sacerdos, tanquam ſpiritalis curialium pater, ſcribat teſtamentariam chartulam neceſſe eſt, adempta ei poteſtate publici huius muneris alteri clerico demandandi. Proin antiquum S. C. refertur, prohibitorium curionibus Pariſien. diœceſeos eorúmque Vicariis, ne conficiendi teſtamenti operam alij delegarent in poſterum, adiecta pœnæ comminatione: Eodémque decreto reſciſſa poſtremi elogij formula, à priuato conſcripta ſacerdote: teſtamentariis etiam curatoribus interdictum, ne ex tali inſtrumento vltimorum mandatorum ſibi procurationem arrogarent. Ex Miſcellaneis Areſtorum, quæ Brage-

Idem cautum In Can. Si quis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit 30. Quæſt. 1.

Abba, Pater lingua Syra dictus.

Conciliũ Martini Papæ commemoratur à Gratiano in d. Can. Epiſcope: quia Martinus 16. Bracarenſis Præſul librum ex variis Græcorum ſynodis expreſsit, atque collegit.

Ita Clerus Romanꝰ miſſa ad Cyprianum Epiſtola eum Papam vocitat. Epiſt. Libro 2. Cypriani.

Licet alius ſacerdos, quam curatus aut vicarius non poſſit ſcribere teſtamenta, tamẽ loco curati poſſunt eſſe duo teſtes ſupplẽtque eius defectum, Panor. In Cap. Cum eſſes De Teſtam.

lonius dudum ordine digesta in Volumen manu scriptum coegit.

ILLVD quæritur, an presbyter vltimæ parœ- 14
corum voluntatis perscriptor teneatur ad amussim solemnia obseruare, Aurelianensi Edicto notariis præfinita. Nempe vt, curante notario, partes actis nomen adscribant, earúmque signo seu annulo instrumenta obsignentur. Non teneri ea lege presbyterum apparebat prima fronte, quum Edicti verbis Regij Scribæ duntaxat adstringantur seu Tabelliones, non autem Ecclesiastici testamentorum scriptores. Quibus additur, sacratos viros minimè subiici profanæ Regum sanctioni. Nihilo secius Curia Parisiensis Regiæ constitutionis mentem, licet verba deficerent, ad parochos pertinere iudicauit. Aresto in publicis causarum actionibus lato 12. Kalend. Martias An. 1575. Lalmantio, & Vialarto dicentibus. Quid mirum? Vtrobique enim par æquitatis ratio, paria iura desiderat, ne publici specie testamenti obtrudantur interdum nothæ & adulterinæ supremi iudicij literæ, aut si minùs suppositiæ adprobentur, saltem vt insidiantium testatoris voluntati fraudibus occurratur. Quoties deinde actus mortalium, aut testamenta prædiis ius dicunt profanisq; possessionibus, quæ Regio subsunt imperio, tunc quoad ea Principali Constitutione sacri ministri obligantur, tanquam prædiaria ac solaria, potiusquam personali. Bal. in Cap. Quoniam. De constitut. Politico autem Romanæ ciuitatis vsu, priuatus quisq; paterfamilias anulo munitus erat signatorio, quo impresso, testamentariis tabulis signum adhibebat, eáque signabat, modò annulus haberet χαρακτῆρα. Vt ait Vlpianus Lib. 39. ad Edictũ. In L. ad testium §. 1. ϖ. De Testam. Plura de signatorio anulo Vlpianus Lib. 44. ad Sabinum in L. argumento §. Ornamenta ϖ. De aur. & arg. leg. Papinianus Lib. 8. Responsi. in L. cum Pater §. pater pluribus π. De Leg. 2. & Calistratus Lib. 10. De officio Proconsulis in L. Diuus ϖ. De bonis damnat. Hodie etiamnum Teutones priuato anulo pactorum tabulas, vltimarúmque voluntatum obsignant: vti & Veneti solemni ritu suprema condunt elogia, noménque adscribunt postremæ suæ voluntati.

Placitum Curiæ Die 18. Februar. 1575.

Quoad iura realia, & fundorũ patrimonialia, ligantur Clerici Statutis laicorum in Francia, cõtra Canonistas in Cap. Ecclesia De Constitut. Et in Cap. Si clericus laicũ De foro compet. Secus in iuribus personalibus. Vt decidit Curia, Escorceueo, Méque dicentibus Die 26. Nouẽb. An. 1576. In Catalogo Causarũ Veromanduarũ procliẽte meo Episcopo Laudunẽsi, Clericos scilicet Articulo 40. & 42. Molinẽsis Regiæ Legis non comprehendi in quæstione criminũ personæ ecclesiasticæ.

Legato testamẽtario acquisita Ecclesiis sequitur alius acquirẽdi modus per consolidationẽ, seu retractum feudalem.

15 PARANTVR insuper Ecclesiis latifundia ciuili incremẽto, seu legitima clientelaris fundi accessione, coniunctionéque cum Ecclesiastico patronali fundo ac superiori. Ponamus enim, canonicorum Sodalitium amplissimo potiri dominatu ab antiqua sacræ basilicæ fundatione. Quo modo Bellijoci Ecclesiam, quæ Collegij nomine ac titulo insignita est, regionis Dynasta excitauit, Philippo 1. Galliarum Rege, tali clausula: *Auctoritate igitur domini Drogonis nostri præsulis Matisconẽsis, & eius iussu sub Dei & sanctæ genitricis eius, atq; patronorum prædictorũ obtentu in ipsa nostri Castri Ecclesia clericos sub nomine & professione canonicorum imponi & attitulari optamus & poscimus: qui permanentes in Dei, Sanctorúmque famulatibus Ecclesias & terras cum omnibus ad eas pertinentibus, sicut descripta sunt inferiùs, in suis communiter habeant vsibus &c.* Hæsitatum est

Berardus Bellijoci princeps, Vuandalmõda vxor, & Hubertus filius extruxerunt primum Bellijoci templum: Sed Hugo, Viscardus, & Stephanus fundatorũ nepotes eã Ecclesiam Canonicorum Collegium instituerunt. Huic sacro phano Priuilegia indulta sunt ab Alexandro 2. Pontif. Max. Ex Archiuis Bellijocæ Ecclesiæ.

An vero Ecclesia emptrix, tanquã extranea teneatur cedere consanguineo retrahenti ? Certe Statuta retractuũ ligant clericos, & Ecclesiam, vt laicos. Afflictus in Tract. Protomixeos Vers. Item quæro an si clericus. Ant. in Cap. Constitutus De Restit. In integ. Iac. But. in Autẽ. Cassa Cod. De Sacros. Eccles.

Arestum Die 15. Februar.

iam, nunquid tali sacerdotum Collegio liceret ex patronali ditione suum facere beneficiarium fundum à cliente distractum, Feudaria scilicet conditione ex lege Municipali. Dubitationis causa erat, quod sacra Familia acquisitionum incapax foret, nouarúmque possessionum. Quo iure metimur Dominicam prædiorum redhibitionem, vt noua potius acquisitio censeatur, quàm fundi in primæuũ statum reuocatio atq; reuersio. Opinione Fabri In §. si cui Instit. De Legat. Rectius tamen sentiunt, qui putant clientelarem agrum ab Ecclesia patrona redhiberi posse benefica potestate. S. Consulto 15. Calend. Martias An. 1538. Parisien. Carthusianis, & Roberto Belleo concertantibus. Idem Ægidio Magistro probatum In suis Decision. Tit. De feudis & homagio. Neq; ab his longe recedit prisca Francici fori obseruatio Curię Actis inserta, in hanc formulam. *Ecclesiæ possunt se accrescere in censiuis, in quibus habent altam Iustitiam.* Aresto Curiæ An. 1290. In Lib. 3. Olim. Fol. *96.* Eiusmodi Patrocinij Ius redhibitorium clientelaris arui excussimus paucis In nostro Tractatu De Priuilegiis Rusticorum Lib. 3. Tit. De Iure redimendi pactirio, gentilitio, & Patronali, cum nostris Annotationibus ibidem.

LVCVLENTA hæc est è Regestis Curiæ testificatio piæ Regum nostrorum, propensæque in Hierarchicum Ordinem voluntatis. Nam Carolus 5. Rex, cui togato Senatum crebro adeunti inditum est passim *Aduocati* cognomentum, ea simul obseruantia coluit Templorum administros, vt nullo

vt nullo nõ munificẽtiæ genere sacros cœtus pernarit. Quemadmodum eius fere coętaneus scripsit Iohannes Iuuenalis Vrsinus in Proœmio Historiæ Karoli Sexti, quam certiori fide ab Vrsino contextam euoluimus, oculato rerum à Sexto gestarum teste ac spectatore, consiliorum etiam participe interdum, & in publica eius Regni Politia identidem occupato. Quippe is præter Regiam in Senatu aduocationem, & Præfecturam Decurionum Parisienſ. quas gerebat, Aulæ tum gratia cumprimis enituit. Ab eodem narratur, Carolũ 5. B. Rhemigio summas venerationis partes detulisse inter Diuos, atque ipsius Ædẽ variis collatis ditionibus locupletasse. Quindni ? quum ex simili auitæ pietatis exẽplo manarit fructus hic, quem Flodoardi scriptoris Titulus indicat. *De Victoriis S. Ludouici per auxilium S. Remigij, & fine ipsius regis.* Rhemensis Historiæ Lib. 1. Tit. 15. Haud aliter Gothus rex quidam olim priusquam manu pugnam aggrederetur, cilicio stratus supplicatione pugnabat. Teste Saluiano Massilienſi antistite Lib. 7. Nec dubium est, religiosissimos quosque Monarchas pari fœlicitate sceptra tractasse, & quo res sacras studio prosecuti sunt, eodem Superos illorum Rempub. auspicato prouexisse. Decreuit Constantinus omnes in Ecclesia manumissos Romana frui ciuilitate. Lib. 1. Tripart. Hyst. Certum quoque vectigal prouincialibus Ecclesiis distribuit, ab eo dehinc perpetuæ donationis iure sancitum. At Licinius conquestus Christianos non ita pro se, vti pro Constantino in solem-

Ioh. Iuuenalis ex Vrsina gente Italiæ nobilissima, memorat eo Libro Comitem Bertoldum Vrsinũ propinquũ suum, qui venientem in Gallias Sigismundũ Cæsarẽ Parisios vsque fuerat comitatus. Franciscus Sansouinus de ea Vrsinorum familia Librum edidit Italico sermone Di Casa Orsina.

Flodoardus hoc loco Ludouici nomine Clodoueum regẽ intellexit.

Eusebius Cæsarien. tradit Constantinum Mag. finxisse aliquãdo se vel le à ciuilibus honoribus omnes Christianos depellere, qui persisterent in suo cultu. At vere pij malluerunt cedere dignitatibus ciuilibus quam á Christo discedere. Sed illis hoc bene cessit, quia eos Cæsar

complexus est, & eos qui Christũ abiurarant retinendarum dignitatum causa, prorsus à se remouit, dicens nec sibi fore fidos, qui Deo fidem fregissent.

nibus orationibus excubare, quum rursus Ecclesias subuertisset, à Constantino victus est, aciéq; profligatus. Quare non eo minùs Sacræ Reip. tuendæ studiosi sunt Principes, quod iure Magistratus nonnunquam explorent, rescindántque Præsulum acta, gestáque vel in contemptum Ecclesiasticæ veteris disciplinæ, vel Principalis, quoad profana iura, auctoritatis. Gubernatores enim sunt Legum ac Sacræ Politię custodes, vt quorum imperio Politica maiorum dogmata sustinentur, eorum maiestate sublata, publicum Statum corruere necesse sit.

Fratres Mendicantes immobilium incapaces non fuere primum ex Regula sua S. Augustini, sed tantùm ex constitutionibus à Sede Apost. cõfirmatis. Quæ cùm sint mutabiles, Regula autem immutabilis, ideo Tridentini Patres illos possessionũ in communi capaces fore licitè declararũt. De hac immobilium tenendorũ capacitate per Fratr. Ord. Prædicatorum Bertrandus expressim Consil. 122. & 206 Vol. 3.

Sacris Mendicantium Ordinibus permissa est hodie plebeiarum opum possessio, quas olim abiecerant ipsi, votiuam paupertatem laudibus efferentes. Tridentini Concilij Sessione 25. De Regularibus Cap. 3. Hinc tantum demuntur Minores iuxta Diui Frãciſci obseruantiam institutúmque arctius Fratres S. Franciſci Capucceni, quibúsve est ex constitutionibus suis prohibitum, vel singulari Pontificio diplomate, ne res soli detineant, profanísque agris potiantur. Capucinos quidem, quorum auctor habetur Paulus 4. Pontifex, beneuolo affectu prosequitur Rex noster verè pius, eximiúsq; religiosorum Ordinum fautor. Eiusdem Rescripto, vetera Minimorum Ordini reseruata Priuilegia mense Septembri An. 1575. comprobante Senatu 11. Calend. Decembres Eod. Anno. Hanc verò Minimorum sectam monasticã instituit Frãciſcus natione Siculus Pontificiis auspiciis Xysti 4. 16. Calẽd. Iunij An. 1474. Deinde

Die 21. Nouẽb.

Die 17. Maij.

Hic Franciscus de Paula in diuorum catalogum relatus est à Leone 10. Põtif. An 1519. Eius autem Ordo approbatus fuerat à Syxto 4. Die 17. Maij 1474. & ab Innocentio 8. Die 18. Mart. 1485.

inde Innocentij 8. 15. Calend. Apriles An. 1485. Sed Comminius Ordinis conditorem vocat Robertum Regium, ac eius sequaces comitésque, Eremitas D. Franciſci. Commin. In Ludouico 11. Rege Cap. 130. Nouissimis quoque temporibus à Paulo illo 4. nomen sortitus est Ordo Sodalitatis Diui Amoris siue Theatinorum, quum Petrus Caraffa, qui dictus est in Pontificatu Paulus 4. eã viuendi rationem institutúmq; amplexus fuisset. Sicuti ait Diego Lib. 1. Orthodox. Explicat. In summa, ante Tridentinum Christianæ Ecclesiæ conuentũ nulli ius erat Mendicantium Sodalium cœtui proprium habere quicquam, nec vniuersis quidem his, nedum singulis. Vt constituit Nicolaus 3. Pontif. in Cap. exiit. De verb. signif. Apud Bonifacium 8. & Clemens 5. in Concilio Viennensi Cap. Exiui. Eod. Tit. Ob id petitione hæreditatis summoti sunt quondam Monpessulani Franciſcani, quos tamen verbis solemnibus hæredes ex asse testator nuncuparat. Decreto Curiæ, apud Gallum Quæst. 317. Eóque probabilius Carmelitanum Fratrem Senatus priuata depulit actione, proprióque ipsius nomine agitata. Eodem auctore Gallo Quæst. 244. In hanc sententiam multa promuntur à Bart. In Lib. Minoric. Quibus immorari diutius non est operæpretium. Trahebatur itidem prisca Lex profanorum redituum prohibitoria ad annuum vectigal seu reditum nummarium, cuius incapaces omnino sacros mendicorũ cœtus pronuntiauit Curia: licet in piã causam funebrium precum annua hæc pensitatio

Theatinorum Ordo nuper Romæ initium occepit.

Quamuis Frãciſcanus quisque immobiliũ, ac redituũ annuorum incapax sit, tamen Senatus Franciſcano sacrarũ literarum professori in Castrodunensi oppido adiudicauit reditum annuum vnius Præbendæ Ecclesiæ collegiatæ Castrodunẽsis, quandiu eo literarũ Magisterio & professione fungeretur. Arresto Die 23. Iulij An. 1569. Me, Frãciſcani, & Thuano, Capituli illius Ecclesiæ causam orantibus.

destinaretur. At enim singulis Mendicantium cœnobitarum Familiis Parisien. addictæ sunt eam in rem libellæ Francicæ quinquagenç. Aresto 7. Idus Apriles An. 1385. Apud Gallum Quæst. 62. Quo alludit pariter neotericum Ampliss. Ordinis Placitum inter Franciscanos fani Maxentij, in Pictonibus, hæredes Mesnagei, & templi Maxentij Æ-dituos. Postridie Iduum Iuniarum An. 1554. Milleto, Fratrum Minorum, Portano, ædituorum, & Ysamberto, hæredum causidicis. Tridentina demum Synodo libera relinquitur sacris hisce Sodalibus plebeiarum facultatum possessio, non vt singulis quidem, sed vt vniuersis. Diuersa autem aliorum cœnobiorum Oeconomia, in quibus priuatim etiam monachi cõmunibus bonis fruuntur ex beneficiario titulo monasticorum primatuum, qui in singulos identidem conferuntur. Superest tantùm hodie Regularis bina Societas, omnes Prioratuum census in commune referens, more Ecclesiæ vetustioris repetito. Gregoriana altera, cuiusmodi est fani Victoris congregatio, Augustiniani Ordinis, quam Pontificius quidam Legatus sanxit annos abhinc sexagenos. Altera dicitur congregatio Casæ Benedicti, Ordinis Benedictini, de qua nos fusiùs Lib. 2. De Domanio Franciæ. Vtut sit, mortalibus cunctis, nedum monacho, tanti esse non debent vel vniuersa prædia, & aurum omne, quod Tagus ac rutila voluit Pactolus arena, vt salutis suæ iacturam faciant, aut moram ferant. Sed vereor admodum, ne quod Sulpitius in sacerdotum φιλοχρηματίαν sui temporis scripsit,

5. Consultum Die 7. April.

Decretum senatus Die 14. Iunij.

Inde & monachi sigillatim ratione suorum prioratuũ habentes peculiũ possũt agere & cõueniri in iudicio, venia speciali ab Abbate nõ petita, tanquam serui de re sua peculiari contrahẽtes ac disponẽtes. specul. in Tit. De Statu. Monac. Et valet iudicium cũ religioso administrationẽ habente. Decis. Capel. Tholos. 20.

φιλοχρηματία, Auaritia, amorque terrenarum possessionum.

psit, aptiùs torqueatur in nostrorum quamplurimos. Tanta (infit) hoc seculo animos ministrorum Ecclesiæ habendi cupido, veluti tabes, incessit, inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt vendúntque, quæstui per omnia student. Aut si qui melioris proposiți cẽsentur, neque possidentes, neque negotiantes, quod est multo turpius, sedentes munera expectant, atque omne vitæ decus mercede corruptũ habẽt, dum quasi venalem præferunt sanctitatem. Sacræ Hist. Lib. 1. Planè Athenienſibus ſimiles hi videntur, quibus diuinos honores nolentibus Alexandro decernere Demades, Videte, inquit, ne dum cœlum custoditis, terram amittatis. Ita plerisque Clericis respondeas, sed commutatis verbis, metuendum esse, ne dum terrena curant & defendunt nimiùm, cœlum amittant.

18 INGRESSI cœnobium bona omnia Conuentui querebãtur monastico Nouella Iustiniani Cõstitutione peruulgata. Monachis itidem obueniẽs parẽtum hæreditas deuoluebatur ad communem regularium Fratrum mensam Iustinianea Lege Deo nobis De Episc. & Cler. Sed vtraque Sanctio nostris moribus antiquata, propinquis vtroque casu hæreditatem capiẽtibus. Masuerio teste, Gallici vsus Forensis peritissimo. In Tit. De succes. Testam. & vltim. volunt. §. Item per consuetudinem Regni, & Benedicto in Cap. Raynutius, in vers. & vxorem, verb. successio ab intestato. Iuxta Nicolai 1. P. P. rescriptum In Can. Præsens Clericus 20. Quæst. 3. Eandem Francici fori obser-

Cassander Macedo, qui Alexandro Mag. succesisit, egit cũ Atheniesibus, vt Alexãdrũ colerẽt pro Deo. Illi, cunctabantur, & Cassander, nisi morem gessissent, eos bello inuasurus videbatur. Quare Demades ad Pop. ita locutus est, verendum esse, ne dum cœlum retinerent, amitterent terram.

De Iure tamen si quis ingrederetur monasterium causa probandi, bona nõ dedicabantur, nisi profiteretur tacitè vel expresse, Cap. Beneficium, & ibi Archid. De Regular. in 6. Et ideo poterat testari intra annum. Innoc. & Hostiens. In Cap. Quia ingredientibus De Testam. Sed aduerte interim, Professionẽ monastici voti Gallicis Editis probandam esse scripto, non

testibus. Sicuti nec sacram Tõsuram, quæ tabulis probanda est. Artic. 55. Edicti Molinẽsis lati An. 1566.

uationem Gallus adnotauit, fretus Patrum Decreto aduersus Cluniacensem monachum, qui de agnati hæreditate egerat interdicto retinendæ possessionis. An. 1387. Quæst. 122. Simili Lege tenentur Allobroges, & à propinqui successione excluduntur Allobrogici Cœnobitæ. Edicto Emanuelis Philiberti, 6. Nonas Martias An. 1563. Quod Subalpinus Senatus comprobauit Pridie Nonas Martias Eod. An. Ex Volum. Edictor. & Statut. Sabaudiæ. Nihil diuersum de sacris Rhodiæ militiæ Equitibus constituitur, quos à paterna etiam substantia alienos esse lege hæreditatum iudicarunt Prætoriani Franciæ Consiliarij secundum Procomitem Destaugeum & eius vxorem contra vxoris fratrem, religiosum militem Hierosolymitanũ. Audias enim Raymũdum De Podio, militaris huius Ordinis suo seculo principẽ: *Præcipio, quòd omnes Fratres accedẽtes ad obsequiũ pauperum, & tuitionem fidei catholicæ teneant, & cum diuino præsidio seruẽt tria, quæ promissa sunt Deo, videlicet castitatem, obedientiam, hoc est, quod adimplebunt quicquid eis erit iunctum à suo Magistro, atque viuere sine proprio: Quoniam Deus requiret hæc tria in vltimo iudicio.* Ex Statutis Ordinis Domus Hospitalis Hierusalem Tit. de Regula Hospitalariorum & militiæ Ordinis S. Iohannis Baptistæ Hierosolymitani. Idipsum quoque P.C. ad merum vsumfructum produxêre, ne Melitensis Eques hæreditariis parentum bonis vteretur, frueretur. Arestis Curiæ recitatis Die Natalis Christi profesto. An. 1573. secundum Ianam Bellaiam in fratrem suum Bellaiũ Rhodiæ adscriptum militiæ. Nûm verò huic Religiosorum hominum generi legum venia gratiáque fieri possit isto casu Pontificiis codicillis, tractat Decius eleganter Consil. 114. Vol. 1.

Sabaudi Ducis Constitutio Die 2. Mart.

Die 6. Mart.

Arestum Magni Consilij Regij.

Sacra Constitutio lata à Magistro Ordinis S. Iohan. Hierosolymitani communibus Fratrũ, totiúsque Conuentus suffragiis.

Eo loci Decius percontatur, an stante Statuto Mediolanen. vt similiter mortui ad successiones non admittantur, religiosus habilitatus à Papa ad succedendum iuxta iuris cõmunis dispositionẽ vti possit Prærogatiua Statuti municipalis.

Tandem respõdet Decius pro religioso in cõmune ius succedendi reuocato à summo Pontif.

19 QVEMADMODVM cœnobitæ non defertur ius legitimarum hæreditatum agnati cuiusuis, ita nec agnato competit in monachi peculium successio, sed velut peculiare æs seruorum, legibus redit ad dominicum Monasterij ærarium. De quo argutè Specul. In Tit. De Statu monac. Innoc. in Cap. Cùm olim. De Priuil. Romana autem Gentilium sacrorum Theologia, Vestales virgines nec vlli succedebant intestato, nec iis intestatis succedebat quispiam: quia earum bona in publicum redigerentur. Id quod auctor est Labeo in suis ad 12. Tabulas Commentariis. Teste Gellio Lib. 1. Cap. 12. Sic nostrate Iurisprudentia victus est interdicto vti possidetis à Præfecto prioratus Coinciaci propinquus Ægid. Vauldrei cœnobitæ, qui monasticum primatum fani Phallei moriens obtinebat, Coinciaco in sacra potestate contributum. Arestis Natalitiis An. 1533. Longolio litis expositore. Sed ea quidem lege Priori Coinciaco addictum est monachi peculium, vt is funeris impensam, defunctique æs alienum persolueret. Ex quo obiter animaduerte, non vnam esse monasticipeculij speciem. Aut enim ex re sacri Primatus, quo cœnobita donatus sit, comparatur peculium, ceu ex ipsius opera regentis Ecclesiam sibi mandatam: Aut aliunde peculium quæritur monacho. Illud quidem à Senatu adiudicatum superiori Præfecto regulari, cui monasticus primatus

Sed vtrũ Monachorum spolia cedant Abbati, an nummario monasterij conductori, quæstionis est. Boerius concludit huiusmodi peculium solido iure ad Abbatem pertinere, non ad firmariũ. Decis. Burdegal. 224. Arg. l. Diuus §. pannicularia ibi, spolia π De lon. damnat.

Quinetiã actiones ex maleficio filij descendentes dantur contra patrem de peculio, quod superstes filio pater capit. L. 3. §. idẽ scribit π. De Pecul. l. & si condẽnatus π. De Noxal. Act. De his vide Bart. in l. Stichus π De Pecul. leg. Innec. in Cap. In præsentia De Probat.

defuncti subiacebat. Hoc verò, quia non ex alterius dominica re, nec intuitu commissæ Ecclesiæ aduentitium est, sed profectitium peculium, à solo vendicatur Archimandrita, cuius in verba iurarit monachus primùm votiuo regularis professionis sacramento. Vt Bartolus censuit in L. Si communis seruus ff. De Stipul. seru. Quod tamẽ sic accipiendum, nisi monachus ab vno cœnobio prorsus ad aliud translatus sit impetrata venia, simúlque obedientiæ voto solutus, qua prioris monasterij antistiti deuinciebatur. Quo casu diem functo cœnobitæ in vniuersum peculium succedit secundi monasterij præsul, non anterioris. Innoc. in Cap. Quod à te. De Cler. coniugat. Bart. in d. L. Si communis Seruus. Sinautem secularis clericus cœnobio prę sit fiduciario iure, quales existunt nostrates cœnobiarchæ fiduciarij, ad hos non pertinet peculiarium monachi bonorũ possessio. Senatu, qui tali cognitioni præsidebat, ita iudicante in Condomiensem pontificem, cui cœnobiarchia commendata erat. Nam reiecta eius postulatione, decretũ, peculiares monachi nummos conuerti partim in sacræ basilicæ instaurationem, partim in pauperum indigenarum alimenta oportere. Extemporali Placito Curiæ 5. Kalend. Maias An. 1553. Sammelorio, & Amelo to causæ patronis. Omnimodo enim perpetuæ illæ Cœnobiorum fiduciæ ac cõmendationes eliduntneruos Ecclesiasticæ disciplinæ: sine qua cõmunis Regnorum Status cõcidat euertatúrq; necesse est. Vti palam propositum fuit in mediis Frãcici

Eodem tendit Archiepiscopalis Capellæ Tholosanæ sacra Decisio 39. de qua nos pluribus egimus Lib. 2. huius Operis Tit. vlt.

Arestum Die 27. April.

Celeberrimum quoq; antea toti° Galliæ concilium Parisiis

cici Pop. Comitiis Turonẽs. à Iano Relio Parisiensi canonico omnium Ordinum causam orante coram Gallo rege Carolo 8. An. 1483. In Cap. De Sacerdotibus, & Ecclesiasticæ Politiæ corruptela.

20 SECVLARIVM vtique sacerdotum hæreditas non templo sacerdotali, sed propinquis lege defertur, Francico vsu introducta. Vt Gallus literis prodidit Quæst. 290. Quid si Ecclesiæ præfectus fundum proprio nomine coëmerit, sui clientelarem sacerdotij, nunquid Ecclesiæ quasi sacrũ acquirat, an vti priuatum transmittat ad hæredes? Pro Ecclesia vrget Pontificius Canon, sacris nummis parta in Ecclesiasticum ius concedere, id tametsi emptionum tabulis cautum non sit nominatim. Ex Concilio Rhemensi in Cap. Inquirendum. De Pecul. cleric. Presbyterum rursus ex opimo sacri beneficij prouentu comparasse fundum videri, legum coniectura & opinione. Nouella Constitut. Iustiniani Licentiam Cod. De Episc. & Cler. Ad hæc, prædiolum emptum, in specie qua de agitur, pendere à patronali Ecclesię imperio, & in ipsius patronæ clientela positum esse. Quo fit, vt Ecclesiæ potiùs redditum postliminio, quam recens quæsitum debeamus interpretari. Hæredes, ex contrario, tuetur cautionis formula, qua emptor, licet Ecclesiasticus præsul, sibi hęredibúsque est speciatim fundum stipulatus. Eum siquidem plebeius Ecclesiæ cliens venũdedit Antistiti libero pacto conuento, iuréque extranei, nõ cogente dominica Ecclesiæ potestate, ac redhibitione patronali. In pari demum controuersia se-

habitũ Mense Mart. An. 1357 Præside Carole primogenito Iohãnis regis captiui in Angliã abducti. Ex Frãc. Chronic.

Beneficiatus præsumitur in dubio ex bonis Ecclesiæ acquisisse. De quo plenè Innoc. in Cap. Cũ in officiis De Testã. Aliunde autẽ acquisita ille libere transfert ad quos voluerit Cap. Tua. Cap. Relatum §. cæterùm De Testam. Potest etiã beneficiarius de fructibus beneficij aut aliis mobilibus disponere dando eleemosynam, vel remunerãdo merita Cap. Ad hæc De Testam. Aliàs non.

cundum Episcopi hæredes pronuntiatum. Arestο Curiæ apud Gallum Quæst. 16. De feudo Antisiodoren. pontificatus. Nil enim prohibet, Ecclesiæ Rectorem vnà cum sacris eiusdem opibus profana priuatim latifundia possidere. Similiter quippe in Regia, aut Cæsarea Reipub. gubernatione priuatum à publico Principis patrimonio distinguitur. Verùm Molinensi Constitutione Gallica vtrumque ita permiscetur prædiorum genus, totúmque in formam publici patrimonij redigitur, si bino lustro coniunctim possessum tractatúmque à Regiis Quæstoribus in Fisci rationes inferatur. Edicto Mense Februar. An. 1566. Art. 1. Et Art. 13. † Nõnulli tamen hac vna ratione Regiis fundis veterem distinctionem putant etiamdum adhibendam, quòd Ludouicus 12. Rex Blesensem, muliebrésque alias auiæ suæ ditiones à Reipub. prædiis seiunctas esse declararit: eóque freti argumento nostram improbant de vtriusque Patrimonij cõfusione sententiam. Tit. 1. Pag. 3. De Domanio Franciæ. Hi verò si eam Pagellam cum nostra in eandẽ Annotatione perlegissent, nostram simul, & quem ibi auctorem laudauimus, legislatoris mentem fuissent assecuti. Caroli 9. scilicet, in Molinensi illa sua Sanctione, qua Blesensis etiã, Cociacus, Suessionensis ager, cæteráque materna Aurelianæ Regiæ stirpis latifundia in Fiscalis patrimonij corpus relata nominatim percensentur. Ita facit temporum varietas, vt & illi syncera quidem fide citent Regios Ludouici 12. de multiplici Principum Dominio codicillos, quos & nobis euoluere

Phil. Comminius, In Carolo 8. Galliæ rege Cap. 51. narrat ita amplũ diffusúmque fuisse Reipub. Gallorum patrimonium, vt Carolus 8. decreuerit eo tantum vti ac vesci, priscorum Regum instar, nullo, nisi perexiguo subditis indicto vectigali.

† Ioh. Bodinus vir eruditiss. Lib. 6. De la Republique Cap. 11. Des finances.

De fœmineis istis Aurelianen. regiæ familiæ possessionibus diximus sigillatim Lib. 1. De Domanio Franciæ Tit 5. De bonorum Cõfusione. Vbi pleraque de antiqua & noua huiusmodi fundorum olim priuatorum cõditione.

euoluere contigit aliquando, nec nos tamen idcirco nouæ Legis auctoritate suffulti hac in parte hallucinemur. Sed eò iam reuocetur, vnde huc declinauit oratio.

21 PROXIME igitur hęc in forum emersit fructuũ quæstio parœciaci sacerdotij, quos iamiam maturos præuentus morte Curio nondum perceperat. Huius quippe hæredes, suos esse fructus illos intendebant ex nota passim Galliæ vniuersæ Consuetudine: qua non modò ad clericorum hæreditatem vocantur agnati, verùm etiam ad reditus prouentúsque sacrorum illius beneficiorum pro eo anno quo sacerdos migrarit è viuis. Testimonio Fabri in §. Is verò. Instit. De rer. diuis. & Guymerij in §. Item quòd si Ecclesia, in verb. acquisitos De Annatis In Prag. Sanct. Fructus saltẽ diuidendos asserebãt pro rata curialium onerum portione, quæ eo anno Parœciaci tẽpli sacerdos subiisset. Arg. L. Diuortio π. Sol. Matrim. Quum spiritale connubium, & corporale iisdem penè iuris regulis metiatur Innocentius 3. Cap. Inter corporalia De Translat. Episc. Ab eadem parte suggerebatur, Carnutensi Diœcesi ritum hunc morémque antiquitus vsurpatum, vt parochus Ecclesiastica functus opera ad diem vsque Domino Resurgẽti profestum lucrifaceret solidos anni prouentus, atque ita hæredibus potiundos relinqueret. Nos verò, contra, pro Curione successore, D. Bernardum ita monuisse Pontificem, qui vnà cũ Sacro Imperio profanum miscebat sibíque hoc tribuebat impotentiùs, *Vtrumque si voles, vtrum-*

Canonistarum communis opinio est, quòd beneficiatus habens administrationem æquiparatur vsufructuario in vita: vt sic donare possit de fructibus Ecclesiæ, moderatè tamen. Cap. cæterùm De Donat. In infirmitate verò comparatur vsuario, quia nõ potest de iis disponere in testamento, nisi intuitu eleemosynæ Cap. quia Cap. relatũ De Testam. Nõ habens vero administrationẽ, vt canonicus & capellanus, adæquatur vsufructuario in vita & in morte, ita quod de iis Ecclesiæ reditibus testari possit Arg. Cap. Requisisti in fi. De Testã. Hostiẽ. In Cap. vlt. De Pecul. cleric. Tamen Panor. indistincte putat beneficiarium quẽcunque non fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere fructus Ecclesiarum suos in morte quoad effectum transmittendi ad heredes. In Cap. vlt. De Pecul. cler. & in Repet. Cap. cùm esses De Testam.

que perdes. Lib. 4. De consideratione. Sic etiam profanis hominibus interdictam esse sacrorum redituum, nedum prædiorum Ecclesiæ possessionem. Sicuti Alexander 3. rescripsit. Cap. Ad hæc. De Testam. Cap. vlt. De Pecul. Cleric. Admittebam quidem, plebeium Clerici consanguineum Francico vsu sacerdotij fructus carpere iure hæreditario: Sed non nisi à solo separatos ante sacerdotis obitum, tanquam agrorum fructuarij, de quo idem à Sceuola responsum est Lib. 3. Respõs. In L. Defuncta. ff. De vsufr. & à Iulio Paulo Lib. 3. ad Sabinum L. Si vsufructuarius messem. ff. Quibus mod. vsufruct. amitt. Quinimo Ecclesiastici muneris beneficiarij vsuariis adæquãtur, potiùs quàm fructuariis. Ex distinctione Baldi in L. 2. C. De Episc. & Cler. Huc spectat Cæsarea constitutio 1. Cod. De Annon. ciuilib. Lib. 11. Et Glossematarij dictata cum Bart. ibidem. Archidiaconus in Cap. Statutum §. Assessorem. De Reser. in 6. Oppositam rursus ab aduersario fructuum partitionem pro rata oneris ita diluebam, nulla lege speciatim cautum, vt pro modo sacræ functionis adimpletę annuus sacerdotij prouentus distribueretur. Vtcumque sit, anterioris anni fructus, quos defunctus Curio coëgerit, ipsi cessisse in anni sequentis onus, & parœciacæ animorum curationis posteriori anno obeundæ, non autem præcedentis ac præteritæ. Bonifaciano Rescripto Præsenti. §. Porrò. De Off. ordin. in 6. Itaque mortuo parocho mense Iunio An. 1575. in proposita Hypothesi, tantum abest, vt Curionis hæredes iure de-

Auctoris oratio in Senatu habita.

In profanis beneficiis, quæ feuda appellamus, moriente cliente beneficiario post mẽsem Augustũ vel ante Calendas Mart. fructus percipiendi pertinent ad dominum directum: si verò post Cal. Mart. obeat, secus. Feudistucæ Legis Cap. 1. Artic. his consequẽter. Tit. Hic finitur Lex. Col. 10.

Pari fermè ratione cautũ est Francica Lege Caroli Magni, vt Sacerdos quisque res quas post diem consecrationis acquisierit, proprias Ecclesiæ

re depoſcant eiuſdem anni prouentus, vt Eccleſię etiam reſtituere fructuum partem prioris anni teneantur. Cæterùm de Carnutenſis Eccleſiæ more ſuprà relato, dicebam nil ſcripto conſtare: ſimilem autem Conſuetudinem abrogatam Prouinciali Senonum Cõcilio Eccleſiaſtico An. 1528. In Tit. De Decreto morum. Cap. 10. Præterea in hac facti ſpecie controuerſos eſſe duntaxat ſacrarum decumarum fructus, qui diuinis canonibus ſoli Sacerdoti attribuuntur. Rem ad amuſſim diſceptatam Patres conſilij eſſe pronuntiarunt. 9. Calend. Februar. An. 1576. Scorceuæo, hęredum parochi, Me, noui curionis cauſam agentibus. Sed in pari quæſtione, Andẽſis Epiſcopij reditus P. C. pro rata anni parte adiudicarunt Palatini Sacelli Collegio Pariſien. Regaliorũ nomine vicéq; regia aduerſus hęredes Gabriel. Bouuerij antiſtitis, qui tamen, fructibus iam collectis perceptiſq;, deceſſerat. Areſtis Sextilibus An. 1576.

22 RELIQVÆ propemodum Chriſtianæ Politię ſacrorum aruorum fructus addicunt Eccleſiis indiſcriminatim, nec admittunt ſacrorum redituum partitionem & tranſmiſſionem ad hęredes ſacerdotis. Quum enim in eadem cauſa fructus annui, qua prædium ipſum, habeantur, ſacerdotij prouentus aut deſtinantur beneficiario ſucceſſori, aut alteri Eccleſiaſtico vſui adplicantur. Sic apud Sarmatas crebro ſemeſtres vacantium parœciarum reditus vſurpati à Cracouienſi Epiſcopo in baſilicę Cracouienſis refectionem. De quo tamen olim ab Equeſtri Ordine in Sacerdotalem agitata lis, ſi-

relinquat, Legis Franc. Lib. 1. Cap. 150.

Senonensis Synodus prouincialis descripta est insertáque 4. & vltimo Tomo Conciliorum.

Areſtum Curiæ inter Vuilelmum Marierium curionem parœciæ De Gueruille, *Carnutẽſis diœceſis, prouocantem à Meduntenſi prætore, & Guilielmum Lamy, & alios hæredes Porcherij vltimi curionis Die 24. Ianuar. 1576.*

Hic Andiũ epiſcop⁹ mortu⁹ eſt Mẽſe Februar. An. 1571. Quo ex tempore fructus epiſcopat⁹ pertinẽt ad ſacrificos Sanctæ Capellæ Palatinæ tanquam Regaliorũ huiuſmodi donatarios: regio mittere.

Hoc Deportus genus quoddã eſt Prælatis in-

terdictum, ex ratione Tit. Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione cõferantur: Nisi illud ex causa, & ad publicã Ecclesiæ utilitatem inductum sit, vt in hoc textu, Quẽadmodũ & à nobis dictũ est Lib. I.

mul & de iure decimarum, de iuridica sacrorum magistratuum potestate, de visitatione & exactionibus Archidiaconorum, Præpositorum, & parochorum, de nouis parœciis instituendis, de moderatione immunitatis Clericorum. Sed eiusmodi contentio, interueniente Rege, ac Iaroslao Bogoria Gnesnensi archipræsule, pacata est. Anno Christianæ Salutis 1359. Vt narrat Chromerus Rerum Polonic. Lib. 12. In Saxonia item, Caroli Mag. Lege sacrata est Clericis fructuum portio Saxonici agri, ibidémq; iactis tum primùm Christianæ fidei fundamentis, nil aliud victus nomine assignatum Leuitico ordini, quàm frugum certa pars, quæ ex culto fundo, vel iumentorum, quæ ex nutrimentis animalium percipiebantur. Teste Helmoldo presbytero in Slauorũ Chronicis. Scotorum insuper Gregorius rex Lege constituit, frugum, cęterorúmque fructuum decimas ad sacram Antistitum cognitionem pertinere: Quos eodem Edicto sanxit de Testamentariis causis, re connubiali, ac de fide data seruanda ius dicturos, eorúmque iudicio puniri Superûm blasphemos, periuros, magos, impiorum dogmatum professores oportere. Vt est apud Boëthium Scot. Hist. Lib. 10. Antiquitus enim Scoticum solum Principes tulit Catholica Pietate insignitos. Qualis ille Kennethus, non vna Sanctione in gratiam Hierarchici ordinis ab eo edita An. 850. hoc modo.

Sic Ina Anglorum rex edixit, Primitias seminum quemque ex eo dare domicilio debere, in quo ipso Natali die Domini cõmoretur. Vt Vilhelmus Lãbardus attestatur In Archagonomia Anglica. Vbi & plures, aliæ Sacrorum Politicæ Leges Britannicæ.

Scoticæ Regiæ Constitutiones.

Aras, templa, Diuorum statuas, oratoria, sacella, sacerdotes, omnésque sacræ Familię viros ex animo venerator.

Ethnicis etiam Aræ sanctæ adeo atque inuiolabiles visæ sunt, vt in sæuissimo Troiæ excidio Hecuba cũ natab°, quæ Diuûm amplexæ simulachra tenebant, Priamum manuerit, ad Aras confugeret, quasi commune Asylum ad cõprimẽdam vim hostisque victoris muriam, ita, Huc tandẽ concede, hæc Ara tuebitur omnes.

Festos & solemnes dies, ieiunia, vigilias, & omnifarias cerimonias, quas Christo regi, & sacratissimæ eius militiæ decreuit orthodoxa Religio, multo honore obseruato.

Hispanici huius Codicis Glossematarius Alphonsus Diez De Montaluo.

Lędere Christi sacerdotem dicto factóve exitiale esto.

Agrum, quo quis fortè occisus sepultus fuerit, septennium incultum relinquito.

Sepulchrum omne sacrum habeto, idque crucis signo adornato: quod ne pede aliquando conculces, caueto: Auctor Boëthius Lib. 10. Scot. Hist. non sine Panegyrico illius Regis virtuti dicto. Hispanic. autem Principũ quàm multæ Leges De Ecclesiastico censu, quot Priuilegiariæ de Ecclesia constitutiones? Nam in Codice Alphonsi 9. voluuntur eam in rem primæ Partis Tituli subsequentes. *De los Preuileios, & de las Franquezas, que han las Eglesias, & sus cemeterios. De las Primitias. De las Ofrendas: De los diexmos, que los Christianos deuen dar à Dios: De los beneficios de la santa Eglesia: De las cosas de la Eglesia.* Prospectum est etiam Ibericæ Sacrorum Politiæ in Toletano Conuentu omniũ Hispaniæ Ordinum peracto An. 1560. Inibi enim decretum, Ecclesiasticas lites omnes vltimo iudicio dirimi posthac intra patrios penates finésque Hispanorum litigatorum, non in Vrbe Romana: Proin rogandum summum Pontificem, vt singulis in Prouinciis iudices dari permitteret, extremarum prouocationum causas vsquequaq; definituros. Artic. 53. Toletan. Comitiorum. De Hospitalium quoque Ædium vnione actum est ibidem, vt varia oppidi cuiusque Xenodochia

Artic. 53. Statuum generaliũ Hispaniæ refertur Burguẽsem, Leonẽsem, & Ouetensem põtificatus nullum agnoscere Metropolitanũ, nec superiorem alium, quã Rõ. Pontificem.

Similiter Francico Edicto An. 1539. Rei criminum etiam in loco sacro capi possunt. De quo pariter extat lex Frãcica Caroli Mag. vt qui ad Ecclesiã confugerit, in atrio quidẽ ipsius Ecclesiæ pacem habeat, sed inde per manus bonorum hominum ad discussionem in publico producatur.

in vnum redigerentur, quo res œconomicæ pauperum faciliùs commodiúsque curarentur. Artic. 52. Adiectum his, ne creditorum fraudatoribus liceret in posterum ipsis illudere callido in Templa perfugio, quorum olim sanctitate pij salutem tecturi ad Aratum tutelam supplices confugiebant. Artic. 42. Cõfinis est huic quodammodo Frãcica Lex Caroli Mag. De confugio ad Ecclesiam. Leg. Franc. Lib. 1. Cap. 134. Sunt & alia Sacræ Politiæ capita Toletanis Comitiis sparsim intertexta Regiis auspiciis Philippi 2. Hispaniæ Regis, quæ legentibus statim occurrent.

ADEO summi vbique terrarum Dynastę Ecclesiasticas opes & piis donationibus auxêre, & auctas firmissimis legibus stabilierunt. Quo vno Legum pręsidio constant certissimè rerum acquisitiones. Nam maior hæreditas venit vnicuique nostrûm in iisdem bonis à iure publico, quàm ab iis à quibus illa ipsa bona relicta sunt. Vt enim perueniat ad me fundus, testamento alicuius fieri potest: vt retineam quod meum factum sit, sine Iure Ciuili non potest. Inquit Tullius in Orat. pro Cæcinna. Nimirum sensêre vicissim cordati Reges, Rempub. nisi florente Ecclesia, stare non posse, ac terreni Imperij Summam Hierarchicæ dignitatis magnitudine & amplificatione contineri. Præclare enim Iustinianus Augustus, salua Sacerdotij auctoritate, Cęsaream Orbis Politeam diutissimè permansuram. In Lib. Περὶ De depositione Anthimi, & Seueri. Collat. 10. Cuius meminit Euagrius Sacræ Hist. Lib. 4. Cap. 11.

Notus Poëtæ Versus, Plus est seruasse repertum, quã quæsisse nouum.

Eam

Eam Nicephorus Sanctionẽ refert scriptam fuisse ante œcumenicam 5. Synodum Christiani nominis vniuersi Lib. 17. Eccles. Hist. Cap. 9. Haud secus Byzantiorum Cæsar Basilius in ea oratione, quam ad Episcopos misit, fautores pseudopatriarchæ Græcorum Photij, in hanc vocem erupit, *Variæ quidem molestiæ Cæsareum diadema circumsident indies, Præcipuum autem malum, & calamitatum arx est Ecclesiæ tempestas.*

24 PORRÒ concurrente Principis fisco, vel inferioris Toparchæ cum Pontificali Ecclesia in clericorum bonis vacantibus, nothorum puta, vel aduenarum, videamus, vtri horum successio bonorum acquiratur. De rebus prædiariis expeditum, eas territorij Iuridicis, in quo prædia sita sunt, cõpetere cum onere æris alieni dissoluendi. Ex Vlpiani sententia Lib. 15. ad Edictum in L. Nec vllam §. item si quis à fisco. ff. De Petit. hæred. L. 1. §. An bona. Et §. DIUUS ff. De Iur. Fis. L. Quidam testamento §. Quoties ff. De legat. 1. L. 1. Cod. Vnde vir & vxor. De mouentibus autem, nec rebus soli, Præsulum causam adiuuat argumentum Cap. 1. De success. ab intest. Authent. Licentiam. Cod. De Episc. & cler. Cap. Requisisti. De Testam. atque ibi Bohic. Cap. relatum 2. Eod. Tit. Et hãc quidem distinctionem puto obseruandã, vt damnati ob crimen sacerdotis supellex committatur fisco Episcopali cum rebus cæteris mobilibus, quippe quæ corpus & personam sequantur: Nothi verò demortui bona qualiacúnque deferantur profanis Iuridicis, ex Francico maiorum vsu ac

Rota Romana censuit vacantem Clerici successionẽ ex defectu hæredum non fisco Cæsaris, sed Ecclesiæ iure deferri. Decis. 865. In Antiq. Sed Frãcicam de eo Iurisprudentiã, quæ diuersa videtur, pete ex Benedicto in Cap. Raynutius in Vers. & vxorem Num. 833. 834. cum sequentib. De Testam.

Iure Canonico Bona quæcunque Clerici à suo episcopo cõdemnati pertinent ad fiscum Ecclesiæ. Glos. In Cap. Quia diuersitatẽ De Conces. Præb. Aliud est tamen de Cõsuetudine generali Franciæ, de qua nominatim Benedict. In Repet. Cap. Raynutius, in verbo & vxorem nomine Adelasiam in ver. successio ab intestato De Testam.

institutoi. Nam, decedente Clerico, mutatáq; persona, bonorum simul conditio immutatur. Sicuti ex facto tractatũ est à Ioh. Gallo Vallensis Reguli causidico aduersus Ambianorũ pontificẽ. Quæst. 290. Aufrerius in Tholos. Decis. 150. Ancharanus in cap. Ea quæ De reg. Iur. in 6. 22. quæst. In multis sanè Gallorum prouinciolis, quę Lege municipali reguntur, vix est, vt sacrorum Antistites vllo modo succedant in bona sacerdotum. Nam variis municipum Francorum moribus, quêis Sacerdotes vnà cum Equestri ac Plebeio ordine subscripsêre, Domino territorij addicuntur presbyterorum mouentia bona perinde, atque ea quę solo continentur.

S. Consultum Albanes ne in pium quidẽ vsum testari pos. se. Die 6. Iunij An. 1539.

PEREGRINI vtique, licet testati, facultates vni Principis fisco vendicantur, non Ecclesiæ vel quidem pietatis intuitu legatariæ. Huius enim Augusti Iuris auctorem habemus Senatum insigni Decreto, quod Poyetus Francię Cancellarius, qui ei tum Curiæ Tribunali præerat, grauissimè pronũtiauit. 8. Iduũ Iuniarũ An. 1539. Facti species hæc erat. Dominicanus Sodalis genere Dalmata Pictones venit, ibi versatur in Pictauensi Sodalitio B. Dominici. Dehinc, fortunis quibusdam alicunde partis, ius Indigenarum impetrat à Rege Franco, vltimis demũ tabulis haud pauca legauit Dominicanis Fratribus apud Pictones, alia multa inopibus. Diem functo eo, Procurator fisci bona sibi adsciuit tanquam extranei hominis, non ciuis Galli: Vtpote qui Regium ciuitatis Diploma non curasset à Lutetianis Rationalibus comprobandum.

Baldus Francici Albinatus regij ignarus censuit monachum propria possidere ac testamẽti factionẽ habere licitè ex solo permissu Rom. Pont. in l. Vlt. Cod. Vnde legit. Et in Auten. Nisi rogati Cod. ad Trebel. Castrens. In L. Et militibus Cod. De Testam. milit. Bertrãdus, tametsi Gallus Carpentoractẽsis, idem censuit Cõsil. 16. Vol. 3.

probandum. Hoc posito, intendit, aduenæ testari nec in pios quidem vsus licuisse, vtpote nullam habenti testamenti factionem. Fisco tandem Principali bona adiudicantur, salua piorum legatorum causa, quæ publicus Actor præstare damnatus est sententia Pictauensis proprætoris. At Regio cognitore Senatum appellante, Patres bonorum assem Fisco addixerunt, liberum solutúmque piorum legatorum præstatione. Nonnulli tamen exteri, eodem, quo Galli ciues, iure vtuntur, nec Diplomatico egent Ciuilitatis munere singulari. Puta, Subalpinos populos Henricus 2. rex pro indigenis Gallis haberi iussit, etsi minimè originarios Francię ciues. Codicillis generatim cõceptis, qui subinde in Curia promulgati sunt ac perscripti 15. Calend. Maias An. 1550. Helueticis quoque Pagis orti, qui Lugduni negotiationem exercent, Lugdunensium ciuium priuilegiis & immunitate perfruuntur. Regio Caroli 9. Diplomate vetustiorũ probatorio Pridie Nonas Sextiles 1561. Quod in acta Curiæ relatum est 6. Kalend. Septembres Eod. An. Sericarij itidem mercatores aduenæ, qui Turones commigrarint, eámque vrbem incolãt, Gallicæ Prouinciæ ius adepti sunt hoc nomine, peregrinorúmque statu eximuntur, citra priuatũ ac particulare Ciuilis Iuris huiusce dati Rescriptum. Mense Octob. An. 1480. Cuius comprobationi adiecta hæc à Magistris Ratiociniorum conditio est, *Prouiso quod hæredes supplicantium sint regnicolæ.* 7. Calend. Februar. Eod. Anno. Eiusmodi Prouinciæ beneficium illis reseruauit Caro-

A solo Principe aduenis irrogantur Naturalitatis codicilli ex Regia & Augusta potestate. Quẽadmodum & ab eo vno Nothi seu bastardi restituũtur natalibus ac legitimantur. Vnde à Steph. Bertrando responsum, Literas legitimationis à Philippo Burgũdiæ duce datas Iohãni de Mõteacuto nullas esse, quum Dux ille superiorem Principem agnosceret Consil. Bertrandi. 116. Vol. 3. Consil. Die 17. Aprił. Die 4. Augusti 1561. Die 27. Augusti. Die 26. Ianuar.

lus 8. Menſe Maio An. 1497. Lege tamen hac addita à Præfectis Rationũ regiarum. *Prouiſo quòd ſupplicantes tam præſentes, quàm futuri non poterunt transferre Mercantias extra Regnum &c.* Iſtæc prouincialis iuris donatio repetita à Ludouico 12. Menſe Quintili An. 1498. à Franciſco 1. Menſe Martio 1514. Errico 2. Menſe Ianuar. An. 1547. Franciſco 2. Menſe Martio An. 1559. Singula in Senatu promulgata, & in Præfectura rationum Principalium 3. Nonas Quintiles An. 1560. hoc verborum tenore. *Pro gaudendo per impetrantes effectu, & contentis in dictis Literis, prout ipſi, & eorum prædeceſſores antea rectè vſi ſunt, & vtuntur.* Ibericæ autem Ciuitatis iure nulli donantur exteri ab Hiſpanis Regibus, vetante Lege in Toletanis Populi comitiis lata An. 1560. Artic. 24. Quo à Magiſtratibus etiam, ac Sacerdotiis arcentur peregrini. Franci equidem in aduenas propenſiores hoc ipſis indulſerunt priſca Albinatus Conſtitutione, (quæ in Camera Ratiociniorum ſcripta reperitur quadringentos abhinc annos) vt extraneorum liberi nepotéſque Fiſco anteferrentur in adeunda parentum hæreditate: quamuis defuncti nunquã in ciuium ordinem adſcripti fuiſſent Principali beneficio. Et hæc in directa, ſecus de tranſuerſaria in ius demortui ſucceſſione, quę excluſis aduenæ propinquis, hoc caſu ad fiſcum deuoluitur ſupradicta Albanorum Lege. Secundum quam alienigenæ cuiuſdam filij in bona parentis ire iuſſi à Pat. Conſcriptis, poſtpoſito Fiſco. Inſigni Decreto Curiæ 7. Cal. Martias An. 1515. Quanto firmiùs

Die 5. Iulij. 1560.

Naturalitatis Literæ prohibitæ ſunt Hiſpanicis Edictis.

In Tract. noſtro De Domanio Franciæ Benedicti opinionẽ ſecuti ſcripſimus, Fiſcum extranei liberis præferri, quod vetus iſta Albinagij Lex nõdum tunc nobis innotuiſſet.

Arreſtum Die 23. Februar.

mius dicatur, Galli hominis liberos alibi natos, vbi pater incolatum contraxerat, eo ibidem mortuo, admitti ad iura legitimarum hæreditatum Galliæ? De eo celebre S. Conſultum factum ſolenníque ritu recitatum Septimo Idus Septembres An. 1576. ſecũdum Mariam Mabilleam Gallo patre Londini genitam, qua in vrbe Anglica pater ſedem ſummámque fortunarum collocans extremum inibi vitæ ſpiritũ ediderat. Huc accedit Curię Placitũ aliud conſimile pro Gottofredo Cenamio contra. Iohan. Longouallium cauſidicum in Senatu Pariſienſi. Poſtridie Idus Sextiles An. 1554. Iuxta antiquiorem Burdegalẽſis Senatus Deciſionem 13. Apud Boërium In ſuis Deciſ.

26 HVMANVM planè eſt ciuilia Prouinciæ noſtræ iura alienigenis cõmunicare, quæ barbari etiã Aſiæ Reges Iudæis vltrò conceſſerunt. Nam Seleucus cognomento Nicanor, in conditis à ſe per Aſiam & inferiorem Syriam vrbibus, in ipſa denique metropoli Antiochia ius ciuitatis eis dedit, ſiuítque pari ibidem cum Macedonibus ac Græcis conditione degere. Quin ſucceſſu ætatum Alexandrini & Antiochenſes quum rogaſſent adimi Hebræis ius ciuiũ, impetrare id à Veſpaſiano & Tito eius filio non potuerunt, manifeſto Romanorum æquitatis & magnanimitatis indicio, ſed præcipuè ipſorum Principum. Quum enim hi Iudaico bello multos labores pertuliſſent, infenſique forent pertinaciter rebellantibus, nihil tamen de Iure ipſorum diminutum voluerunt: dicentes, eos qui contra rem Romanam arma in-

Placitum Curiæ Die 7. Septembris pro Maria Mabillea contra Ioh. Villanum & conſortes de ſucceßione Pariſienſis, Auiæ dictæ Mabileæ. Arreſtum Die 14. Auguſti.

Peregrinorũ cõditio non tantũ ſpectatur quoad honorũ ſucceßionem & tranſmiſſionẽ ad propinquos, quæ ex talis perſonæ qualitate locum non habet, ſed etiã quoad perſonalia munera publica, vel beneficia, quorum exteri omnino ſunt incapaces. Arg. L. In Eccleſiis Cod. De Epiſc. & cler. Can nullius inuitis 61. Diſt. Cap. Quoniam De Off. ordin. Et Deuteronomij 18. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus, ipſum audies &c.

De Romanæ ciuitatis Iure multis modis indulto scripsimus abunde Lib. 1. De Domanio Frãciæ, & lib. 3. De Priuil. Rustic.

duerant, satis iam suppliciorum exoluisse: Qui vero nihil peccassent, hos non esse æquum suis Priuilegiis spoliari. Auctore Iosepho Iudaic. Antiquit. Lib. 12. Cap. 3. Atque idipsum diuinitus contigisse Hebræis credendum est, parem antea ciuilis societatis gratiam facientibus extero cuicumque. His enim sacro Numinis elogio præceptum fuerat peregrinos amplecti, habere indigenarum loco, adamare non velut extraneos, sed communis Patriique soli consortes ac Ciues. *Fuistis enim & vos aduenæ in terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester &c.* Exodi 22. Cap. Et Leuit. Cap. 19. Hodie necnon varias terrarum oras Hebræis incolere permissum, retento sacrarum ceremoniarum ritu domestico, vetereque gentis disciplina. Ad hunc modum istos in Terra Gallia sedes fixisse Maiorum nostrorum seculo testatur Innocentius 3. ad Senonen. & Parisiensem Antistites scribens Cap. Etsi Iudęos, quos propria culpa submisit perpetuæ seruituti, pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitationem illorum. De Iudæis. Sic longè antea rogantibus Agrippam Ionibus, vt Ciuitatis, quam eis tribuerat Antiochus Seleuci nepos, soli essent participes, & si eiusdem generis haberi vellent Hebræi, eosdem cum ipsis Deos venerarentur, iudicio obtinuerunt Iudæi, vt sibi liceret suis continuò vti moribus, patriisque institutis. Agrippa enim circa hoc negotium nihil innouandum pronuntiauit. Vt est apud Iosephũ loco supradicto. Gothis modò à summa vetustate religio fuit, Hebræos pati Hispaniarum hospi-

Nuper typis excuss⁹ est Codex, hoc Titulo, Symbolum fidei Iudeorum, E. R. Mose Ægyptio. Et Præcationes eorumdem pro defunctis, è Lib. Mahzor. Sexcenta tredecim Legis præcepta, è More Nebuchim. Sacræ item Orationes, in quibus Iudæi commemorationem suorum Diuorum faciunt. Aliæ pro his, qui despõdẽtur & coniugantur, è Breuiario Hebræorum.

tes atque incolas, quod gentilitium sacrorum cultum vbique instaurarent. Vnde eos Gothi solemnibus Edictis tota Iberia exterminarunt. Teste Roderico Toletano Gothicarum Rer. scriptore eximio. Hunnorum pariter Ludouicus Rex, Hebræis, si à duræ ceruicis pertinacia deficerent, resiperéntque tándem, pollicitus est, hos se pro Pannonibus suis habiturum, perpetuáque donaturum Immunitate. Sed cùm eos nullis sanctorum Patrum concionibus ad orthodoxam fidem reuocare potuisset, nec prolatis quidem in mediũ Euangelicis libris, Apostolicis, Propheticis, ac θεοπνεύστοις scripturis, publico omnes Edicto Pannonia exegit, libera tamen ipsis res fortunásque suas exportandi facta potestate. Hi verò Vngaricis finibus pulsi Austriam petierunt Bohemiámque, circa annum 1360. Vt narrat Bonfinius Hungaric. Annalium Decade 2. Lib. 10. Austriaca enim Lege aduenas omnes comiter excipi statutum est, ita, vt de rebus suis testentur ipsi efficacissimè, & intestatorum hæreditas ad propinquos transmittatur, communi velut Quiritum ac ciuium iure. Vt tradit Lazius In Viennensi Austriæ Histor. Christianis certè omnibus exoptandum, Iudæos vt communis incolatu Regionis, ita cõmuni Religione, sacríque vti nobiscum, Superos colere nostro ac Christiano ritu, & à fœneratitiis sordibus, quarum occasione variis iam è prouinciis eiecti sunt, abstinere. Nostris vicissim hac in parte commonitis, ne deinceps bonorum Iudæi hominis commisso absterreant Christianæ Fidei cã-

Hungari Regũ Politica prudénsque moderatio in Iudæorum incolatu tolerando.

Vuolfgangus Lazius in Lib. Rerum Viennẽsiũ recitat patriã hanc Constitutionẽ De Aduenis & extraneis Viennæ mortuis. Si tamen intra annum à peregrini obitu nullus agnatorũ suorum venerit, duæ partes bonorum eius penes Archiducem Austriæ permanet, tertia pars in funebres preces pro anima defuncti impenditur. Eodem Principis Edicto alienigenæ à testimonio super ciuem arcentur.

didatos à sanctissima Christianæ militiæ professione. Quarumdam enim nationum vsu receptũ est, Hebræum cogi cedere bonis, quamprimum lustrico Christianorum fonte sit perfusus. Cuiusmodi institutum Carolus 6. Francica Lege abrogauit Anno 1392. promulgata in Senatu Mense Aprili 1393. Vti Gallus enarrauit Quæst. 283. Eodem recidunt Allobrogicæ Ducum Sanctiones, Heroicis vtrobique piorum Principum auspiciis in Christianismo propagando. Omnia hæc Pontificio dogmati consentanea Alexandri 3. in Concilio Lateranensi Cap. Iudæi 2. De Iudæis. Et Iohannis 22. Cap. Dignum In Extrauag. Eod. Tit. Demuntur hinc duntaxat prædiorum insignium possessiones, quæ in Pontificiæ etiam ditionis finibus Hebræo homini prorsus denegantur. Auenionensi hac Constitutione: *Iudæis dominia directa acquirere non permittitur.* Ex Lib. Statutorum Auenionen. Vrbis, quæ nostra memoria Arminiacus purpuratus Cardinalis Borbonij in Auenionen. Legatione collega, Pontificio iussu, comprobauit.

Edictũ hoc Caroli 6. latũ est habito Auliconum Optimatũ cõsilio apud Abbatisuillã, Belgarum oppidum.

Statuta Ducũ Sabaudiæ.

Molineus tamẽ scribit in Addit. ad prædictã Quæst. Ioh. Galli Iudæos, statim ac sacro baptismate abluuntur, Romæ & Auenioni bona sua amittere. Sed penes scriptorẽ huius rei fides esto.

TITVLVS 2.

SINE CENSV, AC RELIQVIS Fundum ab Ecclesia comparari non posse.

1. *Patrimonialia onera Ecclesiasticos subire cogi, fundorum possessores.*
2. *Excubiarũ munus personale verius, quàm patrimoniale.*
3. *Quale sit militis hospitio recipiendi onus.*
4. *Arestum Curiæ de exteriori cultu vestibúsque clericorum tempore belli.*
5. *A patrimoniali munere Ecclesias in quibusdam eximi Principali indulgentia.*
6. *Similes libertates Germanicæ, Scoticæ, & Italicæ Ecclesius irrogatæ.*
7. *Pontificia decimarũ Immunitas Cistercien sibus concessa.*
8. *Eadem exemptio sacris indulta Militibus Ordinis S. Iohan. Hierosolymitani.*
9. *Regia Patrimonialium onerum Vacatio, in Francia, Militari huic Ordini data.*
10. *Lex Hierosolymitana de contributionis onere in causam bellorum à clericis perferendo.*
11. *Quæ monasteria veteranum militem iis à Rege oblatum recipere non teneantur.*
12. *Gothi regis Priuilegium Ecclesiis donatum.*
13. *Beneficia regij potronatus annua pensione grauari non posse, nisi rege consentiente.*
14. *Beneficij resignationem ab Episcopo, & pensionis reseruationem à Papa admitti posse.*
15. *Ecclesiæ Tholosanæ Priuilegium cum cæteris populi ordinibus commune.*
16. *In auaritiam Clericorum.*
17. *Laicus quandoque Immunitatem præstari in fauorem ipsius Ecclesiæ.*
18. *De Regia indictionum exemptione data posteris ac stirpi Eudonis* Lemaire, *vulgò*, De Challo S. Mars.
19. *Possessionum onera alia ordinaria, alia extraordinaria.*
An Ecclesia Comitatus vrbis, & Delphinatus vtatur iure immunitatis.

1 PATRIMONII ONERA ad Ecclesiã tacite transeũt cum ipsa Fũdorũ acquisitione ac possessione. Stata imprimis illa vectigalia, quæ Reipub. nerui vocantur ab Vlpiano, quod publicũ statum tueatur, nemini licet detrectare. L. 1. ff. De Quæst. L. Nullus C. ad De De-

Postquam Ecclesia acquisitionũ rei prædiariæ capax facta est Regia admortizatione, vt ẽ. dispiciẽdũ nũc, quæ onera comitentur prædiũ Ecclesiasticum factum.

*Ecclesia & Clerici quamuis pro suis possessionibus non teneantur soluere plebeias indictiones & tailias, quæ sunt mixta onera, tamen à testatore fundũ legante grauа-

ri possunt laicalia onera & collectas subire eiusdem fūdi ratione. Ancharan. cōsil. 218.

curion. Eadémq; ex causa Clerici sumptus facere tenentur in portuum aut itinerum refectionem. Cæsarea Lege 7. Honorij & Theodosij Cod. De Sacrosanct. Eccles. Quam in sententiam Curię auctoritas cieri facilè possit, variis de eo factis S. C.

Arestum Curiæ Die 18. Maij.

pro Ciuibus in Clerum Lugdunensem 15. Kalend. Iunias An. 1368. Altero secundum procuratorem fisci contra Antistitem, & Sacerdotum collegium Sanflorianę Aruernorum diœceseos. 4. Iduum Iuniarum An. 1378. Tertio dehinc pro Lugdunensibus oppidanis aduersus Præsulem ipsum ac Societatem Canonicorum Lugdunen. qui in publica Vrbis opera impensorum quadrantem soluere damnati sunt. Mense Sextili An. 1403. Inde etiam Gregorius 9. præcepit, ab excubiis & murorum

Placitū Curiæ Die 10. Iunij.

ciuitatisq; custodia neminem prætextu sacrę functionis excusari. Cap. Peruenit. De immunit. Eccles. De quo à nobis est in Senatu habita oratio pro Decurionū collegio Fani Quintini Veromāduorum contra Regios eius oppidi magistratus: quos enixè disseruimus excubiarum onere nihilo magis eximi Priuilegij obtentu debere, quàm sacros Sodales Quintiniani templi, in vrbe præsertim hostico limiti oppositа. Quum autem res cōtrouersa magni foret momenti, pertinerétque ad exemplum, consilio à Senatu permissa est 10. Calend. Decembres An. 1574. Mario, & Hamelio Magistratuum Quintinian. Nobis, ex aduerso, Ædilium Plebis aduocatis. In Volumine causarum Veromanduarum.

Auctoris Actio forensis in Senatu.

Die 22. Nouemb.

PERSONALE tamen est excubiarum munus, non

De Ecclesiastica Immunitate à nobis dictū est Lib. 1. De Domanio Frāciæ.

non patrimoniis indictum: Cui idcirco sacerdotes non vsquequaque adstringuntur, nisi pro aris ac focis pugnandum sit, ídque ad Patriæ defensionem necessarium videatur. Quo casu Principi etiam ipsi ius esset Ecclesiasticis vti diuitiis, eásque talem in vsum consumere: Sicuti ab Ezechia rege factitatum ostendit Liber 4. Regum Cap. 18. Sed ei oneri temperamentum est à Senatu adhibitum, ne Trecensis Ecclesiæ Chorus excubias agere pignorum capione cogeretur. Arestis Sextilibus An. 1528. Quum enim Clericorum supellex tunc pignerari non posset, vetante Philippi 4. Sanctione: iudicatum inibi, res mobiles sacrati Ordinis ne pro excubiis quidem esse pignoris iure capiendas. Verum Aurelianensi Edicto posteriore sublata est mouentium Sacerdotis prærogatiua, in eámque supellectilem permissa manus iniectio: Exceptis tātum Ecclesiastici cultus instrumentis, sacro puta amictu, vasis, donariis templi, quæque eiusmodi sacro ministerio mancipantur. Edicti cap. 28. Ex Rhemensi Concilio, & Cap. 1. De Pignor. Quibus consonat Frācica Lex Karoli 1. Imp. Lib. 1. Cap. 88. De Sacris vasis Ecclesiæ in pignus datis. Veneta item Constitutio, ne Ecclesiasticæ res mobiles oppignerentur, prohibitoria. Hoc enim maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet solemni Ecclesiæ ritu. Imprimis verò cœlestiū veneratione illustris est Tricassium Ecclesia supradicta, cui sanctissimi olim Episcopi præfuēre. Nā de B. Lupo Trecensi Præsule honorifica mentio

Arestum Die 14. Augusti solenniter recitatum.

Lex Philippi Pulchri Galliæ regis, mobilia clericorum pro debito prehendi, vanireque publicè non debere.

Monchiacensis Demochares catalogum seriémque nouissimorum Episcoporū Trecensis Ecclesiæ collegit diligēter. In Lib. De Diuino Missæ Sacrificio.

facta est à Sidonio Aruernorum pontifice. Epist. 1. 4. & 9. Libri 6. & Epist. 11. Lib. 10. Idem Aurelianensi 1. Synodo interfuit, secundæ Leuchadius, quartæ Heracleus, quintæ Eusebius, Tricassium Antistites. Prudentius dehinc subscripsit Suessionensi Gallicorum Patrum Conuẽtui, quem Hincmarus Rhemorum Archipręsul coegerat. An. 852. Huius & Prudentij, Ortulfi, & Ansegisi Trecensium Præsulũ meminit Frodoardus In Hist. Rhemens. Pontif. Scripsit postea D. Bernardus ad Attonem Trecensium Hierarcham Epist. 23. Henricum pariter Episcopum commemorat Liber 4. vitæ D. Bernardi Cap. 4. Philippum denique proferamus, Tricassium Antistitem, quem Epistola cohortatus est Yuo Carnutum pontifex, vt ad sacra Comitia Senonensis prouinciæ Stampas conueniret.

s. Amator, primus fuisse fertur Tricassium Episcopus, Optatianus vero secũdus, qui Agrippinensi Concilio interfuit. Anno à Partu Virginis 359.

Ἐπισταθμεία, *seu excipiendi hospitis onus, de quo à nobis tractatum est Lib. 1. nostri Operis De Priuil. Rustic.*

EXCVBIARVM oneri vicinum est militis hospitio recipiendi munus. Cuiusmodi Ἐπισταθμεία possessionib⁹ indicta functio est, veriùs quàm personis. L. 3. §. Munus π. De Muner. & honor. Bart. in L. Vlt. Eod. Tit. Vnde Sacerdotij priuilegio iugum hoc nihilo magis excuti posse credideris, quàm patrimoniale tributorum munus, quæ vectigalibus Templorum prædiis antiquitus iniuncta sunt Constantij Cæsaris lege Vt Ecclesiarum. De Episcop. & Cler. In Cod. Theodosiano, & L. De his. Cod. De Episcop. & Cler. In Cod. Iustinian. Quo refertur vulgata Theodosij ac Valentiniani Impp. Sanctio Iubemus nullam Cod. De sacros. Eccles. De ea quidem excipiendi hospitis in-

Hinc est, quod ad solutionem vectigalis vini minutatim vẽditi, quod est octaua pars pretij, tenẽtur Ecclesiæ & Clerici, si tale vectigal destinatum sit in reparationẽ murorum & põtium vrbis, seu viarum publicarum. Abb. Sicul. In Cap. Non minus De Immun. Eccles. Bal. & Ias. In L. Placet Cod. De Sacros. Eccles. Bertrand. Consil. 53. Vol. 1. Boerius Decis. Burdegalen. 246.

tis incumbente Clericis necessitate Bartolus in d. L. vlt. & in L. Neque De incolis Lib. 10. Cod. Bald. in L. Neminem Cod. de sacros. Eccles. Verùm speciali beneficio Constantini Augusti Clero data est hospitalis huiusce muneris vacatio. L. 1. Cod. De Episc. & Cler. Speciatim quoque Francico Sacerdotio, Regia constitutione lata 16. Calend. Maias An. 1571. Art. 15. Cui Senatorius Ordo subscripsit 7. Idus Septemb. Eod. Anno. Quod ita sanè accipiendum arbitror, vt imminente communi saluti discrimine, nulla Immunitatis istius ratio habeatur. Proin Conscripti Pat. Suessionense Canonicorum collegium militari exemptum hospitio pronuntiarunt: dempto eo casu, si obsidione cincta mœnia proponeretur, vel summum aliud Patriæ periculum impenderet. Aresto Curiæ Idibus Martiis An. 1508. aduersus Suessionum oppidanos. Qua in vrbe degit alia sacrorum Sodalium familia Ædis Petri, de quo Sodalitio loquitur nominatim Honorius 3. P. P. Decretali epistola, Præsentata, De Testib. Sic Delphinatium Regulus Humbertus Legẽ adscripsit Instrumento Delphinalis Libertatis assertorio, vt non nisi difficillimis Reipub. temporibus Ecclesiastici clientes aut coloni adigerentur ad operarum præstationem seruitutémque à Delphino Allobrogum, hac Instrumenti formula. *Item voluit, concessit, & declarauit ipse Dominus Delphinus, quòd homines ligij Ecclesiarum, nobilium & Valuassorum non debeant, neq; possint compelli ad faciendum Domino Delphino coruatas, neque tailliari, vel compelli ad soluendum tallias ei-*

Die 16. Aprilis 1571.

Aresto Die 15. Mart.

sed cessante hoc pacto quæritur, an Ecclesiæ firmarij vel coloni vtantur illius priuilegio, ne gabellas soluant, taillias vel decimas, quas non solueret Ecclesia. Cõcludunt Doctores Priuilegiũ non extendi ad conductores, tametsi in ius Ecclesiæ succedentes. Glos. & Doct. in Clemen. Præsenti De Censib. Bart. & Castrens. In L. Licitatio §. fiscus cum §. mercatores. D. De Public.

dem domino Delphino, vel succeſſoribus ſuis, niſi pro vtilitate vel neceſsitate publica locorum, in quibus ipſi homines habitant, vel habitabunt temporibus profuturis.

Die 14. Mart. Ex Charta Libertatum Delphinal. Pridie Idus Martias An. 1349. Indictione 2. Pontificatus Clementis 6. P. P. Anno 6. In propoſito tractatum memini coram Patribus Pariſien. nûm bellorum mole ingruente, Lingonenſes Canonici ita militarem veſtem induerent, vt ſacerdotalem aſſumere nec in Delubro quidem ipſo tenerentur, licet hymnis ſacríſque illorum canticis perſonante. Nam Epiſcopale Lingonum Collegium ſtatuerat An. 1567. ſingulos Canonicos, mutato tum Eccleſiaſtico cultu & amictu, liberè phanum ingredi poſſe, ſacrúmque obire miniſterium. Sed ab hac ſacri cœtus conſtitutione Anſelmus Paruus Lingonum Archydiaconus Curiam abuſus ergò appellauit.

Quamuis Lege Canonica definitus non ſit ſecularibus clericis certus veſtium habitus quoad formam & colorem ex quo ab aliis diſcernãtur: Tamen ex honeſtate quædam formæ coloréſque veſtium illis interdicuntur. Cap. Clerici De vita & honeſt. cleric. Clem. Quoniã Eod. Tit.

Q v A in lite prouocatoria, Nos pro appellante, Baſilienſi Concilio præſcriptum fuiſſe, vt collegia Eccleſiaſtica ritè decentérque ſacris operarentur, nec niſi Canonicis apto peculiaríque vterentur indumento. §. Statuit hæc ſancta Synodus. Tit. Quomodo diuin. Offic. ſit celebr. Tit. quo quiſque tempore debeat eſſe in choro. Et Tit. De Tabula pendente in choro. Inde dicebamus, Politicum ſacræ functionis decus externámque diſciplinam videri neglectam à Lingonenſi canonicorum Sodalitio, profanæ veſtis vſum ſibi inuicem promiſcuè concedente. Nam & in Chriſtianæ Reipub. primordiis delectus habitus eſt ciuilis corpo-

Etſi ex ornatu veſtis nemo ſit iuſtitiam habiturus Can. ſi quis virorum 30. Diſtinct. diſſolutos tamẽ & fractos veſtibus non recipimus. Can. parſimoniã 41. Diſtinct. Cap. 2. De Cuſtod. Euchar. cum ibi notat.

lis corporum ornatus: breuiorémque Chriſtiani hominis veſtem, & in lateribus apertam Chryſoſtomus reprehendit, quaſi graue Chriſtiano nomini opprobrium, & honeſtati ſeu pietati parum conueniens veſtimentum. In Homilia 9. De Laudibus Pauli. Et Homilia 10. In Cap. 3. Matthæi. Congruit iis D. Hieronymi Epiſtola ad Fabiolam De Veſtitu Sacerdotum. Tertullianus quidem Pallium induiſſe ſe identidem, abiecta Toga, profitetur Lib. ſingulari. Aſt in medio ſaltem rei diuinæ peragendæ officio ſeruanda eſt externa Chriſtiani ritus morúmque diſciplina. Idem quoque Tertullianus Chriſtianas fœminas reuocat à cultu mundiori ac ſumptuoſiore ad ſimplicitatem, & ſubmiſſionem: Quę virtutes ſolæ deceant Chriſtianum. In Tract. De habitu muliebri, & de cultu fœminarum. Ad hæc, Tertullianum ſecutus magiſtrum Cyprianus taxauit Chriſtianæ mulieris amictum indecorum. In Lib. de Habitu Virginum. Tridentina demum Synodo ſacris miniſtris ſtatuta eſt decentis habitus obſeruatio, ſacerdotíque congruentis: Nec minùs extra templum, quã in templo. Cõcilij Seſſione 24. cap. 12. In fi. Quum autem defenderet interim Auguſt. Thuanus pro Lingonenſi Capitulo, exlegem Ciuilis belli neceſſitatem extorſiſſe ab eo temporarium alienæ veſtis vſum quandamque Eccleſiaſtici veſtitus pro tempore mutationem: Replicabam, Clericorum arma purè ſpiritalia eſſe, lachrymas videlicet, precéſque ad Diuos aſſiduas. Vt B. Ambroſius tradit Lib. 5. Epiſt. In Oratione contra Auxentium.

D. Hieronymus ait nec affectatas ſordes nec exquiſitas delicias laudẽ parere. Ex quo depr̃optus Canon. 1. Diſtinct. 41.

De Regularium Clericorum & religioſorũ habitu & amictu lex dicta eſt in Clemen. Ne in agro §. 2. De Statu Monach.

In Exodo diſtinctæ ſunt à cæteris veſtes & ornamenta Aaron Pontificis & filiorũ eius ſacerdotiũ.

Phacaſij Alexandrinorum & Athenienſium ſacerdotes fuere, quibus candida ſolum ferre calciamẽta licebat, Antiſtes ſacrorum purpuram inducbat.

Iohannes P. P. Angelbergæ Imperatrici, excusans Iohã. Episcopum remouert de militia, Nimirũ, inquit, veretur & iure formidat, contra professionẽ sui ordinis secularem militiam exercere. Terrã defendere, de præliis tractare, de armis, terrenæ potestatis est. Can. 2. 23. Quæst. 8. Apud Gratianũ.

Si enim Romulus Quirinus Ethnicos sacerdotes militaribus immunes esse officiis edixit Apud Halycarn. Lib. 2. Quanto rectius Christiani Leuitæ? quorum professioni nil tam contrarium, quàm profana militia armorúmque tractatio? Quisquis enim è pagano seculi factus est miles Christi, arma mouens pellitur sacrę militiæ gradu, & in monasterium perpetuò relegatur. Toletani Concilij 4. Canone 44. Nec diuersum Clero præscripsit Meldensis Galliæ Synodus, quam retulit Yuo Carnuten. Lib. 3. De Vita Cleric. Eodémque argumento sancitum à Triburiensi Ecclesiæ Conuentu, ne pro Clericorum Manibus, qui in bello cecidissent, iusta funebria conficerentur, nec solennes vllæ inferiæ dicerentur. Benigniùs tamen cum iis agendum censuere Ilerdensis Concilij Patres, qui obsessi ab hostibus necessitatéque obstricti sacratas manus, effuso hostili cruore, polluissent. Nec desunt insuper bellatorum exempla, militantiúmque sacerdotum coactu summi Patriæ Magistratus. Angliæ enim rex Eduardus 3. ex quouis hominum genere, clericorum etiam, conscripsit exercitum aduersus Scotos, Britanniæ Insulæ prædatores. Annum circiter 1347. Auctore Polydoro Anglic. Chron. Lib. 19. Quin & Bisetislaus Pragensium Antistes Bohemicum Regnum sexdecim tenuisse annis vnà cum Episcopatu memoratur, illúdque peritia rei militaris ab externa armatorum vi conseruasse. Vt est apud Æneam Syluium Histor. Bohem. Cap. 25. Nec ita diu Paulus Tomoreus Collocensis episcopus, ac

Contra Clericũ arma ferentem varij Canones editi sunt In 50. Distinctione Gratiani & Causa 23. Quæst. vlt.

ac Franciscanus cœnobita Hunnorum copias duxit in Solymanum Turcicum Imperatorem, ac in acie prope Budam occubuit. Auctore Iouio In Lib. De Reb. Turcic. Ianus Caruail Hispanus cum Iohanne Capistrano monacho, ad Albam Græcam eductis copiis, profligauit Muhamedem Othomanici Imperij Principem. Erricus Cardinalis Pontificius in Anglia legatus, numerosas militũ turmas legit aduersus Bohemos, parum tamen dextro fœlicíque Marte. Sed tales pauculæ sacrorum expeditiones bellatorum producẽdæ non sunt ad consequentias: Quod & calamitate temporum expressæ sint, nec aliis ferme commissa illic militiæ munia, quàm in præcelso dignitatis fastigio locatis, & ciuilem alioqui Præfecturam Rerúmque regimen obtinentibus. Itaque bellici periculi obtentu Lingonenses Canonici temere suum deponere, ï. regularem Canonicæ vitæ habitum non debuerunt, quasi sacrorum armorum desertores. Causa vtrinque discussa, Senatus abusiuè statutum à sacro Lingonensi Collegio iudicauit, præcepítque sacrosancta veterum Decreta à Canonicis diligenter custodiri. Placito Curiæ 5. Idus Septembres An. 1568.

Ianus Caruail, vulgo Cardinalis S. Angeli dictus.

Alba Græca, Belgradum.

Petrus Apostolorum primus à Domino electus cum materiale gladiũ exerceret, vt Magistrum à Iudæorum iniuria defensitaret, audiuit, Conuerte gladiũ tuũ in vaginam: & Pauli auctoritate (Roman. 13.) gladium portare Ciuilis est Potestatis.

Arestum Die 9. Septemb.

5 Immvnitas aliquando prædiis concessa est perinde ac personis Ecclesiasticis ab Honorio, & Theodosio Impp. L. Placet. Cod. De Sacros. Eccles. Tum ab Alexandro 4. & Bonifacio 8. In Cap. Clericis. De Immunit. Eccles. Lib. 6. Panor. In Cap. Non minùs. Cap. Aduersus. Eod. Tit. In Antiq. Apud Persas quidem vetuit Artaxerxes, ne

Sinautem Rex, vel Princeps Romanus, qui dedit Priuilegium Ecclesiis bello captus sit, & in eius redemptionẽ collecta imposita sit, an Ecclesiastici contribue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re eidem teneãtur? Resp̃ōsum est teneri. Boërius Decis. Burdegalens. 136. Quũ enim res sacræ pro redẽptione captiuorum priuatorũ & extraneorũ vendi possint, multo magis pro liberatione summi Reipub. Ducis. Can. Sicut omnino 12. Quæst. 2. Anton. De Butr. In Cap. Nõ minus De immunit. Eccles.

Esdras vllum Leuitico Ordini tributum imperaret. Esdræ 7. Cap. Memphytici autem reges sacerdotum fundos immunes vacuósque sanxerunt annua quintæ partis redituum pensitatione, quam illi ex profanorum agris capere consueuerant. Genes. 47. Cap. Britanniæ item Æthelulphus rex decimam Regni portionem Deo Opt. Max. vouit dedítque vltrò, liberam omni indictionum, aliorúmque plebeiorum onerum exactione. 4. Nonas Nouembres Anni ab Orbe redempto 855. Regię enim huius donationis tabulas recitat Matthæus Vuestmonasterienſis, hac scriptura. *Ego Æthelulfus Rex Occidentalium Saxonum cum consilio Episcoporum, ac Principum meorum consilium salubre atque vniforme remedium affirmaui, vt aliquam portionem Terræ meæ Deo, & B. Mariæ, & omnibus Sanctis iure perpetuo possidendam concedam, decimam scilicet partem terræ meæ, vt sit tuta muneribus, & libera ab omnibus seruitiis secularibus, necnõ Regalib⁹ tributis maioribus & minoribus seu taxationibus*, quod hodie *Vvitteredden* appellãt. Liceat Britãnis Sarmatas conferre, quorum Boleslaus Princeps Sacrato cœtui perpetuã attribuit omnium munerũ, laborum, & pensionum Regi, Reíq; pub. pręstandarum exemptionem. Hic Rex nulla in re seueriorem se præbuit, quàm in contemptu Religionis, templorum profanatione, & Sacerdotum contumeliis vindicandis. Ad quæ facinora cùm permulti Equestris Ordinis homines partim pristinæ impietatis consuetudine, partim licentia militari incitati ferrentur, & decimarum onus detrectarent, presbyterósque

Die 2. Nouẽb.

Æ Constantino Imp. legem editam tradũt, qua decreuit, plus honoris deberi homini in sacerdotali dignitate posito, quam vlli alij domino vel regi: Certũ enim esse in illis honorari Christũ, qui vicẽ Christi in terris gererent, non in illis qui imperarent terræ.

terósque pulsarent, in auctores capite animaduertit: cæteros partim verberibus, partim verbis, atque minis castigauit. Episcopos ac Clericos ipse magnopere colebat, & ab omnibus coli volebat, nec sedebat stante aut veniente sacrorum pontifice, nisi & ille assedisset. Ex Chromero Polonic. Chronic. Lib. 3. Tamen septuaginta abhinc annos disceptatum est in publicis Lublini comitiis inter profani ordinis Proceres, & Antistites de gradu sessionis in Senatu Regio, déque rei bellicæ summa. Decretum tandem à Rege Alberto, & episcopos Regio lateri assidendi ius, & bona Ecclesiastica militię vacationem habere. An. 1506.

Dion Nicæus in Tiberij Cæs. vita refert, eum sæpissime venisse ad sacrificia, non solum vt esset inanis sacrarum rerũ ac cultus diuini spectator, sed vt honoraret eos qui ea facerent, tanquam Deorum ministros.

6 FRANCICA rursus Lege vetitum olim, ne qua seruitus, onerosáq; Clericis imponeretur subiectio sacrarum ædium ratione, atrij, hortorum Delubro adiacentium, decumarum, Mansique ipsius Ecclesiastici. Lib. 1. Leg. Franc. Cap. 85. Germanis pariter extat Caroli 4. Cæsaris verè augusta Sanctio de Ecclesiastica Libertate. Cuius Articulo 9. pœna iis grauissima proposita est, qui ob res Clericorum, quas domum ducerent suo vsu, vectigal portoriúmque exigerent. Cõstitutione hac lata Quinto Calend. Iulias An. 1377. Indictione 15. Baioariorum itidem Lege præscriptum, sanctis Aris oblata à Christiano homine in Ecclesiam benefico subinde eripi mortalium potestati, & in tutelare Episcopi patrocinium transire, ad Ecclesiasticam libertatem à profana omni seruitute asserendam. §. 1. De Donationibus Ecclesiasticis. Scotiæ porrò Iacobus 1. Rex, eiúsque O-

Iure communi pro rerũ Ecclesiæ vectura nullũ pendi vectigal debet Cap. Quanqu. De Censib. 6. Iohan. Lup. In Tract. De Libert. Eccles. Parte 1 Quæst. 2. Nisi Clericus causa negotiationis res deferret aut deferendas curaret: Quo casu vectigali soluendo esset obnoxius. Faber. L. Vniuersi Cod. De Vectigal. & cõmi. Dicitur autem Clericus mercator, qui res cõparat, vt integras nec mutatas vendat a

lucrum faciendum. Vt ait Archid. In d. Cap. Quanquã. Secus esset si nõ integram venderet, sed illius partem in vsus suos cõuerteret. Faber. in d.l. Vniuersi. & Archid. in d.C. quanquam.

ptimates Insulæ solemni iureiurando polliciti sunt, se prærogatiuas Sacrati Ordinis, ciuiliúmque onerum vacationem Ecclesiasticam seruaturos. Edimburgi in publico Regni Conuentu Annum circiter 1424. Ex Scoticis Boethij Annalibus Lib. 17. De Italicis Sacerdotiis quid dicemus? Magnus Carolus Veronę cùm ageret, rogatu Geminiani Episcopi Clero Mutinensi confirmauit prædia à Longobardis regibus ac reginis antea erogata, simúlque cauit, *Ne quis Iudex ab Episcopo aut Fodrum exigeret, aut mansiones aut paratas, aut fideiussores acciperet, aut homines eius vlla ratione vexaret, atque ei plebem Gandaceti, aliáque bona donauit.* Pleraque alia Immunitatum diplomata Italicæ Ecclesiæ cum à Longobardis, tum à Romanis Principibus irrogata, quæ Sigonius distinctè ornatéque recensuit Lib. 15. De Regno Italiæ editis An. 1575. Imò & Ethnico Aristotelis elogio sacerdotum cœtus liberè permissus est incumbere literarum studiis, nullo indicto onere: aliis modo ad seruilia opera coactis. Lib. 1. Metaphys.

Vetustissimum omnium Tributorum, Decima fructuum agri à Deo instituta.

REGIIS Pontificia subtexamus Clericorum Priuilegia, munerúmq; adeo patrimonialium vacationem amplissimam. Nullum antiquius sacris Decimis solarium, prædiariúmque vectigal reperitur. At Bonifacius 8. Pontif. annua decimarum præstatione liberauit Cistercienſium monachorum possessiones, Codicillis ita relatis: *Bonifacius &c. Abbatibus, Abbatissis & conuentibus ordinis Cistercienſis: Nos propter magnæ deuotionis affectum, quem ad nos, & Apostolicam Sedem habetis, Ordinem*

Pontificiũ Rescriptum exẽptionis Cistercienſium Religiosorũ ab omni decimarũ solutione. Die 18 Decembris.

nem ipsum, ac vos, & alios eiusdem ordinis professores intima charitate prosequimur &c. Ideóque dilecti filij nostri Roberti tituli S. Pudentianæ Cardinalis, qui tanquam præfati Ordinis, quem professus existit, promotor assiduus necessitates vestras & dicti Ordinis nobis reuerenter exposuit, & super illis nostræ prouisionis auxiliũ implorauit, supplicatione moti Vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt de terris vestris cultis & incultis ad Ordinẽ vestrum spectantibus, quas aliis concessistis, vel concedetis in posterum excolendas, de quibus tamen aliquis decimas seu primitias non percepit, nullus à vobis seu cultoribus terrarum ipsarum, aut quibuscunque aliis decimas, seu primitias extorquere præsumat &c. 15. Calend. Ianuar. Pontificatus An. 8. Antea vtique Alexander 3. Cistercienſium Fratrum Societati prębuerat decimarum Immunitatem, hac Pontificij Rescripti clausula. *Sanè laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium nullus à vobis decimas exigere præsumat.* 7. Idus Septembres. Indictione 11. Anno Salutis 1163. Pontificatus An. 4. Nec dispar immunitatis Priuilegium ab Innocentio 2. indultum est monasterio D. Vitoni in sacra Virdunenſium diœcesi: Cuius diploma Priuilegij ad verbũ exscripsit Vvasburgius archidiaconus Virdunenſis. Antiquit. Belgicæ Galliæ Lib. 4. Sed Laterana Synodo præfinitus est modus Pontificiæ Decumani illius solarij exemptioni: Vsqueadeo, vt recens quæsita à Cistercienſibus cœnobitis latifundia post Lateranense Concilium, maneant sacræ decimæ præstationi obnoxia. De quo In-

Simile Exemptionis Priuilegium Cisterciẽsibus prius concessum est Eugenij 3. rescripto 3. Idus Sextiles seu Die 11. Augusti An. 1143.

Die 7. Septẽb.

Vvasburgi⁹ in eo Opere sacros præsertim Annales contexuit Virdunenſium Episcoporum, Tullenſium, ac Metenſium, & circumuicinæ regionis Abbatum.

Apostolicum Diploma immunitatis Decimarũ Cisterciẽsi Ordini indultæ. Die 23. Septemb.

nocentius 3. Decretali Epistola. Nuper Abbates Cistercienſis Ordinis. De Decim. Nulla quoque Priuilegiariis istis parata olim fuit decimarũ immunitas ex iis fundis, quos aliis tradidissent excolendos. Vt admonuimus Lib. 1. De Priuilegiis Rusticorum Cap. 12. Primæ Part. At Martinus 5. P. P. Bullatis tabulis sustuliſſe videtur vtrumque Cistercienſis Priuilegij temperamentum, soluto legibus Cistercienſium Ordine, in hanc sententiam: *Martinus &c. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis &c. Mandamus, quatenus Abbatem Cistercienſem, & omnes Abbates, Priores, Abbatiſſas, ac omnia & ſingula Monaſteria, & ſingulares perſonas dicti Ordinis præſentia & futura vbicumque pro tempore conſiſtentia à præſtatione decimarum tam de poſſeſſionibus habitis ante & poſt Conciliũ Lateranenſe, quam de cætero habendis, etiam de Noualibus, ſiue poſt Concilium huiusmodi acquiſitis & acquirendis, quæ propriis ſumptibus excolunt, ſeu excolent, quàm alias quomodocunque vel qualitercunque excolentur, & etiam de illis poſſeſſionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de hortis, virgultis & piſcationibus ſuis, & de ſuorum animalium nutrimentis ſinguli veſtrum omnino ſeruetis immunes &c.* 9. Calend. Octob. Pontificatus An. 7.

Priuilegiũ datum Religioſis ſuper decimis non ſoluendis minimè extenditur ad decimas, in quarũ perceptionis poſſeſſione erat Eccleſia parochialis, vel alia. Oldrad. Cõſil. 268. Item ſoluentes decimas poſt Priuilegium, illi renunciant. Cap. Accedentibus Cap. Si de terra De Priuil.

Horti Religioſorum ſpecialiter exẽpti à decimis in Cap. Ex parte 1. De Decim. Idẽ de hortis leproſorum Cap. 2. De Eccleſ. ædif. Hoſti. In Cap. Nuper De Decim.

8 PLENIOR adhuc Rhodiorum Equitum exẽptio ab annua decumani fructus aruorum penſitatione. Nam quantocunque tempore fundos colonis fruendos dederint iſti, (modò ne perpetua Lege beneficiaria vel emphyteutica) eos immunes

munes exemptóſq; decimarum præſtatione ſanxerunt Gregorius 8. Bonifacius 8. Clemens 5. Innocentius 4. Alexander 5. Calixtus 3. & Sixtus 4. Pontifices Maximi: Quorum Priuilegiaria Reſcripta Clemẽs 7. eò confirmauit lubentiùs, quòd piã Rhodiorum Militiam ſanctè profeſſus eſſet adoleſcens. Huius itaque confirmationis Reſcripto ſic habetur: *Clemens &c. Nos attendentes per conceſsiones & priuilegia prædeceſſorum huiuſmodi ab exemptione ſolutionis decimarum prædictarum bona, quæ in emphiteoſim aut feudum perpetuũ conceſſa fuerant, duntaxat excipi, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula prædeceſſorum Priuilegia approbantes & innouantes, volumus illa perpetuis futuris temporibus, quoad poſſeſſiones, terras, & bona, quæ ad quantumcunque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum ſeu emphiteoſim, hactenus conceſſa fuerunt, & in futurum concedentur, inuiolabiliter per quoſcunque quauis dignitate præfulgeant, ita quòd vos nunc, & pro tempore exiſtentes Priores, præceptores, & fratres huiuſmodi, veſtríque coloni, arrendatores, & firmarij pro poſſeſſionibus, terris & bonis & ad quamlibet longum tempus, non tamen perpetuum feudum ſeu emphiteoſim conceſsis, necnon ſuis & aliis pro tempore natis, aut nutritis animalibus à ſolutione quarũcunque decimarum immunes & exempti perpetuo exiſtatis & exiſtant, obſeruari debere: Sicque per quoſcunque Iudices & Commiſſarios in quibuſuis cauſis coram eis pendentibus, ſublata eis aliter iudicandi & interpretandi auctoritate, iudicandum & interpretandũ fore &c.* 6. Idus Maias An. 1534. Põtificatus Anno. 11.

Bulla Clementis 7. P. P. de exemptione Religioſorum Ordinis S. Iohan. Hieroſolymit. à decimarũ præſtatione. Die 10. Maij. An. 1534.

9 MELITENSIVM Equitum Familiis conceſſa

Priuilegium de non ſoluendis decimis de laboribus propriis extenditur ad noualia Cap. Ex parte 3. Et Cap. Ad audientiã De Deci. Priuilegium autem de exigendis decimis alicuius parochiæ non trahitur ad noualia Cap. Tua De Decim. Cap. vlt. Eod. In 6. Cap. Sane De Priuil.

est non tantùm sacri tributi vacatio, de quo suprà, sed aliorum quoque patrimonialium munerum, quæ Regiis Edictis populo iniunguntur. Nam Philippus Longus militarem hunc Ordinem, repetita veterum Principum in eundem munificentia, ornauit eximia quadam profanorum onerum Immunitate. Mense Quintili An. 1320. Quod & speciatim Carolus 6. produxit ad plebeias quasuis indictiones, oblationem, aut fiscalem aliam intributionem. Diplomate 15. Calend. Octobres An. 1398. Et 11. Calend. Apriles An. 1401. At Carolus 7. Sexti filius, & Ludouicus 11. nepos vicissim nummariis exemerunt indictionibus Rhodiorum militum famulos, asseclas & colonos, nedum Milites ipsos. Regiis codicillis 13. Kalẽd. Sextiles An. 1440. & 10. Calend. Apriles An. 1480. Nam & vniuersim horum proauus Valesius in suam fidem, tutelámque receperat Hierosolymitanæ militiæ Equites vnà cum eorum mancipiis, adscriptitiis, & latifundiis: vt ipsorum libertas immunitásque Augustiori patrocinio firmiùs tegeretur. Mense Septembri An. 1330. Cuius priuilegiarias Tabulas Ianus filius autẽticis literis comprobauit Mense Septembri An. 1350. Ob id militarium huiusmodi Priuilegiorum vindices Seruatorésque dedit Ludouicus 11. Libellarios Recuperatores forensis Basilicæ Parisien. Mense Martio. An. 1474. Exin militarem hunc Ordinem Prætoriani Patres liberum vacuúmque portoriis ac vectigalibus mercium pronuntiarunt. Aresto Prætoriani Consilij 10. Calend. Ianuar. An. 1529. Sic

D. Paulus in Melite insula tribus mẽsibus est cũ sociis cõmoratus. Ex Act. Apostol. quæ Arator Subdiacon⁹ ita carmine expressit: Mẽsibus hybernis tribus in regione Melite Multiplicẽ dat Paulus opẽ: Publiique parentẽ Finitima de clade leuat: quo munere viso, Vndique præcipites subitam rapuere salutẽ. Extat & C. Iuuenci sacra poësis De Euãgelica Historia, & Cœlij Sedulij Paschale opus versibus cõtextum, seu Mirabilium Diuinorum Libri. 5.

Caroli 6. rescriptũ Die 17. Septẽb. 1398. & Die 22. Mart. 1401.

Literæ Caroli 7 Regis Die 20. Iulij 1440. & Ludouici filij Die 23. Mart.

Arestũ Magni Cõsilij regij Die 23. Decemb.

1529. Sic veteri S. C. Templaris militiæ Equites indictionibus Lutetiæ impositis minimè obnoxios fore, iudicatum. Vt patet ex Curiæ Regestis In Lib. *Olim*. Simili modo generatim datum est sacris Militibus ius morticinij ex prædiis recèns comparatis, Immunitásque decumani æris sacerdotiorum irrogata, centum millibus libellarum Francic. numeratis. Mense Martio An. 1523. Iuxta Bonifacianam Sanctionem 1. De Decim. In Extrauag. Omnia hæc Priuilegia, vectigaliúmque exemptiones eidem Ordini reseruatæ ab Errico 2. Rege Gallo. Mense Quintili An. 1549. Curia Parisiensi regium Diploma comprobante 10. Calẽd. Sextiles An. 1550. Quibus addantur solemnes Caroli 9. codicilli, Mense Martio Anno 1563. quos Senatus promulgari iussit, Actísque consignari. 10. Calend. Apriles Eod. Anno. Aliæ item Priuilegij tabulæ in commentarios Curiæ relatæ sunt 10. Kalend. Ianuar. An. 1566. Et in monumenta Cameræ Ratiociniorum 15. Calend. Martias An. 1569. Eadem rursus Immunitatum iura confirmauit Henricus 3. Equestri hoc Ordine postulante. Rescripto 4. Idus Nouembres An. 1574. Cui Ornatiss. Curia adscripsit calculum Mense Martio An. 1575. Planè tot Priuilegiorum originem referunt Fratres Hierosolymitanæ militiæ ad Richardum Britanniæ regem, qui benignè iis erogata prædia insigni tributorum vacatione cumulauit, Heroici muneris Instrumento infrascripto. *Richardus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauorum &c. Volumus, quod*

Bonifacij 8. sententia hæc est In Cap. 1. De Decim. In Extrauag. §. De reditibus Quod de reditib⁹, & prouentibus leprosariarũ, domorum Dei, & Hospitaliũ pauperum decima pecuniaria non soluatur. Commendæ autem militares dicũtur Hospitalia, & Præceptores Hospitalarij, qui proprie non tenent in titulum beneficij suas commendas, sed iis tantum commendantur ad tempus, vt inferiùs explicabitur.

Die 23. Iulij An. 1550.

Die 23. Mart.

Ianuarij Die 23.

Die 15. Februar.

Literæ Henrici 3. Francorum regis Die 10. Nouẽb. 1574.

Priuilegiarium Richardi Britanniæ regis Diplomata pro Militibus Templi Hierosolymitani & Hospitalarius fundos habentibus intra septa Gallicarum ditionũ Richardi, qui Neustriæ, Andegauiæ, & Aquitaniæ Principatus hæreditate possidebat.

in omnibus Eleemosynis & terris datis Fratribus & hominibus domus Sancti Hospitalis Hierosolym. omne ius & dominium quod ad nos pertinet, habeant, & teneant omnes res & possessiones suas quas nunc possident, & in futurum possidebunt, siue in terris, pascuis &c. Et quòd sint liberi & quieti de exercitu, equitatu, & de Theloneo, & peagio, & pontagio, & passagio, & vinagio, & foagio & domibus, venditionibus, & de omnibus querelis, placitis, auxiliis, & de Taillagiis, & de omnibus operationibus ciuitatum, castellorum, villarum, vt pacem habeant in omnibus &c. Mense Ianuar. An. 5. Regni.

Clerici quidẽ, etsi Regis ex feudo vassali seruire illi in bello nõ possint nec arma gestare citra periculum irregularitatis Panor. In Cap. perpendimus de Senten. Excõm. Innoc. In Cap. 1. De Apost. Tamen homines vel pecuniã conferre in militiam principi ex feudo tenentur. Quia Ecclesia recipiens feudũ adstringitur feudalibus oneribus. Bal. In casib⁹ expressæ

BELLIS vtique rem Gallicam prementibus, consueuerant prisci Ecclesiæ Magnates armato Regi militarem equitatum scribere, aut peditatum. Vti edocuimus sparsim in nostro Opere De Domanio Franciæ. Idque Francico S. C. decretum aduersus Lemouicum pontificẽ. Arestis Pentecostes An. 1280. Ex 7. Parte Arestor. Parlam. Parisien. Quod & sacrorum Procerum vtilitas vidébatur haud dubie postulare, ne alioquin perfodebatur haud dubie postulare, ne alioquin perforari sinerent nauem, in qua ipsi nauigarent. Talem bellicarum operarum collationem significauit quodammodo Luitprãdus, verbo *Caballicatæ* i. Equitatus. Lib. 3. Histor. Cap. vlt. Ad hunc modũ Syriacis Legib⁹, quas Gottofredus Bulionẽsis tulit Hierosolymorũ Rex, cautum erat, Patriarchã Regi subministrare debere quingentos bellatores seu clientes pugnaturos, qui Gallico veteri idiomate

Caballicata, cheuauchée, hommes d'armes.

L. vlt. Cod. sine censu vel reliq. Innoc. In Cap. Verum De for. compet. Nisi in immunitatis & exemptionis Ecclesiis concessa.

Sergens

Sergens vocabantur, ceu Seruientes: Parem deinde militum numerum esse à Collegio fani Sepulchri conferendum: Ab reliquis demum Syriacæ Prouinciæ Ecclesiis centenos pedites cum quinquagenis, laborante Repub. militaturos. Nec tantum in medio bellorum strepitu tenetur Ecclesia Regi offerre bellatorum turmas, sed etiam pacata bellis Patria oblatum ab illo Veteranum suscipere, ex sacris facultatibus alendum ac sustentandum. At non parua incurrit hęsitatio de monasticis Primatibus Augustiniani Ordinis, sint necne Veterani huius alimentis obnoxij. Qua in Thesi, Nos coram Patribus pro Fr. Vilhelmo Portuensi, prioratum Feritatis Galcherij, quem is possidebat, Augustinianæ Regulæ summissum esse, & ita verè curionatum censeri, animarúmque curationi coniunctum sacerdotium: Proin suggerendis Veterano cibariis minimè adstringendum. Multum enim interesse, an regularis Primatus pendeat ex Benedictino, an ex B. Augustini Ordine. Ille enim nullum parœciacum habet actu ipso regimen animorum annexũ. Nam cucullati sacerdotes Benedictini cesserunt iamdudum curiali parœciarum administratione; intra claustri septa redire iussi. Chalcedonensi cõcilio, Can. Iuxta quæ. 16. Quæst. 1. At monasticæ Prefecturæ ordinis Augustiniani retinuerũt hactenus sacram spiritalémque parœciaci populi curationem: quum & Ilerdensis Synodi permissu monachi ordinari cœpissent, & ad sacros Clericorum gradus promoueri. Vnde Augustiniani Ordinis cœnobitæ curialia etiamdum

Gottofredus Bulioneus primus Latini nominis Hierosolymorum Princeps, cui tamen Regia potestas sine regio nomine insigníque credita: Quòd negarit se in ea vrbe aureã coronam sumpturum, vbi Dominꝰ Deúsque spineam gestasset.

Auctoris forensis Actio in Curia Parisien. pro Fr. Guilelmo De Portu.

Beneficia curata non possunt grauari vlla pensione alimẽtaria, vel alia quauis, ex qua ius legitimæ parochi Canonibus sancitũ minuatur.

Ilerdæ, Hispaniæ interioris oppidum iuxta Sycorim fluuiũ vbi peracta episcoporum Synodus Anno 15. Theodorici regis Circa tẽpora symmachi P. P. Cuius tertium Caput de

monachis ad clericatus officiũ subuehendis ab Agathensi Cõcilio sumptum est.

munera obeunt in sacris suis beneficiis. A Parentio, contrà, Vilhelmi Cheuancij patrono allegabatur, monasticam hanc Ædem fuisse clienti suo velut portum quietémque militarium laborum assignatam à Principe: qua in æde scilicet bellicis perfunctus muneribus acquiesceret, Ecclesiastico sumptu fouendus in posterum ac nutriendus. Ob id Meldorum Proprætorem Regiis excitatum literis iustè alimenta inopi decreuisse Veterano. Placuit Senatui, clientem nostrum rectè appellasse, & curiales Primatus, Augustiniani Ordinis, minimè Oblati militis educatione victúque onerari. Aresto in publicis causarum actionibus lato Pridie Nonas Iunias An. 1565.

Placitum Curiæ Die 4. Iunij 1565.

PORRIGITVR hæc alimentariæ pensionis exemptio ad monastica Cluniacensium Sacerdotia. Quum enim Cluniacensis quisque monasticorum conuentuum Primatus sit eius Abbatis beneficiarius, quem ille agnoscit superiorem, non Regis, Ducis, Comitísve: Princeps edixit, sacros Cluniacenses Primatus Veterani recipiendi lege non teneri. 5. Calend. Nouembr. 1568. Ac Regiæ quidem sententiæ Codicillos Senatus comprobauit. Aresto 5. Calend. Decembres Eod. Anno. Generaliter enim definitum, cœnobia, regularésve Primatus, qui beneficij muneríque Episcoporum sunt, Collegiorum, Abbatum, vel aliorum id genus, non Principis, Ducis, aut Comitis, minimè esse Veterani alimoniæ subiiciendos. De quo suborta paulò post controuersia, secundum libertatem pro Cluniacensibus iudicatum. Decreto Senatus

Edictum Galli regis Die 28. Octobr. Senatui probatum Die 27. Nouemb. 1568.

Si tamen locupletissimum sit Cluniacẽse sacerdotiũ, ei Præfectus aliquando vrgetur ad alendum Veteranum, vt re ipsa compertũ est in Martiniano Prioratu Lutetiano, Cluniacensis Ordinis.

Aresti Die 12. Ianuar.

natus extemporali Pridie Idus Ianuar. An. 1570. Similes vindiciæ Monialium cœnobiis dictæ aduersus pẽsitationis annuæ petitorem Veteranum. S. Consulto. 3. Nonas Decemb. 1571. Ameloto causam agente.

Placitum Curiæ pro Sacris Virginibus S. Benedictæ Dorigny, Laudunensis diœcesis, contra oblatum à Rege Veteranum. Die 3. Decemb. 1571.

12 MOVENT nos superiora tum Regum diplomata, tum Senatus Præiudicia ad Sacram Politeam nostrorum Principum laudibus vehendam, summáque ipsorum in Sacerdotalem Ordinem studia mirè celebranda. Laudatur Theodoricus Gotthorum Rex, quòd se Ecclesiasticæ assertorem libertatis, ac tranquillitatis strenuè professus

Hic Theodoricus (apud Cassiodorum Lib. 2. Variarum) sic rescribebat Seuero Episcopo, Quis melius ad æquitatis iura deligitur, quã qui sacerdotio decoratur? qui amore Iustitiæ personaliter nesciat iudicare, & diligens cũctos in commune, locũ non relinquat inuidiæ. Epist. 8. Lib. 2. Cassiod.

" sit, ita, Eustorgij (inquiens) Episcopi sanctæ Me-
" diolanensis Ecclesiæ precibus moti, præsentibus
" te cohortamur, vt prædiis vel hominibus illius
" Ecclesiæ intra Siciliam constitutis tuitionem stu-
" deas salua ciuilitate præstare. Nec à quoquam cu-
" iuslibet nationis homine contra fas patiaris oppri-
" mi, quos decet diuinitatis intuitu subleuari: Sic
" tamen, vt causis publicis & priuatis, quæ contra
" eos rationabiliter proponuntur, respondere non
" differant. Quia sicut nolumus eos ab aliquo præ-
" grauari, ita exemptos à tramite Iustitiæ non pati-
" mur inueniri. In Epist. Theodorici Regis ad Adilam Comitem, quæ à Cassiodoro intexitur Lib. 2. Variarum. Qua velut in Cebetis tabula exprimitur viuidum Politici Terrarum Rectoris pectus, qui vt externam sibi Ecclesiæ procurationem sumit, ita cauere debet identidem, ne ab Ecclesiasticis hominibus Ciuilia sua Iura labefactentur. Atque idipsum à Theodorico prudenter animad-

uersum est, scripta ad Hebræos Mediolanenses Epistola: quos idem, etsi Regio minùs fauore dignos, quietè & pacatè cum Christianis Clericis continebat. Nullus (ait) Ecclesiasticus, quæ Synagogæ vestræ iure competunt, violentia intercedente peruadat, nec vestris se causis importuna acerbitate permisceat. Sed vt Religionis cultu, ita actuum sint conuersatione discreti: Hac tamen moderatione Principalis auxilij beneficium concedentes, vt nec vos quòd ad præfatæ Ecclesiæ ius vel religiosas personas certè legibus pertinere cõstiterit, inciuiliter attrectare tentetis. Tricennalis autem humano generi patrona præscriptio, eo, quo cunctis, vobis iure seruabitur, nec cõmodalia vos irrationabiliter præcipimus sustinere dispẽdia &c. Ex Cassiod. Ab iis non longissimè absunt quæ de Sacra Politea Constantij Augusti retulit Symmachus Præfectus Vrbi, illũ nil decerpsisse Vestalium virginum priuilegiis, decreuisse nobilibus sacerdotia, Romanis ceremoniis non negasse impensas, vidisse placido ore delubra, legisse inscripta fastigiis Deûm nomina, percunctatum templorum origines, miratũ fuisse conditores: Cumque alias Religiones ipse sequeretur, has imperio conseruasse. Lib. 1. Epist. 40. ad Valent. Theod. Et Archad. Impp. Et hæc nondum prorsus confirmato Cæsarei Imperij statu. Alioqui ne Ciuilis quidem Regnorum Politea multiplicem Religionum cultũ ferre possit. Nam & D. Ambrosij duæ extant ad Valentinianum Cæs. Epistolæ, quibus grauiter

Sed quid Iudæe supplicans temporalem quietẽ quæris, si æternam requiem inuenire nõ possis? vt idẽ Auctor infit.

Eodem pertinẽt quæ Theodoricus, in vsucapionis quæstione Domus Simplicium controuersa inter Rõ. Ecclesiam, & Iudæos qui suã ibi Synagogam fuisse defendebant, scripsit ad Arigernũ Comitem de ea lite iuridicè definiendа. Lib. 3. Variarũ Cassiodori.

B. Ambrosius hunc Symmachi locum refellens scribit ad Valentinianum Imp. profana sacrificia per totum ferè orbem à pluribus retro Principibus inhibita interdictaque fuisse, rogatque ne fideliter statuta cõuellat. De negotiis (inquit)

grauiter ac Christianè, prædictis Symmachi literis respondetur.

13 EXTERIS porrò nostros Reges minimè cedere in sacra Repub. tuenda, vel istud argumento est, quòd Electiuis Sacerdotiis imponi nequeat annuæ pensitationis onus aliquod Iure nostro Francico, nisi Rege patrono adstipulante. Tametsi Lege Pontificia secus, vt scitè adnotauit Hieronym. Gygas Forosemproniensis In Tract. De Pẽsionibus Quæst. 23. Gallicam verò Iurisprudẽtiam adiuuant dicta ab Innocẽtio Canonicę Legis interprete In cap. Nobis. De Iur. Patron. Arg. Can. Quicunque. 2. 16. Quæst. 7. Et quæ nominatim à sacri iuris Cõsultis scribuntur in Cap. 1. Vt Eccles. benef. sine diminut. confer. Nempe Patroni consensum in alienanda re Ecclesiastica nõ esse quidẽ necessariũ, prædio tamen illicitè distracto, reuocatoriam alienatorum actionem patrono competituram. At si eiurata sit cœnobiarchia lege nummariæ pensitationis, cui Regem subscripsisse non liqueat, cedo, ratáne ideo manebit pensionis constitutio, quod multorum annorum præstatione agnita fuerit à nouo cœnobiarcha? Hæc à nobis in foro disceptata quæstio est pro Doygnei monasterij Præsule, qui An. 1575. Senatum appellarat à Pontificia conuentæ pensionis comprobatione An. 1561. Quam videlicet Philippus Lenoncurius Abba in eiurando cœnobio sibi receperat, pactione inita cum auctore prouocantis. Pro appellante differebam, pensitationis onus indici sacerdotio non posse, Collegij nomine insignito seu ele-

ciuilib⁹ si quid statuitur, nemo putat esse temerandũ: & præceptum de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ, siue ille gẽtilis est qui ista deposcit, nõ debet mentẽ tuã vinculis suæ superstitionis innectere, sed proprio studio admonere te debet quem admodũ veræ fidei studere debeas, quando ille tanto motu veri vana defendit.

In reseruatione autem pensionis super fructibus beneficij, quod est de iure Patronatus laicorum, faciendа est mentio iuris patronat⁹. Roch⁹ Curt. In Tract. De Iure Patron. In verbo Ius. Gygas Quæst. 24. De pension. Itẽ si pensio imposita super fructibus ecclesiæ patronatæ esset nimis onerosa illi

Ecclesiæ, patronus posset petere eã reduci ad debitam quantitatem. Gygas Quæst. 23. In fi. De Pension.

ctiuo, nisi expressim annuente Principe, cuius libellum talis consensus indicem aduersarius non proferebat. Nullum enim aliud ab eo promebatur Regij consensus documentum, quàm Pontificij codicilli pensionis comprobatorij: sed quorum verbis Regium assensum nudè enuntiantibus minimè habenda sit fides. Ex concilio Basilienſi Tit. De Sublatione Clementinæ Literis De probationibus. Et in Concordatis Eod. Tit. Monasticum rursus Antistitium esse curialis sacerdotij speciem quandam, cui animorum curatio, Hierarchica saltem cura sollicitudoq; adiuncta sit. Innocentij 3. Rescripto Cùm ad monasterium §. Abbas. De statu monac. ibi, vigilem curam & sollicitudinem gerens in omnibus. Et Clementis 5. Constitutione in Concilio Viennensi, Ne in agro §. Cæterùm. De Sta. Monac. Post consimilem Hieronymi sententiam In Regula monachorum Cap. De correctione & doctrina præsidentis. Atqui curialia Ecclesiæ munera, Pensionum oneribus eximũtur Gallica forensi Obseruatione, cui causam præbuit insigne S. C. ad prouocationẽ ex abusu factum 4. Calend. Martias An. 1566. quum Troussartus, pro Ioh. Deboſco appellante, Ego, contrà, pro Dionys. Fillolio, publicè diceremus. Diuturnum verò silentium officere huic prouocatoriæ liti non debere: Tum quòd abhinc biennium modo cliens noster adeptus sit cœnobij Præfecturam, tum quia abusum ipsum longi temporis silentio nefas sit confirmari. Addebam his, autenticas Pontificis tabulas non exhiberi à parte aduersa

Sic Cardinalitiũ literis non creditur in præiudicium partis Cap. Cùm à nobis De Testib. Panor. In Cap. Quod super De fide Instrum.

B. Hieronymus In Regula Monachorum, Arguũtur, inquit, negligentes rectores Ecclesiæ dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani.

Arestum Curiæ Die 26. Februar. ex appellatione abusus ergo interposita à creatione pensionis super beneficio curato.

aduersa pensionis probatorias, sed nudam Pontificiæ voluntatis syngrapham, quam vulgò *Signaturam* nuncupamus. Enimuero in maiorum ordinũ Sacerdotiis, puta Episcopio, cœnobiarchia, interdictus est nouo Præsuli in possessionem ingressus, nisi ex authentico Pontificiæ collationis, vel adprobationis Diplomate. Vt sanxit Bonifacius 8. Cap. Iniunctæ Tit. de Elect. In Extrauag. commun. Marius, ediuerso, pro pensionis fructuatio, appellanti cedendum esse monasterij iure omni, aut nummariam pensitationem ab eo districtè exoluendam: Credendum esse Pontificiis verbis Regium consensum de pensione enuntiantibus, in re antiqua præsertim, & ex multis annis in memoriam reuocata. In iis enim verba instrumenti aliquid enarrantia fidem faciunt. Iudicio Baldi in L. Emptione. Cod. De fid. Instrum. Et Alex. In L. Sciendum π. De verb. Oblig. Differebat insuper, ius appellanti in cœnobiarchiam partum fuisse monasterij eiuratione per eum facta, qui nominatim se beneficiariæ adstrinxerat pensitationi. Senatus, quoad prouocationis articulum, facesse re è foro ambas partes iussit: damnato tamen appellante, indictam pecuniam quotannis dependere titulo pactæ pensionis, nisi mallet monastici Præsulatus iure possessionéque decedere. Placito Die 21. Aprilis Anno sesquimillesimo septuages. quin.

Cõmuniter bullis etiam nõ leuatis tenetur soluere pensionẽ is qui ita conuenit. Boer. In Tract. De Dignit. leg. Rebuf. In Tract. De Pacif. possessor. In 21. Concluſ. Nam & qui adipiſcitur beneficij possessionẽ cum simplici ſignatura, nõ dicitur intruſus. Tit. De Annat. in Concord. Et ita seruatur in nostra Gallia, præterquam in beneficiis Consistorialibus, de quibus hic in Textu.

14 PENSIONEM sacerdotij eiurator sibi recepit: eiuratione purè admissa ab Episcopo, pensione à Rom. Pontifice, dubitatur, valeat necne id quod

Solus Papa admittit reseruationes pensionũ priuatis partiũ

conuentionibus factas. Episcopus tamen ex officio potest pēsionē alicui bene merito constituere ad vitam ex reditibus ecclesiæ. Oldrad. Consil. 226. Felyn. In Cap. Ad audientiā De Rescr. Huc faciūt notata In Cap. Fraternitatem De donat.

gestum sit. Non videbatur, quia cessionis actus sacri beneficij, & pensitationis simul impositæ sibi inuicem respondeant, ac communi quodam priuatæ pactionis vinculo coniungantur. Ita Cynus censuit de actibus se inuicem respicientibus, mutuamque habentibus relationem. In L. In bonæ fidei Cod. de Pact. Bart. in l. petens Cod. Eod. Tit. Iason in L. Lecta. ϖ. De reb. cred. Arg. L. Fundi partem. π. de contrah. Empt. L. Vēditor. π. de seru. export. L. quidam. ϖ. De pecul. Leg. Ast ecōtrario vrgebant ista, cessionem sacri beneficij retenta pēsione factam, diuiduum actum esse, nihilque proponi, quominus cessio ab hoc, pensio autem ab illo admitteretur. Proin Senatus vtrumque actum diuisim absolui, recipiq; licitè potuisse iudicauit. Arestis Natalitiis An. 1506. Iacob. Myetto, & Symeone Burgesio contēdentibus de Gerarcio curionatu, Parisiensis diœceseos. Inde est etiā, quod pactitia omnium fructuum reseruatio pro pēsione ceu regressu non inficit sacerdotij eiurationem ipsam, sed quasi illicitè adiecta sit, pro non adiecta habetur, vt cessio ipsa Ministerij ecclesiastici tanquam legitima effectum sortiatur. Ex consimili argumento Martiani I.C. In. L. Pecuniç. ϖ. De Vsur. L. Siue generalis. ϖ. De Iur. Dot. Sic Aresto Curiæ decisum 7. Idus Septembres An. 1492. de Carnutum pontificatu. Placuit enim Apostolicæ collationis literas emendari duntaxat, & ad Canonum normā præscriptaque hoc casu reuocari. Renato Dilliero, & Procuratore fisci disceptantibus. Idem sequendum, vbicunque conuenta pensio trientem

Eodem Aresto definitū, valere eiurationē curialis sacerdotij in gratiā nepotis ex filia in presbyterio nata, quamuis ipsum in resignatione facta filio reprobaretur. Panor. in cap. Ad extirpandas. De fil. presbyter.

Placitum Curiæ Die 7. Septemb.

Iure etiam Canonico pensio illicita dicitur, quando excessiua est, rectoríque beneficij ita onerosa,

trientem beneficiarij reditus excesserit, Francicis moribus præfinitum. Non ideò enim nummaria pensitatio rescindetur prorsus, sed ad statutum patriis legibus modum redigetur. Subdamus hypothesin. Ianus Quinceus eiurauit decanatum sacri collegij Magdunensis ad Ligerim, Annuo quodam sibi reseruato. Decursu temporum Augustinus Greneus, qui in hanc Collegij præfecturam seriatim successerat, petenti Quinceo negat iustè indictam sacerdotio pensionem: ad Senatum prouocat, quasi abusiuè creata à Pontif. summo pensitatione. Ac Ruellius quidem pro appellante sic agebat, Collegij sacri primores seu decanos quandam habere animorum curationem, aut certè in Ecclesiasticos Sodales curatoriam potestatem ac præfecturam. Vti à nobis dictum est ſ. Lib. 1. Tit. 1. Francico autem vsu explosas esse pactitias quaslibet in curiale sacerdotium pensiones: Saltem abusiuè receptam à Sede Apost. pensionem hanc immodicam, quæque tertiam partem annuorum sacerdotij prouentuum transgrediatur. Sed aduersus ea, Nos pro pensionis fructuario, decanum quidem illum Sodalitio canonicorum præesse sacra dignitate ac eminentia. Sicuti de eo apertè rescripsit Gregorius 9. Cap. Significante Aurelianen. Episcopo nos noueritis accepisse, quod cùm Decanus & Capitulum Magdunense ipsum, super eo quod dicebant, alibi quàm in stallis Decani, & Capituli prædictorū carnifices carnes vendere non debere &c. De Appellat. Non tamen ideirco Magdunenses Decani parœciaco

quod ex residuo fructuum beneficij grauati onere pensionis commodè sustētari non posset. Vt colligitur ex doctrina Abbat. In Cap. Conquerēte De Cleric. non resid. Col. 2. Ver. sed oppono.

Magdunēse Canonicorum Collegium D. Liphardo sacrum in Aurelianē. diœcesi.

Vtrum autē petenti reseruationem pensionis declarari nullam, vel pēsionis reductionem obstet exceptio voluntariæ solutionis de præterito, discutit abundè Hieronym. Gygas Quæst. 36. In Tract. De Pēsionibus. Puto ego pensionis abusiū, nullitatem, vel reductionem solo temporis lapsu aut inconsulta aliquot annorū solutione neutiquam confirmari.

funguntur, animorúmque curatorio munere. His consequenter, S. Consulta pensionum prohibitoria minimè sunt ad hunc Collegij primatum producenda. Nã alioqui annuæ pensionis retentio in lege eiurandi sacerdotij probata est nõ commentitio iure, quasi in Vtopiana Repub. sed à summa iam vetustate in publica Christiani Orbis Politeia. Quippe quum Alexander 3. Pontif. de beneficiaria pensione initam pactionem vltro confirmarit. Cap. audiuimus. De colluſ. deteg. Nec longo pòst interuallo Innocentius 3. summus Christianæ Reipub. Magistratus. Cap. nisi essent. De Præb. Cæterùm immoderatam pensionem obiicienti respondebam, certa actionis formula cautum, atque experiundum esse ei, qui de modo pẽsionis expostulet: non vt hanc quasi irritam, illicitámque contendens ex prouocatione audiatur, verùm vt quod superfluum est, ampliúsque promissum, quàm lege ratum sit, ab Ecclesiastico iudice infirmetur. Actitata causa, Ordo Clariss. in appellationis negotio ambas partes foro, litéque exemit, reducendæ verò ad legitimum modum pensionis notionem Thomæ ac Thuano senatoribus delegauit. Placito 13. Calend. Quintiles An. 1572.

Licitarum pensionum quædã dantur in titulum beneficij, vt quando certa portio ex pingui beneficio extrahitur, vt deinceps sit perpetuum beneficium. Cardin. In Clem. 1. §. 1. De Suppl. neglig. præl. Abb. In Cap. conquerente De Cleric. non resid. Quædã pro seruitio temporali. Oldrad. Consil. 226. Quædam dãtur loco beneficij. Cap. Quamuis De Præb. in 6.

Decretum Curiæ Die 19. Iunij 1572.

VECTIGALIVM quandoque immunitas 15 prẽstatur Ecclesiastico cœtui permixtim cum aliis Francici Pop. classibus. Nam Raymundus Tholosatium comes *Leudam*, tributum mercibus impositum vetuit à Tholosanis ciuibus exigi, seu sacris, seu profanis. Instrumento *Leudæ* ita concepto.

Tholosanum Priuilegium exemptionis à certorum vectigalium solutione: Temporibus Philippi Augusti regis.

pto. *Nouerint omnes &c. Quod Dominus Raymundus Dei gratia Tholosæ Comes, Dux Narbonæ, Marchio Prouinciæ dominæ Reginæ Constantiæ filius sua voluntate & cum consilio & voluntate Raymundi filij sui dedit & concessit pro se, & pro omnibus successoribus in perpetuum Domino Deo omnipotenti, & Mariæ genitrici Dei, & S. Stephano prothomartyri Tholosæ sedis, & S. Saturnino, & omnibus Sanctis Dei, & Consulibus, & omni populo Tholosæ & suburbij præsenti & futuro, quòd mercatores, & omnes alij homines & fœminæ eiusdem vrbis & suburbij semper possint ire & redire cum toto hoc quod tulerint vel duxerint per vniuersam terram, & iurisdictionem suam liberè per omnia tempora immunes & absoluti ab omni pedagio, & ab omni questa, & tolta, & ab omni Leyda. 12 Die exitus Aprilis. Regnante Philippo rege Francorum, & me Comite, & Fulcone Episcopo.* An. 1222. Hoc deinceps Tholosatis Reguli priuilegium adprobarunt Regij Magistratus. Parisiensi Aresto 5. Calend. Sextiles An. 1379. Tholosani item Senatus decreto Mense Decemb. An. 1512. Et Mense Martio An. 1518. Inde quæri poterit, nûm Sacerdotes Regij Priuilegij verbis, quod ciuib⁹ simpliciter irrogatum sit, tacitè contineantur. Quidni? Nam Populi appellatio, seu ciuium, complectitur Clericos, in re præsertim fauorabili. Ex Honorij 3. Sanctione Dilecti. De For. compet. vbi singulare ius Anglis indultum sacros ministros comprehẽdit. Can. Si in adiutorium 10. Distinct. Oldrad. Respon. 32. Bald. in L. Cunctos populos. Cod. De Summa Trinit. Panor. In Cap. Ecclesia

Arestum Parisiense latum à certa iudicũ Decuria, Dominicæ Rei cognitioni præfectorum. Die 28. Iulij. An. 1379.

De Constitut. In re autem odiosa, secus. Bonifacij 8. Rescripto. Si sententia. De Sentent. Excommunic. Guymerius in verb. populo. De causis. In Prag. Sanct. Itaque Lutetianis ciuibus facta à Carolo 5. potestate clientelaris fundi perpetuò retinendi, consequens est, singulos clericos beneficiarium prędium liberè possessuros. Priuilegiario diplomate 5. Idus Sextiles An. 1371. repetito ac confirmato Nonis Augusti An. 1390. Sicuti in calce Ædilitiarum Constitut. vrbis Parisiensis adscriptum est. Verùm sacra Collegia, quibus priscę Leges alia ratione, quàm plebeiis illis oppidanis, interdixerant Feudorum possessione, specialius de eo Principum beneficium implorarunt.

Tabulæ Caroli 5. de feudis liberè emendis ac possidēdis à Parisiensi, quantumuis plebeio, ciue. Die 9. Augusti. Quod Priuilegium à Carolo 6. renouatum est Die 5. Augusti 1390.

Tales verò prædiorum, immunitatumque in Ecclesiam erogationes non eo tendunt, vt Clerici toto pectore incumbāt in profanarum opum amplificationem: Imò vt rei familiaris cura soluti ac vacui liberius otium foueant literarium, & in vna æternitatis contemplatione versentur. Fraterculorum certè iampridem explosa sentētia est, qui diuitias Ecclesiasticas fando, scribendoque damnabant: purpuram, nummos, dominatum, à Religione aliena esse prædicabant, nec vllum sacerdotibus ius esse facultatum potiundarum, Iohanne 22. Rem Christianā moderāte. Vt Paul. Æmylius refert. Enimuero vitanda φιλαργυρία, & inexplebilis cupiditatis sitis: hoc odio digna maiore, quominùs sacrarum opum domini sunt, liberique arbitri sacerdotes, sed nudi velut alienæ rei dispēsatores atque administri. Nam antiquos Patres, Ecclesiæ 16

Numerosam sectā Fratricellorum de opinione nuncupatorum Iohānes 22. P. P. edicto Apostolico sub Tit. De Religios. domib. In Extrauag. dissoluit. Hinc illa vastissima opinionum sylua enata est de Christi & Apostolorum paupertate, quam Pōtifex ille cōuellere tētauit, occulte damnatam tribus Cōstitutionibus De Verbor. significat. legendis.

clesiæ lumina respicienti, non aliud ipsorum studium fuisse videri solet in sacra Gaza tractanda, quàm vt in egenos dictim, huiusmodique pios vsus illam impenderent. D. Ambrosius, postquam obnixè tutatus est apud Valentinianum Cæs. Ecclesiastica patrimonia, quæque priuatorum donatione vel legato conferebantur in Christianos sacerdotes sua tempestate, eorum dispensationem bonorum ita subiunxit. Nihil Ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos reditus præbet, hos fructus. Possessio ecclesiæ, sumptus est egenorum. Numerare liceat quos redemerint Templa nostra captiuos, quæ contulerint alimēta pauperibus, quibus exulibus viuendi subsidia ministrarint. Epist. 2. ad Valentin. Ponatur ob oculos summum illud par amicitiæ Gregorius & Basilius Græci, eorúmque ætati suppares Hieronymus, & Augustinus, aliíq; Partium Christianarum duces, quorum hodie responsis ad interpretationem diuini iuris vtimur. Sanè Valetudinarium Basilius excitandū curauit ex sacro ęre, diuiníque vsibus dedicato. Amplissimis enim ædibus structis, atq; annuis prouētibus constitutis, quos à diuitibus facunda oratione ad largitionem impulsis collegerat, ægrotos omnes in vnum coëgit, Pauperumque gymnasia, hæc loca appellauit. Quo in sancto opere Basilius adiutorem habuit Gregorium, laboríque participem. D. Augustinus domum, villam, seu agrum coëmere voluit nunquam, sacras pecunias sparsim egenis distribuens: Quippe qui prudenter expenderet, maximum omnium mandatorum esse, inopū

Ambrosius ibidem mirè inuehitur in Gentiles, & gentiliū phanorum ministris legata vel donata prædia, quæ vulgò recipiebantur, quum tamē in Ecclesias collata reprobarentur.

Gregorius Nazianzenus, ab Asiatica vrbe Nazianzo secundæ Cappadocum prouinciæ, quæ illi patria obtigit, quum in Graciam ac florentem Athenarum vrbē veniſſet studiorū ac literarū nomine, Magnus quoque Basilius Byzantio, eiusdē eruditionis gratia, Athenas appulit: Vbi vitæ consuetudinē, & contuberny necessitudinem inter se contraxerūt. Nam & vna eadémque fide cōlustrati erāt, & pari virtutis amore flagrabant.

alendorum ſtudiũ, Deíque magnificentia & liberalitate dignum. Auctore Poſſidoniõ in Vita Auguſtini. Ita autem vir ſanctus, remotis arbitris, erogabat nummos Eccleſiaſticos, vt facilè perſpiceres non Phariſaicam iuſtitiam, ſed merè Chriſtianam pietatem miro iudicio ac manſuetudine conditam & temperatam. Moriens etiam Eccleſiæ bibliothecam legauit, omnéſque codices diligenter poſteris cuſtodiendos commiſit. Cuiuſmodi religioſæ piæque mentis exempla non modo Clericis ipſis ſcripta ſunt, at Chriſtianis etiam omnibus ad teterrimam animorum peſtem Auaritiam depellendam. Hodie tamen ſeneſcente cum æuo charitatis feruore mortalium omnium ſtudia ferme eodem ſpectant, patrimoniis augendis, & propagandis, facultatibus cumulandis intenta acerrimè. Ex quo pariter affines noſtri priuatim dehortantur nos identidem, ne forenſibus negotiis lucubratiunculas iſtas literariámque ſcriptionem interponamus, quaſi Oeconomiæ noxiam cenſus ampliatrici. Sic Valerium Flaccum, qui edidit Argonautica, Martialis liberè monuit Diſticho ſequenti, vt relictis Muſis, atque otio, mallet in foro & cauſis agendis verſari, quoniam Poëtarum vigiliæ parui cenſerentur.

Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu Diuitiæ molles. Ex Iuuenali.

Valerius Flaccus mediocri cẽſu ac pene tenui extitit, & prædium poſſedit exiguum, in quo Muſariũ curas reponeret. Vt in eius vita narrat Crinitus.

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flaccè Antenorei ſpes & alumne laris:
Pierios differ cantúſque choróſque ſororum,
Æs dabit ex iſtis nulla puella tibi.
Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permeſidos vnda?

Romanum

Romanum propius diuitiúſque forum eſt.
Illic æra ſonant. &c.

Nobis verò & Politica iſtic tractantibus, nec Politicę interim deſertoribus occupationis Fori minùs vitio vertentur fortaſſis domeſticæ hæ forenſium rerum cõmentationes: eo animi decreto ſuc ciſiuis ſuſceptæ horis, vt in publicum referremus, quod publico viciſſim, forenſíque vſui acceptum ferre nos ingenuè profitemur. Quin teſte Ariſtotele rerum communium communis cura eſſe, vel priuato homini debet: nec quiſquam ciuis ſuum ſe, ſuíque iuris eſſe, ſed Reipub. omnes exiſtimare debent. Quippe cùm ſinguli in ciuitatis parte numerentur, & cuique parti à natura tributum ſit, vt vniuerſo conſulat. Lib. 8. Politic. Cap. 1.

17 FISCALI portorio, indictioníque non modo eximuntur Clerici Principali Indulgentia, verùm & plebeij nonnunquã in Eccleſiæ ipſius gratiam. Etenim Ludouicus 11. Rex in iure nundinarum concedendo Monachis templi Germani Pariſien. ſoluit quoque nundinarij fori mercatores quolibet vectigalium onere ac præſtatione: vt nundinarij commercij celebritas frequentiáque maiorem pariter rei nummariæ vtilitatem adferret Iuridicis dominis Cœnobitis. Diplomate Mẽſe Mart. An. 1482. Quod & Carolus 8. confirmauit Menſe Februar. An. 1485. Indeque Lutetiani Rationales. 5. Idus Septemb. Anno inſequenti: ac Vectigaliũ Iudices 9. Calend. Octob. Eod. Anno. Quibus reſpondet Curiæ Placitum extemporale pro negotiatorum libertate, qui ad eas com-

Scilicet eſt cupidus ſtudiorũ quiſque ſuorũ, Tempus & aſſueta ponere in arte iuuat. Ex Naſonis 1. De Ponto.

Reſcriptũ Priuilegij Nundinarũ ſani Germani Pariſiis ſuburbani promulgatũ in Camera Computorũ Die 9. Septẽb. An. 1486. Et in Curia Iuuaminum Die 23. Septẽb. Eod. An. Sed eiuſmodi Nundinæ prius aſſignatæ à Ludouico 11. rege in menſe Octobri inſtar Nundinarũ D. Dionyſij in Francia, tranſlatæ ſunt à Carolo 8. in menſem Februariũ cuiuſque anni, cum iiſdem tamẽ priuilegiis, quibus à Dagoberto rege dõnatæ ſunt Nũdinæ ſani Dionyſij.

Arestum Die 7. Februar.

meabant nundinas, mercésq; isthuc conuehebant. 7. Idus Februar. An. 1576. Me, Rothomagensium mercatorum, & Alberto, publicanorum causidicis. Rursus profani ordinis hominibus largiti sunt Principes aliquando patrimonialium munerum vacationem Ecclesiæ ipsius intuitu, aut pij ministerij ab iis præstiti in cœlestis Numinis cultum. Nam Philippus 1. Rex Gallus perpetua tributorum immunitate donauit Odonis Maioris liberos, posterósque omnes, quia sacram peregrinationem, quam ille vouerat, iniisset iste, sacra peranimirum ac scipione sumpto ab hoc viatore in Asiam, ad sanctum monumẽtum ex Regio voto inuisendum. Augusta vero hæc patrimonialium onerum exẽptio mirabilior eo videri possit, quòd Priuilegia vulgò personalia sint priuatáque sæpius, quàm perpetua ac hæreditaria. Ex Responso Vlpiani Lib. 3. Opinionum In L. 1. ff. De Iure Immunit. Sed quemadmodum Athenienses Harmodio & Aristogitoni datam immunitatem generi familiæque ipsorum reseruarunt nominatim, vt testatur Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην: Ita Reges nostri Priuilegium infrascriptum, quod piæ causæ titulo Odoni indultum est, continua stirpis successione ad nepotes transmissorium sanxerunt, quasi hæreditariam Palmam: quam vti peregrinationis consummatæ signum viatoris posteri hoc symbolo retinuêre. Immunitatis verba sic recitantur à tribus Cœnobiarchis fani Maglorij, D. Victoris, & S. Genouefæ, Regij lectoribus Priuilegij testibúsque oculatis. *Notum fieri volumus vniuersis*

Priuilegiũ autem immunitatis simpliciter concessum alicui an transeat ad liberos vel ad vxores eorum viduas, excutit Cynus in l. 2. Cod. De Episc. & Cler. Bart. in l. semper §. Immunitati π. De Iure Immun. Generaliter vero data immunitas non extenditur ad munera realia & patrimonialia, nisi eorũ specialis mẽtio facta sit. L. His honoribus π. De Vacat. & excus. mun. Item hæc immunitas non porrigitur ad honores. l. Cui muneris π. De Muner. & honor.

Tabulæ antiqui Priuilegij exẽptionis vectigalium cõcessæ à Philippo 1. Francorũ rege Eudoni Lemaire, & eius stirpi vniuersæ.

vniuersis, quòd Odo Maior de Challo nutu diuino concessu Philippi Franciæ Regis, cuius famulus erat, ad Sepulchrum Domini perrexit, qui Ansolidum filium suum, & quinque filias suas in manu & custodia ipsius Regis dimisit. Et ipse Rex pueros illos in manu & custodia recepit & retinuit, concesitque Ansolido & quinque præfatis sororibus suis Odonis filiabus pro Dei amore & sola charitatis gratia, & Sancti Sepulchri reuerentia, quòd si hæredes masculi ex ipsis exeuntes fœminas iugo seruitutis Regi detentas matrimonio ducerent, liberabat, & à vinculo seruitutis absoluebat. Si verò serui Regis fœminas de genere hæredum Odonis maritali lege duxissent, ipse cum hæredibus suis de seruitute Regis essent. Rex autem hæredibus Odonis & eorum hæredibus Marchiam suam de Challo & homines suos custodiendos in feodo concesit: Ita quòd pro nullo famulorum Regis, nisi pro solo Rege iustitiam facerent: Et quòd in tota terra Regis nullam consuetudinem darent. Rex verò tunc temporis præcepit famulis suis de Stampis, vt custodirent Challo cameram suam, quia Challo debet custodire Stampas, & earum curam seruandarum vigilanter habere. Et vt hæc libertas & hæc pacta firma & inconuulsa permaneant, memoriale istud inde fieri, & nominis sui charactere seu sigillo signari, & præsente propria manu sua, cruce facta, corroborari præcepit. Astantibus de Palatio eius quorum nomina subtitulata, & signa, S. Hugonis tunc temporis Dapiferi, S. Guastionis de Pistiaco cõstabularij, S. Pagani Aurelianen. cubicularij, S. Guidonis fratris Galerani Camerarij. Actum Stampis Mense Martij in Palatio. Anno ab incarnatione 1085. Anno verò Regni eius 25. Ego Frater Andræas B. Maglorij Parisius

Antiquitus cõuentiones partium, Priuilegia, & alia alia, vt plurimum, expediebantur coram Prælatis Ecclesiarum, vtpote Episcopo vel eius Officiali, aut coram Abbatibus, qui contrahentiũ, præcipuè Magnatũ mutuos consensus in scripta redigebant. Vt cõstat ex hac & innumeris aliis veteribus Tabulis, quas aliquando perlegimus.

Eo fere modo Innocentius 3. P. P. narrat quatuor Abbates inspicied.is Priuilegiis Monialiũ Germanicarũ præpositos suo sigillo Priuilegiorũ fidẽ fecisse. cap. cũ dilecta De confirm. vtili vel inut.

humilis Abbas testificor me vidisse priuilegium illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbum legisse, prout continetur in præsenti scripto. Ego frater Anselmus S. Victoris Parisius humilis Abbas testificor me vidisse priuilegiũ illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbũ legisse, prout continetur in præsenti scripto. Ego frater Theobaldus S. Genouefæ Parisius humilis Abbas, testificor me vidisse priuilegium illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbum legisse, prout continetur in præsenti scripto.

Familiari Immunitatis priuilegio dato soboli vel proli veniunt fœminæ, nomine prolis seu sobolis, vt hic. L. 5. Cod. De Natur. lib. l. vlt. Cod. De bon. Proscr. l. 1. Cod. Ne rei domin. vel templ. Bal. In L. 1. Cod. De Priuil. dot. & Addit. ad Bart. In l. 1. ff. De Iure immũ.

GENTILITIÆ huius Immunitatis codicillos probauit Valesius Rex, haud prępcipiti quidem iudicio, sed testibus inquisita re diligenter, ac explorata cognitáque veteris Instrumenti fide per Magistros Libellorum supplicũ in Prætorio: Quibus id negotij fuerat à Principe demandatũ. Mense Decemb. An. 1336. Confirmata denuo hæc vectigalium tributorúmque vacatio à Iohanne 2. Rege. Mense Nouembri An. 1350. Carolo 5. Mense Aprili An. 1366. Carolo 6. Mense Sextili An. 1394. Karolo 7. An. 1436. A Ludouico 11. Mense Ianuario An. 1461. A Carolo 8. Quarto Kalend. Nouemb. An. 1483. Qui iisdem simul Tabulis causæ cognitionem de Priuilegij interpretatione attribuit Libellorum supplicum in Regia Magistris. Renouata demum prisca immunitas Ludouici 12. Rescripto Idibus Septemb. An. 1498. sed quam Franciscus 1. Edicto constrinxit 14. Calend. Februar. An. 1540. vt illa pro rebus duntaxat locum haberet, quas quis suo vsu domum deduceret. Ex ea Odonis priuilegiaria gente traxit coniunx nostra originem. Vnde communes liberi, ac nepotes

Die 29. Octob. 1483. Rescriptũ Ludouici 12. Die 13. Septemb.

Cõstitutio Frãcisci 1. Regis Die 19. Ianuar. 1540. moderatrix Priuilegij posteris Eudoxis Lemaire attributi. Quam Senatus constitutionem promulgari iussit 6. Idus Februar. seu Die 8. Februar. Eod. An.

ac nepotes gradatim, reliquorum gentilium more, Principali Immunitatis beneficio perfruentur, quandiu patrias leges Gallica Tribunalia conseruarint. Etsi enim generi, posterísque data immunitas, ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertineat. Vt placuit Vlpiano L. 1. ff. De Iur. Immunit. Quoties tamen fœminarum legislator meminit perinde ac masculorum, idem vtrobique priuilegium custoditur, eóque iure hactenus vsi sumus. Vnum restitit ad hanc fere diem controuersum de talis Priuilegij iudicibus constituendis. Nam Regij Vectigalium magistratus cognitionem istam sibi arrogarunt in ea tributorum specie, quæ indictiua erat, oblationalis, seu aduentitia: Quum de altero vectigalium genere, quod Francici Sceptri patrimoniale est ac profectitium, dubio procul cognosceret Libellorum supplicum Præfectura. Secundum quam vectigalium distinctionem Parisiẽsis Senatus haud semel pronuntiauit. Arresto 7. Idus Septembres An. 1507. Iohanne *de Challons*, & Lardino Coupelleo litigatoribus. Tum 6. Idus Apriles An. 1508. Inter Ludouicum Tiersetum, & Iohannem Hebertum inuicem contendentes. Alio deinceps Curiæ decreto 3. Idus Decembres An. 1531. Brodeo, appellãtis, Bouguerio, aduersarij, & Aligreto, fisci, causam orantibus. Princeps tandem sacro diplomate auctor fuit Senatui censendi, priuilegiariis vt iis soli ius dicerent Præfecti Libellis supplicibus in Prætorio, nulla habita diuersitatis vectigalium ratione. Placito 4. Nonas Quintiles An. 1573. Vilhelmo

Tributa indictiua, aut oblationalia, Tailles, ou Aydes,

Placitum Curiæ Die 7. Septemb. 1507.

Decretum Die 8. April.

His consimilia Arresta Die 1. April. An. 1522. & Die 29. Mart. An. 1526.

S. Consultum Die 11. Decẽb.

Placitũ Curiæ Die 4. Iulij.

Simpliciter data munerũ vacatio non intelligitur de muneribus ordinariis, sed de extraordinariis. L. hi qui muneris π. De Vacat. & excus. muner. l. cui muneri. π De Muner. & honor. l. 1. C. De vacat. pub. mũ. Singula hæc latiùs à Bart. In l. hi qui. π. De iure immun.

Decisiones Pedemontani Senatus concinnatæ ab Octauiano Cacherano domino Osasci in eod. Senatu secundo Præside, & Sabaudi Ducis ab intimis Cõsiliario.

Statuta Comitatus Prouinciæ.

Vbi Ecclesiasticus ordo promiscuè cum aliis subiicitur Regiæ cuidam indictioni; honestius taxatio faciendi, & monendi Clerici ac cogendi

Houlleo mancipe publicorum litigante aduersus Nicolaum Mauclerum Odonis Maioris gẽtilem, eóque priuilegiarium, cui nos hac in lite aduocationem præbuimus.

POSSESSIONVM denique onera alia ordinaria sunt, quæ & canonica vocantur: alia extrà ordinem indicuntur. Ab illis nulla immunitate subnixi sunt Ecclesiastici. Ab his, contrà, nisi ob causam valdè necessariam Reipub. iniungantur. L. Iubemus. L. Nullam Cod. de Sacros. Eccles. Quibus Romanorum Principum sanctionibus haud refragatur Friderici 2. constitutio, quæ cum hac exceptione intelligenda est. Auten. Item nulla Cod. de Episc. & Cler. Eam Honorius 3. P. P. à Friderico obtinuit, Leuitico Ordini mirè fauorabilem, quo die Cæsarem ipsum Pontifex Augustorum infulis, insignibúsque decorauit. Ita fremente Allobrogico bello, Sebusianus Regulus decreuit in Sacerdotes, habito Vercellis procerum concilio, æs militare ab illis vna cùm reliquis Pop. classibus collatum iri. An. 1554. Vt refert Ozascus Subalpini Senatus Præses Decis. 68. Ac in Phocensi quidem Prouincia, annuæ indictiones, quæ imponuntur personis pro rebus, à Cleticorum cœtu exoluuntur, non minùs quam à Plebe, sed pro modo duntaxat plebeiarum Ecclesię possessionum, non cliẽtelarium. Sicuti Massilienses Prouinciæ Constitutionibus cautum est, quas Ludouicus Masseus in Aquẽsi Senatu causarũ patronus Cõmentariis illustrauit. Hoc autẽ Statutũ beneficiarios definiuit fundos isto casu, qui patronali etiã redhibitione, aut

aut cõmissoria lege Feudi, vel ἐμφυλεύσεως ad Ecclesiã reuertãtur. Quẽ in sensum trahitur Gratianopolitani Senatus decretum, Apud Vidonem Papã Decis. Delphinali 384. ac Bertrandi Responsum 118. & 160. lib. 1. Gallicæ enim illius Regionis Tẽpla insignioribus quõdam prædiis, ditionibúsque aucta sunt a Regulis ipsis Galliæ Narbonensis. Ildefonsus Prouinciæ Comes pio munere contulit in Raymũdum Foroiulienſem Episcopum sacrãque eam Sedem Dominica iura in subditos, & iuridicam adeo omnem Comitum potestatem. An. 1203. Cuiusmodi donationem Raymundus Berẽgarius confirmauit, successor Phocensis Prouinciæ princeps. Mense Sextili An. 1224. Ex Stephan. Bertrandi Responso 276. in 3. Parte. Sic magnifica Arx Salonia cum adiacentibus latifundiis olim donata Ecclesiæ Arelatensi à Romanis Augustis optimo maximo iure ac conditione. Ex quo Arelatensem pontificem Bertrandus Principem vocari solitum tradit. Respon. 331. parte 3. Posteriores itidem Massiliẽsis prouinciæ Comites Imperialia iura sibi adsciuêre in eo territorio, siue horũ amplissimas in Clerum largitiones, siue alia Imperij maioris insignia spectaueris. Quemadmodũ scribit Oldradus in Respon. exordiente, factum tale est, Quædam vniuersitas seu Syndici, &c. Ac nominatim Steph. Bertrandus Responso 3. & 227. in 3. parte Cõsil. Vbi de Iano Andegauo Renati Andegaui Comitis Prouinciæ notho. Minimè igitur nouum sit, Sacerdotes Massilienses Prouinciæ ex prædictis illustrioribus fundis ac beneficiariis vul-

auctoritate Ecclesiastici iudicis. Vt censuit Bertrandus Cõsil. 123. Vol. 1. Decisione Pedemontani Senatus 68. cum Consilio proximè subsequenti Num. 41.

Ildefonsus Comes & Marchio Prouinciæ ibidem dictus.

Num vero successori in Comitatum Prouinciæ licitum sit reuocare donationes, aut Priuilegia Ecclesiis, vel ciuitatibus concessa ab antecessore, disputatum est à Bertrando In Consil. 154. Tomo 3. in specie donationis factæ à Renato Andegauo Siciliæ rege Prouinciæ Comite variarum immunitatum & libertatũ Aquẽsibus oppidanis, quas illi⁹ successor Carolus ex fratre nepos iis adimere cupiebat. Adimi nõ po-

garium indictionum lege non teneri: quarum tamen illi solutionem pro modulo ignobilium prędiorũ effugere nõ possunt. Delphinates verò Prouincialibus his finitimi alio iure vtuntur. Quamuis enim patrimoniales inter eos habeantur indictiones solariæque, non personales: Ex patrio vsu Regiis codicillis adprobato Pridie Calend. Octobres An. 1550. Non ideo tamen nobiles viri, sacerdotes, aliique legum immunitate prædiți adstringuntur indictæ à Regibus pensitationi: Vtpote quæ eatenus prædiaria dicatur magis quàm personalis, quòd non in personæ domicilio, sed in patrimoniorum situ à plebeiis sit exoluenda. Vidi Papæ Decis. Gratianopolitana 376. cum sequentibus ad vsque Decisionem 404. Idémque Bertrandus recensuit de Equitum ac Sacerdotum immunitate illa apud Delphinates. Respon. 123. Vol. 1. Gratianopolis item ciues eximuntur huic prædiariæ indictionis oneri. Vetusta eorum Transactione cum minoribus aliquot Delphinatium oppidis, & Iano, ac Hugone Viennensium Delphinis. An. 1314. & 1323. Secundum hanc pactionem Gratianopolitani Ciues iudicio obtinuerunt aduersus aliarum vrbium oppidanos contributionum petitores. Aresto Gratianopolit. An. 1549. Qua de re pendet etiamdum grauis in Prætoriano Senatu contentio, inter Gratianopolitanos, & pleroſque alios Delphinatium ciues. Hoc Anno 1576.

tuisse Bertrando visum est.

Bertrandus in eo Cõsilio 227. loquitur de Renato Siciliæ rege, Prouinciæ & Forcalqueriĩ Comite, qui legauerat liberalissimè Iohãni de Andegauia filio suo naturali generato ex soluta, non tamen ex soluto. Sed quia Renatus nõ agnoscebat superiorẽ, & iura Imperialia putabatur obtinere in suis Comitatibus Prouinciæ & Forcalqueriĩ, ideo responsum est, legatũ à Renato factũ filio suo quamuis spurio, valere, nec testatorem subditum fuisse iuri Authenticæ Ex cõplexu nefario Cod. De incest. nupt. Die vlt. Septẽb.

TITVLVS

TITVLVS 3.

DE VSV, AC FRVCTIBVS SACRORUM prædiorum.

1.2. *Quotuplex vsus, & modus rectè dispensandorum bonorum Ecclesiæ.*

3. *Quibus, & quos in vsus applicentur fructus primi anni vacantis beneficij.*

4. *De iure Deportus beneficiarij quatenus procedat, & quousque.*

5. *Abbates S. Victoris percipere primi anni fructus certarum præbendarum.*

6. *Appariatio & cõsociatio Principum à quibusdam Ecclesiis facta ad tuendas earum possessiones.*

7. *Annatæ beneficiorum sublatæ.*

8. *Earum tamen vsus retentus ab ordine S. Iohannis Hierosolymitani.*

9. *Clericorum possessiones profano Regum imperio subiici.*

10. *Principum liberalitate structa & ditata Ecclesiarum templa.*

11. *Domos Canoniales non aliis, quàm Ecclesiæ Canonicis locandas vel concedendas esse.*

12. *Apostol. Priuilegium pro Ambianensis Ecclesiæ Canonicis de non residendo in aliis beneficiis.*

13. *Scholasticorum exemptio à residentia in suis Sacerdotiis.*

14. *Quibus accrescant absentis Canonici distributiones quotidianæ.*

15.16. *Ecclesiasticarum præbendarum æqualia emolumenta esse debere.*

17.18. *De Præbendis Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Andegauen.*

19. *Curatorum iura Parochialia & fructuaria.*

20. *Quomodo distinguantur & diuidantur parochialis Ecclesiæ obuentiones inter Curatum, & Matriculatos.*

21. *Quænam de iis Politia à Senatu præscripta sit Ecclesiis Collegiatis S. S. Benedicti, & Germani Parisien.*

Secunda pars huius Libri in conseruandis fũdis Ecclesiæ, Priori parte suprà cõparatis.

BONA ECCLESIÆ superius parta, nunc custodienda sunt, prudentérq; dispensanda. Sacræ enim Oeconomiæ, vt prima pars in acquirendo posita est, sic proxima in conseruando: Quum & seruandarum rerum maior quàm quærendarum habeatur industria. 1

QVADRIFARIAM distribuebantur olim Ecclesiastici reditus, annuæque obuentiones: Vna Episcopo familiæque eius portio adscribebatur, alia Clero, tertia inopibus, quarta sacris ædibus reficiendis. Vt est apud Gregorium Magn. Regesti Lib. 12. Cap. 1. Indictione 7. Nam initis primùm Christianæ Reipub. auspiciis, Episcopi non modò partem sibi vendicabant communium Ecclesię prouentuum, sed omnino quoque sacrarum opum curam gerebant. Id quod ab Ecclesiasticis scriptoribus proditum est. Sacræ Hist. Socratis Volum. 7. Donec Carthaginensis Synodus 4. Episcopos coëgit Oeconomicam hanc Politiam abiicere, & lectioni vacare duntaxat sacræque concioni. Inde ad Oeconomos translata Rei Familiaris Ecclesiasticæ procuratio. Deinceps autem, profani ordinis hominibus ei muneri præfectis à diœcesano Antistite, Hispanica Ecclesia grauiter in Episcopos conquesta est, donec ab Hispalensi Ibericorum Præsulum Conuẽtu 2. & Toletano 4. decretum sit, ne Ecclesiasticos census denuo profani tractarent. Hodie etiam in Heluetia Tigurinorum Repub. certus Quæstor habetur Ecclesiastico ærario præpositus, *der kloſteren obman,* 2

Concilio autem apud Merech sancitum fuit, vt nullus Lusitanæ prouinciæ episcopus, à qualibet parœciana Ecclesia tertiam auferre præsumeret, sed quæ exinde nanciſci posset, in sacræ basilicæ instaurationem insumerẽtur. Can. Priscis Causa 10. Quæst. 3.

Helueticæ Reipub. instituta.

obman, qui ex singulis cœnobiis statos reditus colligit, & siquid supersit post expensas in ministrorum stipendia, templorum ædificia, pauperum ἐλεημοσύνην, hoc recondit, vt publica necessitate vrgente plebi subueniatur. Teste Iosia Simlero Tigurino De Repub. Heluetiorum Lib. 2. Rursus oscitante quõdam remissiúsque agente Episcopo, licuit Metropolitæ in singulis Ecclesiis œconomos constituere. Generali Synodo 7. In Can. Cũ simus 9. Quæst. 3. Tales Byzantiæ Ecclesiæ œconomos memorat Iustinianus Nouella 6. & 7. Et Constitut. 133. Sensim autem in παροικίας complures discissa ac distributa matrix Episcopi Ecclesia, quæ vna priùs Diœceseos parœcia extiterat. Auctore Vrbano P. P. In Can. Videntes 12. Quæst. 1. Ex quo diuisa paulatim communium Ecclesiæ facultatum administratio, quam sui quisque presbyter phani retinuit: sic, vt in Diœcesani mensam põtificis nihil hodie ex diuitiis minorum templorum, dempto Cathedratico, inferatur. Brachatensi Concilio 2. & Toletano 3. Can. Placuit. Can. Vnio. Can. Quia cognouimus. Causa 10. Quæst. 3.

Archiepiscopus non concurrit cum episcopo in diœcesi suffraganeorũ, nec in huius subditos potestate prædictus est, nisi in casibus exceptis de quibus abũde Panor. in Cap. Pastoralis per eum tex. De Offic. ordin. Potest etiam Archipræsul suffraganeorũ suorum diœcesim visitare. Cap. 1. De Censib. In 6.

3 DISTINCTA igitur parœciacis Vicis sacerdotij functione à Dionysio Prę́sule Summo, hínc-que sacris reditibus cuilibet attributis sigillatim, dispiciendum est, an nouus sacerdos primi anni fructus suos faciat, an Episcopus, quasi repetito illo veteri Ecclesiæ more suprascripto. Pro Antistite pugnat leue istud ac frigidum, beneficia militaria ac profana, quæ militibus ob fidem & obsequium data sunt, in causam caducariam incide-

Hic Dionysius P. P. ad Seuerũ episcopũ Epist. 2. In Can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus parœcias, & cœmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus. Causa 13. Quæst. 1.

re vltimi clientis obitu, patronúmque eo casu primi anni fructus suos facere pro clientelaris fundi renouatione ac instauratione: Ita sacri beneficij caducarium annum cedere commodo beneficiorum collatoris debere, vt beneficiario morte absumpto, Episcopus caducarios eius anni prouentus percipiat. Verùm quæstuaria iura hæc sunt, Maiorum sanctionibus antiquata, vt obiter indicauimus Lib. 1. Aliud tamen sequendum, si beneficiario Episcopi lis mota sit de sacerdotio, nõ perlusoria, sed quæ ipsa re sacrum munus obire volentem præpediat. Tunc enim vtilitatis causa receptum, vt Episcopus interim, decanus, aut Archidiaconus sacram functionem committat fiduciario cuidã templi sacerdoti: quoad iusta possessio sacri Ministerij, aut vindiciaria certè alterutri litigatorum addicta sit. Et hoc quidem diuturna variarum Ecclesiarum cõsuetudine introductum Senatus comprobauit. Aresto 5. Nonas Maias An. 1464. Pro archipresbytero S. Maurę in Turonum phano maiori. Idem decreuit Curia secũdum Parisiorum antistitem aduersus Gulielmum Villerium. Postridie Idus Februar. An. 1438. Nam & veteres maiorum gentium Theologi censuêre, suum quemque ac multiplicem diuersarum Ecclesiarum morem minimè esse infirmãdum. Gregorius Mag. Regesti Lib. 12. Cap. 3. Hinc multorum manibus teritur Neapolitanæ Ecclesiæ Ritus Libello descriptus cum Alberici Oliuæ commentariis, ac Synodicis eiusdem Curiæ constitutionibus. Speciatim verò *Deportus* consuetudinem,

Quinetiam ante Concil. Basiliense, statutũ, Priuilegiũ vel cõsuetudo, quod Archydiacon° vel alius beneficij reciperet fructus omnes, non valebat: quia iam tum deberet reseruari titulario dimidia pars fructuum, vel pars quæ describitur in Extrauag. Suscepti De Elect. & in Extrau. vna Ne sede vac.

Decretũ Curiæ Die 3. Maij.

Placitum Die 14. Februar.

De Stylo quoque sacri Palatij Apostolici, & Curiæ Romanæ Centuriã scripsit Marcus Mantua Benauidius: Et de Vsu iudiciorũ palatij Pontificis Antonius Massa Calesius.

vacante beneficio Ecclesiastico, tuetur Oldradus Responso 226. Ioh. Andr. In Regula Nemo plus Iuris In 6. A quibus non longè abest Petri Cluniacensis celebre dictum, Sunt (inquit) innume- "rabiles & diuersissimæ diuersarũ Ecclesiarum ad "vnam catholicam Ecclesiam pertinentium con- "suetudines, vt penè tanta sit varietas vsuum, quã- "ta multiplicitas Ecclesiarum. Sed non damnat ali- "quem diuersa institutio, quæ & veræ fidei seruit, "& charitatis compaginem non dissoluit. Vbi verò "aut fides læditur, aut charitatis vnitas periclitatur, "si occultè fiat, damnabile est: si publice, damna- "bile simul, & hæreticum est.

4 CESSANT autem Iusta illa caducaria non tantum dirempta lite vltima sententia, sed etiam vindiciaria alterutri dicta sacerdotij possessione. Quãquam enim, adiudicatis vindiciis, maneat adhuc summa Interdicti cõtrouersia de sacro beneficio, placuit tamen Senatui, caducaria iura statim extingui post fiduciariã possessionem ei decretam, qui iam inde Ecclesiastico munere perfungi queat auctore Prætore. Aresto 4. Calend. Februar. An. 1516. contra Aureliorum pontificem. Verùm interdicti lite pendente, primi anni fructum in causam caducariam incidisse eousque Patres iudicarunt, quoad vindiciaria possessio sacri Ministerij alteri ex competitoribus addiceretur. S. Consulto pridie Idus Martias An. 1544. pro Philippo Brya Decano summi Templi Cenomani de annuo prouentu Doyselli Curionatus. Porrò hæsitatum est de Hospitali Æde publica, nûm *Depor-*

His adiungito Curiæ Placitũ aliud, quod recitat Rebuffus, testatúrque se præsente latum à Senatu Die 22. Maij. An. 1550. contra Archidiaconũ Vindocinẽ. qui condemnatus fuit ad restitutionem fructuũ ex deportu perceptorum post sententiam recredentiæ, licet causaretur eos sibi deberi ob non promotionẽ cui beneficiarius nõ adstringitur, nisi pacificus possessor. In §. Volumus ver. beneficium De Collat. In Concord.

Aresto Die 29. Ianuar.

Placitum Curiæ Die 14. Mart.

Rursus beneficiorum legibus non obligantur beneficia vel officia temporalia, quæ mutãtur certo tempore, vt Celera-

ria S. Stephani Tholosa, quum Celerarij mutentur quotannis, vel archipræsbyteratus Bituricen. diœcesis, qui renouantur ad mutationem Archiep. vel Capituli. Gloſa Tit. De Annatis In Concil. Basilienſi.

Die 14. Mart.

tus lege teneretur: Eam Senatus quęſtionem ad plenius deliberandi conſilium reuocauit. Quum enim Carnutum Præſul obtendiſſet Valetudinarium in cauſam caduci cecidiſſe nouiſſimi poſſeſſoris interitu, ob ídque ſacram illius adminiſtrationem clerico mandaſſet, profanam plebeio alicui, prouocatum eſt ab eo mandato abuſus nomine ad Ordinem Ampliſſimum. Sed Epiſcopo mordicus defendente iuſtis caducariis obnoxia eſſe id genus Noſocomia, quæ Antiſtitum beneficiario iure poſſiderentur, Conſcripti Curiæ rem miſerunt in conſilium. Pridie Idus Martias An. 1537. Thuano, appellantis, & Magiſtro, Præſulis cauſam agentibus. Dubitandi argumentum erat in epiſcopum, quòd Xenodochia, tametſi eiuſdē beneficiaria, à qualitate ſacerdotij diſcrepent plurimum, eorúmque reditus fouendis nominatim inopibus ſint ſacrati. Clementina Conſtitutione per literas. De Præb. Hinc annui publicorum Hoſpitiorum prouentus non onerantur fiſcali Decumani æris penſitatione. Ex Reſcripto Iohannis 22. Pontif. Cùm nōnullę De Pręben. In Extrauag. Guymerius in §. voluit in verb. Beneficiorum de Annatis In Prag. Sanct. Idipſum quoque Regiis Galliæ Legibus expreſſum eſt pro Xenodochiis, modò ne ſacri Miniſterij titulo conferrentur. Edicto Franciſci 1. comprobato à Senatu 10. Calend. Iunias. An. 1545. Qua ratione Gregorius Mag. diſtrictè prohibet, ne alio, quàm in pauperum ſuſtētationem conuertantur Heduenſis Valetudinarij reditus à Syagrio Flauię Heduorum pontifice, & Brunechilde

Regia Conſtitutio 15. Cal. Iulias ſeu Die 17. Iunij. An. 1544. Promulgata in Curia Pariſien. Die 23. Maij, 1545.

Noſocomi, Hoſpitalium curatores ſeu adminiſtratores.

Brunechilde Galliarum Auguſta: His adiecit Gregorius nuncupatim, Noſocomis ad Heduenſem Præſulatum adſpirare non licere: ne res (inſit) Xenodochij vel monaſterij iniqua erogatione conſumentes duram egeſtatis neceſſitatem pauperibus ac peregrinis, vel cæteris exinde viuentibus generarent. Regeſti lib. II. Cap. 10. Quinimo, necdum conditis Hoſpitalibus diuerſoriis eiuſmodi, Nazianzenus hortatus eſt grauiſſimis verbis Ærium & Alypium, vt in egenorum alimenta legatam à matre pecuniam, religioſè inſumerēt, nec alium in vſum collatis nummis, piam matris voluntatem eluſam paterentur. Turcæ etiam ipſi tātam publicæ hoſpitalitatis curam gerunt, vt ſecūdum eorum fana Hoſpitalis vbique Domus conſpiciatur, annuo cenſu inſtructa, ditatáque ad inopes hoſpites excipiendos ac nutriendos. Potiſſimum verò in Conſtantini Vrbe Byzantio, tria viſuntur Hoſpitalitatis diuerſoria locupletiſſima, quæ Muhamedes, Baiazetes, ac Sélymus viciſſim extruxerūt, Turcarum Satrapæ, clariſſimiſque Imperatores. Auctore Poſtello. De Repub. Turc.

Eiuſmodi Hoſpitalia Turcæ vocant Imarats *i. Commēdas, ex nominis interpretatione, ſed effectu noſtris diſsimiles: quum illarum reditus pauperū eleemoſynis omnino dicati ſint. Hoſpitale autem ſeu Eleemoſynaria, à Sultano Muhamede conſtructa habet ſexaginta millia ducatorum annui prouentus. Ex eod. Poſtello.*

§ PVTARIM ergo ſacra egenorum domicilia *Deportus* onere meritò eximi, ni forſan pendente de Xenodochij titulo contentione, Diœceſanus Præſul curatorem bonis præficiat in pauperum gratiā duntaxat, vt ipſorum interim alimoniæ fructus annui deſtinētur omnimodo, & addicantur. Cæterùm ex communi Eccleſiæ vtilitate certis monaſteriis adſcripti ſunt quorundam ſacerdotiorū reditus primi anni. Vtputa Cœnobio D. Victoris

Ecclesia S. Martini De Champeaux.

Parisien. competit, Annaria quadam Caducorum lege, sportula Ecclesiastica recèns mortui Canonici in principe Æde Lutetiana, apud D. Marcellum, Germanum Altissiodoren. in Vrbe Parisiensi, tum in Collegio canonicorum fani Clodoaldi, & Fani Martini Champellei. Rursus extra Parisiorum diœcesin cœnobitæ illi fruuntur eodem sacrarum annonarum prouentu (vti Regalibus quibusdam) in sacro Sodalitio Meduntensi, atque in Melodunensi Basilica sacra almæ Dei genitrici. Cur autem beneficiarium hoc ius Regaliorum nomine censeatur vulgò, mihi non planè liquet: Nisi quòd fortasse Reges, dum aliquot sacerdotũ Collegia instituerent, sibi receperint vacantium sacerdotiorum proximos quosque reditus, velut augusti patronatus symbolũ: Quas deinde profanas perceptiones ipsi Cœnobiis transcripserint. Ac variè id quidem ex varia Templorum fundatione decerni solet. Imò & Ecclesiæ compluscullæ iam olim in suorum bonorũ Societatem Reges adsciuerũt ac principes viros: vt maioris patrocinij tutelæq; præsidio aduersus persecutores Ecclesiæ munirentur. Qualis hæc antiquitus pacta bonorum communio inter Bonæuallis cœnobitas, & Ludouicum Iuniorem Gallorum Regem. *Ego Ludouicus dei gratia Francorum Rex &c. Notum igitur facimus, quòd Abbas de Bonaualle, & totus eiusdem monasterij conuentus nos æquiliuerunt & participes constituerunt in Villam suam, quæ vocatur Laureium, quæ sita est super aquam limam in bosco & plano, & in omni eo quod ipsi habent apud prædictam Villam, & in eius*

Speciali iure istud Victorianis Monachis attributum est, vt præbendæ fructus percipiant in aliena Ecclesia collegiata, vel cathedrali. Nam alioqui, teste Hostiensi, nec vllus quidè in omnibus Ecclesiis cathedralibus regni Franciæ admittitur ad cantandum in choro, nisi sit clericus eiusdẽ chori. Hostien. In Cap. 1. De Celebr. miss. Glo. In verb. ingrediantur Tit. Quomodo diu. offic. sit celeb. In Prag.

Sic in Lemouicensi vrbe iuris dicundi potestas est penes Regem & Episcopum communi quadam Paritate, seu Paragio, quod vocant.

Regiis istis Codicillis Abba & Conuentus

eius parochia, excepta decima, quæ altaris est, & Ecclesiæ, & vna carrucata terræ: Et Rex habebit aliam, si voluerit &c. Anno Domini, 1160.

6 EADEM de causa Francici etiam Proceres patronos se, & Ecclesiasticæ vindices libertatis præbuerunt: illecti nimirum vltronea illa sacrarum opum communicatione, oblatóque in eam rem à Clericis bonorũ suorum consortio. Sicuti enim Rom. Cæsares passim apud Tacitum scribebantur à priuatis hæredes ex triente vel semisse, quo tutius ab his reliquum patrimoniũ liberis ac propinquis adseruaretur: Ita inuidiosæ olim Templorum diuitiæ necessariò tegendæ fuerunt præpotenti Magnatum auctoritate: quibus idcirco illæ, veluti sociis rerúmque consortibus, ab Ecclesia in commune conferebantur. Cuius rei testis est Societatis chartula inter Theobaldum Tricassium Comitem, & Morismontis cœnobitas, de syluis istorum præsertim. Mense Octobr. An. 1200. Aliæ item cõmunionis bonorum obsignatę tabulæ à Theobaldo Campaniæ Francicę Regulo cum Molismensi cœnobiarcha, sic leguntur. *Ego Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus &c. Notũ facimus vniuersis, quòd viri religiosi Abbas Molismensis Ecclesiæ, & Conuentus in tota Iustitia sua, quã habent in hominibus & fœminis in bosco & plano, pascuis & aquis apud Essoyam, apud Verpilerias, & apud Polineum & iuremanentiam, quam habent in dictis Villis, me & hæredes meos Campaniæ Comites associant, & iterum medietatem emendarum, & eschettarum tantummodo mobilium, hominum & fœminarum, quas habẽt ad*

pariter à Rege acciti sunt in societatem totius territorij, quod rex apud Parellos habebat, variæque indictionum exemptiones irrogantur Vicanis De Loray in agro Melodunensi.

Inique verò M. crassus & Q. Hortensius, quum Minutij Basilij testamẽto falso hæredes à quodam inserti fuissent illius confirmãdi gratia, quod potentissimi ciues essent, facinoris alieni munus non repudiarunt. Ita quod scelº vindicare debebãt, inhonesti lucri captura inuitati, auctoritatibus suis texerunt. Ex Valer. lib. 9. Cap. 4.

Appariationis seu consociationis Literæ inter Comites Campaniæ, & Monasteria nonnulla pro rebus istorũ ac bonis

conſeruandis. Tales Appariationes eccleſiaſticas perſtrinximus paucis Lib. 2. noſtri Tractat. De Domanio Frãciæ Tit. 4. in noſtris ad eundem Annotationibus.

præfatas villas, & apud Seruigneum, mihi & hæredibus meis concedunt iure perpetuo poſsidendam, ſimiliter & medietatem abonamentorum, & tailliarum &c. Similiter abonamenta recipientur, & alia omnia ad dictas Villas pertinentia, quæ habent fieri vel diuidi inter ipſos & me, vel hæredes meos tam de mandato ipſorum, quàm de mandato meo, vel hæredum meorum &c. Et altera medietas erit in perpetuum Abbatis & conuentus prædictorum &c. Omnia verò ipſorum ad dicta loca pertinentia ego & hæredes mei tanquam noſtra propria tenemur garantire bona fide: Ita quòd omnia ipſis omnimodo ſalua erunt ſimiliter bona fide &c. Menſe Martio An. 1233. Hæ Societatis literæ denuo comprobatæ à Philippo Valeſio Francorum Rege. Menſe Aprili An. 1329. De Moliſmenſi autem Eccleſia, pióque in eam ſtudio Theobaldi illius Campaniæ Comitis ſcripſit D. Bernardus ad Eugenium 3. Pontif. Maximum Epiſt. 60. Et ad Vidum Abbam Moliſmenſem Epiſt. 80.

Numaria hui' Annatæ æſtimatio Pontificatuũ, ac cœnobiorum Galliæ deſcribitur alphabetico ordine in Libello, cui titulus eſt, Taxa & Valor beneficiorũ Regni Franciæ, tũ Taxis cãcellariæ Apoſtol. Necnon ſacræ pœnitẽtiariæ itidem Apoſtolicæ.

VVLGARES ſacerdotiorum Annatæ, de quibus paulò antea, ſublatæ ſunt Baſilienſis Conuentus Placitis, nulla vetuſti moris harum exigendarum habita ratione. Tit. De Annatis in ver. præ textu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti. Secundum quæ, Ampliſſimus Ordo in publicis cauſarum actionibus pronuntiauit. Areſto Nonis Quintilibus An. 1551. Contra Druydum Archydiaconum in Carnotenſi templo maximo, qui ſacerdotiorum caducario iure illo ſummotus eſt. Vergneo, Hieronymi Meſnilij appellantis, & Regnardo, aduerſarij cauſidicis. Eodémque S.C. decretum,

Senatus decretum Die 7. Iulij.

decretum, Archydiaconos Carnutenſes in poſterum ſacram ſuam prouinciam per ſe luſtraturos, non per procuratores: niſi morbo, aliiſue legitimis de cauſis ab eo inuiſendi munere ipſi auocarentur. Alioqui nullum ſacræ viſitationis præmium iis ſtipendiúmque exoluendum. In Anglia certè caducarios Eccleſiaſtici beneficij reditus Princeps carpit primo quoque vacationis anno. Quam Erricus 8. rex noui quæſtus rationem fertur in vſum inuexiſſe. Porrò vbique terrarum permanſit in ſacris Militantium Familiis iuſta Annatarum exactio, Oeconomica illorum Lege ſancita & adprobata. Nam Militarium Fiduciarum cenſus prouentúſque huius Ordinis ſummo iure competunt ſacro Ærario, non priuatis poſſeſſoribus: quibus illæ duntaxat bino luſtro poſſidendæ commendãtur lege annuæ penſitationis, quaſi pacta fundi conducti mercede. Vti cautum eſt Melitenſis Militiæ Sanctionibus In Tit. De communi Ærario cap. 1. Ob id Pręceptores Hieroſolymitani, quibus fiduciaria hæc dantur Sacerdotia, exæquantur nudis Inſtitoribus, qui dominicis negotiis præponuntur. Hoſtienſis diſertè, Innoc. & Andr. In Cap. Cum deputati De Iudic. Steph. Bertrandus Reſponſo 140. Volum. 2. Hinc minùs mirandum, primi anni fructus vacantium huius Familiæ ſacerdotiorum fuiſſe publico Ærario attributos. Conſtitutione eiuſdem Ordinis ita relata: *Statuimus, quod decedentibus Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, Baiuliuis, & Commendatariis, quandocunque & quotieſcunque id accciderit, membra depen-*

Iſtic Bertrandus ſcribit Præceptores ſeu Cõmẽdarum poſſeſſores eſſe tantũ Priores manuales cum onere Penſionis annuæ.

Statutum ordinis S. Iohan. Hieroſolymitani de iure mortuariorum, & vacantium ſeu annatarũ. Cõmunis autem Theſauri huius Ordinis, de quo hic in textu, mentionem facit Bertrandus expreſsim Conſil. 140. Parte 2.

Daubusson Magnus Magister Ordinis Rhodiēsium Equitum has Constitutiones edidit de sacri Cōuentus sententia. Si tamen à Magistro priuatim aliquid bullatis suis tabulis deceneretur contra sacros canones, concilia, vel iura Regia, locus esset Prouocationi ex abusu ad Curiā Parisiensē. Vt cōstat Arresto Die vlt. Iulij An. 1544. inter Fr. Vilhelmum Quinoniū appellantē ex abusu, & Fr. Ioh. Quintinum De Corbolienſi eiusdem Ordinis sacerdotio.

dentia à Prioratib⁹, Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, & Commendis, & illi qui ea possident, teneantur soluere iura mortuariorum, & vacantium, quemadmodum administrationes à quibus dependent. Decernentes, quod in literis & bullis administrationum membrorum debeant expresè reseruari iura cōmunis Ærarij, & Vacantis. Quæ etiam si non reseruata essent, intelliguntur implicitè reseruata, & ad id obligantur. Quid verò si eiuratum sit tale sacerdotium, cessionéque vacans impetratum? Aduerte quæ Fr. Petr. Daubusson de eo statuerit. *Quod ex omnibus Prioratibus, Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, Commendis, & administrationibus, quæ per cessionem & resignationem ad manus alterius administratoris peruenerint, fructus & reditus duorum annorum integrorū Ærarium ipsum percipiet. Quos nouus administrator soluere tenebitur, vel si vtilius videbitur, Receptor dictos fructus ipse colligere, aut alteri locare debebit. Exceptis his, quæ ratione melioramenti capiendi, vel permutationis secundum formam Statutorum nostrorum factæ, dimittuntur.* In Tit. De communi Ærario.

Quod Statuto huiusce Ordinis cautum fuit, æris alieni debitorē minimè ordinatum iri, nec ad sacerdotia eiusdem Ordinis promouendū, id sacris Canonibus affine est, vetātibus, ne quis ad

His consequenter Melitensis Ærarij debitor vacantium exinde Sacerdotiorū habetur incapax Familiari huius Sodalitij Lege lata à Fr. Baptista Vrsino totius quondam cœtus principe. Vnde nuper Fr. Michaëli Seureo negarunt Religiosi Patres militarem Fiduciam D. Magdalenæ sacram in Diuionensi Galliæ vrbe: Quam tamen is sibi peculiariter adscriptam ex sacra sua Campaniæ Præfectura intendebat. Quum enim hic Gallicæ Campaniæ Archiprior Ordini suo obstringeretur

ratiocinia obligatus promouetur. Can. 1. 21. Quæst. 3. Cap. 1. & 2. Ne cler. vel mon. Nisi is administratione depositā rationes reddiderit. Quo casu licitè ordinatur. L. Officiales Cod. De Episc. & cler. Tamen administrator miserabilis personæ, vel ecclesiasticæ possēt promouēri. Can. pernenit. 86. Distinct. Sed debitor Ordinis Hierosolym. ex speciali Statuto ab eius sacerdotiis arcetur.

In Nicæna Synodo Præsulibus quibusdam libellos accusationum in alios Præsules offerētibus Constantino Cæs. hic in mediis comitiis dixit se eos libellos non inspexisse. Dei enim ac Pontificum, non suam esse cognitionē, addiditque, si Antistitem in adulterio de-

ære alieno ex *Deportu* seu caducario prouētu Leodiensis Præceptoriæ, Diuionēsem interea vacuam Ordo ipse & petenti debitori renuit, & Fr. Claudio Iobelino adiudicauit. Ab hac verò sententia appellante Senatum debitore abusus ergò, Marius pro eo, abusos fuisse potestate iudices ad contemptum Francici decreti Regij in Prætorio, quo nominatim præscriptum fuerat, illius quæstionem debiti in terra Gallia à duobus sacris Equitibus decisum iri, quibus id muneris Rhodius Magister delegatum voluisset. Aduersus ea, Nos pro Iobelino, in promptu constare, appellantem Ordinis debitorem esse. Monasticarum Legum executionem simul & interpretationem ab aliis petendā non videri, quàm ab ipsarū conditoribus regulariſq; Patribus Collegij, ex vetere Cœnobiorum ritu ac consuetudine, tum ex prisca Militaris huiusce Ordinis Sanctione. Tit. De Consilio In Lib. Statutorū sacri Ordin. Hierosolymit. Hinc earū disceptationem Legum egredi septis, clausträsque Cœnobij nec decere, nec vllo modo oportere. Quandoquidem monasticę vitę rationes ita componendæ, teste Hieronymo, vt cœnobita vnius disciplinam Parentis monastici agnoscat, amplectatur. Libello De regula monachorum. Nil itaque proponi, cur neglecta putaretur Regij decreti auctoritas, quum & in Francicis oris denuo bini Equites Archipriorem cognita causa debitorem pronuntiarint ex Regij animi sententia. Disserebam, ad hæc, Statutum in debitores Ordinis fauorabiliter recipiendum, conforme scili-

prehendisset, se eum sua occultaturum Purpura, ne ab alio obscuratus noceret exemplo. Auct. Theodoritus Cap. II. Lib. I.

cet antiquæ Ecclesiarum disciplinæ sanctissimísq; Maiorum institutis. Nam & Mauritij Augusti constitutione cautum fuit primitus, ne ratiocinii obnoxij, procuratores, debitores in Clerum aut monasterium cooptarentur, priusquam dispũxissent rationes, alienúmque æs dissoluissent. Vt est apud Gregorium Mag. Regesti Lib. 7. Cap. 11. Tota distinctione 51. & 53. apud Gratianum. Concilio Carthaginensi, ex quo desumptum Caput 1. Inter Decretales Epistolas De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. Iuxta quæ sancitum est olim à sacro Militantium Equitum Ordine, in hęc verba: *Quod nullus frater Ordinis nostri, cuiuscunque fuerit conditionis, qui debitor nostri communis Ærarij fuerit, dignitates, commendas, officia, & beneficia ordinis nostri vllo pacto consequi possit, quousque debita sua eidem Ærario persoluerit.* Cui constitutioni subiungitur hæc à Fr. Iohanne de Homedes condita, Ordinis Magistro: *Quod Frater, qui tempore smutitionis dignitatum seu commendarum in lingua faciendæ communis nostri Ærarij iurium debitor fuerit (nihilo ei suffragante, quod ante in manibus eiusdem ærarij pro soluendis debitis suas commendas posuerit, vel post ipsam smutitionem communi ærario satisfecerit) dictas dignitates seu commendas vacantes consequi non possit: imo ad eas consequendas penitus inhabilis & incapax censeatur.* Tit. De communi Ærario. Eapropter descendit in causam Fonteneus pro Melitensis Ordinis Syndico, præfractéque asseruit, prouocantem illum, vt debitorem esse communis Ærarij, ita sacros Iudices, qui excluso eo, controuersam

Ex Volum. Statutorum Ordinis Hierosolymitanæ sacræ Militiæ.

Quum Hipponensis Pontifex B. Augustinus quæreret in Africana Synodo, an procuratores actores, executores, seu curatores pupillorũ deberent ordinari, quòd multum æris alieni sub tali administratione lateret, Gratus Antistes respondit, illos nõ nisi post depositã onera & reddita ratiocinia ordinãdos esse, & ad sacerdotium Ecclesiæ recipiendos ac prouehẽdos. Id quod eadem Synodo fuit constitutum.

Præceptoriam clienti nostro addixerant, minimè abusos fuisse iuridica potestate. In media autem hac fori disceptatione dixit appellans, experiri se velle interdicto vti possidetis eiusdem Præceptoriæ nomine. Cui extemplo respondimus, in sacris talib[9] Fiduciis interdicto locum non esse, temporariis nimirum, & temporis solum interuallo cõmendatis, non perpetuis. Quippe quæ ad Ærarium modò pertineant mancipio ac possessione. Vt patet ex Constitut. Ordinis Tit. De communi Ærario. Atqui depositarius nec possidet, nec vtitur interdicto. Rursus Militiæ sunt istæ veriùs quã sacerdotia, nec ideo nisi à Duce militię, qualis est Ordinis Magister, diiudicari solent. Quod à profanis etiam militibus inter ipsos vulgò obseruatur, vt scripsit Vegetius Lib. 2. De re militari Cap. 9. Negotium denique longa actione discussum in foro P. C. consilio commiserunt. 7. Kalend. Februar. An. 1576.

9 SIC Reges nostri, eorúmve Magistratus haud facile conuellunt sacras Monachorum Constitutiones, quæ Regularẽ spectent disciplinam. Quãuis enim Princeps territorij rectè ius dicat profanis Clericorum possessionibus, quarum ratione Sacerdotes Regiæ Legi imperióque subiiciuntur. §. His ita 11. Quæst. 1. §. si mundum 23. Quæst. 3. L. De his Cod. De Episc. & Cler. Quod in beneficiariis præsertim fundis obtinet. Cap. Ex trãsmissa. Cap. Verum. De foro compet. Quoties tamen agitur de Sacerdotiorum iure ac titulo potiùs quàm de reditib[9], id monastici arbitrio Colle-

Pari argumento Iohãnes 22. P. P. edixit vicarias temporales beneficij appellatione non cõtineri. In Extrauag. Execrabilis De Præb. Idem cẽsuit de confratria B. Mariæ presbyterorum Parisien. Gloza. in §. voluit verb. beneficiorũ De Annat. In Prag. Sanct.

Die 26. Ianuar.

Hinc est, quòd licet iure Canonico à Præsule laicam seu tẽporalem iurisdictionem exercente prouocaretur ad archipræsulem. Cap. Romana §. debet De Appel. In 6. Hoc tamen intelligendum est, vbi profana iurisdictio in episcopos omnino trãslata est: Si autẽ feudario iure eã à Rege habeant, eique homagium facere iurisdictionis eiusdem ratione

eeneantur, tunc à Pontificũ iudicibus ad proximũ superiorẽ laicũ eius territorij quod possidet Ecclesia, est appellandũ. Bart. In l. 1. §. si quis à Principe. D. De appellat.

gij relinquendum. Atque omnino, vt sacræ Politiæ seruetur modus, Nicolaus P. P. rescribit ad Græcum Augustum, ne Cæsar Pontificatus iura, neu Pontifex Imperatoria insignia sibi postmodum vsurparent. Can. 6. Distinct. 96. Inde fatetur Alexander 3. non esse à ciuili magistratu ad Sanctam Sedem prouocandum, præterquam ab iis, qui profano tenerentur Pontificij imperij dominatu. Tametsi idem agnoscat, ex more tum recepto diuersum custodiri in perniciem profanæ iurisdictionis. Cap. Si duobus §. 1. De appellat. Ideóque talem iudiciorum ritum Gallicus fori vsus dudum obliterauit. Vt Somnio Viridarij proditum est. Lib. 2. Cap. 93. Et à Speculat. In 2. Parte Oper. Tit. Ad quem appellandum sit. Sanè prisci Galliæ reges piè religioséque sinebant Hierarchas iudicia inter profanos exercere, perinde ac sacratos inter homines. Id quod pluribus Iuris argumentis adstruxit Clericus aduersus Militem in Somnio Viridarij Lib. 2. Cap. 13. Ex sacro oraculo 18. Cap. Deuteron. Sentiebant enim Christianiss. Principes Imperij sui fastigium sustineri cœlestis Numinis cultu, demissáque Ministrorum ipsius veneratione. Cuius rei insigne testimonium extat In Libello D. Cypriani Opusculis inserto, laudum præcone Pipini Aquitaniæ Regis. Idcirco enim Pipinum narrat de Vandalis triumphalem victoriæ lauream retulisse, quòd rem Christianam, sacerdotibus in pretio habitis, egregiè promoueret. Vandali enim classe vecti tempestatibus appulerant in portum Angolismensem situm in

Citauimus supra huius Somnij scriptorem, hoc tamen delectu, vt impiũ illum in minuenda sacrosanctæ Potestatis auctoritate haud dubiè existimemus.

Ita cœlesti præsidio Gedeon Israelis iudex, cùm cæteri Iudæi virtutẽ animúmque amisissent, Arabum & Amalechitarum exercitus magnitudine conterriti, ex omni Hebræorũ numero solos trecentos delegit: atque eo tatum comitatu, noctu hostes in ipsis castris inuasit, cõ-

in Alniensi Aquitaniæ regione. Quo in territorio Pipinus Regiam tum sedésque locauerat ad Vultona flumen in Palatio, qui Engeriacus vocabatur, mediis Pictonum & Santonum finibus. Hic igitur bellatorum stipatus manu cùm occurreret Vandalo hosti, eum incruento Marte profligauit, diuinóque nutu Vandalica acie fusa, ne tantæ quidem cladis nuntius superfuit, vicenis duntaxat ex Aquitanorum militum agmine desideratis. Mox Pipinum labore semisomnem excitauit cœlitus emissa vox, Cur te ita piger oppressit somnus? Scito magni viri Iohan. Baptistæ caput ex Transmarinis oris in hanc regionem vna cum tribus pueris insontibus deferri, & illius te promeritis ex nouissimo prælio victricia signa, Diis auspicibus, reportasse. Ecce enim tua prementes vestigia fratres septem specie amictúque viatorum ac peregrinorum, quibus qui videtur præesse, Fœlix appellatur. In eorum occursum perge cum paucis, & submissione Christiani pectoris benignè amplectere. Pipinus subinde, exuto paludamẽto, paucíq; comites cinere tecti & cilicio famulis Dei processêre obuiam, vti ea de re præmonitus fuerat oraculo Princeps. Cúmque mutuò se iacentes prostratíque conspexissent, tam is quàm omnes qui aderant, proni in terram tandiu adorauêre (inquit Auctor) quoad famuli Dei locum vsque, vbi procubuerant, peruenissent. Tunc *Dominum* sacro celebrantes præconio, salutéque sibi inuicem dicta, oculum pacis mutuum dederunt, erectíque humo interrogabant se vicissim, qua de causa, quo

iectaque omni eorum multitudine in fugam, ex ipsis centum millia occidit, à reliquis Iudæis in cæde fugientium adiutus. Ex Capite 7. Iudicum In sacris Bibl. Ionathas autẽ Saulis filius, vno dũtaxat comite sequente, hostiũ castra noctu ingressus, passim cum cæde peruagatus tantum pauoris iniecit Philistæis, quorũ erant castra, vt cùm omnia ab hoste teneri crederentur, facta sit fuga. Accurrit eo Saulus cum parte copiarum, Philistæósque passim dispalatos trucidat. Sic diuinæ opis miraculo Iudas Machabeus tribus inermium millibus maximũ hostium exercitum delenit. 1. Machabæorũ Cap. 3.

ve Superûm afflatu visa ab iis auditáque isthæc obtigissent. Vir autem *Domini* Fœlix cuncta sentiens à Numine patefacta, rei gestæ seriem pandit ordine, quemadmodum sanctam Syonis Vrbem adierit voti reus, & abditos sacrarum reliquiarum thesauros Deus ei reuelarit, detexerit. Exhinc fusis in Numen precibus, cùm omnes respõdissent, Amẽ, Fœlix pretiosissimas gemmas in medium protulit, Caput scilicet Iohan. Baptistæ, sociorúmque eius Martyrum Innocentium reliquias: Quorum memoriæ Diuorum à Fœlice sacrati hymni & psallentiũ chorus ab eo dirigi cœptus. Quo audito, Aquitana phalanx tota procurrit obuiam, & cæsorum in acie cadauera prę ferens opem implorauit Immortalis Dei per præcursorem suum Iohannem: vt cuius reliquiæ istuc aduectæ essent, diuino instinctu mortalibus ostenderet. Tum manu prehendentes sportellam, qua B. Iohannis caput condebatur, singulis eam feretris imposuerunt, tangendámq; à mortuis curauêre. Ita subinde ac tetigit ossa iacẽtium, miro opere vita per mortuum mortuis reddita est. Protinus autem funerati viceni surrexêre, quasi repente experrecti, à somnóque excitati: & qui à lugentibus amicis efferebantur ad tumulum, iisdem gaudentibus ad vitam redibant. Ea vero Pipinus Rex intuens totúsque exercitus *Magnalia Domini*, per antecursorem suum Iohannem Baptistam prodita, sublatis in cœlum manibus festóque plausu Deum collaudarunt, *qui fecit mirabilia in Cælo & in Terra*. Hæc D. Cypriani Libris intexta comperies In Tract. De Reuelatione capitis D. Iohannis Baptistæ.

Christiani in Samarcandi Hyrcaniæ vrbe templum Diui Ioh. Baptistæ extruxerunt, cuius fornix vnica columna in medio posita sustentaretur. Coacti tũc sunt Ismaëlitæ Christianis inferiores columnam Christianis cõcedere. Dein Christianorum rebus attritis, & Ismaëlitis columnã suam repetẽtibus spe euertendi templi, Christiani ad preces conuersi sunt. Mox fornix in sublime eleuata, columnam secum plusquam pedali altitudine à sua basi traxit: atque ita suspensam retinuit, vt hoc miraculo plurimi ad fidem Christi conuertẽtur. Ex M. Pauli Veneti Lib. 1. Cap. 39. De Region. Orientul.

Sic Prochorus discipul⁹ B. Iohannis Euangelistæ De eius vita, miraculis, & assumptione Tractatum edidit.

10 DIGRESSI sumus in ea Francicæ Religionis exempla paulò copiosiùs, vt intelligerent omnes, Gallici imperij fœlicitatem canæ Fidei, veterúmque pietati Regum acceptoferendam, & inclytos terræ Galliæ Rectores Sacerdotibus summas honoris partes detulisse. Ac ne interim ab Ecclesiastica bonorum Oeconomia discedamus, innumerato sunt complura regio sumptu extructa, dotatáque cœnobia, velut perpetuum sparsim triumphati diuino munere hostis monumentum. Nec aliter Otto Insubrum regulus, partis de hoste trophæis, dedicauit Aram in Mediolani templo maximo Diuæ Agneti, quam in prælio vouerat: addidítque agros in alimenta sacerdotum, qui quotannis eius diei memoriam celebrarent. Idque adhuc singulis annis in vrbibus Mediolanensi ditioni contributis religiosè repetunt Prætores, Decurionésque, ad tubarum cantum instauratis sacris post ducentos & sexaginta annos. Iouio teste in Mediolanen. Principum Hist. Porrò Britanniæ regi Ælfredo sanctum solemnéque fuit, annuum censum trifariam partiri: sic, vt primam quidem inopibus partem, alteram cœnobiis quæ conditerat ipse, postremam Scholæ ex variis coactæ prouinciis, clericis & literarum doctoribus consecraret. Anno Salutis 888. Auctore Matthæo Vvestmonasterienſi, Rerum præsertim Anglicarum scriptore peruetusto.

Ethnici quoque fœlices Prælio-rum euentus in religionem vertebant, & templa Diis consecrabant. Sesostris Ægyptiorũ rex, cum multos populos suo imperio bellica virtute adiecisset, ex præda hostili singulis Ægypti ciuitatibus templum ei Deo constituit, quẽ præcipuè colebant. Diodor. Sicul. Lib. 2. Cap. 2. Et Timoleõ Corinthius, qui Dionysij regnũ euertit in Sicilia, tantum abfuit, vt post clarissumã victoriam sit religionis oblitus, vt paternã domum in Tẽpli vsum conuerterit.

11 CVRIALE incunti sacerdotium necessaria do-

mus, quam incolat, Presbyteri domicilium vulgò dictum. Paroeci enim tenentur sua impensa ædes construere, quibus parocho frui liceat, commoda instructas supellectile. Decreto Senatus pro Ludou. Garroto curione Longipontis ad Mõtemlericum, in diœcesi Parisiẽsi. 3. Idus Decemb. An. 1540. Refectio autem curialis huiusce ædificij cuinam incumbat, parochóne, an paroecianis, ardua quæstio. Placuit Archiepiscopali Tholosatium Iuridico, refectionis onus ad sacerdotem paroeciaci fani pertinere pro rata sacrorum redituum, qui ei supersint, portione. Decis. Capell. Tholos. 499. Quod in Normania vsu receptum innuit Alexander 3. P. P. ad Lexouiorum Præsulem scripta Decretali Epistola 4. Tit. De Eccles. ædific. Eóque in negotio patrium morem seruandum notat Siculus, & Doct. in Cap. 1. Eod. Tit. Puta, si Fabricæ onus in populum transferat consuetudo regionis, ab eo iure, quod tandiu æquum visum est, haud temere discedendum. Hostiens. in dict. Cap. 1. Innocen. In Cap. vlt. De his quæ fiunt à maior. par. capit. Alioquin tenetur presbyter sacra ædificia ex annuo Ecclesiæ prouentu fulcire, instaurare. Saluo eo, vt si deductis ad clerici victum vsumque necessariis, nihil ipsi supersit, paroeci subsidio nummos conferre eam in causam compellantur. Arg. Cap. Si Episcopus De Offic. Ordin. in 6. Proinde narrat Aufrerius, sua tempestate Lectorensem, Mimatensem, Auscìorum pontifices damnatos fuisse à Tholosano Senatu sul cuiusq; templi sarta tecta curare suo sumptu. In

Arestum Curiæ Die 11. Decemb.

In Cathedralibus autem Ecclesiis, quia hæ, vt plurimum, reditus habent distinctos hodie pro fabrica, tũc Prælatus nõ tenetur in restaurationem ædificiorum Ecclesiæ quartam partẽ suorũ reditũ conferre. Vt ait Aufrerius In Tholosana Decis. 499. Imò nec hodie præcisè quatuor partes fiũt Ecclesiasticorũ reddituum, quas prisci Canones instituerãt. Inquit Panor. In Cap. 1. De Eccles. ædific.

Fœlix Auscìorum seu Auxitanus Archiep. Eliberrino Cõcilio subscripsit, Tetradius Aurelianensi 1: Proculeanus Aurelianẽsi 2. Faustus Matisconensi 2: Liceríus Cabilonẽsi. Horum autem Archiepisc. suffraganei Lectorenses episcopi, inter quos Faustus Lectoren. Præsul Matisconensi 5. Concilio interfuit.

Placitũ Senatus Die 3. Octob. 1569.

Die 20. Iulij.

Arestum Curiæ latum D. Broue litis inspectore inter Theodatũ Sarretum, & Iacobum Morinũ litigatores. Eo autem Arestо reseruatum est optionis ius antiquioribus Canonicis: quẽadmodum & alio Curiæ Placito inter Lugdunẽses sacros collegas 7. Iduum Quintilij, seu Die 9. Iulij An. 1565.

In Addit. ad Decis. Capel. Tholos. 499. Nam sactæ basilicæ instaurationi addictus est speciatim totius Ecclesiastici census quadrans, ab antiqua sanctorum Patrum obseruatione, quam Sozomenus recensuit. Hist. Eccles. Lib. 8. Cap. 12. Quin & Parisiensis Curiæ Decreto iussus est Virtutum cœnobiarcha semissem monasticorum redituum insumere in Ædis refectionem Deiparæ Virgini sacræ. Aresto in publicis causarum actionibus lato. 5. Nonas Octob. An. 1569. Brissone, Abbatis fiduciarij, Me, cœnobitarum causam orantibus. Porrò in Canonicorum cœtu, quibus competit singulis domuncula, quæsitum fuit, nûm à sacro illo Collegio tales ædes transcribi in profanum aliquem possent temporaria locatione. Senatus cẽsuit non posse, si modo vel collegarum Ecclesiæ vnus domo egeret, eámque sibi deposceret incolẽdam. Placito Curiæ 13. Calend. Sextiles An. 1566. Quũ inibi Sarretus, & Morinus sacri Sodales aduersus Sodalitiũ ipsum D. Honorati Parisien. iudicio contendissent. Iudicatum quippe, ædes canonicis destinatas, quas Massurio forensi patrono Collegium locarat, haud aliis concedi, quàm petentibus sacris collegis debuisse, pro veteri sacræ Familiæ instituto. Idem planè Tricassibus inualuit Sacerdotalium domuum vsus, vt sua Canonico cuilibet habitatio adsignetur. Auctore Innocentio 3. In cap. Dilecto. vers. Sicut canonicus Trecensis interfuit, & domum quandam per Capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueuerat adsignari. De Præb.

QVOD dicimus præbendam Sacerdoti habitationem, vt frequens sacrum obeat ministerium, cui deditus mancipatúsque est, id summæ innititur æquitati. Nam & assiduæ huius functionis intuitu attributa est Collegiis quibusdam sacrosanctæ vacationis venia in Ecclesiasticis aliis beneficiis, quæ à singulis priuatim Sodalibus possideantur. Ambianæ enim matricis Ecclesiæ Chorus eximitur cõtinui onere ministerij in cęteris Canonicorũ sacerdotiis, quandiu Ambiani clerici in Episcopali tẽplo sacris operentur. Pontificio diplomate Pij 2. sic exarato: *Pius Episcopus &c. Venerabili Fratri Archiepiscopo Auxitanen. Ecclesiæ, & dilectis filiis S. Genouefæ, & S. Dionysij Parisiensium monasteriorum Abbatibus salutem &c. Hodie dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesiæ Ambianen. necnon vniuersis & singulis perpetuis beneficiatis, aliísque capellanis, & perpetuis habituatis in eadem, nostras concessimus literas tenoris subsequentis. Dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesiæ Ambianensis, necnon vniuersis & singulis perpetuis beneficiatis &c. Auctoritate præsentium indulgemus, vt vos ac vestros successores, apud ipsam Ecclesiam personaliter residendo, fructus reditus & prouentus quorumcunque beneficiorum cum cura & sine cura etiam residentiam personalem requirentium, quæ in quibusuis aliis Ecclesiis in dicta Prouincia Rhemensi consistẽtibus obtinueritis, etiam si canonicatus & præbendæ, dignitates in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipsæ in cathedralibus post Pontificales maiores, seu in collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales fuerint, & ad dignitates seu personatus consueuerint aliqui per Electionem*

Priuilegium Apostol. pro Ambianen. Ecclesia Cathedrali, ne beneficiati in eadem residere cogantur in aliis suis sacerdotiis. Die 4. Nouemb. An 1460.

Electionem assumi, cum ea integritate liberè, quotidianis distributionibus exceptis, percipere valeatis, & ad residendum interim in eisdem minimè teneamini &c. Non obstante, quod in ipsis aliis Ecclesiis primam non feceritis personalem residentiam consuetam: Prouiso quod beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenus negligatur &c. Cupientes igitur, vt literæ nostræ sortiantur effectum, discretioni vestræ mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos vel alium, seu alios faciatis auctoritate Apostolica prædicta Decano & Capitulo, personis beneficiatis, Capellanis, & habituatis præfatis, fructus, reditus, & prouentus beneficiorum huiusmodi, quæ obtinebunt, quandiu in prædicta Ambianen. Ecclesia resideant, illícque in diuinis deseruierint, integrè ministrari: non permittentes, eos per Episcopum, ordinarium, & capitula huiusmodi, & quosuis alios ad residentiam interim in dictis aliis Ecclesiis siue locis, & alias contra eiusdem nostræ concessionis formam quomodolibet molestari. Nonobstantibus &c. Pridie Nonas Nouembres An. 1460. Pontificatus An. 3. Nec dispari ratione, Senonensi matricis Ecclesię Collegio indultum, vt Senonum canonici, qui sacro ibidem munere fungerentur assiduè, reliquorum vacationem haberent plenissimam. Principali rescripto Postridie Idus Sextiles 1562. Quod & Senatus probauit 6. Calend. Decembres Eod. Anno. Singula hæc iuxta Edictum Aureliæ latum in maioribus Galliæ comitiis Artic. 5. Neque ab iis prorsus alienũ est quod retulit olim Bohicus, Martiniani conuentus monastici Prefectum apud

Literæ patentes Regiæ Die 14. Augusti.

Die 26. Nouemb.

Henrici Bohici verba sũt hæc, In Ecclesia Parisien. Prior S. Martini de Cãpis habet ratione sui prioratus vnam præbendam. Et in Ec-

cleſia Aurelianen. Abbas S. Euurtij habet vnam præbendam.

Lutetiam, hoc ipſo ſacram annonam percipere in Cathedrali Pariſiorum baſilica ſolido iure, quod monaſticum Primatum exerceat, officioſéque rẽ diuinam peragat in phano Martiniano. Idem iuris à Bohico adſcribitur D. Euurcij Abbæ in Aurelianenſi Æde ſacrarum maxima: cui nempe huius præbendum Templi competat, eccleſiaſticum modo officium in cœnobio ſuo obeunti. Henric. Bohic. In Cap. Deus qui De vita & honeſt. cleric.

Arreſtũ Mag. Conſilij Die 5. Septemb. 1573. iuxta vetus Clementis 6. P. P. Priuilegium Francis regib⁹ pro eorum miniſtris ac familiaribus clericis irrogatum. De quo Nos cumulatè Lib. 3 De Domanio Frãciæ.

Imo Regij etiam ſenatores clerici eo nomine ſoluuntur continui lege miniſterij in ſuis ſacerdotiis, quia Senatoriis Reique pub. negotiis dietim occupentur. Decreto Prætoriani Conſilij, Nonis Septemb. An. 1573. ſecundum Carolum Vallam Regium conſiliarium in Curia Rothomagenſi aduerſus Eburouicum Collegium epiſcopale: Quo in cœtu ſacra ille Cantoris & Canonici munera obtinebat.

ſcholaſtico itẽ venia gratiáq; fit ab Epiſcopo, ne intra ſeptẽniũ ad preſbyterij gradũ neceſſario prouehatur. Cap. Cũ ex eo De Elect. In 6. De percipiendis autem à ſcholari fructibus ſuorũ beneficiorum in abſentia Archyd. In Can. De quibuſdam 37. Diſtinct. & in Cap. vlt. De Reſcr. In 6.

Assidvi quoque immunitas miniſterij beneficiario data eſt literarum ſtudiis incumbenti, eo cum fructu, vt ſacerdotij interim prouentus ſibi lucrifaciat tempore legibus præfinito. Decretali Epiſtola Innocentij 3. Tuæ De Cler. non reſid. & Honorij 3. conſtitutione Super ſpecula De Magiſt. Quam Innocentius 4. ſanctionem repetiit Concilio Lugdunenſi Cap. Cùm in diuerſis De Priuil. in 6. Hęc ſimiliáque ſcholaſticorũ Priuilegia recenſentur à Guymerio Pragmat. Sanct. interprete §. Et quotiens in verb. liberius Tit. De Collat. Eámque Summa Curia ſententiam amplexa eſt ſecundum ſingulare Ius iſtud Canonica lege

Placitũ Curiæ recitatum Die Natali Chriſti profeſto An. 1553.

ge comprehenſum, huic tametſi Canonicorum Societas diuerſam Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem oppoſuiſſet. Areſtis Natalitiis An. 1553. Steph. Leſtagneo Muſarum alũno litigante in Sodales tẽpli Feritatis *Aürain*. Literarũ tamen ſtudioſis haud diſtribuuntur diurnæ ſportulæ, nec aliis diaria huiuſmodi reſeruantur, quàm qui ſacris cantionibus precationibúſque adſiſtant. Enimuero ab hac quotidianæ diſtributionis Regula binum caſum excipito. Prior, in Canonico ſacram Sophiam profitente, qui tandiu cum cæteris reditibus diurnam ſtipẽ percipit omnimodo, quandiu in Theologa profeſſione verſetur. Concilio Baſilienſi in dict. §. Et quotiens verſic. nihil perdat abſens, vbi Guimerius nominatim De Collat. Poſterior caſus, in eo qui morbo diſtrictus eſt, aut occupationibus Eccleſiæ cauſa ſuſceptis intra eiuſdem Vrbis pomœria. Vt ſtatuit Bonifacius 8. Cap. 1. De Cleric. non reſid. Gloſſematarius in §. Iubet, verb. actualiter Tit. Quo tempore quiſque deb. eſſe in choro. In Prag. Sanct. Pontificia autem aſſiduitatis exemptio ſacerdotum, quam *reſidentiam* appellamus, ad illas non porrigitur minutulas erogationes ſeu diſtributiones, hinc nimirum demi ſolitas Romanæ Sedis codicillis. Quales in Archiuis Regij Sacelli de Vado Malneo Cenomanenſi reperiuntur, ita à Clemente 6. conſcripti: *Clemens Epiſcopus &c. Dilectis filiis Abbati monaſterij S. Genouefæ, Pariſienſis, Archidiacono de Dinano, Maclouiẽſis, ac cantori S. Radegundis, Pictauenſis Eccleſiarum, Salutem. Cum ſicut ex parte Philippi Regis, & Iohan-*

Quid autem de canonico ab Eccleſia abſente, venia à collegis impetrata pro tempore, an lucretur quotidianas diſtributiones? Minimè. Sed annuos fructus maiores ſuos facit. Glo. in verbo abſens De Collat. In Prag. Sanct.

Clemẽtis 6. P. P. diploma priuilegiarium in gratiam Canonicorum Regiæ Capellæ Dugué de Maulny *apud Cenomanos, vt à reſidentia in cæteris ſuis beneficiis excuſentur.*

næ Reginæ Franciæ fuit nobis expositum, ipsi ad Capellam manerij De Vado Malundi ad Romanam Ecclesiã nullo medio pertinentis, Cenomanensis diœcesis, quam idẽ Rex fundasse dignoscitur, & dotasse, ac instituisse thesaurarium, & certum capellanorum ac clericorum numerum in eadem, gerant præcipuæ dilectionis & deuotionis affectum &c. Nos ipsorum Regis & Reginæ desideriis ac supplicationibus in hac parte annuere fauorabiliter intendentes, eisdem Thesaurario ac capellanis, & clericis dictæ Capellæ præsentibus & futuris auctoritate Apostolica tenore nostrarum literarum duximus indulgendum, vt ipsi in eadem capella residendo, fructus, reditus & prouentus aliorum beneficiorum suorum cum cura vel sine cura, etiam si dignitates vel personatus existerent, dummodo dignitates ipsæ maiores in cathedralibus post pontificales, & in collegiatis Ecclesiis principales non existerent, cum ea integritate liberè perciperent, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, cum quæ illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, in quibus huiusmodi beneficia obtinuerant, personaliter residerent, & interim ad residendum in eis minimè teneantur &c. Prouiso quod beneficia huiusmodi debitis interim non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eisdem, quibus illa forsan immineret, nullatenus negligatur, sed per bonos & sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorũ prouentibus necessaria congruè ministrentur, diligẽter exerceretur, & deseruiretur inibi laudabiliter in diuinis. 5. Calẽd. Octob. Pontificatus An. 2. Regiæ itidem Aulæ sacrificulis singulari iure competunt aliorum sacerdotiorum prouentus, tametsi absentibus à sacerdotum Collegio, cui ex canonicatus munere sunt adscripti: Dempta

De hoc Collegio Canonicorum Vadi Malnei Cenomanen. eiúsque fundatione Regia scripsimus Lib. 3. De Domanio Frãciæ Tit. De Tabellionibus & Notariis.

Die 27. Septẽb.

Placitũ Curiæ Die 29. Mart.

Dempta solum diurna sportula, quam Priuilegiariis istis carpere non licet. Arresto Curię 4. Calend. April. An. 1575. Victore Petro Vassorio, contra ædis Vulfrannij Pontiuense Sodalitium, cui nos in ea lite forensem patroni operam præstitimus.

14 MANIFESTVM est, absentis Canonici diaria collegis accedere præsentib⁹, velut auctario quodam & incremento. Vt ait Ioh. Andr. In Clem. Vt hi qui §. ipsis Vers. dimidia De ætate & qualit. Et Guymerius In Tit. De Tenẽtibus Capit. temp. missæ. In ver. neque. Sed quid de sportulis huiusmodi, viritim assignatis ac distinctis? Hæ sacris Sodalibus minimè accrescunt: Secus si pro indiuiso fuerint constitutæ. Ex Cardinalis sententia in Clement. Vt ij qui. §. Illi De ætate & qualit. Arg. L. 1. ϖ. De Vsufr. accres. Nam in dispositionibus limitatis, vt nostri loquuntur, cessat ius accrescendi. Bald. in L. 1. Cod. De Secund. nupt. Et in L. Si arrogator ϖ. De Adopt. L. Lucius §. qui habebat π. Ad Trebel. Quoniam verò ingenuarum artium doctori perinde spiritalis annona, prębendũq; attribuitur in Collegio Ecclesiastico oppidi cuiusuis, vt sacræ Scholæ magistro in Episcopali ciuitate, æquum est, diurnas sportulas vtrique pari iure erogari, tanquam absenti è re vtilitatéque publica simili modo. Gallica Constitut. Aurelianensi Artic. 8. & 9. Sed hoc discriminis postea inter vtrumque præbendorum genus interpositum est, vt in Pontificali vrbe adsignetur sacra Annona Diuinæ Philosophiæ professori: Inferiorum autem disciplinarum libros prælegenti

Diaria, distributiones quotidianæ.

Aulicis Sacellanis Franciæ datũ est à summis Pontif. priuilegium, vt Aulico sacello inseruientes aliorum beneficiorum fructus lucrifaciant, in iis tametsi minimè resideant. Quorum Priuilegia Pontificiũ ad literam descripsimus Lib. 3. De Domanio Frãciæ Tit. De Pontificiis in Gallum regem Priuilegiis.

Tria sunt genera distributionum, de quibus expressim Glo. In ver. distributiones Tit. Quo tẽpore quisque deb. In Pragm. Earum quæcũque veræ sunt distributiones, absente canonico, accrescunt præsentib⁹. Ioh. And. In Clem. Quoniã In ver. suspensus De vita & honest. Cleric.

Grossi autẽ fructꝰ canonici absentis accrescũt ecclesiæ. Cap. penul. De Cler. non resid. & ibi Henr. Boh.

ita demum addicatur Ecclesiasticum illud stipendium, si plura in Collegio canonicorum Præbẽda extent quàm duodecim: Dummodo & annuus præbendi cuiusque reditus octoginta libellas Frãcicas non excedat, nec à prima sacri Collegij institutione decretꝰ fuerit literarius Præceptor, qui ex antiqua sacræ mercedis lege dicta erudiret iuuentutem. Ita ab Aulicis Optimatibus definitum in Prætorio ad interpretationem Regij Edicti Aurelianen. Calend. Sextilibus An. 1566. Propter hãc rationem iudicatum deinceps in eodem Principis Auditorio, Sodalitium fani Martini Pontisarę vrbis minimè obnoxium fore alendo ludimagistro, sacræue Annonæ illi præbendæ. Aresto 11. Kaléd. Nouemb. An. 1568. Christophoro Lereo, ac decurionibus Pontisaræ inuicem disceptãtibus. Nec diuersum Prætoriani illi senatores de Vaurensis tẽpli præbendis censuerant paulò antea, aduersus literarium Ludimagistrum, Ecclesiasticæ Annonæ petitorem. Placito sanctioris Consilij Regij 15. Calend. Septembres An. 1568. Vbi Hieronymus De Diuio, Ædiles Plebis Vaurensis, & Canonicorum cœtus, litigatores. Vniuersim demum suspensa est Magistralis huius Annonæ erogatio Regia Constitutione 16. Kalend. Maias An. 1571. Artic. 8. Sed quem & pauculos alios nondum cõprobauit Senatus Parisien. Ex Regestis Curiæ 16. Calend. Septemb. Eod. An.

Die 1. Augusti.

Placitum aulici intimique Consilij Regij Die 22. Octob. Cui affinis est Canonica sententia, canonicorum numerũ constituendum pro Ecclesiæ reditibus Cap. 1. De Institut. Cap. vn. De Statu Regul. In 6. Cap. cũ Martinus De Constitut.

Arestum sacri Consilij Francici, quod Privatũ Cõsilium vulgò vocant. Die 18. Augusti.

Edictum Regiũ Die 16. Aprilis 1571.

Die 17. Augusti.

Eadémque ratione cautũ est ab Innocẽtio 3. Pontif. omnes

PRÆBENDORVM æqualitas inter Sodales ecclesiasticos variis prę́scripta est S. Cõsultis, quorum meminimus Lib. 1. Liceat tantum in prę́sens de spiritalibus Annonis percunctari, quæ patronorum diuersitate, ceu fundatorum inuicem secernuntur. Vtputa in Collegio Ædis Martinianę apud Andes sodalitiæ sportulæ omnes Regij sunt beneficij ac muneris, præterquam vna ea, quam Andium pontifices erogare assolent. Illæ nimirum conditæ institutæque à priscis Andium Toparchis, quibus Franci reges in eum dominatum succesśêre. Hoc autem præbendum plebeiæ fundationis priuatæque existimatur, quod ideo ordinarij cõferunt antistites. Eo modo distincta præbendorum conditione, Regij illi Canonici negarunt Prę́sulis beneficiario æqualem honorum, suffragiorúmque in Comitiis suis, & annuorum cõmunicationem redituum, pro more in ea Ecclesia antiquitus recepto. Victi iudicio, & æqualem in ordinem redacti ab Andegauo proprætore Senatum appellarunt. Qua in lite prouocatoria, non leuibus iidem nituntur iuris argumentis. In Sacra Oeconomia habendam esse qualitatis sacerdotiorum rationem, quæ si disiuncta à se inuicem atque diuulsa sint, paribus honorum & commodorum legibus sociari non debeant, nec adęquari. Habendum esse rursus personarum delectum nõ modò in mandandis sacerdotiis, sed etiam in honoraria prærogatiua beneficiariis ipsis adsignanda pro singularibus cuiusque promeritis, eximiáque virtutis commendatione. Sicuti à Gregorio 9. rescriptum est. Cap. Statuimus. De Maior. & Obed. Vbi Hostiens. In Summa eiusdem Tit. Dispensandas Templorum facultates ex merito gradu,

præbendas tempore institutionis pares esse debere, & præbendas successorum, vel nouiter instituendorum tantũdem valere annuo reditu oportere, quantum Præbẽdas antiquorum. Cap. cùm Martinus In verb. pares De Constitut. Vbi autem præbendæ distinctæ sunt reditibus, fundorumq; adsignatione, de quibus diserte in Cap. ex parte Astensis De Concess. præb. (quales vulgò sunt in Normania) Tunc non vtique fit reductio præbendarum ad æqualitatem redituũ. Vt dixim⁹ Lib. 1.

Inter Ecclesiasticos etiam habetur distinctio in honoribus quibusdam deferendis Cap. 1. De maiorit. & obed. Idem inter profanos. l. honores π. De Decur. Ea per-

crorúmq; miniſtrorum dignitate: inter quos proinde æqualitas ipſa, vel maximam pareret inæqualitatem. Ex Gelaſio Pontif. in Can. Vvlteranæ. Can. Conceſſo 12. Quæſt. 2. Huc alludit Auguſtini ſententia In Libro De verbis Domini, ex eóque hauſtus ſacer Canon Non cogantur 41. Diſtinct. Cap. Cùm ad monaſterium De Statu monach. Ætati præſertim ac ſenectuti inter eorumdem conſortes munerum aliquanto plus tribuendum. Vt reſpondit Caliſtratus Lib. 1. De cognitionibus In L. Semper. ϖ. De iure Immunit. L. Sicut. De Erogat. Milit. Anno. Lib. 12. Cod. L. Si quid π. De Vſufr.

tinet Cã. epiſcoporum 74. Diſtinct. vbi data meritorum paritate præferẽdus & promouendus eſt primo ordinatus.

Si quis recipiatur in canonicum eius Eccleſiæ, vbi eſt certus numerus, ſtatim receptus habet omnia iura quæ alij canonici. Panor. In Cap. relatũ De Præben. Tamen ex ſtatuto vel conſuetudine quarumdam Eccleſiarum nouus canonicus eſt inſtallãdus: Quo caſu, ſi fuerit inſtallatꝰ in choro, habebit ea quæ ſũt chori, ſi in capitulo, habebit quæ ſunt de capitulo. Et ita ſecundum limites inſtallationis reſtringitur ius canoniæ. Abbas in Cap. cùm Martinus Num. 29. & 30. De Conſtitut. Sed illic agitur de canonico ſupernumerario.

EDIVERSO pontificius Canonicus ita defen- 16
dit, nil referre, quàm varia multipléxque ſit ſacrarum Annonarum fundatio, ſeu numerus collatorum. Vſquequaque enim coòptatos in ſacrum Collegium eſſe æqua lance metiendos. Auctore Gregorio Mag. Regeſti Lib. 3. Epiſt. 11. ad Maximianum Epiſcopum Syracuſanum. Nam incongruum eſt, inquit, vnam eandémq; Eccleſiæ ſubſtantiam duplici quodammodo iure cenſeri. Can. Cognouimus 12. Quæſt. 2. Ius enim quæſitum eſt æquabile, inter ſocios præſertim, liberos ciues, comparéſque alios & æquales. Tullio teſte Lib. 1. Offic. Ea de cauſa pariter Sodales fani Georgij Vindocinen. Senatus ad æquam præbendorum communicationem, ſocietatémque reuocauit: tametſi non vnum omnes patronum, conditorémque Canonici illi agnoſcerẽt. Primitus quippe inſtitutus fuit eo in templo ſenarius Canonicorum numerus

numerus cum ſex hebdomadariis, antiqua Vindocinenſium procerum donatione, quam Alexander 3. Pontifex, dum in Senonibus Galliæ ageret, cõfirmauit, ſimul & prædiarias Ædis Georgij poſſeſſiones. Diplomate An. 1164. Huic deinde canonicorum Societati adiectus Primicerius ſeu Capicerius, & Cantor à cœnobiarcha Burgimedij Bleſenſis, & Præfecto Caſtrodunenſis Leproſorum diuerſorij, qui illius cenſores ac emendatores Cleri fuerãt à Purpurato Legato cõſtituti: Cùm hac tamen Reformatorum lege, vt præbendorum erogatio, Septimaniarum, dignitatum, & Matricularium Dynaſtæ competeret Vindocinenſi. An. 1215. At longo pòſt interuallo Ludouicus Vindocinij Regulus octonos addidit canonicos ſacræ huic Baſilicæ, & quatuor vicarios, ſacrificulos ſeu vulgo *capellanos*. 6. Nonas Maias An. 1428. Vnde probabiliter apparebat, recentiores Canonicos, quaſi titulo, vt tempore, inferiores, diuerſęque à prioribus fundationis non eſſe cum iſtis ad paria referendos, nec in opimis ſaltem primarij Tituli commodis lucríſque conſociandos. Nihilo ſecius P. C. æquabilem dignitatis prouentuúmque communionem inter Vindocinenſes canonicos decreuerunt. Placitis Curiæ Sextilibus An. 1570. Ex quo elicitur, ſimile ius collegis Fani Martini Andegauen. ſtatuendum videri: Idque velut Sacræ Politiæ caput quoddam ad Senatus cognitionem pertinere. Sicuti etiam Ordo Clariſs. cenſuit, de præbendorum æquatione Cenomani templi maximi ius à ſe dici poſſe.

Alexander 3. eodem Reſcripto cum ædis Georgij poſſeſſionibus Magiſterium ſcholarũ totius oppidi comprobauit, vna & proceſſiones ex cõſuetudine debitas populares ſeu burgẽſes in caſtro Vindocinenſi, vt Pontificiis verbis vtar.

Hic Ludouicus deinceps in Eccleſia D. Georgij quatuor perſonatus inſtituit, Præpoſituram, Succentoriam, Theſaurariam, & Cãcellariã. 10. Cal. Quintiles ſeu Die 22. Iunij An. 1440.

Die 2. Maij. 1428.

Areſtum ſolẽne Die 14. Auguſti. 1570.

Placitū Curiæ Die 14. Mart.

Aresto Pridie Idus Martias An. 1533. Thuano, canonicorum aliquot, Montholone, fiſci, aduocatis. Siquidem aliud eſt canonicatus, aliud Præbenda, ſeu Annona Canonicis adſcripta. Ille ſpiritalis verè habetur, hæc quodammodo profani iuris, Ciuilíque eſt Magiſtratus imperio obnoxia. Vt notat Innocentius 3. In Cap. Cùm M. Ferrarienſis. De Cõſtitut. Quæ enim ad Eccleſiaſticam ſpectant Politiã, ſeu bonorũ Oeconomiam, Regia ac Sacerdotalis ſibi aſſerit auctoritas. Vt ingenuè faſſus eſt Leo 1. P. P. Epiſt. 29. ad Pulcheriam Auguſtam. Can. Res autem omnes 23. Quæſt. 5. Eapropter Canonicus ille apud D. Martinum Andẽſem, de quo ſ, merito contendit apud Conſcriptos Curiæ, parem ſibi gradum, ordinem, commoda, & emolumenta, quę cęteris Eccleſię collegis, tribuenda ac communicanda.

Nam & licitè fiunt pro laicis in Eccleſia præbendæ, & refert Panor. in Eccleſia S. Martini Carnotẽſis aſſignari aliquas Præbẽdas nobilibus ratione paupertatis, vel alicui⁹ ſeruitij temporalis. Panor. ex Compoſt. In Cap. cum Martinus De Conſtit.

Vilhelm⁹ Cheſnellus in Eccleſia D. Martini canonicus Epiſcopalis, ſeu ab epiſcopo donatus canonicatu.

Hvivs partis ſententiam perſequerer latiùs, niſi pro eo canonico Cheſnello dicendum mihi foret propediem in media fori luce aduerſus Martinianum Collegium Andegauenſe. Hîc interim velut tabulam lectori proponam, antiquum fundationis Inſtrumentum Canonicorum Martiniani delubri, hac ſcriptura. *Comes Andegauenſis Fulco, vxórque eius Hildegardis Comitiſſa dolentes Eccleſiam S. Martini Andegauenſis longo tempore tam deſtructam eſſe, vt vix à duobus preſbyteris Deo inibi ſeruiretur, eam reædificare tantùm conati ſunt, vt tredecim Canonicos ibi ad ſeruiendum Deo cõſtituerent, réſque eis neceſſarias, quæque Eccleſiæ hæreditarie pertinerent, à debitoribus proprio cenſu mercarentur: Comitiſſa verò, maxime*

Fulco cognomẽto Nerra, Andium Comes.

Narrat Glaber Rodulphus cœnobita Cluniacẽſis, Leucacẽſe cœnobiũ (vulgò Belliloci Abbatiã) prope Lochiarũ arcem in Turonibus à Fulcone Andium Comite fuiſſe conditum in pago Turonico, millibus paſſuum interpoſitis à Leucacẽſi arce, & monaſticam hãc ædẽ curaſſe illũ à Petro quodam ſacrãdam, Romano Purpurato Põtificis mandatis, recuſante id officij Hugone Turonum Archiepiſcopo. Hiſt. Lib. 2.

maximè viro ſuo militiæ intento, eleemoſynam ſuam augere cupiens, quæcunque potuit, & quæ veratra inuenit, eidem Eccleſiæ & canonicis intentiſsimè acquiſiuit. Interea erat quidam vir diues in hac Villa nomine Bernaldus de Barra, qui habebat quendam filium Lambertum nomine, quem in Eccleſia S. Martini hæreditare cupiens à Comitiſſa poſtulauit, vt vnam præbendam in eadem Eccleſia ei daret tali pacto, vt omnia quæ ipſe habebat, poſt deceſſum filij ſui Eccleſiæ S. Martini remanerent. Quam rem Comitiſſa libenter annuente, pater & mater filium ſuum ad Eccleſiam adducentes, Deo & S. Martino eum cum omnibus quæ habebant, ï. ſeptem arpentis vinearum, furnero, & domibus ſuis ſuper altare ponentes donauerunt. Hoc donum viderunt & audierunt Beringerus grammaticus, magiſter Raynaldus clerici eiuſdem Eccleſiæ, Mauricius tunc prior &c. Annum circiter 1020. Qua ex Chartula liquet errore lapſum Andenſium Chronicon ſcriptorem, quo loco tradidit, Martinianum templum apud Andes excitatũ fuiſſe à coniuge Ludouici Aquitaniæ regis Hildegardę eóque in tẽplo collegium ſacris faciẽdis ab illa inſtitutum: conſtitutis præterea fundis, vnde ſumptus in cultum ſacerdotum ſuppeditentur. Anno qui fuit Salutis generis humani octogeſimus ſeptimus poſt ſeptingenteſimum. Legi quidem apud vetuſtiores Andium Chronographos,

Gregorius 9. P. P. inſigni Reſcripto cõfirmauit ſacras poſſeſſiones omnes à profanis magnatibus collatas Decano & Capitulo D. Martini Andegauen. eiuſque conſuetudines hactenus pacificè obſeruatas. Peruſij Idib⁹ Februar. Pontificatus An. 8. Hic Põtifex ſedebat An. 1227.

Michael Andium Pontifex Tranſactionis tabulis ceſsit iure procurationis viſitationiſque emolumento ſacris Sodalibus D. Martini Andegau. excepto Epiſcopali Canonico eiuſdem templi, quum reliqui ſolum regem ſuorum collatorem ſacerdotiorum agnoſcerent. Menſe Nouembri An. 1250.

Andica hac Hiſtoria manuſcripta refertur, Ciriacum ſupra Ligerim à Fulcone Ruffo Andegauorum Comite donatum fuiſſe Monaſteriis S. Albini & S. Licinij: deinde à Gofrido

Grisatunica Andiũ regulo Canonicos Lochis in Turonibus constitutos. Tum à Fulcone Nerra Hierosolymis reuerso constructũ cœnobium in honorem Dominici Sepulchri Lochis in Bellolocо, vbi monachos & Abbatem imposuit cum parte veræ Crucis. Et hãc Fulco nouã Ecclesiam suã Odoni Abbati S. Genulphi regẽdam commisit.

(quorum Opera necdum edita sunt), *Præbendam B. Martini Ingelgerio datam, ipsi & hæredibus perpetuo possidendam*. Caluo tum Galliæ Rege. Sed locus hic intelligitur De sacris Annonis Martiniani Turonum delubri, non Andegauensis: quum ea tẽpestate Andes Turonésque iisdem ferme Dominis parerent. *Ex Gestis Comitum Andegauensium*, quæ Thomas Lucheus Odonis Abbæ nomine inscripta de Andegauis Consulibus & Comitibus repperit primùm, & Annalium quorumdam accessione locupletauit. Aucta Comitum Historia à Rabino Brito Ambaziacensi, dein à Fr. N. Maiorismonasterij cœnobita, qui eos dicauit Annales Errico Britanniæ Regi, Andegauorum Comiti, Turonum, ac Cenomanorum, Aquitaniæ Principi, Vasconum Duci, Britonum, & Aruernorum.

IAM satis de sacra Martino Ædé, ipsius modò memoriam sanctissimi Præsulis celebremus obiter pio Sidonij versu,

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo post vitæ tempora viuit honor,
Texerat hic primùm plebeio machina cultu,
Quæ Confessori non erat æqua suo:
Nec desistebat ciues onerare pudore,
Gloria magna viri, gratia parua loci.
Antistes sed qui numeratur sextus ab ipso,
Longam Perpetuus sustulit inuidiam.
Internum remouens modici penetrale sacelli,
Ampláque tecta leuans interiore domo.

&c. Epistol. Lib. 4. Epist. 18.

CANONICIS adhuc fauorabiliores sunt presbiteri

sbyteri animorum curatores in eorum victu ex sacris reditibus adsignando. Parochi enim secundum Episcopos verè Hierarchico Ordini accensentur, cuius Pontifex Rom. obtinet principatum. Canonici verò, cœnobiarchæ, prioratuum Præfecti, sacrorúmque administri, seu sacellani habentur extraordinarij quodammodo, & in partem sollicitudinis duntaxat ascisCuntur. Vnde Curio, quasi in Leuiticæ tribus iura suffectus decumanos agrorum fructus suos facit, veluti canonicam iustámque portionem Diuino elogio Sacerdoti attributam. Præter hæc, tolerabilis Patribus visa curionis possessio, triticarium modium à sua Plebe quotannis recipientis. Senatorio Decreto in Iuridicis Pictonum conuentibus An. 1404. secundum Curionem quendam in finibus sacræ Lucionensis præfecturæ. Quam in sententiam citatur aliud latum Mense Septẽbri An. 1488. Nam & egeno parocho submininistranda sunt à parœcis necessaria vitæ subsidia. Abbas in Cap. Ex parte De Testib. Glos. in Can. Omnis Christianus. De Consecrat. Distinct. 1. Hinc à Tridentino Ecclesiæ Cõsessu prohibitum, ne pensitatio vlla Curialibus indiceretur sacerdotiis, néue ista cũ cœnobio, aut canonicorum Collegio vnirentur, sed tenuibus his potiùs vicina alia coniungerentur. Triden. Cõcil. Sessione 24. Cap. 13. Tametsi rursus qui Iurisdictioni præest, parochum non audiat agentem interdicto vti possidetis de certo sacræ sepulturæ honorario. Ex auctoritate Senatus 11. Calend. Apriles An. 1543. Seruata est tamen curiali Sacerdo-

Cura animarũ bifariam accipitur. Est enim quædã cura fori pœnitẽtialis, & hæc propriè dicitur Cura. Quædã vero est Cura fori cõtẽtiosi, quæ versatur circa exercitiũ iurisdictionis spiritualis, vt ẽ excõmunicãdo, interdicẽdo, absoluendo, similiaque exercendo: Et hæc non dicitur ita propriè cura animarũ. Quia tamẽ hæc sunt animabus medicinalia, Cap. Cùm medicinalis De Sentẽt. excommun. In 6. eadem hæc Cura dici poterit.

Arestũ in Magnis Dielus Pictauiensibus quos vocant.

Placitũ Curiæ Die 22. Mart. 1543.

Agatha, seu Agathopolis, Gallica lingua Agde *in Narbonensi Gallia. Hodie tamẽ Agathopolis, Mõspessulanus dicitur.*

ti possessio capiendi auferendique cubilis, in quo parœcus quisque occubuerit, sua instructi supellectile. Placito Curiæ de parœciaco Fano Stephani apud Agathopolim. An. 1391. Gallo enarrante Quæst. 273. Cui non absimilem consuetudinem animaduertit Decis. Capel. Tholosanæ 387. & 388. Verùm id ciuili quadam moderatione benigniùs temperandum, ne si in parœcum sordidè se gerat templi sacerdos, ipse etiam Episcopus, qui ei curionatum mandauit, censoria virgula notetur Aquisgranensis Synodi habitæ An. Domini 833. Decreto De ordine Rectorum Cap. 4. In summa, parœci licitè vrgentur ad offerenda curioni munuscula & libamina quadruplici casu, vt sensit Thom. Aquinas Secunda 2. Quæst. 86. Primo ex vetustis moribus patriis, quibus Christiana plebs festo quoque die nonnihil porrigere soleat curiali Sacerdoti. Altero, prædij nomine, ex quo solarium Ecclesiæ debeatur. Tertio, ex pia largitione à defuncto collata in Ecclesiam vel vltimis tabellis, vel facta à viuo donatione. Quarto, ob summam parochi inopiam ac penuriã. Quæ omnia Canonicis sanctionibus videntur confirmari. Vt inquit Hieronymus ad Heliodorum. Can. Alia Can. Statuimus 16. Quæst. 1. Cano. sanctorum 10. Quæst. 1. & Pontificiis Rescriptis Cap. Abolendæ De Sepul. Cap. Quanto De Censib. L. Priuilegia In fi. Cod. De Sacros. Eccles. Et ibi Bart. Panor. in Rubr. De Parochiis & alien. paroch.

Ius parochiale sicuti consistit in sacro diebus festis audiendo à Parochianis in parochia Cap. 2. De Paroch. & in perceptione sacramentorũ in Ecclesia parochiali, & vt Parochianus ibi sepeliatur Cap. omnis De Pœnit. & remiss. Clem. dudũ §. verùm De Sepul. Ita consistit in præstatione decimarũ personalium à parochiano Cã. quæsti. 16. Quæst. 1. Item in oblationibus curato faciẽdis Can. omnis Christianus De Consecrat. Distinct. 1. De quibus oblationibus vide not. In Cap. Pastoralis De his quæ fiunt à

INCIDVNT autem plerunque de parœciacis obuentio-

præl. Et Cap. cũ inter De verb. signif.

obuentionibus controuersiæ inter parochum, & sacræ Ædis Tutores, quos vulgari nomine Matricularios nuncupamus. Res præiudiciis Curiæ decisa secundum Lutetianos Ædituos fani Germani Altissiodoren. qui à Præfecto vrbi Parisiensi ad Senatum prouocarant, contra Ecclesiasticum collegium D. Germani, quod parœcianorum regimen habet admixtum. S. Consulto. 14. Calend. Maias An. 1562. Vetitum est enim, ne pro effodienda humo sepulchri causa parochi exigãt quicquam: Sed siquid eo nomine vltro erogetur, decretum, id Ædituorum commodo cedere, non curialis sacerdotis: pro elato funere nummariam mercedem curionibus dependendam, modò ne summam æris excedat, veteri partium Trãsactione præfinitam 4. Calend. Quintiles An. 1456. Ius præterea sedilium in templo priuatis concedendorum Ædituis competere, non parœciaco sacerdotum Sodalitio, vti & epigrammatum vel epitaphij parietibus templi præfigendi auctoritatem, ac quicquid eam ob causam à postulantibus datũ sit, sacræ fabricæ curatoribus totum acquiri, non curioni. Ad hæc, piæ stipis cõquisitionem & collectionem in Fano irritam fore, nisi permissu, veniáq; ab Ædituis impetrata. Quo casu coram iisdem dispungentur Quæstoris eleemosynarij rationes, pariter & sacrarũ Sodalitatum, quas Phratrias vocant, vt reliquæ pecuniæ in egenorum alimenta parœcorum insumantur. Constitutum insuper, sacra libamina Diei passo Domino sancti, i. quæ à Fidelibus tunc offeruntur Almam Crucem

Arestum memorabile inter Canonicos curatos, & Matricularios Ecclesiæ S. Germani De Lauxerrois *in vrbe Parisien. Die 18. Aprilis. 1562.*

Die 28. Iunij.

Phratriæ apud Aristot. in Polit. erant conuẽtus quidam hominum, propria sibi sacra peculiariaq; cõmuniter habẽtium, ab eo dicta Phratriæ, quod communi puteo vtantur, quod Græcè Φρέαρ dicitur. Quo nomine primum quas Confratrias hodie dicimus, id est, communem quandam religionem, appellatas esse putat Budæus In Annot. in Pandect.

adorantibus, ad Collegium Eccleſiaſticum, non ad Ædituos pertinere. Aſt communi opera concionatorem populo quærere tenentur Æditui vnà cum curione, qui tanto ipſe oneri ferendo non ſit: Ea tamen lege, vt parochus Euangelico præconi victum, ſalariúmque præbeat ex opulenti ſacerdotij cenſu, aut viritim certè cum Ædituis nummos conferat in probatiſſimi Eccleſiaſtæ ſtipendium. Ita Placito Curiæ de ſacris concionibus deciſum 5. Idus Apriles An. 1556. ad ſupplicem libellum Epiſcopi Pariſien. Etenim ſacerdotalis animorum curatio conſtat imprimis docēdæ plebis officio, ac publica Diuini Verbi prædicatione. Sicuti Gallica Arelatenſi Synodo 4. ſancitum eſt cap. 3. quo tempore Carolus Mag. rerum potiebatur. Eapropter Paulina ſententia monebantur preſbyteri ſacras ſcripturas nocturna verſare manu, verſare diurna. Timot. 4. Quod & Toletano Concilio 4. repetitū videtur Cap. 24. Porrò quæ ſuperiùs à Senatu pręſcripta dixim⁹ de curionum iure & Ædituorum paroeciaci tēpli inuicem controuerſo, locum habent ita demū, ſi non aliud ſingulari Pactorum cautione inter eos fuerit conſtitutum, (modò ne publica diſciplina, vel tantillum quidem, priuata pactione corrumpatur.) Tūc enim agens alteruter tranſacti negotij exceptione venit repellendus. Qualis fortaſſe vetuſta Ædituorum Tranſactio cum Societate, & Canonicis Fani Benedictini Pariſien. de ſimilis controuerſiæ capitibus ſupraſcriptis, quę magna ex parte ſecundum ſacerdotes dirempta lectitantur. Tabulis 16. Calend.

Areſtū Die 9. Aprilis 1556.

Attendite (inſit Paulus) lectioni, exhortationi, doctrinæ.

Vetus Tranſactio inter Matricularios Eccleſiæ S. Benedicti Pariſien. & Canonicos eiuſdem, approbata & admiſſa in Capitulo maioris Eccleſiæ Pariſien. Die 17. Maij An. 1353. de plurimis iuribus parochialibus. Sed hodie nouis lis inter eos eadē de re mota eſt in Senatu, vbi intendūt Matricularij, eoſdem parochialiū iurium articulos in hac Eccleſia ſeruandos eſſe, quos Curia ſuo decreto conſtituerit inter Ædis Germani Matricularios, & Canonicos: Cuius decreti ſupra mentionē fecimus.

Calend. Iunias An. 1353. Sed iſta omnia ſigillatim percenſere nec operæpretium nunc eſt, nec de iis hodie rurſus adductis in forum quæſtionibus noſtrū interponere iudicium, vel pręiudiciū. Ex quibus aduerte obiter, non minimā eſſe Ædituorum in paroeciaco delubro poteſtatem. Quin & Venetiis præter Sexuiros procuratores D. Marci, quorum in res vrbanas, profanáque ciuium iura munus patet latiſſimè, tres alij exiſtunt Ædis Marciæ Procuratores, qui ſacrę Baſilicę inſtaurationi prouident, ſimul & ſacerdotum templi miniſterio, totúmque adeo rei diuinæ cultum curant exequēdum. Hos in Magiſtratuum quoque album Venetę Reipub. retulit Gaſpar Contarenus Libro 4. De Magiſtrat. Venet.

21 CORONIDEM addunt curialis functionis tractationi leges quædam S. Conſulto dictæ inter primarium rectorem paroeciaci templi, & perpetuum eius vicarium. Quibuſdam enim canonicorum Collegiis, pluribus etiam cœnobiis competit ſparſim natiua ac originaria Curialis muneris pręfectura, cuius exercitium fiduciario mandatur ſacerdori. Quamuis autem monachi vulgò ſe abdicarint paroeciaca animorū curatione, eámque variis clericis ſolidam reliquerint. Ex Gratiani Decreto 16. Quæſt. 2. Canonici tamen in delubris pleriſque maiorem retinuêre Eccleſiaſtici huius regiminis prærogatiuam. Puta, in fano Benedicti Pariſien. ſacri Sodales iidémque Parochi primarij contenderunt interdicto aduerſus Procurionem, huic non licere ſacram liturgiam per-

Veneti procuratores S. Marci olim tres tantū erant, ſed aucta & dilatata vrbe tres alij inſtituti: ſic diuiſa adminiſtratione, vt ijs Canalem Venetum tres, vltra Canalem totidem impuberū tutelam gererent. Qua in re ipſorum officiū potiſſime verſatur.

Arestum prouisionale pro Canonicis S. Benedicti Parisiē. rectoribus primitiuis contra eorum vicariū perpetuū quoad certa capita Parochialis fūctionis. An. 1490.

agere ceu *Missæ* sacrificium adhibito Diaconi, vel Ypodiaconi ministerio: Nec lustralem aquam sacrare, aut humo condere defunctos Cruce erecta, nec nisi summissa voce rem diuinam facere sacrísque operari. Secundum quas sacri iuris possessiones datæ olim Vindiciæ Benedictino canonicorum Collegio aduersus Vicarium perpetuum. Aresto Senatorij ordinis An. 1490. Nec ita pridem, simili oborta lite canonicorum Ædis Germani Antissiodoren. cum Geruasio Cocherio vicario curione, Senatus censuit amplius deliberandum.

Die 18. Aprilis.

14. Calend. Maias An. 1562. Huc vergunt notata à Pontificię Legis consultis in Cap. Auaritiæ. Cap. De monachis. Cap. extirpandæ §. Qui verò. De præben. Veruntamen Benedictini illius templi parœcis querelam mouentibus nuper, vnà cum

Ferūt viri spectatissimi, Hieronymum Angelicū Iuris doctorem & scriptorē antiquissimū fuisse Canonicum in hac Ecclesia S. Benedicti, & in eadē tumulatū.

sacræ Ædis curatoribus in Canonicos ipsos, definitum est celebri Curiæ Placito, sacrum litatoriū posthac ab eorum Vicario peractum iri sublimi voce Dominicis, solemnibúsque aliis Diebus horam circiter septimam, diacono tum & subdiacono ad parœciacam Aram ministraturis: Ita tamen, ne diuinum officium à Canonicis celebrari solitum minueretur, aut turbaretur. Additúmque S.C. funus ductum iri in posterum elata Cruce à Vicario & aliis minorib⁹ Fani sacrificulis, funebrésq; ab iis psalmos clara voce decantari posse. Decreto 13. Calend. Septembr. An. 1558.

Arestum Die 20. Augusti.

Ex quo interim obseruare liceat, ciuilem Ecclesiasticę rei Politiā ad Regios Magistratus haud incommodè pertinere. Ad hunc modum Ludouicus

uicus Pius Cæsar comitibus suis Edicto præcepit, vt Ecclesiasticis ministris Politicos sese præberent adiutores, nec vllum prætermitterent officij genus, quo sacri canones hortatore presbytero, Comitéque executore, in vsum reuocarentur. Legis Francicæ Lib. 2. Cap. 23. De Comitibus & ministris Ecclesię, vt in suis ministeriis adiutores sint. Vicissim quoque indies pro Regio Imperio vota nuncupantur ab Hierarchico cœtu, quasi in eius incolumitate incluſam Ecclesiæ incolumitatem sentiente. Quippe cùm Imperij amplitudinem prodesse ad propagationem Religionis primi etiā Christiani existimarint. D. Ambrosio auctore in Psalmo 46. & Prudentio Lib. 2. contra Symmachum, iuxta ea pariter, quæ adnotauit Eusebius in calce Lib. 3. De Demonstrat. Euangel. Hoc igitur canescentis Mundi seculo solemnes preces ab Ecclesia fundendæ pro Errico 3. Galliarum Rege ad omnes oppidatim vicatímque Aras, ne cum ipsius Principatu domesticis simul iactata seditionibus Sacra Respub. in extremum periculum adducatur. Itaque licet Phryges simus quodammodo, nec nisi plagis reddamur emendatiores, piè tamen exorato Numine sperandum, Frācicam & Monarchiam pristinæ Maiestati, & Hierarchiā priscæ Sanctitati, veneratióque restitutum iri.

Comitū nomine Iudices intelliguntur Francis legibus Caroli Mag. & Ludou. Pij. Vt patet ex Lib. 3. Leg. Frāc. Cap. 19. 51. 59. 67. 70. 74. Erant & quidā Comites ad custodiam maritimam deputati. Cap. 5. Lib. 4. Legis Franc.

Congruit his Lex Caroli Mag. Lib. 1. Legum Cap. 13. De causa orta ad inhonorationē regni pertinente, vbi subiicitur clausula sequēs, Quia quicquid hactenus, in his quæ ad pacē & iustitiam totius Pop. pertinent, & honorē regni, & cōmunem vtilitatē, aut à nobis, aut à vobis neglectum est, debemus Deo auxiliante curare, qualiter abhinc nostro & vestro studio emendatū fiat.

TITVLVS 4.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET Sacris Libationibus.

1. *Eccleſiaſticus cenſus puréque ſacer quinam à Deo inſtitutus.*
2. *Priuilegium decimarum percipiendarum Eccleſiæ S. Martini Turonen. irrogatum.*
3. *Regia Francorum Edicta de ſoluendis à plebe decimis.*
4. *In præſtatione decimarum ſeruandam eſſe locorum conſuetudinem.*
5. *Quanta ſit Vicarij perpetui portio canonica.*
6. *Cluniacenſium in percipiendis decimis Priuilegium.*
7. *Apoſtolica alia Cluniacenſium priuilegia.*
8. *Portio congrua in foro Eccleſiaſtico petẽda, non profano.*
9. 10. *De Primitiis & oblationibus, & vbi oblationes inter curatum & Matricularios diuidantur.*
11. *An extraordinaria munera Curato erogare teneãtur Parochiani.*
12. 13. *Solemnia Chriſtianorum, ac ſacerdotum Conuiuia, ciborúmque communio.*
14. *Nummariæ decimæ ad bellum infidelibus gerendum deſtinatæ.*
15. *Cruce ſignatorum in bellum ſacrum Priuilegia.*
16. *Bulla Cruciata Pij 2. P. P.*
17. *Prædiariæ decimæ complures militibus infeudatæ.*
18. *Nûm decimis infeudatis ſufficiat immemorialis poſſeſſionis probatio citra primæ Infeodationis exhibitionem.*
19. 20. *Curati portionem congruam ex infeudatis etiam decimis ſupplendam eſſe.*
21. *Areſtum pro curato contra nouum Abbatem de præteritarum decimarum reſtitutione.*
22. 23. *Aduerſus laicos diuinum turbantes officium in foro laico agendum eſſe.*
24. *Vviclefiſtarũ error in decimis ſummo iure non exigendis.*
25. *Pontificium priuilegium de fructibus beneficiorũ à Scholaſtico, licet abſente ſtudij cauſa, percipiendis.*

REI

1 REI Ecclesiasticæ profanos reditus diſcuſſimus, ex Templorum fundis percipi ſolitos, obitérque de ſacris purè fructibus delibauimus quicquã: Seorſum iam ſpiritales hos Eccleſiæ prouentus, peculiaritérque adgrediamur. Quales ſacræ decumæ, primitiæ frugum, & reliqua id genus, quæ ab Orthodoxis offeruntur ſacerdoti. Decimas autem integra fide perſolui non modò Clericorum intereſt, ſed cuiuſque etiam Agrorum poſſeſſoris. Quum D. Auguſtinus referat, Maiores noſtros ideo copiis omnibus abundaſſe, quia Decimas Deo penderẽt, & Cæſari cenſum non negarent. Poſteriùs verò quia refrixerat patriæ Religionis ſtudium, acceſſerat indictio Fiſci. Homilia 48. Lib. 50. Nolumus partiri cum Deo decimas, modò aufertur totum. Can. Maiores 16. Quæſt. 7. Itáque decimarum ius merè ſacra eſt ac ſpiritalis Templorum poſſeſſio, Moſaica Lege Numini conſecrata. Profanæ autem poſſeſſiones, quas non à Superis tantum, ſed ab hominibus accepit Eccleſia, temporales vulgò nuncupantur, quaſi fluxa, caduca, & temporaria latifundia. Quo nomine alia aliam fortunis diuitiiſque Eccleſiam exuperat. Sic Rhenanis Germanorum phanis maioribus addita epitheta, pro varia cuiuſque vel opum humanarum, vel ſpiritalium dotium commendatione. Dicta hinc Colonia, opulentiſſima: Argentina, nobiliſſima: Spira, religioſiſſima: Conſtantia, ampliſſima: Vvormatia, pauperrima: Baſilæa, amœniſ-

Decimarũ genera 4. collegit Hieronymus ſuper Ezechielẽ, quæ ex veteri lege debebantur. Nempe Leuiticæ tribui decima pars omniũ frugũ: Item ea quæ ab vnoquoque de Populo Iſraël in ſuis horreis ſeparabatur, vt comederet eam, cùm Hieroſolymitanum templum adiret, in eiuſque veſtibulo, ſacerdotes ac Leuitas ad conuiuium inuitaret. Fuit & alia, quam egenis populus adſeruabat. Poſtremo, ex Hebræorum more, qui plurimum, 40. partẽ dabant ſacerdotibus: qui minimum, 60 inter 40. & 60. licebat quodcũque voluiſſent, offerre.

Dicterium de Platea (vt vocant) ſacerdotum ad Rhenũ habitantium.

Conſtantia ampliſsima ideo

dicta, quòd habeat intra fines diœcesis supra 1800. parœcias, & 400. monasteria.

Misnensi Ecclesiæ primus præfuit Burcardus, Othoni. 1. Cæsari à sacris, qui auctoritate Hilderberti Moguntini Antistitis è cœnobio Ratisponensi curator missus, nomine ac titulo Pastoris, annos circiter 20. eam rexit.

Vt veterũ decimarum præscriptione, ita Priuilegio Apostolico simplici non continẽtur noualia. Si tamen Papa cõcessisset omnes & quascũque decimas, vel omnẽ decimationẽ talis territorij, tunc etiam ad noualia referretur. Archyd. In Can. cognouimus 12. Quæst. 2. Socyn. Consil. 297. Vol. 2. Arestum Curiæ Die 23. Decemb.

sima: Treueris, vetustissima: Curia, summa, quia ad caput & fontes Rheni amnis sita: Moguntina, venerabilissima, vtpote cæteras dignitate antecellens & auctoritate. Misnensis demum Ingenua appellata, quòd libera sit ab Archiepiscopi ditione, ac vni Romanæ Sedis iudicio moderaminiq; subdatur. Pontificiis codicillis Iohannis 13. An. 958. & Pontificiæ Sessionis eiusdem P. P. tertio. Cuiusmodi sacrũ diploma descripsit ad verbum Fabritius Chemnicensis In Annalibus Vrbis Misnæ. De præcedentibus verò Theutonicæ Ecclesiæ Præfecturis vide Casparum Bruschium in Tract. De omnib. German. Episcopat.

DECIMARVM ius hoc monasticis conuentibus irrogatum est plerisque, vt quibus in finibus veteres, in iisdem nouas perciperent decimas, ï. ex Nouali, quàm Græci νέαχιν vocitant. Verum Alexander 4. Pontifex talia monachorum priuilegia lege temperauit, ne iis quomodocunque liceret noualium decimas sibi vendicare vltra semissem. Qua regula solos exemit Carthusianos, & Cistercienses. Cap. Statuto §. 1. De Decim. Apud Bonifacium 8. Atque ita insigni Curiæ decreto iudicatum 10. Calend. Ianuar. An. 1545. Postea tamen mota de eo in Senatu contentione, Patres secundum Martiniani cœnobij Antistitem, Tullensis diœceseos, pronuntiarunt, parocho *De Tourailles* nequicquam renitente. Illi enim peræquę noualium portiones, vt antiquarum decimarum, S. C. adiudicatæ sunt. 3. Idus Ianuar. An. 1549. Sennetonio litis expositore. Quam in sententiam idcirco

idcirco decisum negotium aiunt, quòd Alexandrina illa Sanctione monastici Priuilegij in posterum derogatoria vetustius foret hoc singulare decimarum Ius Martiniano concessum monasterio à Sede Petri, Tullensiúmque pontifice. Eodem priuilegio donati sunt Turonenses Martinianæ Ædis canonici à Gregorio, & Innocentio 3. summis vicissim Ecclesiæ Pastoribus, in hæc verba: *Gregorius &c. Capitulo S. Martini Turonensis &c. Vtilitati Ecclesiæ vestræ paterna volentes sollicitudine prouidere, concedimus, vt in parochiis vestris, in quibus vobis veteres decimæ sunt concessæ, decimas noualium deductarum nouiter ad culturam, quarum non extat memoria quòd cultæ fuerint temporibus retroactis, liceat in ea vobis portione percipere, in qua in eadem Ecclesia veteres percipere consueuistis &c.* 11. Calend. Aprilis Pontificatus An. 2. Haud secus Abba fani Martini apud Hungaros Põtificio Paschalis beneficio obtinuit, simul & D. Stephani Pannonum Regis, vt Simagienses parœci decimas sibi pensitarent ex decumanis agris quibuslibet, nec in eo negotium ipsi facesseret Episcopus Vesprimensis. Ex Decretali Epistola Innocentij 3. Cap. 19. De Præscript.

3 HVNNI quoque regis instar, Franci grauissimis Edictis decimas sanxerunt, Ecclesiæ ministris exoluendas. Kalend. Mart. 1545. & 8. Calend. Nouembres An. 1561: Quêis Senatus Edictis subscripsit Mense Iunio 1562. Tum Regia Constitutione 12. Kalend. Maias An. 1562. Curiæ iudicio probata 4. Iduum Maiar. Eodem Anno. Rursus Principali Sanctione 16. Calend. Maias An. 1571. Cap.

Placitum Curiæ Die 11. Ianuar. Pro Abbate, & conuẽtu S. Martini in Tullensi Lotharingiæ diœcesi.

Gregorij Põtif. diploma Priuilegiariũ in gratiam Canonicorum Ecclesiæ S. Martini Turonen. Die 22. Mart. Innocentianũ verò eadem de re Rescriptũ 15. Cal. Iunij seu Die 18. Maij Pontificatus An. 1.

Clerici, vel religiosi, qui non habent Parochiam, iure cõmuni decimas petere non possunt: Priuilegio tamen vel præscriptione possunt. Sed libertas non soluendæ decimæ nũquam præscribi potest. Glo. In Cap. In aliquibus De Decim. Felyn. In Cap. causam De Præscr.

Regiæ Galloriũ de Decimis Cõstitutiones. Die

1. Mart. 1545. & Die 25. Octob. 1561. Die 20. April. 1562 Senatu promulgante Die 12. Maij 1562.

16. quo cauetur, ne decumani fundi possessores eius fructum colligant decerpántve, antequam cogendarum frugum diem præconio nunciarint in solemnibus Sacris peragendis. Idque Vilhelmus Durandus primum videtur indicasse Tit. De Decim. §. vlt. Colono autem decimarum solutionem detrectante, rei cognitio iisdem Edictis attributa est supremo cuique Galliæ Tribunali. Nimirum Christiani Principis munus est, externam Ecclesiæ Politiam tutari, quæ à sacra bonorum Oeconomia curationéque seiungi non potest. Ob id Pannonum reginam cohortatur Honorius 3. P. P. vt quæ sacrandam curarat Oradiẽsem Basilicam, sacerdotum inibi Collegio instituto, eam iusta profanarum facultatum dote cumularet. Cap. Cùm sicut. De Consecrat. Eccles. vel alt. Inde est pariter, quod Sicula Constitutione Regi liceat, Ecclesiam ipsius donatariam Ciuili tegere imperio ac magistratu, vel in sacratos etiam proceres, qui ei nonnihil molestiæ grauioris asperserint. Capit. Regni Neapolitani, quod orditur ita, Omnis deprædatio. Atque id continuo vsu seruatum hucusque, testatur Matthæi Decisio Neapolit. 2.

Postremum hoc Edictũ Die 16. Aprilis in Curia promulgatũ est 7. Idus septẽbres seu Die 7. Septẽb. 1571.

Curatus vel exactor decimarum potest adito prætore inhibere domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, vt furti occasio vitetur. Lucas Pẽnatus In L. 2. Cod. Quan. & quib. quar. Pars deb. Lib. 10. Guid. Pap. Decis. 283. Aufrer. In Decis. Tholos. 109.

In exigendis sacris decimis patrius mos custodiendus. Hunnis inoleuit consuetudo, vt ex vnius diœceseos finibus turmatim commigrent in aliam, nec eo secius vtérque Diœcesum antistes obnoxios sibi & decumanos esse agros intendat. Quo nomine consultus à Strigoniensi Pannonum Archiepiscopo Lucius 3. Pontifex rescripsit, vetusto

Consuetudo quantumcunq; longa non soluendi decimas nulla est. Ideóque si Hierosolymit. tellus hodie armis redigeretur ĩ Christianorum potestatem, deberetur à fundorum cultoribus decima. oldrad. Consil. 91. Valet tamen consuetudo nõ soluendi integras decimas. Innoc. & Panor. In Cap. In aliquibus De Decim. Item valet quoad translationem decimarũ prædialiũ, vt curatus vnius parochiæ in alia percipiat decimas Cap. cum sint homines Cap. ad apostolicæ Eod. Tit. Eadem rursus tenet super decima in agro relinquẽda, modò curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fiat separatio. Roch. Curt. In Cap. vlt. De Consuet. post Hosti. In Cap. certificari De Sepul. Aufrer. In Decis. Tholos. 432. Denique rata est consuetudo minutarũ 2. c. 3. Et ita prad.

tusto Prouinciæ mori standum esse. Cap. Ad Apostolicæ De Decim. Veneti porrò nullas ex negotiatione mercium decumas viui appendunt sacerdoti, sed in obitus puncto ipso decima persoluitur, habita mercimoniorum omnium, mouentiúmque reliquorum ratione. Vt tradit Abbas Siculus Cap. In Aliquibus. De Decim. Eiusmodi personales decumæ, quas ex mercatorio quæstu & commercio sic vocamus, non absimiles iis videntur, quæ à priscis Ethnicis Herculi ac Mercurio vouebantur. Auctore Plutarc. in Problem. A Germanis verò pensitari assolent quotannis certi ac definiti frugum acerui, quos nec augere fertilitas anni, nec minuere sterilitas possit. Panormit. teste in d. Cap. In aliquibus. In Slauorum item regione, Aldenburgensi Præsuli adsignatum est decimę vice annuum vectigal ex omnibus Vuagirorum, seu Obotritorum prædiis: Nempe quolibet ex aratro, grani mensura, & lini restículi quadrageni, cum duodecim nummis argenteis. Vnus præterea nummus, pretij summam colligentis, vt est apud Helmoldum presbyterum Lubecensis Ecclesiæ. Cap. 12. de Marcone 1. Episcopo Aldenburgensi. Ad hæc, moribus comparatum in Occitanis Galliæ oris, sacerdotem interdicere, vetare, ne fundi dominus, nisi illo præsente vel eius procuratore, messem faciat, fructúsque demetat. Quod & Tholosano S. C. decretum pro Albiensi Præsule aduersus populares suos decumani eroci

decimarum nõ soluendarum. Ex B. Thoma. In 2. secundæ Quæst. 87. Artic. Senatum iudicasse refert Boërius. In Consuet. Biturig. §. 12. in fi. De Consuet.

Tholosani Senatus Placitū Die 13. Septēb. 1485.

debitores. Idibus Septemb. An. 1485. Vti ab Aunfrerio perhibetur, regio apud Tholosates Senatore, ac libellarium Recuperatorum Præside. In Commentar. ad Decis. Capel. Tholos. 109. Vice versa, paroeci stipulas colligent impune, aruorúmque fructus cogent, licet prohibente sacrorum ministro, Regionis si volet vsus, quem penes arbitrium est & lex & norma reddendæ decimæ. Vt ait Speculat. In Tit. De Decim. sub finem. Abbas In Cap. Ex parte. De Decim.

Patria quidem cōsuetudine potest quota decimæ præscribi, & minor quā decima fructuū pars curato solui: Si tamē curatus indigeret, nec cōmodè ex ea parte viuere posset, tunc eius esset petere decimas integras, nonobstāte aliqua Præscriptione Angel. Clauas. In ver. Decima §. 2. Quia consuetudo contra ius naturale ac morale disponere nequit, vt scilicet ministrans spiritualia non metat temporalia.

VICARII animorum curatores perpetui suos non faciunt decumarum fructus, sed canonica iis redituum portio in victum & stipendium adsignanda, seu à rectore Ecclesiæ, seu vacuo curiali sacerdotio, à diœcesis Antistite, quoad nouus paroeciaco fano pastor præficiatur. Sicuti in Tridentinis Ecclesiæ comitiis statutum est. Sessione 24. Cap. 18. Quanta autem portio sit fiduciario Curioni tribuenda, vixdum satis definitum. Senatus olim huic quartam addixit, velut Quiritum Lege debitam profanæ hæreditatis portionem, quam vulgò Trebellianicam isti appellabant. Aresto 16. Calend. Sextiles An. 1539. Quarumdam certè Regionum vsus τὸ μέρος ἐπιβάλλον interpretatus est, quadrantem quadrantis ex toto asse sacrorum redituum. Id quod Innocentius 3. abrogauit in Concilio generali Cap. Extirpandæ De Præben. Rectiùs enim sentiunt qui putant, iustam legitimámque portionem certis modulis ac limitibus non circumscribi, sed iudicantis arbitrio constituendam pro locorum rerúmque varietate. Quemadmodum

Decretum Curiæ Die 17. Iulij.

Τὸ μέρος ἐπιβάλλον, congrua portio.

Canonica portio transactione tolli nequit, alimentorū instar. Ias. In l.

modum Iohanni Seluæ visum est, in summo Parisiensi consessu Senatori. Tract. De benefic. Parte 1. Quæst. 5. num. 121. Nuper quidem Princeps edixit, Clero postulante, ne parochi, quorum sacerdotia sexies vicenis libellis Francicis æstimantur annui reditus, congruam petentes portionem audirentur. Quibus verò tantus ex curionatu prouentus non suppeteret, iis vt lege agere liceret de congrua portione coram Pontificio Magistratu. Cap. 9. Regiæ Constitut. 16. Calend. Maias An. 1571. Verum enimuero P. C. tandiu huiusce capitis sustinuerunt comprobationem, donec Regem amplius consuluissent. Placito 16. Calend. Septembrēs Eod. Anno. Monasteria quippe solidas carpunt decimas sparsim, non quia ab iis primitus regerentur paroeciarum templa, sed vel ob donationes in cœnobia collatas antiquitus, vel ob longi temporis possessionem. Ex Innocentio 3. Cap. Cùm contingat De Decim.

cum hi π De Transact. Si vero apud rectorē vel patronum nihil aut parū remaneret ex eo beneficio, ex cuius fructu petitur congrua portio, tunc vicarius poterit agere contra parochianos, vt præstent ei vitæ necessaria: Panor. In Cap. ex præsentium De Pignor. col. vlt. Glo. & Doct. In Can. Omnis christianus De Consecr. Distin. 1. Rebuffus In Tract. Congruæ portionis Quæst. 12.

6 EN tibi in procinctu Cluniacensis monastica Societas, cui de sacrarum decimarum perceptione dati sunt à Nicolao 3. Pontif. Priuilegiarij codicilli, in hanc formulam. *Nicolaus Episcopus &c. Dilectis filiis Abbati & Conuentui Cluniacensis Ordinis Salutem &c. Vobis & Fratribus vestris auctoritate præsentiū indulgemus, vt intra parochias vestras pro ea portione, pro qua veteres decimas ibi habetis atque percipitis, de noualibus redactis nouiter ad culturam, quæ à tempore, cuius non extat memoria, non fuerunt excultæ, decimas percipere valeatis &c.* 11. Calend. Februar. Pontificatus An. 2. Quibus Tabulis conforme prorsus

Regia lex Gallica Die 16. Aprīl. Die 17. Augusti. Cluniacensium Apostolicū de Decimis Priuilegium Die 22. Ianuar.

Quidam rursus Monasteriorum conuentuū Ordines eximuntur decimarum solutione ex fūdis suorum cœnobiorum. Nā

sus est Gregorianum diploma Pridie Kalend. Iunij, Pontificatus An. 2. Et Alexandri P. P. Nonis Iuniis An. 4. secundum Cluniacenses cœnobitas. Idémque priuilegium Benedictinis monachis attributum olim, sed de quo Patres Parisienses, me pro monastico conuentu D. Germani Parisien. dicente, censuerunt plenius deliberandum. 18. Calend. Ianuar. An. 1567. Choarto, contra, Iohannis Pontani curionis Meudonij causam orante. At suprascriptum Cluniacense cœnobium priuilegiis aliis donatum est complusculis: Nec tãtum à Sanctissima Sede, verùm & ab Oecumenica Synodo Constantiana, cuius decretum est eiusmodi. *Sacrosancta & generalis Synodus Constantiensis Dilectis Ecclesiæ filiis Abbati & conuentui monasterij Cluniacensis &c. Personas vestras & monasterium vestrum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum possidetis rationabiliter, aut in futurum poteritis adipisci, sub B. Petri protectione suscipimus atque nostra, necnon omnes libertates & Immunitates à Romanis Pontif. siue per priuilegia vel alias indulgentias vobis & eidem monasterio vestro concessas, ac libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus, Principibus, & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & præfato Monasterio vestro indultas cum pertinentiis suis, sicuti ea iustè & pacificè possidetis, & per vos eidem Monasterio vestro auctoritate nostra cõfirmamus &c. 6.* Calend. Quintiles An. 1417. Pontificio vacante Solio. Nec dispari Priuilegij formula vsus est Basiliensis Christianorum Præsulum

Innocentius 6. P. P. constituit fauore Antoniani Ordinis regularis, vt nullus de rebus & prædiis ipsius Ordinis ante generale Cõcilium habitis decimas exigere, aut eo nomine molestiam huic Ordini inferre præsumeret. De iis vide Aymarum Falconem eius Ordinis monachũ in Antoniana Hist.

Bulla Gregorij P. P. Die vlt. Maij. & Alexandri Die 5. Iunij.

Arestum Die 15. Decemb. 1567.

Decretum Cõstantiensis Cõcilij, quo omnia Cluniacensium Priuilegia confirmantur. Die 26. Iunij An. 1417.

Basilienses Synodi Priuilegiariæ literæ secundum Cluniacenses. Die 24. Februar.

lum congressus in Cluniacensium gratiam. 6. Kalend. Martias An. 1435.

7 SIGILLATIM verò sacrum Clunisacensem primatum, cui Charitatis titulus adscribitur, Romanus Pontifex insignibus decorauit. Priuilegiis ita relatis: *Hadrianus Episcopus &c. Raynaldo priori monasterij B. Mariæ, quod de Charitate dicitur, eiúsque Fratribus tam præsentibus, quàm futuris &c. Monasterium Beatissimæ Mariæ, sempérque virginis de Charitate, cui largiente Domino deseruitur, ad exemplum prædecessorum nostrorum Vrbani, Paschalis, & Lucij Romanorum P. P. sub B. Petri & nostra protectione suscepimus: statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona idem cœnobium impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis vestríque successoribus & illibata permaneant &c.* 8. Calend. Maias An. 1156. Pontificatus Adriani 4. Anno 2. De hoc monastico Primatu habita mentio Decretali Pontificum Epistola ad Cluniacensem Cœnobiarcham. Cap. 51. In vers. Cluniacensi, & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis. De Elect. In Antiq.

8 CERTVM est, congruæ portionis condictionem ex Canone mouendam apud sacros Magistratus, non profanos. Rescripto Alexandri 4. Statuto § vbi autem De Decim. Apud Bonifacium 8. & Clementis 5. Sanctione lata in Concilio Viennensi sub Tit. De Iure Patron. At forensi Maiorum nostrorum instituto, καὶ τὸ ἐπιεικὲς addicebatur fiduciaria quædam à Senatu pensitatio curiali Sacerdoti, de decimis interdicto agenti cũ

Bullæ Tabulæ Adriani Pontif. comprobatoriæ bonorũ & possessionũ Prioratus de Charitate, Cluniacensis Ordinis. Die 24. April. An. 1156.

In hoc Cap. 51. De Elect. agitur de Comite Valentiæ, qui tanquam Patronus Prioratus S. Pãcratij ad Cluniacensem Ecclesiam pertinentis sibi arrogabat ius assumendi ad dictum Prioratũ vnum de duobus totius Cluniacensis ordinis, quos Abbas duxisset nominandos, dẽptis Cluniacen. & de Charitate Prioribus.

Rebuff. in Tract. Congruæ portionis refiatur vidisse se

cœnobiarcha. Vtputa, paræciaci fani Sacerdos dictauit possessorium decumarũ iudicium monastico Antistiti, & secundo libelli ordine petiit canonicam portionẽ: Curia tum Presbytero, lite pendẽte, alimentariam pensionẽ adiudicabat, vel Interdicto vti possidetis summotum ali iubebat in speciem canonibus debitæ portionis. Vsque adeo, vt hoc velut legitimũ bonorum subsidium, omni deducto onere, præstandum pronuntiarit, neq; id retentioni, aut cõpensationi cum ære alieno quolibet fore obnoxium. Placito 13. Calẽd. Martias An. 1524. ex prouocatione, quam D. Marcelli Parisien. Collegiũ interposuerat à Lutetiano Proprætore, Ienneuillerio parocho in contrariũ litigante. Verùm hodiernus Fori vsus vix patitur congruę portionis quæstionẽ, vel vindiciario quidem iudicio, à Regiis Præfectis disceptari: Sed totũ hoc controuersiæ genus ad Pontificios Iudices nũc relegatur, tametsi in possessoriam decimarũ causam incidẽs (quasi appendix) coram Ciuili Magistratu. Ita Edicto cautum Aurelianensi in media astantiũ Pop. Ordinum corona. An. 1560. Artic. 5. Principali itẽ constitutione 16. Calend. Maias An. 1571. Artic. 9. Quam nos Legem translatitiè interpretamur de congrua etiam portione nummaria, seu decima frugum parte, quæ in annos singulos pacta pecunia redimatur. Valet enim hæc decumani fundi redemptio, commutatióque Agrarij vectigalis in nummariam erogationem. Vti constat Francica Lege Caroli Mag. Cap. 21. De Nonis ac Decimis. Quod de libera Decimarum conuentione est intelligendum, non de coacta, inuoluntaria, armísque expressa: Quo modo Sarmatici Annales referunt, Vvladislauiensem Episcopum vi terroréque huc à Prutenis adactum Crucigeris, qui Pomeraniæ dominabantur, vt senos modò grossos annuos in iugera decimę nomine tam ipse quã sacerdotes eius omnes de Pomeranicis aruis acciperent. Annum circiter 1330. Ea autem pactione vehementer accisi reditus Vvladislauiensis Episcopæ. vt inquit Chromerus Rerum Polonic. Lib. 11. Imò & illis finitimi Dani, Noruegíque, licet relicto Helleniſmo, orthodoxam fidem sint professi, decimarum vtique solutionem detrectarũt. Auctor Crantzius Hamburgensis, Daniæ Lib. 4. Et in Noruegiæ Historia. Vnum hoc obseruaui in Lubeci Annalibus, Danicæ vrbis, sacerdotum ipsius Collegium impensè ditatum, auctúmque sacro decumarum prouentu, quas Geroldus Lubecensis Episcopus in commune contulit Ecclesiastico Sodalitio, id est, Clericis 13. canonicè degentibus in principe Æde D. Iohanni sacra. Anno 1163. Nihilominus decimas à plebe negatas passim Episcopis ac presbyteris Lubeci narrat Hermãnus Bonnus Lubecensium Chronicon Lib. 1. Sarmatæ pariter decimarum præstationem diu multúmque renuerunt, quas Miecislaus princeps Edicto perpetuo solui Hierarchico Ordini præceperat: Ita quidem, vt decimæ post messem, ab iis qui darent, ad constitutum locum comportarentur. Ast temporum interiectu Cazimirus Rex

iudices seculares, coram quibus Possessoriũ decimarum intendebatur, diũ congrua coram illis petebatur portio, per modũ prouisionis eam adiudicare incidenter lite pendente: Vt interim aleretur sacerdos. In 7. Quæst. Arestum Die 17. Februar. 1524.

Non solùm Episcopus, sed capitulum etiam sede vacãte cognoscere potest de congrua portione eamque adiudicare: Quia hoc est iurisdictionis cõtentiosæ, quæ ad Capitulum transit sede vacante. Io. Frãc. In Tract. De offi. & potest. Capit. sede vac. Gloz. in Verb. ordinario. In Extrauag. Execrabilis §. statuimus. Inferior verò non poterit assignare canonicã portionem. Glo. & Doct. in ver. Compositio Diœtesanis In Clem. 1. De iure Patron. Imola In Cap. Demonachis De Prab. super decimis valet inter ecclesiasticos, vt decima vni curato debita alteri soluantur Cap. 2. De Trãsact. Cap. dilecti Eod. vbi Panor. Item valet compositio inter clericos, vt minùs quã sit decima, eis soluatur, vel vt de aliquibus rebus non præstetur Cap. 3. Cap. Veniens De Transact. Panor. vbi 5. Et in hac cõpositione quando minuitur decima, requiritur consensus & approbatio Rom. Pont. Ex Bertrando Consil. 14. Volum. 1. & Consil. 116. Ibidem. Quod est verũ, si cũ laicis fiat, secus si cũ clericis, vbi sufficit episcopi approbatio. Doct. In d. Cap. 2. & Cap. veniens.

Aldenburgẽsis præsulatus Lubecum trãslatus est eadem hac tempestate, primusque Lubeci Geroldus Antistes designatus, à quo etiam Canonici ibidem primũ sunt constituti.

Ecclesiæ Cracouiensi Immunitatem ademptã, & quæ ad conuectionem venditionémque decimarum pertinebant, Episcopo reddidit. Anno Christi 1352. Tanti beneficij vestigia adhuc extant, Regiáque Cazimiri diplomata in summo Cracouiesi delubro, si credamus Polonicæ Chromeri Historiæ Lib. 12. Ab eodem Cazimiro condita sunt plurima templa partim cocto latere, partim secto quadróque lapide, in quibus sunt Sendomirienſe, Vislicienſe, Sidlouienſe, Stobinicenſe, Sagoscenſe, & Gargouienſe: Multa insuper ille ad placandam diuini Numinis iram pia & præclara tunc opera edidit.

Quinetiam Reges, principésq; decimas prædiales illi Ecclesiæ soluere tenentur, vbi prædia sita sunt. Personales, vbi diuina audiũt officia, pro rata diuidendo, si in pluribus locis diuina audiãt. Inquit Corset. In Tract. De Potest. Regia Quæst. 37.

Priſci quoque Romani nõ gustabant vina, aut nouas fruges, priusquam sacerdotes Primitias libasset. Ex Plinio Lib. 18. Cap. 2.

PRIMITIÆ frugum decimis affines sunt, pari iure Leuitis addictæ. Mosaicis legibus Numer. 18. Et apud Iosephũ Antiquit. Iudaic. Lib. 4. Cap. 3. At certa est Decumarum quantitas, regionis saltem moribus definita: Primitiarum non item, quippe quæ offerentium arbitrio relinquantur. Teste Hieronymo in Ezechielem. Ex iis quædam templo oblata à curiali plebe, haud soli cõpetunt curioni, sed quæ interdum æqua sorte partiuntur Æditui cum parocho. Per hunc modum transactio quondam inita ab Episcopali Lingonum Collegio cum Ædituis D. Petri Lingonen. vt sacra libamina, quæque grata fidelium manu porrigebantur Deó, viritim distribuerentur inter Ecclesiasticos illos collegas (qui fani Petri curiones exiſtunt) & profanos templi curatores: Cautione tamen Pacto adiecta, vt Matricularij isti sacræ Basilicæ ædificium fulcire omnimodo, ac instaurare

De Oblationibus & primitiis voluenda scripta D. Thomæ in Quæstione 86.

Cessante hac Ædituorũ qualitate fieri non potest quin suis consuetudine, aut permissione Episcopi, vt laici in suis etiam oratoriis recipiant oblationes. Can. Si

staurare tenerentur, hac verborum nuncupatione: *Item mediantibus prædictis, præfati Matricularij, & Parochiani pro parte dictæ Ecclesiæ cogentur dictam Ecclesiam S. Petri duntaxat reparare sufficienter, & dictam Ecclesiam sic reparatam seu refectum exnunc in statu sufficienti manutenebunt, & semper eandem Ecclesiam totaliter tenebuntur reficere, si eam aliàs cõtigerit, quod absit, verti in ruinam, ad expensas eorum cum omnibus pannis, libris, calicibus, chappis, vestimentis, ornamẽtis, campanis, & vtensilibus quibuscunque Ecclesiæ prædictæ sufficienter & decenter &c. Item si ea, quæ Matricularij pro tempore recipient ratione dictæ fabricæ & luminaris prædicti, non sufficiant ad manutenendum & faciendum prædicta, Matricularij, & Parochiani dictæ Ecclesiæ pro tempore tenebuntur facere prædicta ad expensas proprias ipsorum: & si vltra ascendant, & se extendant, Parochiani dictæ Ecclesiæ pro tempore de pluri poterunt facere suam omnimodam voluntatem, tamen ad opus fabricæ & luminaris prædictorum, & vt sibi visum fuerit expedire. 6.* Idus Apriles An. 1339.

quis basilicam De Consecrat. Distin. 1. Cap. inquirendum, ibi, sacras oblationes De Pecul. cleric. Contra Consil. Decij 148. vbi illam consuetudinem adprobat.

Transactionis literæ inter Canonicos Ecclesiæ Lingonẽ. & Matricularios Ecclesiæ S. Petri Lingonen. Die 8. Aprilis 1339.

10 DE cuius effectu Transactionis agitata notissimè ab Ædituis quæstio in Ecclesiasticos Sodales Lingonenses, puta de sacræ ædis refectione, & aliis parœciacæ Politiæ capitibus inuicem litigiosis. Verum interlocuta est Curia, vocandum in causam Episcopum, vt citatis omnibus, quorum interesse poterat, lis certiùs dirimeretur. Placito 4. Calend. Apriles An. 1576. Magistro, Sodalitij sacri, & Buyssone, Ædituorum patronis. Veneti sane Triũuiri Marciæ Basilicæ Procuratores assiduam hanc nauant operam, vt non modò delubri

Interlocutio Curiæ Parisiẽ. Die 29. Mart. 1576. prius Episcopũ in mediam litem euocandum, quã negotium diffiniretur. Nã ad Episcopos præcipua cura spectat tuẽdarum Ecclesiarum tã externè quã interne. Cap. sicut & ibi Anto. De Supplend. neglig. Prælat.

Caspari Contarent De Magistrat. Reque pub. Veneta Libri 5.

In Veneta ciuitate spectantur 62. Diuorum templa insignia, quas Plebanias nominant: Virginũ vestalium, septem & viginti. Cœnobia Fratrum totidẽ præclara habẽtur, vltra Oliuolense D. Petro sacrum, aureamque Marcianam ædem à Iustiniano patriciaco Duce institutã, quod templum postea intra octingẽtesimũ fere annũ, non sine admiratione cunctarum gentium visitur. Apud Ioh. Baptistam Egnatium Lib. 1. De Exempl. illust. Viror. Veneta Ciuit. In Cap. De Bello Othomanico.

tecta & ędificia fulciantur indies cura eadem, sumptúque publico: sed etiam vt ministris Ecclesiasticis iusta exoluantur stipendia, ac omnino sacra Mysteria solemni ritu peragantur. Auctore Contareno. De Repub. Veneta Lib. penul. Nec mirum in tam pia ista Venetorum Republica, quam & ab aliis eo distare prodidit Egnatius (licet Venetus ipse) quòd à Christianis viris condita orthodoxam fidem integrè complexa sit: tum quòd prima eius fundamenta à sacræ Ædis dedicatione occœperint. Lib. 1. De exemplis illustrium virorum Venetæ Ciuitatis Cap. 1. Posteris autem aliquot seculis Petrus Venetorum Dux legatum Adeodatum misit ad Ludouicum 2. Cæs. qui Mantuæ commorabatur, atque ab eo priuilegium elicuit de patrimoniis Cleri, & Pop. Veneti in imperio eius iustè ac legitimè possidendis, prout ex fœdere cum Gręcis icto, regnãte Carolo proauo suo, possederant. Anno 855. Ex Sigonij de Regno Italiæ Lib. 5.

EXTRAORDINARIA munera extorquent interdum Parochi, quæ non erant nisi vltro erogante plebe accipienda. Nam Canonici Angolismensis Ædis sacrarum maximæ diem dixerunt parœcis certi curionatus coram Pontificio Iuridico, vt illorum quisque paterfamilias annuos 8. teruncios Canonicis appenderet, curialis templi rectoribus, eius vini nomine, quod sumpta Eucharistia singulis porrigitur Die Resurgenti Domino percelebri. Curiales soluere damnati prouocant ad Senatum ceu ex abusu. Nec eo secius, pendente appellatione, sacri impiique declarantur, & graui ab Episcopo anathemate obligantur. Disceptatum in foro prouocationis negotium à Morello, appellantis Plebeculæ, & Corlieo, Canonicorum, aduocatis. Ille, profanos trahi ad sacrum Tribunal non debuisse intendebat, multo minus vrgendos ad pecuniarium munus supererogandum pro curiali opera, qua sacerdos templi in parœcos defungi teneatur. Hic verò, contra, nummariam mercedem Ecclesiastici ministerij, qua de agebatur, diuturna præstatione subnixam esse, possessionéque hominum memoriam superante. Iuxta Innocentij annotationes in Cap. Ad Apostolicam De Symon. Conscripti Curiæ Ecclesiasticum iudicem imperio abusum pronuntiarunt. Aresto 3. Idus Sextiles An. 1551. Prædicti autem Angolismorum Cleri decus illustrat Gregorius 9. Decretali Epistola ad Angolismensis Collegij decanum & sacristam Cap. Transmissæ De Verb. signif. At totius diœcesis vetustatem prodit Ausonius ille primus Engolismorum Præsul à B. Martiali designatus, cui Vandalica demum persecutione ceruices abscissæ. Eius rei fidem facit antiquus Codex manu exaratus, hac Tituli præscriptione: *Gesta Pontificum, & Comitum Angolismensium.* Quibus etiam docemur, Aptonium longo post priorem illum interuallo Angolismensi præfuisse Ecclesię, quum aulicus antea Clodouei Regis sacellanus extitisset. Subde his Mererium, Matthæum, Sigismundum, Gotismundum, Anselinum, Bertheaem, Ardoynum, Girbardum, Crogium, Adelar-

Decretum Curiæ Die 11. Augusti.

Angolismorũ Episcopo Honorius 3. rescripsit Cap. vlt. De Corp. vitiat.

Extat alius Burdigalæ, & Angolismæ antiquitatum scriptor nomine Elias Vinetus Santo.

dum, Neadabertum, Guillermum, Fredebertum, Sidronum, Launium, qui Angoliſmenſis viciſſim Eccleſiæ clauum tenuerunt. In lucē ſubinde prodiit Helias Frotizena Theodulpho præceptore fœlix Aureliorum Epiſcopo, tum Hooliba, Angoliſmorum antiſtites. Quo tēpore Caluus Rex, habito ſacrorum Patrum conuentu, Aquitaniam per Comites diſpoſuit, vt Hiſtorici ipſius phraſim vſurpem: Inde Turpio Angoliſmorum Comes bellico cum Normanis congreſſu in Santonibus interfectus. Illud autem in Angoliſmenſi Hiſtoria animaduerſione dignum, quod Hugo Santonicus Angoliſmorum pontifex, vt Comitatum in ius Eccleſiæ ditionemque transferret, ſæpe bella geſſerit cum Arnoldo Comite: ſacra prædia ob id diſtrahere coactus, quorum reliquiæ deinceps vix paucis monachis, qui in Templo maiori diuinis operabantur, alimenta ſuppeditarint. Quo argumento planum fit, cœnobitas olim Angoliſmis fuiſſe, qui nunc dicuntur Canonici, Angoliſmenſis Epiſcopi ſenatores. Quemadmodum autē ſacros Angoliſmorum Præfectos minùs decuit peruicax illa profani dominatus ambitio: ita nec Angoliſmenſes Regulos ſacrorum cenſuum rapinæ & exactiones. Quos tamen ſibi cenſus pendi quotannis à Frattribus Cœnobij de Corona ſumma vi procurarunt. Ludouico Iuniori Gallorum rege. Sicuti D. Bernardus ad Angoliſmorum comitem queribundè ſcripſit Epiſt. 299.

Launio iſto Engoliſmorum Præſule poſtulante, Carolus Mag. confirmauit Priuilegia, & poſſeſſiones Abbatiæ B. Cybarti ceu Eparchij iuxta Angoliſmam cum plena libertate poſſidendi opima latifundia Magnaci, Chamilonis, Chauenici, Torſaci, Themilati, Montuillei, Baſiaci, Triaci. &c. Ea autem Abbatia fundata fuerat ab Eparchio filio Comitis Petragoricēſis Iælicis Aurcoli, Merouæo Galliarum rege. Ex Gregorio Turonenſi, & Lib. Antiquitatū Burdigalæ & Engoliſmæ.

Diſſidij forſan occaſio inter Epiſcopū & Comitem Engoliſmenſem de Comitatu Engoliſmē. inde nata eſt, quod Marachartus Comes factus deinde ſit Epiſcopus Angoliſmen. quaſi Comitatus ita confuſus fuerit aut deuolutus in iura Epiſcopatus & Eccleſiæ. De eo Marachario Gregorio Turonen. Hiſt. Lib. 5. & Aimoynus Lib. 3. De Geſt. Franc. Cap. 31. Sed mortuo Maracharo Nantinus filius ſororis Maracharij Comitatū Engoliſmenſē fertur à Rege coëmiſſe. Ex Aimoyno.

Messe frugum facta, & collectis decimis, quærendum ſubit, quos in Clericorum vſus ſint tot

tot ſacri prouentus inſumendi. Moris eſt quidem Eccleſiaſticis aliquot Familiis, celebre conuiuium viciſſim apparare ex fructibus ſacerdotij, & communem menſam ſtato anni die exquiſitis dapibus inſtruere ad promiſcuum cibum inuicem capiendum. Sed eam conſuetudinem, velut corruptelam eccleſiaſticæ diſciplinæ nonnulli tollendam è Sacra Oeconomia exiſtimabant. Quippe in Andenſi Æde maxima, dignitate præditi exposularunt apud Pat. Conſcr. ſua ſacerdotia huic oneri ferendo non eſſe, nec eorum reditus tot alendis conuiuis ſufficere, vniuerſis nempè Fani adminiſtris ſumptuoſum epulum de more flagitantibus. Placuit tamen Ampliſſimo Ordini, talem victus ciborúmque communicationem ſeruari, ſumptuariis modò legibus temperatam, conditámque aſſidua ſacræ Paginæ lectione, quam protinus Euangelici Verbi præco ſequeretur. Decreto 8. Calend. Martias An. 1536. Thuano, Cathedralis collegij, Ægid. Magiſtro, Epiſcopi, & Marliaco, ſacellanorum aduocatis. Feſtos hoſce conuiuiis dies Andenſis Eccleſiæ memorat Ægidius Bellamera I. C. in Reſponſo 31. Vtpote maior ipſe Diaconus quondam in ſummo Andegauenſi delubro.

Aresſum Curiæ Die 22. Februar.

Ægidius Bellamera Hiſpalenſis epiſcopus & Cardinalis meminit Andegauenſiū huiuſmodi conuiuiorum, ſéque in Andenſi matrice Baſilica fuiſſe Archidiaconum profitetur. In Cōſil. 31.

13 Qvinimo ineunte illa Chriſtiani ætate ſeminarij coibant Orthodoxi paſſim ad communem cibum vnà ſumendum, quaſique fraterno menſæ conſortio vtebantur. Id quod Plinianæ indicant literæ ad Traianum Imperatorem. Eiuſmodi cœna Chriſtianorum de nomine rationem

Ethnicorũ verò sacerdotum epulæ conuictúsque luxuriæ plenus fuit. Nã Salij Martis sacerdotes suas cœnas tanto instruebant sumptu, vt Principibus publicanorũ decumanis, Herculis decimas locare cogerentur: Vnde & opiparæ lautioresque epulæ Saliares vulgò vocabantur. Ægyptiorũ quoque culinæ in sacris Serapidos quãto luxu frequentarentur, ostendebat vis illa sparteolorum, & fiscellarũ, quæ vndique concurrebant prisca illa & Ethnica tempestate.

suam ostendebat, Ἀγάπη dicta, quod Græcis dilectionem sonat. Ex Tertulliani Apologetico aduersus Gentes. Tunc enim quantiscunque sumptibus constaret, lucrum erat pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuabant Christiani conuiuæ, à quibus nihil vilitatis, nihil immodestiæ admittebatur, non priùs discumbebatur, quàm oratio ad Deum prægustaretur, edebatur quantum esurientes caperent, bibebatur quantum pudicis erat vtile: Ita saturabantur, vt qui meminissent etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: Ita fabulabantur, vt qui scirent Dominum audire. Post aquam manualem & lumina, vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio poterat, prouocabatur in medium Deo canere. Hinc probabatur quomodo bibisset. Æquè oratio conuictum mensæ dirimebat, inde non in cateruas cæsionum discedebatur, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eãdem curam modestiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnassent, quàm disciplinam. Hæc Tertullianus. Quod in argumentum, nobis iampridem apud Conscriptos Curiæ dicendum fuit pro Iana Brossina monastici primatus Seichei Antistita in Præfectam Vestalium virginum Roncerei cœnobij Andegauensis. Facti seriem accipe. Muliebre hoc monasterium à Fulcone Nerra conditum fuit, patrono Andium Regulo. Pridie Idus Quintiles An. 1028. Paulò post Reguli coniunx Eduarda, collatis in cœnobium latifundiis, statuit solemne

Monasterij sacrarum Virginum in vrbe Andegauensi fundatio Die 14. Iulij. An. 1028.

epulum

epulum vertente quoque anno celebrari Calendis Aprilib. Atque ibidem poscentibus egenis singulis singulos Panes submini strari, adiecta Comitis Odoardæ commemoratione, vt tantæ Heroidis memoria quotannis insigni eo ritu coleretur. Intendit autem Monialium Antistita, in id prandium æris tantumdem expendi debere à Præfecta Seichei prioratus, quantum & à seipsa, peræquato sumptuum onere. De quo adita ex prouocatione Curia Parisien. Nos pro monacha Priore, conuiuium, de quo certabatur, multũ abesse à cœnulis Christianis, quas suprà depinximus. Nihil enim minùs congruere monastico vitæ instituto, quàm opipare epulari cum profanis præsertim Andium oppidanis, qui tum intra sacræ Parthenones septa clausträque pransuri malo more exemplóque improbabili accersérentur. Ethnicarum quidem Sodalitatum lautissima fuisse conuiuia hæc, Laconum Phiditia, Andria Cretensium, Athenienſium Apaturia, aliásque Phratriarum sympositacas coïtiones: De quibus Aristoteles Lib. 2. Polit. Cap. 8. Nec inficiabar, Romanos solemne conuiuium instituisse, Caristiam ritè appellatum, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur. Valerio auctore Lib. 2. Cap. 1. De Institutis antiquis. Verùm à Christiano sodalitio exquisitę sumptuosæque comessationes reiiciuntur: quarũ etiam impendiis annuus reditus monastici huius sacerdotij

Quinetiam inter Ethnicos Gynæceum ideo dicebatur, quòd locus esset in ædibus secretior, vbi solæ mulieres habitabant: De quo Plautus in Most. & Cic. 2. Philip.

A Græcis Sodalitates συσσίτια dicta sunt, quòd Sodales eadem mensa vterentur. De his Herodotus Lib. 1. Lacedæmoniorũ itẽ Phiditia memorat Plutarchus In Lycurgo, dicta à conuiuiorum frugalitate. Cicero quoque in Lib. de Senectute ita inducit Catonẽ differentẽ, Sodalitates me quæstore constitutæ sũt sacris Idæis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cũ Sodalibus &c.

nequeat satisfacere. Hinc differebam, castiùs religiosiúsque Ecclesiasticum conuictum curandũ esse, ac epulares sacrorũ Sodalium accubationes: ne cui temere ex prouentibus Ecclesiasticis liceret luxuriari. Eámque ob causam edixit Princeps, sacras Symphratorum pecunias, adempta omni compotatione, in pias largitiones impendi, ac in publica literarum gymnasia, ad communẽ Christiani Pop. vtilitatem. Regia Constitutione An. 1539. Artic. 185. 186. 187. Tum Aurelianensi Edicto Artic. 10. Quod magis est, Senatorio Placito conuiuiorum vsus matricis Andium Ecclesiæ abolitus fuit, nummaria saltem æstimatione pensatus, & commutatus, 17. Calend. Maias. 1570. Litis enarratore Quadrigario. Et 9. Kalend. Quintiles eod. Anno. Thuano causæ inspectore. Vtvt sit, minimè æquum videatur, cum octo regulares primatus subsint Cœnobio, vnius Præfectam epularibus impendiis ex dimidia parte cum Antistita in contributionem vocari. Re vltro citróque disceptata, interloquitur Senatus, fundationis tabulas eiusce monasterij ab Antistita proferri in medium, quibus perspectis, certius de toto hoc genere iudiciũ interponeretur. Postridie Nonas Quintiles An. 1572. Me, Prioris monachæ, Vilcotio, Antistitæ causam orantibus. In Volumine causarum Pictauensium. Profano autem artificũ collegio adsignatas olim epulas ab Ecclesiastico cœtu quotannis, non solũ moderata est Curia, verùm etiam sustulit funditus, quasi exemplo perniciosas. Tametsi enim Aurelianenses Lanij vetustissimis literis

Symphratores, i, eiusdem Confratriæ seu sacræ Societatis Sodales.

Principalis Cõstitutio De sacris Artificũ sodalitatibus, seu Phratriis.

Arestum Curiæ Die 15. April. & Die 23. Iunij 1570.

Die 8. Iulij 1572.

Hoc genus cõuiuij Aurelianensesvulgò vocabant Les

mis literis adprobarent Senatui, solemne prandiũ sibi deberi cuiusque anni mense Nouembri ab Aureliano Sodalitio sacrorum maximo, & à Nosocomo D. Lazari apud Aureliam: Ordo tamen Clarissimus censuit placere, tantum abusum conuelli, & ab epuli præstatione Ecclesiam vtramque in posterum absolui. Extemporali S. Consulto 4. Calend. Sextiles An. 1566. Me, pro Oeconomo fani Lazari Aurelianensis: Becheto, pro canonicis S. Crucis: Vilcotio, pro lanionum collegio dicentibus.

14 PRÆDIARIAS decimas sequuntur nummariæ, quæ & agrariæ interdum, sed extraordinariæ ideo dictæ, quod extra ordinem beneficiariis iniũgantur à Sede Pontificia, belli occasione Turcicæ persuasionis cultoribus inferendi. Sic in Anglica Ecclesia Purpuratus Legatus Otho sacerdotiorũ reditus decumauit in causam belli gerendi aduersus Sarracenos incredibili totius Cleri consensione. An. 1226. quum Errícus 3. Britannis imperaret. Vt est apud Polydorum Anglicæ Hist. Lib. 16. In Bohemiam quoque legatus à Celestino Pontif. 2. Romanus Senatoꝝ decumas poposcit à Sacerdotibus, in vsum Asiaticæ militiæ conferendas. Annum circiter 1200. Ex Dubrauio Rerum Bohemic. Lib. 14. Sarmatiæ item Cazimirus rex à Clemente 6. P. P. obtinuit, vt sibi decima decimarum ab Ecclesiastico Poloniæ cœtu aduersus barbaros Scythas quadriennio integro præ-

ritate Ecclesiastica collectum iri.

Hic Legatus in Bohemiam Cardinalis Petrus à lata via cognomento dictus.

ouances quarũ nomine lanij subnixi erant Diplomate Caroli 7. Regis, & veteribus Curiæ decretis.

Placitum Curiæ Die 29. Iulij An. 1566.

De hac decima pecuniaria statutum est Concilio Constantiensi Sessione 43. ne inferiores summo Põtif. decimas Ecclesijs imponãt. Neq; ab eo Concilio decimam aliúdve onus impositum iri, nisi ex magna & ardua causa & vtilitate vniuersam spectante ecclesiã. Nec specialiter in aliquo regno vel prouincia inconsultis prælatis ipsius regni vel prouinciæ & ipsis nõ consentientibus vel eorum maiori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas & auctо-

Roget aliquis, an auctis sacerdotij fructibus augenda sit pecuniaria decima, Non augẽdam putat Collecta. In Cap. Nuper De Decim. quum ista decima semel taxata sit. Imo nec Iure vllo modo debetur, nisi ex beneficio decimas prædiales habente, tanquam decima decimarũ. De quo In Clẽ. 1. De Dec.

Nicolaus 4. præcessor Clemẽtis 5. Pontif. indulserat pariter Philippo 4. Francorum Regi, vt ex Ecclesiastico cẽsu vectigal quoddã exigeret. Quo tamẽ Nicolaus ipse Virdunensem Ecclesiam immunem declarauit, tanquã extra Gallicæ ditionis fines cõstitutam. Pontificio diplomate 6. Idus Octob. seu Die 10. Octob. Põtificatus Anno 3. qui fuit ab Orbe redempto 1291. Ex Vvasburgio Lib. 5. Belgic. Hist.

staretur: Rursúmque, ne Vvratislauiensis Ecclesia à Gnesnensis archiepiscopi imperio abstracta, Pragensi addiceretur. Quod tamen Carolus 4. Cæsar Bohemorum rex enixè flagitabat. Vt Chromerus memoriæ prodidit Polonic. Annal. lib. 12. Nam more maiorũ Christianus quisque Sanctę Militię aut seipsum deuouebat Crucis candidatus, aut vicarium Militem, pacta illi de suo mercede: aut pecunias certè erogabat in rei bellicæ expeditionem. Testantur idipsum Regiæ Francorum & Anglorum constitutiones in Dominica Cruce capessenda aduersus Syriacos Christi hostes, editæ, inquam, illæ de communi Sacerdotalis ordinis sententia. Circa annum 1180. Quibus vtrobique sancitum, militiam sacram vel à subdito quolibet obeundam, vel collatitia annui cuiusque reditus decima fulciendam & adiuuandam. Cautum, ad hæc, militantes Christo, quandiu in iis versarentur castris, vsuræ æris alieni in creditores suos minimè obstrictum iri. Quemadmodum à Vilhelmo Neubrigensi relatum est Lib. 2. Cap. 22. Lugdunensi item Concilio decretum à Gregorio 10. Pontif. vt decima pars Ecclesiasticorum censuum septennio toto in sacri belli sumptus impenderetur. Idque Matthæus Vvestmonasterienſis recensuit in Britanniæ Chronicis. Eadem de causa Gallo regi Clemens 5. ius decimarum de templorum prouentibus cogendarum dedit in quinquennium, vt Paulus Æmilius scripsit in Philippo Pulchro.

INDE veteribus Francis Asiaticę accinctis militiæ

litiæ identidem, factum est, vt per multas continenter ætates idem apud Turcas Francorũ, quod Christianorũ nomen exisseret, & apud eos Franciæ nuncupatio non gentis, sed religionis haberetur. Qua insigni virtute Heroes Franci gloriam ingentem posteris reliquerunt: In Europa, in Asia, in Africa, victoriarum suarum monumenta trophæáque erexêre, Galliam spoliis hostium locupletarunt. Verùm paulatim dum nos alię necessariæ occupationes à rebus Orientis respiciendis auertunt, Christiana Religio tanto decremento imminuta est, quanta accessione fide, armísque Francorum adaucta & accumulata fuerat. Quondam arma Francorum Euphratem iugum ferre cogebant, Nilum coercebant. Nunc circa Euphratem Nilúmque nati hostes nostri, torpente lethargica Gallia, Asiæ, Africæque imperant. Aureo igitur seculo illo dabatur Cruce insignitis Priuilegium infrascriptum. *Li croisiez qui ala outremer, raura la terre que son proesme vandi, quant il reuandra, puys qu'il requiert dans l'an & iour qu'il est reuenuz: Encores lait li achateures tenue an & iour & plus asseZ, & ait moult la terre amendee & sus edifie. Car le priuilege des CroiZies dict, que toutes leurs choses soient en la protection de Saincte Eglise, & demeurent entieres & paisibles iusqu'atant que len soit certeins de leur repaire, ou de leur mort. A ceste cause luy estant reuenu d'oultremer, il rendra (en faisant le retraict) tout le forfet & amendement qui fu mis en la chose, & puis que li ans & li iours fu pas-*

debitis ante crucem contractis, quandiu debitor in peregrinatione erit. Ex Vilhel. Neubrigensi Lib. 2. Britannic. Chronicon.

Phil. Augusti temporibus cõmunis Lex Gallis & Anglis dicta à suis regibus in fauorẽ Sanctæ expeditionis, hoc modo. Quicunque clericus aut laicus crucem acceperit, nihil dabit, & de hominibus terræ suæ decimã habebit, exceptis burgensibus & rusticis, nisi assessu dominorũ suorũ crucẽ acceperint. Item quicunq; crucẽ acceperit, si reditus suos ante inuadiauerit, exitus eius anni integros habeat, & transacto anno creditor reditus rehabeat: Ita quòd fructus quos inde acceperit, in solutionem debiti cõputentur, vsuris non currentibus super

seZ sans rauoir les fruictZ. Et ceſt conſeill ſeuffre bien noſtre vſages. Ex Libro Francicæ veteris Iuriſprudentiæ, quem Petrus Fontaneus ſcitè concinnauit, Præfectus Libellis ſupplicibus in Prætorio D. Ludouici Regis, hac inſcriptione. *Ciſt Liures eſt appellez Li Libures La Reigne, & enſeignedroict a faire & iuſtice à tenir treſeſpeciaument.*

Ex talib⁹ Rom. Pontif. Literis originem ſumpſit annuũ vectigal decimarum ſacerdotiis impoſitum. Nam miſſa de eo in Galliam Bulla Leonis 10. P. P. æſtimatio facta eſt beneficij cuiuſuis vt pro ſuo modulo ferret annuatim taxatam nummorũ quãtitatem pro iure decimæ. Cuiuſmodi Taxa à noſtris dicitur Paſchalina, quia Paſchalis Conſiliarius Gratianopolitani Senatus, & Brindus Pariſien. ſenator cum aliis à rege ſelectis Francica quæque ſacerdotia in annuum Decumani æris cẽſum retulerint. An. 1517.

16 POSTERITAS itidem, deferueſcentibus pietatis ſtudiis, quum non ſponte accẽderetur ad induenda militiæ Chriſti inſignia, ſubſidio adhibiti ſunt Pontificij Codicilli: quibus vniuerſo Occidenti claſſicum caneretur, híſque tanquam ſtimulis ad ſacram Crucem ſuſcipiendam excitaremur, vel ad ſubſtituendum conductitium militem, vel æs militare ſedulò conferendum. Eiuſmodi Sanctæ Sedis diplomata paſſim appellamus *Bullas Cruciatas*. Sed quarũ poſteriores duæ Chriſtiano militi excutere veternum haud potuerunt, neque eum domo elicere in ſacram expeditionẽ. Harum alteram promulgauit Pius 2. piæ voluntatis indicem: quæ tamen, eo morte præuento, in irritum reciderit. Alteram Leo 10. proſcripſit, cuius amplior extat decumani vectigalis exactione memoria, quàm Sacri Belli opere efficacia. Nam ex quo tempore *Cruciata* palam propoſita eſt An. 1516. decumanũ aurum cunctis Galliæ Sacerdotiis indictum fuit perpetuò, inita ſingulorum æſtimatione annua, pretióque tum taxato à Paſchali, Regio Delphinatium Senatore, cui id muneris Princeps delegauit. Ex quo Decumanam hanc taxationem Forenſes *Paſchalinam* vocarunt, ceu rei beneficiariæ Cenſum. Adeo vt nec certius vllum hodie, quàm ex decumana pecunia tributum habeatur. Anterius autem Pij 2. Reſcriptum, quo veterem formulam intelligas nummariæ decimæ in ſacram cauſam inſumendæ, nobiſcum ſic legito. *Pius Epiſcopus &c. Ezechielis Prophetæ magni ſententia eſt, veniente gladio, niſi annuntiauerit ſpeculator animarum quæ perierint, ſanguinem de manu eius requirendum fore. Quod veriti prædeceſſores noſtri Nicolaus 5. & Calixtus 3. ab eo tempore, quo efferata Turcarum rabies Conſtantinopolim expugnauit, venturum ad interiora Chriſtianitatis hoſtilem gladium, clamare non ceſſarunt, cõmonere Chriſtianos Principes & Populos, quanto in periculo eſſet noſtra Religio, niſi occurrerẽt hoſtib⁹ priusquàm amplius inualeſcerent, ſuaſère vt arma ſumerent, defenſionem noſtræ fidei Catholicæ ſubirent, furentibus beſtiis obuiam irent, nec ſinerent immanẽ draconem Mahumetem fideles deuorare animas. Videbant ferocem illius animum, occupata Conſtantinopoli, minimè quieturum, cuius inexplebilis eſſet dominandi cupiditas, nec dubium quin Orientali ſublato Imperio, in Occidentale aſpiraret, annuntiata eſt in tempore futura calamitas, ſed non eſt credita, non ſunt auditæ Paſtorum voces ſanctorum. Hũgari tantùm ſub Calixto vigilantes arma ſumpſerunt, quorum & Teutonum & vicinorum auſibus apud Belgradam Turcarum ingentes copiæ profligatæ ſunt, & Mahumetes ille terribilis & ferox turpem arripuit fugam. Nationes aliæ, tanquam nihil ad eas Turcorum facta pertinerent, in ſuis ſedibus quietè permanſerunt. Nos deinde, ſicut Domino placuit, qui quamuis indigni tanto munere Calixto ſucceſſimus, mox in Apoſtolatus*

Apoſtolicum Diploma Pij 2. Chriſtianæ gentis exhortatoriũ ad arma ſumenda in Turcas communes Chriſtiani nominis fideique aduerſarios. Die 22. Octob. An. 1463.

initio Mantuanum conuentum indiximus, in quo de cõmuni vtilitate communibus Christianorum conciliis ageremus &c. Eapropter vos omnes & singulos Cardinales, patriarchas, archiepiscopos, Episcopos, abbates, & alios Ecclesiasticos, qui de sorte Domini effecti estis: Vos quoque Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, barones, milites, ciues, & alios quosque fideles per viscera misericordiæ Domini nostri Ihesu Christi, per passionem eius qui vos redemit, per iudiciũ extremum in quo stabitis ante Tribunal eius accepturi vnusquisque secundum opera sua, per spem vitæ æternæ, quam repromisit Dominus diligentibus se, obnixè requirimus, monemus & obsecramus, vt quæ commodè potestis in hanc Sanctam Expeditionem auxilia conferre non differatis, sed in tempore prædicto ad nos mittatis. Veniat per seipsum qui validus est, & commodè potest. Qui verò non veniet, mittat alium seu alios iuxta vires suarum facultatum. Si neque aliũ mittere potest, de bonis suis à Deo collatis quãtum secundum conscientiam suam potest, per fideles manus in hanc expeditionem contribuat, aut in cistis reponat, quæ ad hoc opus in singulis diœcesibus constituentur. &c. 11. Calend. Nouembres An. 1463. Pontificatus Anno 6. Ac de nummariis decimis hucusque, modò obiter cunctis innotescat, Bullatas tabulas persæpe in Hispania publicari ad cogenda sparsim piorum munera stipémque nummariam: ex qua Christiani nominis captiui redimantur, & qui apud Mauros in seruitute habentur, postliminio restituantur in libertatem. Tale Diploma redemptionis captiuorum promulgari identidem iussum est tota Iberia, Regio Edicto in Toletanis

Cautum est eo Artic. Toletanorũ Hispaniæ conuentuũ nõ modò Bullã redemptionis captiuorum à Præcone Ecclesiastico euulgari, sed & collectæ hinc eleemosynæ rationes exactè dispungi, ne alio conuerterentur quã in captiuorum redẽptionem.

Hispaniæ Comitiis lato. An. 1560. Artic. 104.

17 FVERVNT etiam decumæ Militibus clientelæ titulo attributę à principibus viris assentiente Clero, quòd Ecclesiæ Christianæ acerrimos se defensores in externos Fidei hostes præbuissent. Ex Gallorum Chronicis. Aliam autem profanarum decimarum originem referunt Saxonici Annales. Nam horum testimonio Carolus Mag. Saxones prælio victos, qui cladi superfuerant, ea lege seruauit, vt nomina darent Christo imperatori, & sacra lotione abluerentur. Mox ab eodem Osnaburgæ extructa Pontificalis basilica, cui Vvitonẽ præpositum variis eius Prouinciæ opibus cumulauit, in perpetuum Sacerdotij victum assignatis. Exin produnt, iiunctas plebi decimas de more Christicolarum non obueniisse pontifici primùm, sed Regiis Præfectis, vt militibus inde stipendia sumptúsque penderent crebrarum in barbaram gentem expeditionum. Tributorum nomen horrebat libertati assueta natio, sed decimarum frugum exactionem recusare non poterat. Interpretantur quidam hinc ortum, vt decumæ à profani ordinis hominibus possiderentur. Crantzius verò de clientelarium decumarum institutione aliter sensit in Ecclesiastica Saxonum Historia, Præsules, vt sacra iura firmiùs magnatum virorum tutela præsidioque munirent, decimarum partem profanis Dynastis transcripsisse beneficij in speciem: ratos, ferendam potiùs dimidiæ partis iacturam, quam totius sacri prouentus. Quo factum, vt a sũmatibus transirent decimæ in ministeriales, qui

Peruicacia Saxonum pectora vix tum domari potuêre.

Gaguinus In Francic. Annal. Profanariũ decimariũ institutionem repetit à Carolo Martello, Sarracenis acie deuictis, qui ab Hispaniæ oris egressi Gallicos agros fanáque euastarãt.

Quãuis decimæ nequeant laicis concedi in feudum, Cap. quamuis, De Decim. Tamen concessæ ante Concilium Lateranen. habitũ An. 1179. remanserunt penes vassalos: Sed fauore reductio-

nis decimarum ad ius commune primæuum, & ecclesiasticum dominiũ, valet donatio quam de solius diœcesani consensu facit laicus ecclesiæ de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudũ, licet non eadẽ sit ecclesia: & in cæteris alioqui solus episcopi consensus sine consensu capituli non sufficiat. Cap. cum apostolica De iis quæ fiunt à prælat.

An verò, si decimæ antiquitus concessæ laico redeant ad ecclesiam, episcopus possit de nouo illas infeudare, tractat Calder. Consil. 2. De Decim. puto nõ posse, quia decima semel ad ecclesiam reuersa pristinam qualitatem & cõditionem reassumit. Vt copiosius diximus Lib. 3. De Domanio Franciæ.

nunc militares appellantur. Auctore Crantzió Metropolis Lib. 1. Cap. 2. Adeo quidem Ecclesiasticorum bonorum protectio Ciuili competit Potestati, nobiliúmque primoribus, vt monachorũ agros in Bohemia populantibus istis, Abba Strahouiensis Premislaum regẽ ita compellarit. Quid nos aliud, Rex inclyte, quàm curatores fiduciarij sumus? Vt bonorum videlicet nobis creditorum procurationem geramus ex fide. Imperium autem tutelaréque patrocinium tam in nos, quàm in cœnobia ad te vnum pertinet, tanquam ad Principem nostrum. Ab Regibus quippe donationes hæ in pia hominum consortia dimanarunt, non vt profanentur, temeréque distrahantur res Numini semel dicatę, verùm vt Pietati inseruiant perpetuò: Quod tamen vix vnquam contigerit, nisi terrarum Rectores sua in Ecclesiam munera vsquequaque tueantur. Cùm enim multa in Regno decore, piéque ac vtiliter constituta sunt, tum in sacra hac Politeia maiorum tuorum agnosce prudentiam. Struebant alij sparsim Monasticas Ædes, plurimísque vicis, pagis ac colonis illas dotabant, Religionis vtique amplificandæ gratia: at suo etiam commodo interim & Monarchiæ, quæ retineri sine externis opum viribus non poterat, consulentes. Intantum enim cœnobiorum facultates suis adnumerabant, vt Camerã suam vocitarent: quod inde, vrgentibus bellis, velut ex confertissima penu annonã & reliquũ commeatũ suam in rem depromerent. Siquando autẽ opus erat perfugio in domesticis præsertim seditionibus, non tà monasteria,

monasteria, quàm propugnacula, & tuta militibus receptacula habebant, quibus nihil in profanos agros moliri licuisset, tametsi à priuato possessos infido ac rebelli. At fidi, Principumque nostrorum dicto semper audientes nos in piis perseueramus contuberniis, Deum assiduè precamur, ei vota nuncupamus pro vniuerso mortalium genere, pro Regibus, aliísque in eminenti dignitatum gradu collocatis, nec sine flagranti sacri cœtus studio: vt saluæ tibi maneant cœnobiorum tuorum possessiones, cum Regni tui incolumitate. Vide igitur, ecquid expediat propria te vineta cædere, quibus amputatis, sterile posthac domi, mutilúmque obtineas Imperium. Propitiis hæc auribus accepta, latumque mox capitale Edictum in omnes locis viríque religiosis insultare ausos. Sub annum 1220. Quemadmodum à Dubrauio scribitur, Olomuzensi Episcopo Bohemicæ Hist. Lib. 15. Idem auctor est, Premislaum regem nouis monachorum Sodalitiis Bohemicum regnum exornasse. Imprimis enim duo Pragæ cœnobia instituit, alterum D. Clementis, alterum B. Francisci titulo, & in vtrumque Sodales transtulit, deuotos iam antea piæ Franciscanorum, aut Dominicanæ Societati.

Pia elegánsque exhortatio Abbatis Strahouiensis ad Bohemum Regẽ pro rerũ bonorúmque Ecclesiæ cõseruatione.

Quũ laicis decimas possidentibus ius commune resistat, nisi probetur Titulus, sola possessio etiam immemorialis laicis non prodest in iure decimarum controuerso. Cap. Ad decimas De Restit. Spol. In 6. Quia laicus decimas præscribere nequit. Cap. Causam De Præscript.

18 NON eò solum clientelis adscriptæ decimæ censentur, quòd à profanis hominibus dudum perceptæ sint, vel seculari etiam Ecclesiæ silentio, ac cẽtena sacri iuris possessione. Decreuit enim Senatus, priuatum quemque eius decimæ, quam centum & amplius annis possedisset, idcirco

petitione ſummoueri, quia primæuam illius conceſſionem beneficiariam in iure non exhibuiſſet. Areſtis Purificationis Deiparæ virginis An. 1537. Nam ſacrę decumę vt poſſeſſio plebeiis vetita eſt, ſic cuiuſuis temporis prę ſcriptio. Cap. cauſam De Præſcript. Ita viſum Hoſtiẽſi. Ioh. Monac. Et Archid. In Cap. 2. §. ſanè De decim. in. 6. Sed moderatione quadam definiendum hoc putat Abbas Sicul. vt feudaria decimarum conceſſione allegata, cuius tabulas proferri non patitur tempus edax rerum atque inuidioſa vetuſtas, laico ſatis ſit illius fidem facere cẽtena decimarũ poſſeſſione. Panor. in Cap. Cum Apoſtolica. De iis quæ fiunt a Præl. ſine cõſenſ. capit. Alioquin beneficiaria eiuſmodi Cautio inſtrumentis probanda eſt à cliente, non teſtibus, aut teſtimoniis. Publicè enim intereſt clientelaris Pacti literas edi, vt diſpiciatur, quo ſeculo decima in profanum aliquem tranſlata ſit, ante necne, an poſt Synodum Lateranenſem. Vnde quiſquis ſacras decimas clientelari lege ſibi vẽdicat, eas ante Lateranũ Concilium ſibi, vt clienti Eccleſiæ, tranſcriptas fuiſſe intendit. Porrò Quadrigarius noſtri pridem Fori patronus conſultiſſimus dicere ſolebat, beneficiarias decimarum conceſſiones, quæcunque ſcriptis mandatæ fuerant, iuſſu Philippi Pulchri allatas fuiſſe in Cameram Præfecturæ Ratiociniorũ Pariſien. Inde, ea fortuito poſt exuſta, neceſſario coactos iudices in controuerſis feudariæ decimæ quęſtionibus admittere vicanorum ſenum teſtationes, & tabularum inopiam teſtium fide ſarcire, atque ex his rei geſtæ veritatem eruere.

5. Conſult. die 1. Februar. An. 1537.

Egregiũ Baldi commentũ eſt, vt qui longiſſima poſſeſſione ſuffultus ſit abſque euidenti titulo, titulum alleget, eúmque probet antiquiſſima poſſeſſione Bal. In L. Cũ de in rem verſo ff. De vſur. Doct. In l. ſi certis annis. Cod. De Pact.

Huc pertinet Cap. dudum De decim. vbi titulus infeudationis & donationis decimarum factæ etiam à Principe vel Rege poſt Concilium Lateranen. (eo ipſo quòd exhibitus fuit in iudicio) euertit fundamentum poſſeſſionis immemorialis, qua nitebatur laici donatarius aduerſus epiſcopũ.

19 VARIE certant Pontificij Scriptores, nûm à clientelaris decimæ poſſeſſore Curio licitè petat congruæ portionis ſupplementũ. Illicitè peti reſpondit Cardinalis in Clem. 1. De Iure Patron. Ex Conſtitutionis huiuſce verbis, perſonam Eccleſiaſticam &c. At ciuili modo accipiendum iſtud eſt, quum plebeij Eccleſiaſticis bonis paſſim non fruantur, vtpote ſacrarum poſſeſſionum incapaces. Sinautem laicus ſingulari iure quodam ſuos faciat rerum Eccleſiæ fructus, cum eo experiundi poteſtas erit paræciaco ſacerdoti, ad debitæ portionis collationem. Arg. dictatorum à Dominico in Cap. Cùm ſingula. De Præb. in 6. Quam Rebuffus ſententiam pluribus confirmauit. In Tract. Congruæ Portionis. Quæſt. 5. Verùm miſero iſto æuo tantum abeſt, vt ſacratis viris canonica portio à milite adſignetur, profanas decumas capiente, vt & maiorũ ordinum ſacerdotia Equites ſibi vſurpent in Gallia identidem, neglectis qui in ſortem *Domini* vocati ſacras Prę fecturas ſoli deberent obtinere. Et hanc Reipub. noſtræ labem aduertenti ſæpius, quàm vellẽ, recurſant animo quæ Nicolaus Clamengius tragicè ſcripſit in Francica ſuæ ætatis vitia, quorum ciuiles diſcordiæ comites externa tum bella peperêre, & hinc fœdiſſimam demum Gallici Pop. internecionem.

Non ſolùm patroni Eccleſiæ, ſed & quicũque eius decimas poſsident, obligantur congruæ portioni dandæ. Cũ decimæ ſint tributa egentium Can. reuertimini 16. Quæſt. 1. Multo magis pro eo qui ſeruit altari Cap. cum ſecundum De Præb.

Quid ſi plures ſint Eccleſiæ patroni, vel decimas percipiẽtes, à quibus petatur portio congrua, an hæc ab omnibus ſimul petetur, an à ſingulis inſolidũ? Ab omnibus petetur, ſed pro ea parte, quam poſsidẽt, vel fructus recipiunt. Arg. L. 3. §. vlt. ff. De Alim. leg. L. Si libertus 1. §. libertus ff. De bon. libert.

ibi, reſiduum ex debita parte ſibi omnibus hæredibus pro portione cuiuſcunque aufert.

Nicolaus de Clamengiis Bellocaſsiorum in Neuſtria Archidiaconus à Pariſienſi Schola magiſterio ſacræ paginæ decoratus edidit ſcripta plurima, De corrupto Eccleſiæ ſtatu, De fructu rerũ aduerſarum, De Præſulibus ſymoniacis, De fructu Eremi, De materia ſchiſmatis, Epiſtolas quoque ad Petrum de Alliaco Epiſcopum Cameracenſem Cardinalem, & alia pleraque, quum Carolus 6. Francicæ Reipub. præeſſet.

In Lib. De lapsu, & reparatione iustitiæ ad Philippum Burgundionum Ducem. An. 1420. Quo loci multa ille de emptitiis Magistratibus, de venditione sacerdotiorum, de noua subinde vectigaliũ indictione. Vnde graues Plebis ac Procerum tumultus, bellum Ciuile, flagellum Dei, concitatũ: quod scriptor idem acerbè deplorat In Oratione ad Illustrissimos Galliæ Principes. Hac nimirum Oratione Gallicos magnates bello dehortatur intestino, cui tum accingebantur, & in Religionis Patriæque antiquos hostes arma conuertere suadet, sed irrito conatu. Surdis enim ceciniſſe fabulam istum non modo testes sunt auriti Franciæ Historiographi, sed etiam oculatus Gallicæ tragediæ spectator & actor Iuuenalis Vrsinus præfectus collegio Decurionum Parisien. à quo speciatim Caroli 6. Annales conscripti, & aduersariæ nostratum id temporis factiones, simultates, procerũm motus, externa bella ciuilibus proxima, quæ Francici Orbis imperium magnopere concusserunt. Ex Vrsini chirographo exemplari.

Liber Iohannis Iuuenalis Vrsini Præpositi mercatorũ Parisiensium, Regique in Senatu Lutetiano aduocati: Cui⁹ ex liberis vnus fuit Galliæ Cãcellarius, regnante Carolo 7. rege, Archiepiscopus Rhemensis, & alij ad amplissimos honores euecti, quorum sepulchretũ visitur in quodã Sacello maioris Templi Parisiẽ.

Qvæ omnia si cum æui nostri moribus conferas, cúmque hodierna omnium Pop. Ordinum corruptela, eccui iam mirum sit Galliam domesticis cladibus exagitari, mox Arctois prædam gentibus obiici cum summo Reipub. nostræ casu, nedum dedecore? Vereor equidem, ne frustra nunc à nostratium animis belli cogitationem diuellas nuda Maronis oratione, qui Romanis ciuiles tumultus personati Anchisæ verbis dissuadet.

Ne quæso,

Ne quæso, ne tanta animis assuescite bella,
Neu Patriæ validas in viscera vertite vires.

Quandiu enim à recta virtutis via aberrabimus Franci, tandiu punctionem ictúsque Ciuilis Gladij sentiemus. Scio nonnullos calamitatis nostræ culpam reiicere in Primarios Reipub. Magistratus, quasi publicæ disciplinæ parum studiosos, sacráque imprimis Politeiæ. At verius est decentiúsque id nostris delictis adscribi, quàm huius summatum Imperij ignauiæ, καὶ ἀμαθείαις τῶν ἡγεμόνων. Nam & pius vates Oseas, præcinit Populum, cuius scelera vlciscatur Deus, temere in suos Rectores inuecturum seu Ecclesiasticos, seu profanos, quasi publicæ salutis iuxta ac periculi contemptores. Oseæ 8. Et Esaiæ 3. Id quod Anastasio perinde visum est, Niceno Antistiti. Quæst. 15. An omnis Princeps, & Rex, & Episcopus à Deo præficiatur. Vtinam tãtum liberis Franciæ Comitiis excutiantur, vti spero, Popularium Ordinum deprauati mores, ac vitæ cuiusque rationes dispungantur. Idcirco enim vel Ethnici Galli conuentus annuos, solemnésque peragebant, vt corruptum Reipub. statum identidem ad syncerę Politiæ normam reuocarent. Teste Iul. Cæsare Lib. 6. de Bel. Gal. In iis verò nunquam vberius expostulandi argumentum in plebeios, in forenses togatos, in equestrem Ordinem, maximè verò in Sacerdotes, quibus si Ecclesiasticæ Præfecturæ concordibus Cleri votis deferrẽtur ex vsu institutóque maiorum, quanto melius cum Repub. ageretur? Sicuti enim à sacerdotali munere aliena est

olim vniuersa Hispaniæ prouincia in septẽ conuentus Iuridicos diuidebatur: Specialiter autem in Bætica fuisse Iuridicos conuentus 4. scribit Plinius Lib. 3. Natur. Hist Gaditanum videlicet, Cordubensem, Astygitanum, Hispalẽsem. Nouissimis autẽ temporibus Toletani cõuentus cõa-

Eli An. 1555. Deinde alij An. 1558. & 1560. De publicis autē Galliæ conuēticbus vide à nobis collecta Lib. 2. De Domanio Frāciæ In Tit. De Alienatione domanij Bellorum causa facta. Fischerius itidem Roffensis Præsul scripsit contra Clichthouæū De vnica Magdalena. Roffensi autem in Anglia Episcopo rescripsit Innocētius 3. Cap. Bonæ memoriæ De appellat. Normanicum hoc Cœnobiū, Benedictini Ordinis. Sūmus est fauor debitæ curioni decimæ exoluendæ, intantum, vt religiosi S. Iohannis Hierosolymitani, qui habent vetus Priuilegium exēptionis Decimarum, quem nūmaria mercede locassent fun-

profanorū tractatio: ita à Ciuili Magistratu sacrorum arbitrium, mandandiq; Hierarchici muneris auctoritas. De quo elegāter Fischerius Roffensis episcopus in Sacri Sacerdotij defensione contra Lutherū Congressu 2. In 6. Axiomate. Idē auctor Martyrij laureā cruenta morte nactus est Londini, in Ecclesiastica aduersus Principem dignitate & libertate asserenda. An. 1535. Haud multo aliter, quàm sanctus Cantuariensiū pōtifex, qui & ad arā maximā velut victima mactatus fuit, sacris cruore humano respersis. Præclarum sanè Caroli Mag. apophthegma ad Synodicos Patres, non semel ipsius hortatu coactos, vt de sūma Rei Christianæ decernerent: Se œcumenicis Ecclesiæ conuentib⁹ interesse quidem, non vt pręesset, aut sanctioribus consiliis iudiciū misceret suum, verùm vt ibidem statuta Politico gladio Regiáque manu tueretur.

21 LITEM decimarū nomine instituit parochus in cœnobiarcham D. Michaëlis de vlteriori portu, Rothomagen. diœceseos. Victus iudicio Abba (cum monastico cœtu) cœnobiarchiam eiurauit in Borbonij gratiam, Romani Purpurati. Aduersus hunc postulat Curio executionem rei iudicatæ simul & in monasticam Familiam, vt præteritorum annorum fructus restituant vniuersos, de quibus erat nominatim à Senatu pronuntiatum. Ediuerso nouus Abba, conceptam fuisse cōdemnationem in cœnobij Præfectum anteriorē, non in seipsum. Decimarum certè ius à Curia definitū respicere cœnobiarchiam ipsam, & monasterij præsules quoscunque: At fructuū restitutionem, qui

qui personales sūt & ab vltimo percepti cœnobij antistite, in eundē esse vel eius hęredes persequendam. Replicat ad hæc parochus, iudicati lege cœnobiarcham & cōuentum expressim comprehendi, vtrumque damnatum monasticæ titulo dignitatis, non personæ, nec pro decimarum iure duntaxat, sed etiam præteriti temporis fructuum. Proin aduersus iudicatum fraudi locum non superesse, neque illius effectum posteriori cœnobij cessione eludendum. Quippe quum salua maneat nouo Abbę subsidiaria actio in antiquū Archimādritam. Ita demum Conscripti Curię secundū parochum decreuerunt. Mense Nouembri An. 1542. Bouioûo, & Cardinali Abba prędicto litigatorib⁹.

22 OFFERENTE sacras libationes plebecula, emersit dissidium in templo inter curionem, sacelli cuiusdam sacrificulum, & profanos aliquot parœcos, qui ab huius sacellani partibus stantes quum tumultuarentur, Ecclesiasticum Numinis cultum fœdè conturbarunt. Hi propterea cum sacellano promiscuè rei citantur Pontificio iussu. Regij deinde fori præscriptione summoti appellant Ordinem Ampliss. Prouocationi suffragabatur plebeia, profanáque appellantiū conditio, quibus idcirco sacer magistratus ius dicere pro imperio non poterat. Diuini enim cultus perturbationem mixti fori crimen esse Baldus annotauit In L. Siquis in hoc genus Cod. de Episc. &

dos suos, condēnati fuerint, saltem eorum fundorum possessores decimā integrā curato persoluere Arestο Gratianopolitani Senatus inter Capitulum B. Mariæ Gratianopol. & Præceptorem Echirolarū. Vt refert Guydo Papæ Quæst. 207. Iuxta Cap. A nobis & Cap. Dudū De Decim. Sed quomodo hoc clarè intelligēdū sit, superius à nobis dictum est, quum Clementis 7. Priuilegium huic Ordini irrogatū, quod cum tali Arestο pugnare videtur, recitaremus.

In Primitiis, & oblationib⁹, vt aliquid soluatur, hoc est diuini iuris & præcepti: Quātum autem soluatur, ex consuetudine pendet. Ac de ea consuetudine in talibus attendenda Boerius Decis. Burdegalensi 236. Oblationes verò inceperunt tēpore Caini & Abelis. Ex Genes. 4. licet ad Noeum id referant alij, Ex Genes. 8. in fi. ibi, ædificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare &c.

Basilienſibus his Placitis cõueniũt duo subalpini Senatus Decreta, ne quis in templis obambulet, néve tumultuetur, quo tempore cultus diuinus palàm celebratur, adiecta grauiſsimæ mulctæ comminatioñe. Areſtis Die 25. Februar. An. 1561. & 14. Iulij. An. 1562. Ex Lib. Edictorũ & Statut. Sabaudi Ducis cum Allobrogicis Senatuſconſultis, quæ ibidem inſeriũtur.

Placitũ Curiæ Die vlt. Decemb. 1549.

Die 19. Nouẽb.

Cler. Talis igitur perturbationis reus, ſiquidem profanus ſit, videtur ad regium tribunal vocandus, ſi ſacerdos, ad pontificium. Parochus, è contrario, Iuridicum Eccleſiaſticum violati ſacri miniſterij vindicem eſſe indiſcriminatim. Baſilienſi Concilio. Tit. De iis qui tempore diuin. off. vagantur per Eccleſiam. §. prohibeatur, ne diuina officia tumultuoſi quorumcunque per Eccleſiam diſcurſus impediant aut perturbent, & ibi Guymerius ſcholiaſtes. Licitè enim pontificiũ anathema in quemuis diſtringitur ſacri officij turbatorem. Cap. Dilectis De Appellat. Huiuſmodi tumultus in loco ſacro proximè ad impietatẽ accedere, velutque hæreſim quandam, Pontificiæ crimen notionis & animaduerſionis. Vt Lib. ſuperiore eſt à nobis explanatum. Nihilominus Curia hoc genus delicti mixtũ eſſe, ſeu mixti fori pronũtiauit. Areſto Pridie Calend. Ianuar. An. 1549. At biẽnio poſt de ſimili penè quæſtione Senatus cenſuit amplius deliberandũ. 13. Kal. Decẽb. An. 1551.

RENOVATVS eſt hoc ſeculo fanaticus Vviclefi error, decimas dicentis eodem loco habendas eſſe, ac ἐλεημοσύνας, poſſeſſorum cuique liberum ius eſſe eas pro arbitrio erogare, nec ad ſoluendũ vllo iure compelli. Cuiuſmodi opinionem Patres Conſtantianę Synodi damnarunt, vnà cũ 188. aliis peruerſi iudicij capitibus Vviclefi, & Iohan. Huſſi hęreſiarchæ. At nuper quoque, ſacro fremente bello Gallico, venit in quæſtionem apud Libellarios forẽſis Baſilicæ Recuperatores, vllã ne prorſus, quotãue fructuũ partẽ dare parœcus teneretur curioni Agrario Decimæ iure. Ille tẽporum

Nulla penſitatio annua ſacris Decimis fauorabilior, quæ ex prædiorus fructibus leguntur. Decimariæ autẽ decimæ, quæ à Sacerdotibus ex ſuis beneficiis annuatim Prĩcipi ſoluuntur, minùs fauorabiles videntur, magiſque reſtringendæ. Et ideo variis decretis ſupremæ Curiæ Vectigalium iudicatũ eſt, decanatus quoſdam, prioratus & membra vnita Abbatiæ Cluniacenſi, etiam ſi in aliena & longinqua diœceſi ſita eſſent, non adſtringi talis decimæ nũmariæ præſtationi, quum caput ipſũ & Abbatia taxata ſit quoad decimas, habita ratione omniũ membrorũ ſuorum vnitorum perinde ac capitis ipſius, & bonorum cuiuſque tam capitis quàm membri. Areſto Die 21. Auguſti An. 1560. Fillolio, pro Cardinali Lotharingo Abbe Cluniacenſi, & Alberto De Vallen-

iniuria fretus oppugnabat decimarum ius omnino, puras eſſe largitiones dictitans, & vltroneæ munus liberalitatis ad neceſſitatem minimè detorquendum: Saltem trahendum non eſſe ad certam erogationis annuæ formam, vel quãtitatem, quo minùs curiales ipſi quotam voluerint pro arbitratu, ſeu viceſimam, ſeu triceſimam liberè præſtent. Parochus, ex aduerſo, Decimarum appellatione non quid modò, ſed & quantum ſacris Oraculis ipſi deberetur, ſignificari. Fatetur certè decimam frugum partem, quæ Leuitico Ordini adſcripta eſt auguſtiſſima Superũm Lege, minui nonnunquam pro regionum moribus & patrio ritu. Aſt Prouinciali ceſſante conſuetudine, circumſcripta eſt Canonibus ac definita fructuum quãtitas, i, decima portio attributa templi ſacerdoti, vel ipſa etiam verbi notatione. Vnus hinc ſolum demitur caſus Regia conſtitutione Philippi Pulchri, ne inuſitatum genus decimarum exigeretur: pro iis nimirum, ex quibus vulgò decumæ percipi non ſolent. Anno reſtitutæ Salutis 1303. Itaque damnato parœco Decimã frugũ partem exoluere Curioni, Senatus ab ea ſententia iniuſtè prouocatũ decreuit. Placitis Curiæ ſolemnibus, quæ Magiſter Protopræſes in conſpicua purpura recitabat. An. 1562. Quibus confinis eſt planè Britannica Odoardi Regis Sanctio vetus, ex omni annona decimã partem Deo penſitandam:

Rhegienſi in Prouincia epiſcopo dicentibus. De Prioratu & decanatu ſolle. Huc facit Cap. diuerſis. De cleric. contug.

Philippina Sanctio De decimis in Stylo Parlament. Parte 2.

Ægidius Magiſter Senatorij Ordinis Princeps in Curia Pariſien.

Qui gregem equorum pasceret, ab eo pullũ decimum reddendum: Qui caseum pressisset, decimum, si non pressisset, lac Diis offerendum decimo quoque die. Similiter agnum decimum, butyrum decimũ, porcellum decimum. Id quod latiùs explicat Anglica Lambardi Archayonomia.

SEDVLO nunc Rectoribus Ecclesiarum curandũ restat, vt sacros perinde spiritalesq; fructus parœcis suis conferant assidua Pastoralis muneris functione, vti profanam frugem decimam ex istorum fundis demetere concupiscunt. Qua tamen curialis assiduitate ministerij immunes solutíque sunt literarum studiosi in celebriore Academia, sacerdotiorum interim fructus lucrifacientes non tantùm Canonicis Sanctionibus vulgò tritis, sed veniali etiam Rescripto Iohānis 22. Pontif. Max. Lutetianæ Scholę alumnis priuatim irrogato, cuius verba sic referuntur. *Iohannes Episcopus &c. Dilectis filiis vniuersitati Magistrorum & Scholarium studij Parisien. &c. Nos vestris supplicationibus inclinati, vobis indulgemus, vt vniuersi Magistri præsentes & futuri in præfato vestro studio actu studentes, huiusmodi insistendo studio, fructus, reditus & prouentus omnium beneficiorum suorum quæ obtinent, & in posterum obtinebunt, etiam si dignitates, personatus, vel officia existant & curam habeant animarum, dummodo huiusmodi dignitates in cathedralibus maiores post episcopales, & in collegiatis ecclesiis principales ac huiusmodi alia beneficia ecclesiæ non existant, cum omni integritate vsque ad quinquennium percipere liberè valeant, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis &c. Nonobstantibus si dicti*

Apostolicum Diploma Iohānis 22. in gratiam Scholariũ beneficiatorũ, vt absentes studij causa lucrentur nihilominus fructus suorum sacerdotiorũ. Die 2. Nouemb.

si dicti Magistri primam in dictis Ecclesiis non fecerint personalem residentiam consuetam, seu quibuscunque statutis & consuetudinibus ipsarum Ecclesiarum contrariis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia firmitate vallatis &c. Auenione 4. Nonas Nouemb. Pontificatus Anno 15.

TITVLVS 5.

DE ADMINISTRATIONE RERVM ad Xenodochia pertinentium.

1. *Hospitalitas inter prima & præcipua Christiani hominis officia est numeranda.*
2. *Hospitalium curam ad Diœcesanos præsules pertinere.*
3. *Tridentini Cõcilij Decretum de reddendis Hospitalium ab Administratore rationibus.*
4. *Francica obseruatio in Eleemosynariæ bonis gubernandis.*
5. *Regia approbatio & admortizatio bonorum Leprosariæ S. Quintini in Picardia.*
6. *Res Clericorum S. Quintini Regio iuri notioníque reseruatas fuisse.*
7. *De Hospitalibus Commendarum Ordinis S. Anthonij.*
8. *Quænam à Diœcesanis olim condita fuerint Hospitalia.*
9. *Episcopi beneficiariũ Hospitale à Laicis non administrari.*
10. *Secus de Xenodochiis nudam administrationem, non beneficij titulum habentibus.*
11. *Condonati seu deuoti Eleemosynariæ, bonis propinquos succedere.*
12. *Aliud in Oblatis, qui mutata veste se suáque dedicant Monasterio.*
13. *Pauperum Scholarium Hospitia seu Gymnasia.*
14. *Sorbonicæ Scholæ institutio.*
15. *Alimentorum modus Scholasticis præscriptus Cluniacensis Collegij Parisien.*
16. *Pro scholasticis gradibus qui sumptus lege constituti.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

17. *Vetus in egenos alendis Politia.*
18. *An generali testamenti reuocatione pia legata reuocata videantur.*
19. *Legitimam in antiquis patrimoniis Consuetudine statutã pio legato minui non posse.*
20. *De Hospitali & Collegio Canonicorum S. Sepulchri Parisien.*
21. *Ecclesiasticos quondam profanis bonorum Reipub. rationibus præfuisse.*
22.23. *Ecclesiæ bona Pauperibus sacrata in profanos vsus conuerti non debere.*

Neapolitani à Pontano laudati sunt, quòd hospitalitatis iura sanctè seruarẽt, in B. Mariæ domo pauperes hospitio exciperent, educarent: & expositittas puellas ibidem pudicè liberalitérque institutas, qui domui præsunt, honestis viris bona cum dote soliti sint elocare. Põtan. Lib. De Liberalitate Cap. 19.

Hospitalitatis ne sitis immemores, inquit Paulus: per hãc enim quidã inscientes exceperunt hospitio Angelos.

1 CVM IN SACRIS beneficiis, tum in Hospitalibus Pauperum diuersoriis adhibẽda Oeconomica procuratio, bonorúmque administratio diligens. Nam Ecclesiasticas opes egenorum esse patrimonia intonat Prosper Aquitan. Lib. 2. De vita contemplatiua. Cui rei documento sunt priorum Ecclesiæ parentum opera, conferentium ἐλεημοσύνας, quibus alerentur tenuiores, ac suppetias ferentiũ egentibus Christianis. Paulina Epist. ad Romanos 12. Quia autem in iis Hospitalitas maximum humanitatis piáque animorum coniunctionis locum obtinebat, inde factum, vt & Christiani hospitales esse monerentur, & in hæc vsque secula productæ sint Ecclesiasticæ vetustatis insignes reliquiæ, Hospitales Ædes: in quibus communi quodam, ac Christiano Hospitio inopes exciperentur, ægri, aut viatores. Iuxta Pauli sententiam Hebræor. 13. & 1. Pet. 4. Eiusmodi Hospitalitatem, velut antiquius Christianorum exercitium,

exercitium, refert Dionysius apud Eusebiũ: Quo præsertim tempore pestifera lues per mediam Alexandriã grassabatur. Lib. 7. Cap. 22. Exin Pontificij etiam Scholiastæ censuerunt, Πτωχοδοχεία Ecclesiasticis omnibus frui Priuilegiis. Abbas & Barbat. in Cap. Ex literis. De consuet. Ioh. Andræas In Cap. Grandi. De Supplen. neglig. Prælat. in 6. Idem in Cap. 2. De restit. in Integr. Eod. Lib. Innocen. in Cap. Cùm ad sedem. De Restit. Spoliat. Bald. in L. si quis ad declinandam L. Orphanotrophos. Cod. De Epis. & cler.

Post sacrorum Beneficiorũ bona, de quibus dictum est, nũc quæ ad ea proxime accedunt, vt Hospitalia, tractãda sunt.

Πτωχοδοχεία, *pauperũ receptacula.*

2 EPISCOPIS vero Xenodochij cura, sollicitudóque peculiariter incubuit antiquitus, tanquã Ecclesiastica functio. Decretum est enim à Chalcedonensi sacro Conuentu, Clericos Valetudinariis præfectos, quæ in cœnobiis, & basilicis Diuorum Martyrum constituerentur, Episcopali imperio censuráque fore obnoxios. Actione 15. Can. 8. Rursum Pelagius 1. Pontifex in suam Ecclesiáque tutelam Nosocomium recepit, à Childeberto Francorũ Rege conditum, & ab Vltrotta Galliæ Augusta in vrbe Lugdunensi. Concilio Aurelianensi 5. Posteris nimirum Paulus gentium Apostolus faces prætulerat in hoc pio negotio procurando. Nec enim detrectauit is sacram in pauperes Oeconomiam, curámque familiarẽ: quum Galatis, Achæis, Macedonibus, & Corinthiis legem fidelibus dictarit, qua velut ad præscriptum se gererent ij in Eleemosynis colligendis, & inopi cuique largiendis. Ex 1. Epist. Ad Corinthios Cap. 16. Plerunque verò occupatis in re diuina fa-

Nonnullis etiã Præsulibus tãta efferbuit in pauperes charitas, vt Leo 9. Pontifex, summa erga inopes liberalitate leprosum ante fores suas pauperem inuentum in lecto suo collocari iusserit: Sed apertis mane à ianitore foribus nusquam pauper inuẽtus est, sed Christũ pauperis habitu ibi recubuisse creditum. Ex Platina In Leone 9.

cienda presbyteris, subsidio adiuncti eleemones Diaconi, quibus interim sacræ mensæ ac pauperum cura cõmittebatur. Vt memorat Ambrosius Lib. De Officiis, vbi multa de D. Laurentio. Quibus sanctorum Patrum exemplis constat, Valetudinaria quondam, ac publica egenorum domicilia non alio regi solita moderatore, quàm Ecclesiastico, nec à profanis (vt hodie) sed ab Episcopis, sacerdotibus, aut diaconis huic officio præpositis à diœcesano Antistite. Quippe etiam Diaconos in sacratum Ordinem relatos fuisse, & Ecclesiastica obiisse munia docemur Christianis Annalibus. Illos nempe prædicatorio Euangelij munere functos scribit Theodoritus Eccles. hist. Lib. 5. Cap. 39. Eosdẽ rursus sacra lustrasse aqua, Christianóque singulos baptisterio abluisse, presbyteris absentibus, testatur D. Hilarius Psal. 67. Ac Paulus Diaconus Lib. 5. Cap. 10. Nam & primũ hoc Diaconorum studium fuit, rudes sacris initiandos ministeriis diuina doctrina imbuere ac informare, vt est apud Dionysium Areopagitam Cap. 2. & 5. Eccles. Hierar. De quo diaconûm ministerio fusiùs Clemens P. P. Epist. 1. ad Iacob. & in Apostolicis Constitut. Lib. 2. Cap. 48. Ne sileamus obiter septenarium Diacon. numerum ab Euaristo P. P. cuique attributum episcopo, cui adstarent illi, & velut oculi Episcopi haberentur. Ex quo facilè sit iudicare, piam eleemosynarum curationem ac dispensationẽ, quæ diaconis olim & clericis id genus ab Ecclesia mandabatur, fuisse purè Ecclesiasticam, nec à profani ordinis hominibus exerceri consueuisse.

Refert Theodoritus Beniaminum Diaconũ sub Theodosio iuniore tormẽtis enectũ à Persarum Rege, quòd ab Euangelij prædicatione cessare nollet. Idem à Nicephoro perhibetur Sacræ Hist. Lib. 14. Cap. 20.

Queritur & Gregorius 1. quod Diaconi, contẽpto altaris ministerio & præd.catione, modulationi inseruirent.

In Vasensi Synodo sub Leone 1. statutum est, quòd si presbyter valetudine impeditus concionari nequeat, sanctorum homiliæ à Diaconis recitentur.

3 IDIPSVM, opinor, intuens Tridentina Præsulũ synodus, etsi non vtiq; nostratẽ vsum dãnarit profanæ publicorum Hospitiorũ gubernationis: sanxit tamen, profanos dispensatores perinde ac Ecclesiasticos, fabricæ sacræ, Valetudinarij, Phratriarum, eleemosynę Montispietatis, aliorúmq; piorũ locorũ reddere rationes teneri Episcopo quotãnis, contrario omni priuilegio seu cõsuetudine abrogata: Nisi aliter forsã in talis institutione Ecclesiæ, seu Fabricę cautũ foret nominatim. quòd si ex vetusto more, priuilegio, aut singulari constitutione locorum aliis edendę essent rationes, vnà cum iis adiungendum ordinarium Pręsulem Tridentina illa Comitia decreuêre. Sessione 22. Cap. 9. Hispanica itidem Xenodochia, licet profanorũ hominum manu tractentur, Ecclesiastici inuisunt statis temporum interuallis, & habita inquisitione, vt omnia ritè exequantur Oeconomi, gnauiter procurant. Eiusmodi conspicias in Betica, Valentiæ, & Cesaraugustæ Hospitales Domos, ab Ibericis Regibus extructas, adeo opimi prouentus, vt fouendis quingentis pauperibus abundè sufficiant. Toletanus item, & Hispalensis Archiepiscopi varia id genus cõdidêre Nosocomia Toleto, Regia sede, & Hispali, ciuitate apud Iberos Archiepiscopali. Quibus opulentum aliud accensetur Hispalense Valetudinarium, ab insigni Marchionis Taraffæ munificentia tantóque apparatu, vt spectãtes summa admiratione permoueat. Cuius rei auctorem habemus Fr. Laurentium Villauicentium Xeresanum, Augustinianæ Societatis

Romana lege Hospitalary debebant inuẽtarium bonorũ Hospitalis cõficere, & superioris auctoritate administrationem recipiebãt, & res Hospitalis non poterant, nisi ex causa vrgente, alienare: Tamẽ non tenebãtur pauperib⁹ illius loci administrationis rationem reddere. L. orphanotrophos Cod. De Episc. & cler. §. vlt. Auten. De Eccleſiaſt. titul. At Frãcicis Edictis, ac deinde Tridentino Cõcilio, illi administrationis rationem reddere cogũntur, instar tutorũ & curatorũ.

In ambiguo locus pius seu Hospitale præsumitur fundatũ auctoritate episcopi, quãdo sæpe celebratur in eo, vocato populo per signũ publicæ campanæ. Abb. In Cap. patentibus De

Eremitam. In Tract. De Oeconomia Sacra circa pauperum curam Cap. 6.

FRANCICA porrò Regum sanctione non modò profanis regenda ciuibus committuntur Ptochodochia, sed huius quoque rationes curationis à Ciuili solo Magistratu excutiuntur, dispunguntur. Vt ostendimus Libro 2. Tit. 7. Sic Carolus 5. Cæsar sibi pridem, ac Belgico suo Senatui attribuit Politicam eleemosynarum, Pauperúmque præfecturam. Constitutione lata An. 1551. Secundũ quam Brugensis plebis Ædiles aliquot ciuilium legum capita edidêre ad publicorum tutelam Hospitiorum pertinentia. An. 1564. Ædilitio enim Edicto decretũ, eleemosynarios Quæstores in singulis parœciis deligi, qui menstruas collegis suis rationes redderent: exacto autem anno, piæ administrationis summam ad calculos vocari in foro Principis, generatímq; rationes apud Magistratum exigi à curatoribus pauperum, & Magistris mensarum S. Spiritus. Auctore Villauicentio, vbi suprà. Heluetiarum item vrbium Xenodochiis complures à Magistratu præficiuntur ministri & œconomi, atque œconomorum adiutores & inspectores. Vt narrat Iosias Simlerus Tigurinus. De Republ. Heluetiorum Lib. 2. At seruamus etiamdum Franci Politicæ Legis exceptionem Viennensi Concilio introductam, qua militarium Ordinum Nosocomia, pariter & Religiosorum hominum eximuntur profana ac ciuili plebeiorum administratione, nec alios agnoscunt, quàm Ecclesiasticos piarum facultatum dispensatores.

4

Priuil. Felyn. In Cap. De quarta De Præscr. Et si hospitale fuerit fundatum cõsensu episcopi, vel quod episcopus cõsecrauerit altare, tunc potest dici publicũ. Felyn. post Innoc. In d. Cap. de quarta. In priuatis autẽ communiter nõ sũt altaria consecrata. Vnde publicũ Hospitale cõfertur de iure ab episcopo, quãdo solitum est dari in titulũ ex ordinatione fundatoris, vel per viã electionis. In Clẽ. Quia contingit De Relig. domib.

Hi Ædiles, patria lingua Burgimagistri, Scabini, & Consiliarij Vrbis, veluti & Londinenses Angliæ decuriones, Aldremanni.

Heluetiorũ Hospitalia, in quibus ciues ætate confecti, & egeni, ægri, pupilli, aliique plures

spensatores. Vt Clemens 5. statuit In Cap. Quia contingit. §. Præmissa De Relig. domib. Quocirca Antonianæ nostrates Præceptoriæ, tametsi publica sint ægrorum domicilia qui sacro igni torquentur, communi Hospitalium Ædium lege soluuntur. Ex Rescripto Principali Ciuilis iuris nostri derogatorio, ita, vt Antoniani Xenodochij reditus neutiquam profana manu administrentur. Ea rursus Valetudinaria, quæ primæuo sacri Collegij titulo accessêre, vel alterius sacerdotij, haud aliis curanda mandantur, quàm sacerdoti, vel Ecclesiasticis collegis, monachísve, quibus accessionis vice adhæreant publica hæc Hospitia. Parisiensi S.C. percelebri 4. Calend. Sextiles An. 1570. secundum Præfectum & sacros Sodales Hospitalis Ædis Vindocinensis contra oppidanos Vindocinen. qui ad ciuilem profanorum curationem reuocare Xenodochij œconomiam conabãtur. Talia multa apud Sarmatas feruntur Ptochodochia, quæ cœnobiis primitus sacrísq; coniuncta Familiis cœnobitarum opera gubernantur. Nam Miecislaus 3. Polonorum princeps Nosocomium recipiendis & sustentandis ægris inopibúsque excitauit Posnaniæ apud D. Michaëlis, ciúsque dotalibus auctis prædiis curationem Hospitalariis Fratribus decreuit Hierosólymitanis. Annum circiter 1180. Nec diu post Yuo Cracouiensis pontifex Xenodochium inopibus morbóq; ac senio debilitatis exędificauit in suburbano suo Cracouiensi, vicósque ac decimas quasdam in alimenta quum illis addixisset, Hospitalis diuersorij administra-

aluntur. Ex Iosia Simlero.

Sic quoque in materia pœnali appellatione Ecclesiarũ nõ venit Hospitale nisi sit religiosorũ. Dominic. Geminian. post Lapum In Cap. cupientes §. 1. De Elect. In 6.

D. Henrousius Senator regius litis huiusce enarrator. Arestum Curiæ Die 29. Iulij 1570.

Istud Hospitale à Cracouiensi episcopo fundatum, Frandinicum vulgò dictum.

Hospitalarij de Saxia.

tionem perpetuam commisit Hospitalariis Fratribus, qui vulgò de Saxia nuncupantur. Posterius autem incommodo Xenodochij situ perspecto, quod ab Vrbe frequentiáq; hominum remotum esset, Antistes Cracouiam id transtulit, conditis nouis ædibus atque templo, quod S. Spiritui dedicauit. Circa annum 1230. Ex Chromero Polonic. Rerum Lib. 7. Alia verò causa est

S. Spiritus Prochodochiũ Cracouiæ.

eiusmodi Valetudinarij, cui sacellũ aliquod, velut appẽdix, progressu temporis adstructũ adiectúmque sit, puta, ad sacrum litatoriũ inopibus, ægris,

Beneficium alteri annexũ & accessorium sequitur naturã principalis Cap. super eo De Præb. In 6.

hospitibus ministrandum. Nam hoc casu vtriusque patrimonia tum Valetudinarij, tum sacelli Politica ciuium functione tractantur ac dispensantur. Ita, me dicente, à Senatu iudicatum de Hospitali leprosorum Æde Vindocinensi, cuius tamen sacra capella hactenus Episcopi beneficiaria extiterat. Placito 13. Calend. Februar. An. 1571.

Decretum Senatus Die 20. Ianuar. 1571.

Pomeridiana Curiæ sessione. Loyselio aduersarij causidico. Exhinc Forensis Vsus patet, optimus interpres Pontificiæ constitutionis Clementis 5. In Cap. Quia contingit §. vt autem præmissa. De Relig. Domib.

LEPROSORVM domicilia publica eodem iure metimur, quo Hospitale diuersoriũ quódque

Leprosariæ, eodem quo Hospitalia, iure ac priuilegiis vtũtur. Ex Clem. Per literas In verb. leprosariis De Præben.

suscipiendis peregrinis destinatum, inopibúsque sustentandis. Sicuti enim ambarum ædium œconomi ac dispensatores existunt vrbis Decuriones, ita ambarum census & latifundia inter Ecclesiasticas opes numerantur, peræque omnino mortcinij iure donanda Regio diplomate. Quem in

sensum facilè trahitur veterum Codicillorum auctoritas Philippi 4. Galliæ Regis, quos ex Archiuis Quintiniani Veromanduorum oppidi excerpsimus, tali scriptura. *Philippus &c. Notum facimus nos literas Eurardi dicti Porion canonici Suessionen. & Liziardi dicti Le Iaulne ciuis Laudunensis vidisse in hæc verba: Eurardus Porion, & Liziardus li Iaunes deputati & missi ab illustrissimo principe Philippo Dei gratia rege Francorum ad finantias recipiendas pro ipso Domino Rege & nomine ipsius super feodis, retrofeodis, censuis, & alodiis ab Ecclesiasticis personis, domibus religiosis, vniuersitatibus, & ignobilibus in Balliuia Viromandua à quadraginta nouem annis citrà acquisitis, Salutem &c. Nouerint vniuersi, quod nos recepimus à Maiore & Iuratis villæ S. Quintini in Viromandia medietatẽ summæ triginta nouem librarum quinque solidos, in qua pecuniæ summa Fratres & Sorores Domus S. Lazari dictæ villæ tenebantur domino Regi ratione acquestuum suorum inferiùs contentorum: Aliam verò medietatem dictæ summæ residuam remisit & quictauit Dominus Rex intuitu pietatis Maiori & Iuratis prædictis, ad quos prouisio dictæ Domus noscitur pertinere &c. Nos verò finantiam huiusmodi ratam & gratam habentes, laudantes & tenore præsentium adprobantes, volumus & concedimus, quòd dicti fratres & sorores S. Lazari dictæ villæ S. Quintini & ipsorum successores omnes & singulas res prædictas acquisitas cum suis iuribus & pertinentiis, prout superiùs sunt expressæ, nomine prædicto perpetuo teneant, possideant, & explectent absq; coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi. Saluo tamen in aliis iure nostro, & quolibet alieno.* Mense Maio. Anno 1295.

Principale Rescriptum admortizationis bonorũ Leprosariæ vrbis S. Quintini apud Viromanduos. An. 1295.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fanum Quintini, Augusta Veromanduorum.

Aresta Curiæ de Iurisdictione Decurionũ Fani Quintini Die 27. Nouemb. An. 1564. Et Die 19. Decẽb. 1575.

Literæ Philippi Augusti de Maiore & Scabinis Quintinianæ Veromãduorũ ciuitatis, quorum potestate eximũtur excipiũtúrque Ecclesiastica & Clericorum iura.

Eodem diplomate cautum est, hoc modo. Communia nulla poterit facere iustitiã vltra banleucã suam. Item Siquis extraneꝰ, qui multrariꝰ sit vel latro, vel qui raptũ fecerit, à foris in villam venerit, in quocunq; districto inuentus fuerit, nõ remanebit pro

QVIBVS ex Regiis literis apparet, sacram Lazaro domum Ædilitia Quintinianorum ciuium opera curationéque gubernari. Quum & omnimodo Tribuniplebis Augustæ Veromanduorum Politico prẽditi sint imperio iurísque dicundi potestate, duobus Curiæ Decretis comprobata. 5. Calend. Decembres An. 1564. & 14. Kalend. Ianuar. An. 1575. Me, decurionum vrbis vtrobique causam orante aduersus Regium proprætorem Fani Quintini. In Catalogo causarum Viromand. Sed popularis hic Magistratus, quamlibet latè pateat in profanas Valetudinarij publici ditiones, nullum habet imperiũ in res sacri Collegij Quintiniani, ac sacerdotiorum, quæ Ecclesiastici beneficij titulo sunt insignita. Nam Philippus 2. Rex priuilegiario Rescripto, quod Fani Quintini decurionibus tributum est, iura Clericorum excepit, hac verborum conceptione. *Philippus &c. Nouerint &c. Quòd vsus & consuetudines, quas in tempore Radulphi Comitis & anteceſſorum ſuorũ Burgenſes S. Quintini tenuerunt, ſalua fidelitate Eccleſiæ S. Quintini & noſtra conceſsimus, & eas firmiter tenendas, quando terra in manu noſtra erit, iurari fecimus. Cum primum communia acquiſita fuit, omnes Viromandiæ Pares, qui tunc temporis maiores habebantur, & omnes Clerici ſaluo ordine ſuo, omnéſque milites, ſalua fidelitate Comitis, eam firmiter tenendam iurauerunt. Communia verò ita ſtatuta eſt, quòd homines communiæ cum omnibus rebus ſuis quieti & liberi permaneant, neque nos, neque alius ſuper aliquem de communia quidquam niſi iudicio Scabinorum clamare poſsit, neque nos, neque alius ſuper hominem de communia mortuam manum clamabimus. Si nos implacitauerimus communiam, nos eam faciemus iudicari per noſtros liberos homines, qui ſunt de honore S. Quintini, Clericos & milites. Et ſi ille contra quem fit iudicium, non concedit illud iudicium, per campum & duellum poterit illud contradicere intra villam S. Quintini contra illos qui iudicium fecerint. Et hoc tunc emendabitur, ſicut emendari debuerit &c. Seruientes Clericorum, qui in domibus ipſorum eis ſeruiunt, & de pane eorum viuunt, nulli habent reſpondere iuſtitiæ de catallo, niſi per Decanum & per ipſos clericos. Nullus item de communia debet reſpondere perſonæ Chriſtianitatis extra villam, ſed tantum Decano S. Quintini in capitulo eiuſdem Burgenſes reſpondere debent. &c. Hoc totum conceſsimus ſaluo iure & honore noſtro, & Eccleſiæ S. Quintini, & aliarum Eccleſiarum, & liberorũ hominum noſtrorum.* Datum Compendij An. incarnati Verbi 1195. & Regni noſtri 16.

De hoſpitalitate & Hoſpitalibus librum condidit Lapus Caſtellioneus.

7 ANTONIANI ordinis Valetudinaria, in quibus ſacro igni correpti benignè curantur, ſubſunt quidem Oeconomicę cœnobitarum poteſtati, nõ profanorũ vrbis Decurionum. At Familiari huic præfecturæ leges præſcribuntur interim à Ciuili Magiſtratu ad publicum vſum, externæque cęus Politiæ conſeruandum. Talibus quippe ægris ad Antonianas Præceptorias commeantibus ſtatutus eſt à Senatu alimentorum modus, ac medicaminum: ea conditione, vt morbo leuati abſcedere Hoſpitali domo compellantur. Alij videlicet, vt priſtinum viuendi inſtitutum repetant

Quid ſi Hoſpitali condonatus ſit aliquis, an recedens poſsit ſibi acquirere, & de acquiſitis diſponere? Poſſe reſpondit Bald. Conſil. 7. Vol. 2. Can. vt lex 27. Quæſt. 1. Niſi is ex Hoſpitalis reditibus acquiſiſſe probaretur. Boërius Deciſ. Burdegal. 20.

artificiúmque, ex quo prius ſibi victum comparabant: Alij, vt nouam artem, vitæ ſubſidium addiſcant, collatitio ære ſumptibúſque Antoniani Præceptoris. Areſto Curiæ 7. Idus Septembres An. 1575. ſecundum Fr. Ludou. Langiacum præceptorem Antonianæ Ædis Tricaſſibus ſuburbanæ aduerſus egenos huiuſce Præceptoriæ hoſpites: Cuius ego litis commentarios contexui pro Langiaco, vetere clientela mihi imprimis cõmendato. Huic S.C.non male congruit, quod à Patribus antea decretũ fuerat, poſtulante Antoniano Lutetiæ Præceptore, morbo afflictos, quamprimũ in priſtinam valetudinẽ eſſent reſtituti, cedere Xenodochio cogi, ac diurna manuum opera, ſeu opificio victum ſibi quæritare. Placito 12. Calend. Septembres An. 1565. Iuxta Cæſaream Conſtitutionem Gratiani De mendicantibus non inualidis In Cod. Theodoſiano, Et Caroli Mag. Cap. 118. Legis Francicę De Mendicis diſcurrentibus. Quáquam igitur Noſocomiis id genus Eccleſiaſtici præſint libera ac ſolida pij cenſus diſpenſatione: Reges tamẽ ſua Reiq; pub. intereſſe putant, explorari interdum à ciuili Iudice, ne quis ſacro cenſu ad luxũ & proteruiam abutatur. Nimirũ, D. Hieronymi verbis, Menſulam tuam Pauperes & Peregrini, & tu cum illis Chriſtum conuiuam noueris: negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem, fuge. In Epiſtola B. Hieronymi ad Nepotianum De vita Clericorum. Nec abs re ſummi Orbis Principes Xenodochia ſtruxêre, eximia pietatis ſuæ monumenta,

Placitum Curiæ Die 7. Septemb.

Areſtum Die 21. Auguſti. 1565.

Steph. Bertrandus Cõſil. 136. In 1. Par. Conſil. quum loquitur de Hoſpitali S. Spiritus de Arca mirabili, ciuitatis Arelatẽ. cenſet ipſi⁹ adminiſtratorem teneri libros rationum conſcribere huius geſtionis nomine, eiúſque rei curam ad Magiſtratus pertinere. Iuxta §. œconomos De Sanctiſs. epiſc. collat. 9.

numenta, vt in pauperum educationem ampliſſimi prouentus inſumerentur. Laudatur Hircani liberalitas, qui primus Hoſpitales aduenis domos excitarit, Noſocomia ægrotis, orphanotrophia pueris, qui patribus erant orbati, ptochotrophia inopibus, gerontocomia ſenibus & infirmis, cœnotrophia promiſcuis, pædotrophia infantibus & imbecillis magnificè condiderit. Auctore Egeſippo. Apud Byzantios Conſtantinus monachus Cæſar templum exędificauit, in quo grauati ſenio, & ad laborem inutiles fouerentur. Beliſſarius, ad hæc, Patritius Valetudinarium extruxit Romæ in via Flaminia, quum Petri Ædi opima donaria obtuliſſet. Vigilio tunc Chriſtiani Orbis præſide ſacroſancto. Ex Lib. 13. Hiſt. Eccleſ. Cap. 4. Haud ſecus Galliarum Stephanus Dux, B. Martiali hortatore, duo in Lemouicibus Valetudinaria condidit: vnum 300. inopibus alendis deſtinatum, Eleemoſynæ titulo Martyris ac virginis Valeriæ: Alterum pro ſe, ac D. Martiali, in quo ſexcenti pauperes ſingulis dieb⁹ humanè ſuſtentarẽtur. Vt tradit Aurelianus S. Martialis diſcipulus in eius Hiſtoria, quam Fr. Thomas Bellamicus manu ſcriptam nuper curauit typis excudendam. Venetorum etiam Vrſeolus dux publicum egenorum Domicilium ſuis ſumptibus excitauit. Id quod Egnatius recẽſet Lib. De exemplis Illuſt. virorum Venetæ Ciuitatis.

8 EXTANT & peregrinorum Hoſpitia pleraque à ſacris Præſulibus fundata ac cõſtituta. Nam Baſilius Magn. Cæſarienſium pontifex Xenodo-

Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis & viciſſitudinem reddet ei, inquit ſapiẽs ille Hebræus.

Quin & Dorotheus Ægyptius monach⁹, licet pauperrimus, tamen ex lapidibus collectis quotannis habitaculũ cõſtruebat ad hoſpites excipiendos.

Fr. Thomas Bellamicus Pariſinus Carmelita noſtræ ætatis Theologus inſignis floret.

Ita effatus eſt Moſes, Dominus Deus noſter amat peregrinũ, & dat ei victum & veſtitũ: & vos quoque amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ. Deuteron. 10.

chia condidit: vnum nobiliſſimum, Baſiliada de ſuo nomine dictum, vt Sozomenus ait Sacrę Hiſt. Lib. 6. Cap. 33. Eadem humanitate Ioh. Chryſoſtomus Byzantiorum pontifex Noſocomium ſuis impendiis erexit in Græca Conſtantini Vrbe. Teſte Georgio in eius vita. Quo cum rectè conferas Euſtathium, qui ad Sebaſteæ Ponti Epiſcopatum ſubuectus commiſit Ærio preſbytero aduenarum Hoſpitium, quod ab alendis pauperibus Ptochotrophium in Ponto appellabatur. Valente & Valentiniano Impp. Vti ab Epiphanio ſcriptum eſt, Conſtantiæ Cypri Antiſtite. Tom. 1. Cap. 75. contra Ærium hæreticum. Talia enim (inſit) conſtruunt Eccleſiarum Præſules ſtudio hoſpitalis officij, & mutilatos ac imbecilles eò vt diuertant, impellunt, quibus inibi victum ſuppeditent. Potior adhuc ratio ſuadet, publicam Leproſis domum dedicari, quibus ciuitate eſt legibus interdictum. Samariæ enim populo ſancita Lex erat, vt lepra infecti extra ciuitatem manerent. Quod memoriæ prodidit Ioſephus Antiq. Iudaic. Lib. 9. Cap. 4. Simili Politia Perſæ elephantiaſi laborantem, aut pſora in vrbem communéque hominum conſortium haud admittebant, quaſi aduerſus Solem is quidpiam commiſiſſet. Vt inquit Herodot. Lib. 1. Hoc morbo affecti nonnulli recenſentur in ſacris Bibliis: Maria quippe à Domino lepra percuſſa, quòd in Moſem oblocuta eſſet liberiùs: Naaman Syrus elephãtia curatus ab Heliſeo. 4. Reg. Cap. 5. Itaque leproſorum Hoſpitia cuiuis alij piorum Xenodochiorum generi adæquantur à Clemente

D. Gregorius pontifex nõ cõtẽtus vulgi ſubuenire inopiæ, omnibus vbique Chriſti ſeruis neceſſaria miniſtrauit, & ita effecit, vt in menſtertiis monachorum creſceret numerus, per Syriam diſperſis & in Syria vſque habitantibus Roma non ſic abeſſe, vt abeſt, videretur.

Froila ſecũdus Aſturum rex in Hiſpania, Alphonſi Mag. filius, lepra correptus ærumnoſa morte vitam clauſit. Ex Hiſpanic. Annal. lib.

Si rector eccleſiæ leproſus ſit, ab adminiſtrationis officio remouetur, ſed ex bonis eccleſiæ ſuſtentatur. Cap. tua nos Cap. De rectoribus De Cler. ægrot. Vbi ait Panor. leproſo

mente 5. in Concilio Viennenſi. Cap. 2. De Præb. Quo diſertè cauetur, Xenodochia, publicáſve leproſorum Ædes Pontificiis de ſacerdotio literis non contineri, *etiam ſi Eccleſias, vel capellas, decimas, aut alia ſpiritualia iura noſcantur habere.*

9 CÆTERVM verba hæc Clementis Pontif. illuſtrauit Senatus inſigni diſtinctione, vt ſi Sacellum cum Noſocomio iam olim ſubiiciatur profano patronatui, ex quo ordinarij Prę ſules vtrumque donare conſueuerint, tunc merè Eccleſiaſticum cenſeatur hoc & illud, nec Regia Edicta profanæ curationis Hoſpitalium ædium iis accommodentur. Decreto Ampliſſ. Ordin. ſecundum beneficiarium Sacelli ac Valetudinarij apud Nogentium Rotrodi in Perticenſi Comitatu. 4. Idus Septembres An. 1566. Qua in facti ſpecie Iudicibus compertum eſt, ius nominandi Epiſcopo Noſocomi antiquitus competiiſſe Armoricis Regulis alternatim cum Archydiacono Carnutenſi. Tranſactione inter hos inita An. 1283. Proinde ſacerdoti Xenodochij curatio S. C. permiſſa cum hac lege, vt adminiſtrationis rationes edere in poſterum teneretur qualibet trieteride, ex præſcripto Regiæ Conſtitut. latæ An. 1561. Quam ſolemni more Patres comprobarunt 4. Idus Maias An. 1562. Idem de Corbolienſi leproſorum Hoſpitio iudicatum à ſumma Curia ſecundum Pariſienſem Epiſcopũ huius Valetudinarii collatorẽ: cum eo onere, vt Epiſcopi beneficiarius quolibet triennio rationalia proferret. Areſto 4. Calẽd. Apriles An. 1568. Altero deinceps conſimili S.C. inter Ania-

interdici poſſe ingreſſu eccleſiæ, cũ ingredi nequeat ſine ſcãdalo aliorũ. Nõ idem tamen in matrimonio carnali, quod in ſpirituali illo matrimonio. Nam inuito leproſo nõ eſt ſubſtrahẽda vxor, nec econtra maritus vxori. Cap. 1. & 2. De Coniug. leproſ.

Areſtum Curiæ Die 10. Septemb. 1566.

Noſocomus, Valetudinarie præfectus.

Regium Edictũ de Hoſpitalibus publicatũ in Curia Pariſien. Die 12. Maij. 1562.

Decretum Senatus Die 29. Mart. 1568.

num Portanum Episcopi donatarium, & Herculem Diuitem Corbolienſium ciuium Regíſque candidatum de eodem Hoſpitali diuerſorio. 6. Calend. Iunias An. 1569. Iuxta hæc deinceps Senatus Corbolienſe Xenodochium clienti meo addixit, cui Portani ceſſione commiſſa fuerat eiuſdem adminiſtratio Noſocomij ab Antiſtite Pariſienſi. Placito 4. Idus Apriles An. 1576. Me, Anthonij Maleſei, & Iugëo, Diuitis cauſam orantibus. In Volumine cauſarum Præfecturæ Pariſienſis.

Areſtum Curiæ Die 27. Maÿ. 1569.

S. Conſultum Die 10. Aprilis 1576.

DIVERSA cauſa eſt Xenodochiorum, quæ 10
nudæ primitus adminiſtrationis titulo poſſidebãtur, non Eccleſiaſtici beneficij. Licet enim temporum ſucceſſu monaſticus conuentus annuos Noſocomij cenſus diſpenſare occeperit: tamen Supr. Cúria profanam hanc bonorum tutelam ademit monaſtici cœtus primati, relicta tãtùm eidem ſpiritali in Pauperes functione. Decreto Pridie Nonas Maias An. 1559. pro Decurionum collegio vrbis Andegauenſis, contra Præfectum Regulari primatui D. Iohannis Euangeliſtæ apud Andes. Vtique enim abſurdum ſit, profanam bonorum curationẽ à cœnobitis geri, ſeu publicam, ſeu priuatam. Conſtitutione Leonis Auguſti repetita in can. Generaliter 16. Quæſt. 1. & Tarraconenſi Concilio Ead. quæſtione. Vnde Monachos pupillis tutores dari non poſſe Curia pronuntiauit. Areſto extemporali Pridie Kalend. Apriles An. 1532. Multo minùs eos ad Ædilitium Plebis vrbanæ munus aſſumendos iudicauit Senatus pro Vindocinen.

Areſtum Curiæ Die 6. Maÿ. 1559.

Huc verè ſpectat Lex Generaliter & ibi Fab. Cod. De Epiſc. & Cler.

Placitum Die vlt. Mart. 1532.

Vindocinen. oppidanis, aduerſus cœnobitas Vindocinenſes: hi tametſi dudum ſe Tribunitiam obiiſſe Vrbis curationem iactitarent. Placito Curiæ 6. Idus Maias An. 1531. Quippe quum tali ciuilium negotiorum geſtioni refragetur Regia Gallorum Lex peruetuſta. An. 1243. Sed roget hic quiſpiam, nûm religioſorum hominum appellatione veniãt Deuoti deditíq; Hoſpitalis ædis miniſterio, quos vulgus Oblatos, ſeu Condonatos appellat? Ponamus enim, hunc pio loco adſcriptitium fundos emiſſe, vel opibus egregie ditatum exceſſiſſe è viuis, dubium eſt, eíne ſuccedat quaſi in hæreditatem agnatus, an quaſi in peculium Noſocomus. Specie ipſa prima videretur contra propinquos reſpondendum. Nam etſi Condonatus minimè ſe triplici deuinxerit monaſticæ Religionis voto ac ſacramento, potuit certè pio loco ſe ſuáque addicere, velut tacita donatione tranſlatis omnibus in Xenodochium patrimoniis. Cuiuſmodi Oblatorum meminit Innocentius 3. Decretali Epiſt. Conſulti ſumus. De Regular. Poſt Gregorium 1. ſuper Ezechielem Can. Qui bona agunt 17. Quæſt. 1. Gulielmus de Mõte Lauduno, & Cardin. in Clem. 1. §. vlt. De Decim. Ea de cauſa Titius cùm ſe ſuáq; dicaſſet ſacræ Cœcorum 300. Familiæ Pariſienſi, audita hæc eſt à Senatu vetuſtam allegans poſſeſſionem, qua nempe, rebus cum perſona Societati dicatis, eidem ſubinde Condonati bona acquirerentur. Placito Curiæ An. 1387. Ex Ioh. Gallo Quæſt. 136.

S. Conſultum Die 10. Maÿ. 1531.

Melitenſis autem Ordinis Eques tutelæ necne adminiſtrãde capax eſſet, Senat⁹ amplius cenſuit deliberandũ. Die 14. Auguſti An. 1572. Eſcorcheuo, & Paſquero cauſæ patrinis.

Monachus proprie nõ dicitur, niſi hæc tria ſolemni ritu profeſſus, abdicationem proprietatis, cuſtodiam caſtitatis, & obedientiã. Cap. Cum ad monaſterium. De ſtatu monac. Cap. Cum in Eccleſiis De maiorit. & obed. Cap. Ex parte De regularib.

Sententia Vindocinenſis Iudici, à qua propinqui Thomæ Viau Senatum appellarunt, lata eſt 8. Idus Nouembres ceis Die 6. Nouẽb. 1574.

11 VERIVS eſt autem, Oblati bona ciuili iure

Universidad de Deusto
Biblioteca

profanorum teneri, & ad illius agnatos hæreditate peruenire. Quemadmodum censuit Baldus Responso 7. Volum. 2. Arg. Canonis Vt lex continentiæ 27. Quæst. 1. Abbas accuratè Respon. 102. Exin Burdegalensi Curiæ placuit, Syndicum Hospitalis Ædis Andreæ bonorum petitione cõdonati summoueri. Aresto 16. Calend Sextiles An. 1518. vt est apud Boërium in eo tum Senatu Præsidem grauissimum. Decis. Burdigalensi 20. Par. 1. Cui iudicato vel hæc vna ratio subdi potest, quòd Xenodochij procuratio, magis profana sit ac secularis quàm sacra functio, nedũ monastica. Sic in vltima Britannia ad Caledoniã syluam plebeij Nosocomiis præficiuntur promiscue, vt Scotorum Annalium appendice perhibetur. Ita Venetis legibus Curatores sanitati dati inter ciuiles magistratus numerantur. Auctore Cõtareno Lib. 4. De Magistratibus Venetis. Quum igitur Vindocinen. Iuridicus Nosocomo bonorum possessionem adiudicasset Thomæ Vielli demortui, qui sese olim cum suis omnibus deuouerat Valetudinario, Nos cum collegis aliquot de eo consulti respondimus, iniustè pronuntiatum aduersus propinquos defuncti, & legitimorum hæredum iura quam Xenodochij videri hoc casu potiora. Ex quo Senatum appellantibus cognatis operam præbuimus aduocati, & prouocatoriæ litis commentarios perscripsimus. Pendet etiamdum ambigui iuris quæstio, sed inspector litis à Curia designatus est Henrousius senator in 5. classe Inquisitionum. Quod si à defuncto partas fuisse ex Xenodochij

S. C. Burdigalẽse Die 17. Iuly. de Hospitali D. Andreæ.

Scotorum in regendis Hospitalibus obseruatio.

Quinetiam Religionem ingrediens potest sibi reseruare certa bona de consensu Abbatis, ordinis Benedictini vel Augustiniani, sed hoc ex permissu Abbatis, non si per modũ pacti ĩgrederetur. Cynus in Auten. Ingressi Cod. De Sacrosc. eccles. Bal. Consil. 116. Vol. 1.

Eremitæ, seu reclusi in locis syluestribus ad orandum Deũ & ieiunandũ possunt liberè de bonis suis testari ac disponere. Glo. In Cap. ex parte De cõ-

dochij reditu facultates adprobaretur, has Valetudinario attribui æquum foret, non priuatis hæredibus. Authen. Licentiam. Cod. de Episc. & Cler. Cap. Inquirendum. De pecul. Cleric. L. Curator Cod. Arbitr. Tutelæ. Cæteroquin puri sacerdotis hæreditas ad agnatos legibus redit, Francos præsertim: & his deficientibus, ad Fiscum. Sicuti de nostrate hoc vsu à Ioh. Gallo proditum est Quæst. 290. Idem iuris sibi vendicauit Neapolitanus Principis Fiscus. Ex Sicula veteri constitutione De filiis presbyterorũ: sed quam Ysernias & Afflictus pia interpretatione moderati sunt pro Ecclesiastico fisco, & sacra Ecclesia, tanquam legitimo vacantium Clerici bonorum successore.

12 COENOBIIS autem Oblati seu conuersi, qui sumpta regulari toga monasticum amplectuntur institutum, per omnia exæquantur cœnobitis, nec legitimos relinquũt hæredes, nec aliorum hæreditatem capere possunt. Bald. in Authent. Ingressi Cod. de Sacrosc. Eccles. Clem. 2. De Decim. & ibi glos. Siccul. Consil. 53. Quibus consentaneum est Curiæ Placitũ solemne pro eius cõsobrinis, qui se, ac sua obtulerat Pontiniacensi monasterio aduersus Oblatum ipsum, ac cœnobij antistitem. Delata enim communis propinqui hæreditate, paulò postquam Oblatus se suáque addixisset monasticò conuentui, obtinuit causa secularium agnatorum, victo & monachorũ cœtu, & eidem Oblato, qui se suásque res cœnobio consecrarat: vtpote qui in cœnobiarchæ verba nondum sanctè iurasset, necdum regularis voti sacramento esset ob-

uers. coniug. Bal. Cõsil. 120. Vol. 2. Sic D. Paulus 1. eremita vestẽ suã dalmaticam testamento reliquit Anastasio episcopo Alexandrino, Tunicam verò reliquit B. Antonio. Can. perlectum §. econtra Paulus primus Eremita 19. Quæst. 3.

Conuersæ Monasterij non dicuntur propriè moniales, tamẽ quoad canonẽ Si quis suadente, gaudent priuilegio monialium. Abb. In Cap. De monialibus De sentẽ. Excommun.

Pontiniacense cœnobium, vnũ è Quatuorprimis Cisterciensis Ordinis, De quibus nos lib. 2.

Arestũ Curiæ Die 2. April.

strictus. Placito 4. Nonas Apriles An. 1538. At siquis, profana veste non mutata, versetur in monasterio, cui se suáque adscripserit omnia, is monachorũ albo non accensetur Pontificia Lege, nec à plebeij ordinis hominibus distinguitur. Decis. Tholos. 8. Abbas in Cap. Non dubium De Senten. excommun. Et Cap. 2. De for. compet. Imol. in cap. Quod ante De Cler. coniug. Idem tenendum in Eremi cultores, tum in Hospitalis rectores diuersorij, qui secularem vestium cultum non exuerunt. Gulielm. Franc. & Ioh. Deligna. In Clem. Per literas De Præb. Eapropter Philippus 4. Gallorum Rex cauit Edicto, ne religiosi etiam viri, Templarij, Hospitalarij fruerentur talis Ordinis sacræque priuilegiis Militiæ, nisi accepto vsu monastici indumenti planum facerent, se sanctissimę Religionis votum professos ex concepta Iurisiurandi formula, & cucullatos sese omnibus proderent sacerdotes. Regiæ Legis sententia hæc est: *Philippus Dei gratia Francorum rex, Bailliuo Veromandiæ salutem. Ordinationem nostram factam in Parlamento nostro Parisius Anno Domini 1290. in verba quæ sequuntur, mittimus tibi, habita super his quæ sequuntur deliberatione diligenti, Ordinatum est, quod si Templarij, Hospitalarij, seu alij quicunque religiosi ratione cuiuscunque aduoationis doni, vel alterius cuiuscunque emolumenti in fratrem seu redditum suum aliquem seu aliquos receperint, & eum vel eos tanquam fratrem seu redditum defendere & tueri voluerint, Caueant gentes domini Regis, Archiepiscopi, Episcopi, Barones, & alij quicunque temporalem iurisdictionem habentes,*

De Statu & vita Eremitarum editus est à Boërio Tractatus amplissimus. Tales in mõtanis stantes, qui nõ sunt professi, nec habent aliquã regulam, verè nõ sunt monachi, monasticisq; posteriorum temporum legibus obligati. Bal. In Auten. Si qua mulier Cod. De Sacrosanct. eccles. & Ioh. De Turre cremata In Can. Qui verè 16. Quæst. 1.

Francica Constitutio cũ Prĩcipali Rescripto ad Veromanduorum Prætorem De exteriori Religiosorum hominum cultu & vestitu. An. 1292.

tes, ne aliquos tales priuilegiis Templariorum, Hospitalariorum, vel aliorum Religiosorum quorumcunque gaudere, neque aliquos auctoritate dictorum Priuilegiorum vexari permittant, nisi dicti Fratres se omnino reddiderint & deferant habitum eorumdem. Mandantes tibi, quatenus Ordinationem prædictã in bailliuia tua seruari facias & teneri. Die Mercurij ante Ramos Palmarũ. An. 1292.

Ex vestiũ cultu ac genere distinguitur vitæ cuiusque professio. L. Item apud Labeonem § si quis virgines π De iniur. l. Mimæ. Cod. De Episc. audiẽ. l. si quis ignorãs π. loc. Multo magis clericos, vel monachos suo decenti habitu & amictu comptos ornatósque esse oportet. Cap. 1. Tit. Quom. diuin. offic. sit celebr. In Pragmat. Sanct.

13 PIIS pauperum Hospitiis affine est scholasticum Ptochotrophium, quo in Gymnasio literario, inopes Musarum alumni pascuntur vnà cum corporis cibis liberali animorum disciplina. Parisiis enim præcipuè variarum Diœcesum Antistites Musæa publica excitarunt, multísque aucta latifundiis destinarunt tenuiori Diœcesanę pubi fouendæ ac edocendæ. Non secus ac Romæ olim Athenæum, Atticæ dicatum iuuentuti literarum auditorium. Sic Vidus Roya Rhemorum archiflamen instituit Rhemense Gymnasium in Academia Parisiensi, lege dicta, vt ipsius modò populares ex Rhemensi diœcesi, aut Prouincia ad Ludi Magisterium vocarentur, ad aliáq; scholastici Ærarij iura ac commoda, quas *Bursas* appellant. Carolo 6. Francorum rege. Sed domesticis factionibus concussa Gallica & Vrbe & Orbe An. 1418. actum erat prorsus de Rhemensi Musæo, direptis ædificiis, desertáque schola, nisi Karolus 7. rem restituisset præclaro Diplomate: Quod vt fœliciùs absolueret, Lutetianam Essuorum Scholam, eiúsque prouentus cum Rhemensi Musæo copulauit. Mense Ianuario An. 1443. Et hoc Principis

Ptochotrophiũ, locus vbi pauperes nutriuntur.

Fundatio literarij Collegij Rhemensis in Vniuersitate Parisien.

Rethelense, seu Essuorũ Gymnasium Parisiis fundauit Gualterus Launeus eques ad recipiẽdos & sustentãdos solos Rethelenses scholasticos, Rhe-

mensis diœcesis, quos fani Dionysij Abba, & Archiprior D. Rhemigij Rhemensis essent nominaturi. Hæ duæ existunt Rhemis cœnobiarchiæ, tertia D. Nicasio sacra, cuius illata mentio ab Innocentio 3. P. P. In Cap. olim ex literis S. Nicasij Rhemensis De Rescript. Idem de Remensi illa Dionysij Æde in Cap. cũ I. & A. De re Iudic.

S. Consultũ Edicti comprobatorium Die 4. Mart. An. 1444.

Executor pariter deputatus ad distribuendũ pauperibus potest eligere & præferre pauperes consanguineos testatoris. Alex. In l. diui π. ad leg. falcid. Ancharã. In Cap. cũ tibi De Testam. Qui & ipsi dicunt procedere in filio spurio testatoris

Rescriptum Senatus graui, maturóque iudicio comprobauit. 4. Nonas Martias An. 1444. Nouissimè autem collata ab Archiepiscopo Gymnasij præfectura in Bocherium Parisiorum indigenam, certatim interceſſêre nõnulli, querelámque vicissim mouerunt in Curia Guillemerus patria Rhemensis, & Iunius quidam Ambianus è sacra Rhemorum prouincia. In hoc etiam iudicium descendimus pro Rhemẽsis vrbis decurionum Collegio, quum palam diceremus Rhemensis Ecclesiæ opes quondam profectas ex pia Rhemensis populi largitione: eo studio, vt in egenorum alimoniam Diœcesanorum refunderetur. Quod subnotauit Flodoartus eiusdem canonicus Ecclesiæ. Rhemensis Hist. Lib. 1. Cap. 14. *De Possessionibus, quas D. Rhemigio Ludouicus rex, & Franci contulerunt.* Differebam rursus, officiorum gradum fuisse à D. Ambrosio præscriptum, vt nostris potiùs ac domesticis erogentur sacri prouentus, quàm exteris ac ignotis. Lib. 1. officiorum Cap. 30. Can. Non satis 86. distinct. Sicuti item Episcopis vetita est alieni Clerici ordinatio Concilio Sardicẽsi, & Frãcica Lege Caroli Mag. Lib. 1. Cap. 54. Ita æquum est, inopes Diœcesanos in Clerum Pontificali cura cooptari, ï, sacri Ærarij impẽdiis ad literarum cognitionem prouehi, quæ Clericorum munere dignos efficiat. Pari ratione pro Barroducanis scholasticis iudicauit Ordo Ampliss. secundum fundationis tabulas Marchianæ scholæ in Lutetiana Academia aduersus exteros literarum studiosos An. 1573. Senatus, re in vtramque partem

partem excussa, pleniùs deliberandum pronuntiauit. Calend. Martiis An. 1576. Mancheuello, Bocherij: Ramato, Iunij: Choarto, Guillemeri: Nobis quoque, Rhemensium vrbis Ædilium causam agentibus. Vltimo dehinc iudicio decisum negotium ex lege fundationis, cuius suprà mentionem habuimus. Placito pridie Kalend. Apriles An. 1576.

14 Oeconomica certè lex est in scholastica Vniuersitate, singula Musæa suis quibusque Diœcesanis egenísque conterraneis reseruari potissimum, in quibus nutriant ur gratuito, & cultiori doctrina imbuantur, ex pio fundatorum Præsulum instituto. Inde enim euenturum hoc sperarunt Episcopi Gymnasiorum conditores, vt è Lutetiano Clericorum seminario Diœcesani in patriam reduces gererent Ecclesiastica munia, & in qualemcunque cum ipsis Sacrę curationis partem adsciscerentur. Vulgò enim tritum istud, Parisiensem Scholam sacrum esse veriùs quàm profanum collegium, ï, sacerdotali munere initiandis accommodum. Idque verissima suffragatione probauit Clemens 4. Pontifex, collaudato Sorbonæ Parisien. Musæo, priuilegiísque ornato, in hunc modum: *Clemens Episcopus &c. Dilecto filio Prouisori pauperum magistrorum, & ipsis Magistris in Theologica facultate studentibus in Vico ad portas ante Palatium de terminis Parisiensibus sub communi vita degentibus Salutem &c. Suadente vobis gratia bonitatis, qua sacræ paginæ cupitis muniri dogmatibus, & in his alios erudire, in vnum conueniſtis, & viuendi commercium & com-*

pauperę, sicuti etiam voluit Ioh. Andr. in §. Nunc verò aliqua In Tit. De instrum. editione Apud Specul.

Die 1. Mart. 1576.

Arestum Curiæ Die vlt. Mart. 1576.

De hac quæstione, an Parisiensis Vniuersitas sit corpus laicũ, an Ecclesiasticũ scripta sunt à nobis complura Lib. 3. De Domanio Frãciæ. Tit. De Academiarum institutione.

Bulla Clemẽtis 4. P. P. de Sorbonico gymnasio in Academia Parisien. Die 23. Mart.

mune vobis habitaculum elegistis. Volentes itaque vobis & statui vestro Apostolicum exhibere fauorem, conuictum, aliàs conuentum, cohabitationem vestros duximus adprobandos iure venerabilis fratris nostri Episcopi Parisien. semper saluo, inhibentes ne quis domos, possessiones, & alia bona vestra quæ in præsenti possidetis, aut in futurum habere poteritis, ipse occupare præsumat. Nihilominus quoque statuimus, vt te, fili, prouisore abeunte, nullus in locum tuum per fraudis astutiam apponatur, nisi quem loci Archidiaconus, Cancellarius Parisien. ac Magistri Parisiis actu regentes in Theologica facultate, necnon Decretistarum & Medicorũ decani, rector vniuersitatis Parisien. procuratores quatuor nationum communiter, vel maior pars eorum duxerint deputandum & apponendum. Item quòd Prouisor in congregatione vestra pauperes magistros & idoneos, qui rexerunt in artibus, de quacunque sint natione possint admittere ac exinde minùs idoneos amouere. Qui & de dictorum magistrorum receptis & expensis annis singulis Archidiacono, Cãcellario, & aliis supradictis, vel aliquibus ab ipsis vel maiori parte ipsorum, qui ad hoc extiterint deputati, teneantur reddere rationem. Archidiaconus insuper, cancellarius, & alij memorati seu maior pars eorum Prouisorem quem duxerint statuendum, admouere valeant, prout viderint faciendum &c. 10. Calend. Apriles Pontificatus Anno 4.

Robertus Sorbona doctor Theologus, qui & D. Ludouico regi erat à confessionibus sacris, fundauit hoc Sorbonicũ Musæum, variisque prædiis & annuis reditibus cumulauit. Annum circiter 1264. De eo Roberto multa referuntur à Ioh. Ioynuilla eius temporis æquali In Chronicis Ludouici 9.

Nunquid autem valet licẽtia data religioso de existendo in studio absq; que consensu conuentus per

SECVLARIBVS Scholasticorum collegiis proximè iungenda Monastica, quò velut in coloniam missus è sua metropoli cœnobita pro tempore alitur ibidem, & sacræ Paginæ imprimis studia complectitur. Lutetiæ cernuntur eiusmodi mona-

monachorum Collegia literaria, Cluniacẽse, Maioriſmonasterij, & alia quædam principis Cœnobij fundis dotéque instructa in Scholæ vsum, ac communi Monasterij censu locupletata. Præter hæc, Cluniacensis Abba, singulíque regularium primatuum Præfecti, eius Ordinis, tenentur viritim annuo ære collato fouere Cluniacenses monachos Parisiensis Academiæ incolas in Gymnasio suprascripto, ad iuuandam ipsorum in re literaria industriam. Antiqua Cluniacensis Conuentus sanctione An. 1388. & Pontificiis codicillis Iohannis 23. ac Pauli 2. summorum Ecclesiæ antistitum. Quos non modò secuta est in iudicando Curia centumviralis, sed annuam quoque nummorum erogationem, qui antea Scholasticis pendi solebant, iussit augeri pro varietate temporum & annonæ caritate. S. Consulto An. 1411. monasticæ illius Constitutionis probatorio. Tum Arestis 4. Calend. Sextiles An. 1569. Kalend. Iuniis An. 1571. & 5. Calend. Iunias An. 1574. secundum Fr. Potentianum Plateanum contra Præfectũ monastici conuentus Margerię in Campania Gallica, ordinis Cluniacensis. Atque idipsum vtilitatis causa receptum est, vt liberalibus studiis erudirentur, qui à teneris annis iugum Christi collo suo imposuissent. Quemadmodum scripsit ad Rusticum Hieronymus De viuendi forma. Can. si Clericatus 16. Quæst. 1. His applicatur Clementis 5. Constitutio in Concilio Viennensi. Cap. Ne in agro §. ad ampliationem. De Statu Monac. At repetita nuper de eo controuersia, Nos pro Re-

Prælatũ? Minimè, vt patet ex Cap. Vt periculosa Ne cler. vel monac. In 6. Et ita decisum In Capella Tholosana ex facto Canonici regularis Ecclesiæ Tarbiensis. Decis. 270.

Placitũ Curiæ Die 29. Iulij. 1569. Die 1. Iunij 1571. & Die 28. Maij. 1574. de alimentorum tempore & modo in monastica iuuentute optimis disciplinis informãda & excolenda. Sed nota obiter, eũ qui alere tenetur, in disciplinam sumptus facere non cogi, nisi iure sanguinis ex legis dispositione id debitum cõtractum sit, vt in patre, qui filium alere debet, aut Abbas monachum, idoneisque præceptoribus instruendum cõmittere. l. quod

de bonis § . penul. ff De Carbon. edic. l legatis & ibi Bar. ff. De Alim. legat.

gulari Margeriæ Præfecto intendimus obnixè coram Patr. Conſcr. modum quendam alimentariæ penſioni ſtatuendum trifariam: Ne aliis ſcilicet educandis maneat is obligatus, quàm è monaſtica Primatus ſui cellula prodeuntibus ſcholaſticis: Vacua item literarij Gymnaſij munera, quas *Burſas* nominant, ne vnus conferre poſſit Cluniacenſis cœnobiarcha, ſed ſinguli viciſſim Prioratuum primates: Tum vt certa tempora præfiniantur, intra quæ Muſarum ſtudioſi cœnobitę emetiantur ingenuæ cuiuſque Artis curriculum, inde protinus domum poſtliminio reuerſuri, Ex præſcripto Paulini Diplomatis, de quo ſuprà. Verum forenſi actione diſcuſſo negotio, Curia partium tabulas penes ſe proferri decreuit. 4. Nonas Apriles. An. 1576. Choarto, Cluniacenſis Muſæi: Cauchone, Abbatis Cluniac: Méque, monaſtici Præfecti Margeriæ cauſam agentibus. Cæterùm eiuſdem Statuto Collegij hoc amplior alimentaria penſio tribuenda, quo monachus ſcholaſticis gradibus prouectior euaſerit. Nam literaria laurea inſignitis merito ſuo fauendum, à quibus proinde Romanus ſacer Senatus vetuit exigi quicquam hoc nomine à Pariſienſi Cancellario, eximij laboris ornamenta illis conferente. Durum enim maioribus noſtris viſum eſt, δῶρον θεᾶν, virtutéque parta ſcholaſticæ dignitatis inſignia pretio cõparari ab inopibus præſertim Mineruæ candidatis, quibus aſſiduæ lucubrationes, ſolæ ſint certiſſimæque diuitiæ. De pauperibus enim duntaxat nobis inſtitutus eſt ſermo: Quum igitur ætatum ſucceſſu Can-

Auctoris forẽſis Actio pro Fr. Ludouico Langiaco Priore Margeriæ, Ordinis Cluniacẽſis.

Die 2. April. 1576.

Alimenta, & dotes arbitrio boni viri conſtituuntur, dignitate perſonarum & facultatibus promittentis rectè perpẽſis & exploratis. L. quæro L. cum poſt §. gener ff. De iure dot. l. cùm alimenta L. cũ vnus §. vlt. ff. De Alim. & alb. leg. l. ſi filiæ ff De legat. 3.

ſu Cancellarius Academię Pariſienſis officio abuteretur ad quæſtum, grauéſq; munerum exactiones, quæ à promotis in ſcholaſticos gradus extorquebat, cohibita eſt huiuſmodi ſordium intemperies à Sanctiſſ. Sede, & Pontificio Reſcripto Gregorij 9. ſumptuariam legem Academicarum infularum ita dictantis: *Gregorius Epiſcopus &c. Dilecto filio Iohanni Cancellario Pariſien. Parens ſcientiarum Pariſius velut altera Cariathſephet ciuitas literarum cura daret magna quidem, ſed de ſe maiora facit optari docentibus & diſcentibus gratioſa, in qua vtique tanquam in officina ſapientiæ ſpeciali habet argentum venarum ſuarum principia, ex quibus prudentes eloquij miniſtri murenulas aureas vermiculatas argento cudentes & fabricantes monilia ornata lapidibus pretioſis, imo ſponſam Chriſti decorant &c. Circa ſtatum itaque Scholarium & Scholarum hæc ſtatuimus obſeruanda, videlicet quod quilibet Cãcellarius Pariſien. deinceps creandus, coram Epiſcopo vel de ipſius mandato in Capitulo Pariſien. vocatis ad hoc & præſentibus pro Vniuerſitate ſcholarium duobus Magiſtris, in ſua inſtitutione iurabit, quod ad regimen Theologiæ ac Decretorum bona fide ſecũdum conſcientiam ſuam loco & tempore, ſecundum ſtatum ciuitatis & honorem ac honeſtatem facultatum ipſarum non niſi dignis licentiam largietur, nec admittet indignos. Antequam verò quenquam licenciet, infra tres menſes à tempore petitæ licentiæ tam ab omnibus magiſtris Theologiæ in ciuitate præſentibus, quàm aliis viris honeſtis & literatis, per quos veritas ſciri poſsit de vita, ſcientia & facũdia & propoſito vel ſpe proficiendi, & aliis quæ ſunt in talibus requirenda, diligenter inquirat &c. Cancel-*

Apoſtolicũ diploma de forma & modo decorandi Academicis gradibus Scholaſtici Die 13 April. Circa annum 1227.

Nota & alias inſignes clauſulas Reſcripti huius Pontificij de ſcholaſtica Politia ita ſcriptas, quod ſi forte ſcholaris tale crimen commiſerit quod incarcerationẽ ſit opus, Epiſcopus culpabilẽ in carcere detinebit, Cãcellario habere propriũ carcerẽ penit° ĩterdicto. Prohibemus inſuper, ne ſcholaris pro cõtracto debito de cætero capiatur. Sed nec Epiſcop° vel Officialis ei° ſeu Cancellari° pœnam pecuniariam pro excõmunicatione, emenda, vel

larius quoque iurabit, quod consilia Magistrorum in malum eorum nullatenus reuelabit Parisiensibus canonicis, libertate ac iure in incipiendo habitis in sua manentibus firmitate &c. Nec Cancellarius à licentiandis Magistris iuramentum vel obedientiam, vel aliam exiget cautionem, nec aliquod emolumentum seu promissionem recipiet pro licentia concedenda &c. Idibus April. Pontificatus An. 5. & Christianæ Pietatis, Annum circiter 1227.

alia qualibet censura requiret. Præterea de bonis scholariũ qui intestati decedũt, vel rerum suarũ ordinationẽ aliis non cõmittunt, sic duxim⁹ prouidendũ, vt Episcopus & vnus de magistris, quem ad hoc Vniuersitas ordinauerit, recipientes bona omnia defuncti, & in loco tuto deponentes statuant certum diẽ, quo illius obitus in patria sua valeat nunciari, & illi ad quos bonorum eius est successio deuoluta, possint Parisios accedere, vel idoneum nũcium destinare: & si venerint, vel miserint, restituentur ad bona cum cautela quæ fuerit adhibenda. Si verò non comparuerit aliquis, extunc Episcopus & Magister bona ipsa pro anima defuncti, prout expedire viderint, erogabunt, nisi forsan ex aliqua iusta causa venire nequiuerint successores, & tunc erogatio in tempus congruum differetur.

Aliquando etiam promotio ad scholasticos gradus fit per corruptelã, & imperfectum scientiæ supplet pecuniarum perfectio, inquit Ioh. Andr. In Clem. 2. De Magist. Promotus tamen ad doctoratũ corruptis pretio doctoribus, non videtur doctor. Bart. in l. Athletas π. De Excus. tut. Die 9. Nouemb.

CVI quidem Diplomati aptè cohærent Clementis 6. Codicilli, quorum præcipuæ hæ sunt clausulæ. *Clemens Episcopus &c. Auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium statuimus & etiam ordinamus, quod de cætero aliquis baccalaureus studij Parisiensis in aliqua facultate licẽtiandus, in receptione signeti ab eodem Cancellario, aut aliàs, per se vel per alium nullatenus det, tradat, aut præsentet, vel se daturum promittat aliquod munus eidem Cancellario, aut eius officiariis seu familiaribus quocunque titulo ratione licentiæ huiusmodi aut loci in ea habendi, siue occasione laboris, aut quouis alio exquisito colore, sub pœna repulsionis ab actibus, honoribus & commodis magistralibus.* 5. Idus Nouembr. Pontificatus Anno 12. Propter hæc magno plausu excepta nuper scholasticorum querela est à P.C. aduersus Parisiensem Cancellarium, 16

rium, qui ab inopibus Scholasticis comprobatæ dignitatis nomine opima munera corraserat. Tandem S. C. temperata res, & munerum vice dimidiatus aureus Cancellario adiudicatur. Placito 6. Kalend. Martias An. 1576. Brussello, Cancellarij: Bautruo, scholasticorum: Choarto, Lutetianæ Scholæ causidicis. Huic Parisiorum Cancellario rescriptum est ab Innocentio 3. Pontif. Cap. Ex parte. De verb. signif. Et ab Honorio 3. Cap. Dilectus. Vt lit. pend. Ex quibus facilè perspicias, vtrũque generis humani Magistratum, Sacrum ac Ciuilem mutuas præstare operas ad leuandã tenuiorum egestatem, virtutis maximè studiosorũ. Nam vt pij Heroës Musæa, ac Xenodochia construunt, pauperum vel ingenium vel corpus exactè curatura: Sic Pontifices sacrosancta potestate tuentur munificam hanc Principum liberalitatem, Regio Senatu pia vtriusque Imperij officia adprobante. Theodosius 1. Cæsar Christianos inopes benignè fouit, & Alexandriam ingressus idola Aris exturbata conflari idcirco iussit, vt eorum materies in varios Alexandrinæ Ecclesiæ vsus, egenorumque alimenta conuerteretur. Tripartit. Hist. Lib. 9. Cap. 27. Theodosij itidem Placilla coniunx miro studio est Hospitales Domos prosecuta. Quamprimum enim purpuram induit, claudorum ac debilium curam gessit assiduam, nullius ministerio, nullis vtens famulis, ipsamet pauperib⁹ necessaria quæq; manu porrigebat. Eadem charitate singula Templorum Nosocomia perlustrans subseruiebat ægris, ollas ipsorum detergebat, iuscula præ-

Arestum Curiæ Die 24. Februar. 1576.

Carolus 1. Galliæ Rex & Imp. Roman. circa Pauperes mirè sollicitus, non solũ in regno suo, verùm & trãs maria, in Ægypto, in Syria, in Africa, præcipuéque Hierosolymis liberali Eleemosynarũ erogatione Christianos pauperes sustentabat. Ex Sigeberto in Chronic. post Eginartiũ Caroli scribam, eiusq; vitæ scriptorem.

Haud aliter Iohan. Alexandrinus Patriarcha, (Eleemosynari⁹ dictus) Pauperes, dominos suos appellare solebat. Et cùm à diuite quodam, vile ac sordidũ grabatuli sui tomẽtum miserante, plumeam culcitrã dono missam accepisset: vbi primum ea strata cubauit,

noctem illã insomnem egit, identidem ingemiscẽs, mollius tunc se iacere, quàm dominos suos. Cùmque illuxisset, culcitram venundari, pecuniam pauperi erogari mandauit. At diues ille ab emptore redemptã iterum misit, precatus, ne munus suũ vltra venale haberet, sed eo ipse frui vellet. Verùm diuitis preces superauit Patriarchæ in egenos misericordia. Quum enim diues culcitram secundò vẽditam ab illo, recuperasset ab emptore, & ad Patriarchã referri iussisset, Deo gratias ago, (inquit Patriarcha) quod inituri sumus certamen diuiti salubre, pauperi commodũ, mihi iucundũ. Itaque quoties ad muneris missũ sibi accepit, toties vendendũ curauit: vt

gustans, offerens cochlearia, panem frangens, cibos subministrabat, abluebat calices, aliáque eiusmodi officioſè exequebatur, quæ seruis & ancillis mandari cõsueuêre. Quinetiã prohibere conantibus dicebat Augusta, aurum distribuere Cæsareũ opus est, ego autẽ pro Imperio hoc opus offero. Vt Tripart. Hist. enarratur Lib. 9. Cap. 31. Tantæ Heroidi non temere conferas Theodechildem Francorum Reginam, cuius Fortunatus Christianam benignitatem Disticho celebrauit.

Pauperibus fessis tua dextera seminat escas,
Vt segetes fructu fertiliore metas:
Vnde foues inopes, semper satiata manebis,
Et quem sumit egens, sit tuus ille cibus.
Peruenit ad Christum quicquid largiris egeno,
Etsi nemo videt, non peritura manent.
Ecclesiæ sacræ te dispensante nouantur,
Ipsa domum Christi condis, & ille tuam.
Tu fabricas illi terris, dabit ille supernis:
Commutas melius, sic habitura polos.
Stat sine fraude tuum, quod mittis ad astra, talentum,
Quas bene dispergis, has tibi condis opes.

GALLICO deinceps Iure sancitum fuit à Ca- 17
rolo Mag. vt bonorum, quæ Orthodoxi piè largirentur Ecclesiis in locupleti regione, duæ partes inopibus, triens Clericis cederet in præmium, aut cœnobitis: In tenui autem, æqua donatorum portio egenis dispensaretur & Clero, nisi donator legem aliam rei suæ adscripsisset. Leg. Francicæ Lib. 1. Cap. 80. De collationibus Ecclesiæ diuidendis. *inde dominis suis, id est, Christi pauperibus subueniret.*

Quales

Quales pauperibus propitias leges vt sanctiùs colerent posteri, Ludouicus 12. *Pater Patriæ Populíque* creauit publica hæc duo Aduocati & Procuratoris pauperum munera in Aquẽsi Senatu Phocensis Prouinciæ. Mense Iulio An. 1501. Quum enim is summum Curiæ Tribunal instituerat in Massiliensi Prouincia, Senatorium consessum in classes distribuit, assumptis sigillatim ad hos Magistratus viris doctrina morúmque probitate insignibus. Quem in Ordinem allectos inuenio Iacobum Angelum, & Amedeum Curatum, Pauperum forensem illum patronum, hũc cognitorem, quem vulgo Pragmatici procuratorem appellant. Sicuti ex Regiis Cõstitutionibus liquet. Nec multo aliter Heluetiis habentur certi pupillorũ, & viduarum causidici *Schirmuogt* Germanice dicti, & Basileę *Vvisenherren*. Teste Iosia Simlero Tigurino De Repub. Heluetiorũ Lib. 2. Ad hæc, eleemosynarios in Gallia Quæstores cõstituerunt Hospitalarij curatores nonnulli, Antoniani nempe, & Hierosolymitani Xenodochij Fratres, vt sacra stipe vicatim collecta, pauperes effusiùs sustentarentur. Talem stipem domesticatim exquiri prohibet Innocentius 3. præterquam à cucullato sacerdote Hospitalis ipsius diuersorij. Cap. Tuarum nos tenor edocuit literarum, quod Fratres Hospitalis S. Iohannis laicos & illiteratos mittunt eleemosynis colligendis &c. De Priuil. & excess. priuileg. Pontificiam sanctionem Sicculus ibi protendit ad cœnobitas Antonianæ Societatis. Planè Oldrado. I. C. visum est, criminum veniam gra-

Institutio Parlamenti in Comitatu Prouinciæ, cuius alios inter magistratus creati sunt duo, Aduocat°, & Procurator Pauperum. Iidẽ pupillorũ sunt defensores, quãuis iure cõmuni aduocat° impuberi à Prætore pro re nata ac fortuito daretur. L. Magis puto §. Imprimis ff. De reb. eor.

Tamen eleemosynæ debitæ seu consuetæ dari Pauperibus, debẽt iis dari perpetuò: Et si ciuitas dabat anno quolibet certam quantitatem frumenti religiosis, non potest facere statutũ eius eleemosynæ reuocatorum. Bart. in l. Priuilegia In fi. Cod. De Sacros. eccles.

tiámque ei non fieri, qui quamlibet iusto errore ductus ἐλεημοσύνας distribuerit adulterino carũ Coactori. Reſponſo 76. A Tridentino demum Eccleſiæ conuentu ſublati piarum eiuſmodi largitionum Quæſtores. Excepto, quod veniale Pontificis diploma, aliáve ſpiritalis gratia populo promulgabitur in poſterum à Diœceſano Antiſtite, duobus è ſacro Collegio adhibitis, quibus etiam pia illa munera colligere liberum erit ſyncera fide. Atque ita demum Eccleſiaſticam gazam hanc ad pietatem exerceri, non ad queſtum ab omnibus intelligetur. Trident. Concil. Seſſione 21. Decreto de reformatione, Cap. 9. Eam in ſententiam vulgò feruntur Ampliſſ. Ordinis Placita, Eleemoſynariam illam Collectã vetantia, aut certè moderantia ſubtili quadam Ciuilis Politiæ ratione. Argum. Cap. Cùm ex eo De Pœnit. & remiſſ. Et Clem. 2. Eod. Tit.

Oldradi Conſilio, Indulgentiã ſi quis probabili errore deceptus credens veram, dederit falſo Quæſtori eleemoſynã, non conſequitur eã.

Eleemoſynarũ Quæſtores ſine Apoſtolicis, vel diœceſani literis admitti vetabantur Iure Pontificio, vel ſi quid proponerent ipſi, vltra id quod in iſdẽ literis continebatur. Cap. 14. De Pœnitẽ. Diuerſum tamen in volentibus petere eleemoſynas pro ſeipſis, Hi quippe literis non indigebant. Cã. quieſcamus 42. Diſtinct. Can. Nõ ſatis 86. Diſtinct.

Aurelius Carthaginẽſis Præſul Carthaginenſis ciuis teſtamentum reſcidit, qui liberos habebat, poſtquam is reſeruato ſibi vſufructu dũ viueret, Eccleſiæ omnia bona ſua dono dederat.

QVOD ſi, non impellente alio, teſtator exhauſerit in pias erogationes patrimonia, hæc ritè condixerint liberi aut nepotes, quorum fauor Eccleſiæ priuilegium ſuperat, nedum legatariæ pauperum turbæ. Vt ab Auguſtino ſcriptum eſt Sermone 52. De Vita Clericorum Ad Fratres in eremo Can. Quicunque vult. 17. Quæſt. 4. Bald. In Autent. ſi qua mulier. Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Quocirca pro liberis in re dubia P. C. aſſolent cõtra Eccleſiam ſeu pauperes legatarios pronuntiare, ex conſimili Carthaginenſis epiſcopi Aurelij Iudicio. Teſtatrix Catharina *Le vergeur* triticeos panes tredecim legarat Rhemenſibus egenis totidem, 18

dem, qualibet præſtandos hebdomade ab Ædituis ſani Petri Rhemenſis. Biennio pòſt, Catharina, teſtamenti tabellis inductis, reliquit filiæ arbitrio curam funeris ſui, funebrémque ἐλεημοσύνην poſteriore elogio. Nihilo ſecius Rhemenſis Veromanduorum Proprætor, qui huic cognitioni præſidebat, ſecundum legatarios Pauperes iudicauit. A quo dehinc Senatum appellante teſtatricis genero, cui ſuprema illius iudicia videbantur ſuffragari, Nos, ediuerſo, inſtitimus diu pro Ædituis, pij legati curatoribus Teſtamentariis, palámque diſſeruimus, generalem legatorum ademptionem ad pia legata non pertinere, nec deleto teſtamento vel inducto, piæ cauſæ ius minui, quo minùs rem legatam egeni cõſequantur priori Teſtamentaria lege. Sicuti Diuum Antoninum reſcripſiſſe tradit Marcellus Lib. 29. Digeſtorum L. Proximè in cognitione Principis §. nomen ſerui. ϖ. De his, quæ in teſtam. del. Quo loci Bartolus libertatis fauorem produxit ad pias cauſas. Idem Reſpon. 26. Huc vergit & illa Bartoli religioſa opinio, ruptis teſtamenti tabulis pia legata repeti ab inteſtato. In L. Eam quam Cod. de fidecom. Similiter à Diuo Pio ſecundum libertatem pronuntiatum, etſi legatam inutili ac imperfecta teſtatoris voluntate. Imperiali ſententia in cognitionibus prolata, quam recitat Iulius Paulus L. In teſtamento ϖ. De fidecom. libert. Quin & priuatam nobis legem dicere debemus ac domeſticam, vt defunctorum voluntates, etiam ſi iura deficiant, quaſi perfectas tueamur. Sic enim

Tantus pij legati fauor, vt donata ad certum piũ vſum, ne auctoritate quidem Principis poſſint conuerti in alium. L. penul. & ibi Bal. Cod. De donat. Et Clem. Quia contingit De relig. domib. Licet alioqui donata ad certũ vſum poſſint à donatario in aliũ vſum conuerti L. 2. in fi. & l. ſeq. D. de donat. l. ſed ſi vir §. vlt. & l. ſeq. π. De donat. int. vir. & vxor.

Pari modo, falſa opinione ſolutum pietatis cauſa, tãquam indebitum repeti non poteſt. Signorel. Conſil. 26. per tex. in l. cùm is §. ſi in ea ϖ. De cõdic. indeb. & l. ex duob⁹ §. vlt. l. neſeruius D. De Negot. geſt. l. Almeta Cod. Eod.

Si autem pœna esset à testatore ipso apposita aduersus hæredem vel legatarium nõ adimplentem volũtatẽ suam, tunc illa committeretur non ex ipsu anni, sed à tempore requisitionis. Innoc. & Benedict. In Cap. Raynutius De Testam.

Nemo inuitus fit executor vltimæ voluntatis Cap. penul. in verbo, post susceptum mãdatum De Testam. Tamen ibi ait Panor. quòd respectu legatorum ad pias causas poterit episcopus compellere, etiã citra acceptationem huiusmodi officium exequi, & si nõ vt executorem testamentariũ, saltem vt delegatum, & cõmissarium. Specul. In §. Nunc verò aliqua tit. de Instrum. editione. Vers. hoc etiam quæritur.

Plinius codicillos Attiliani, licet confirmati non essent testamento, sibi tamen, vt confirmatos, proposuit obseruandos. Epistol. Lib. 2. Ad Ammianum suum. Suggerebam insuper, hæreditatis spẽ quidem minimè esse liberis præripiendam intuitu piæ causæ: Ast diuersum ius de particulari legato constituendũ. Quum & asse bonorum ex legibus mulctetur hæres, qui intra annum suprema testatoris vota non impleuerit. Nouella Iustiniani In Autent. Hoc amplius Cod. De fideicomm. & Concilio Moguntino Cap. Si hæredes De Testam. Quibus proximè accedit Byzantia Manuelis Comneni Constitutio Græcorum Augusti, eodem casu translatiua Testamẽtariæ procurationis executionisque in Cæsarem ipsum, vel absente eo, in Patriarcham: exploso hinc curatore testamentario, qui pia legata præstare, vel Christo hæredi scripto bona reddere indies cunctaretur. Ex Codice Iuris Orientalis. His ego subnectebam, vltimum saltem testantis fœminæ iudicium collatum fuisse in hæredis voluntatem: Quod piæ causæ legata non perimit, sed eorum est præstatio ad boni viri arbitrium referenda. Bart. in L. 1. Cod. De sacros. Eccles. L. Si cui annuum, & ibi Bart. ff. De annu. leg. Accurs. & Doct. in L. Quædam in testamento D. De legat. 2. L. Cùm post §. gener. ff. De Iur. Dot. Gloz. in cap. Nos quidem. Et ibi Doct. De Testam. In hac demum Fori concertatione Senatui placuit legatarios pauperes actione summoueri. Præsentaneo Curiæ Decreto, 8. Iduũ Martiarum An. 1576. Mario, Theobaldi Montisuidi,

Arestum Curiæ die 8. Mart. An. 1576.

tisuidi, & Ianæ Fabræ: Nobis, contra, Æduorum D. Petri Rhemensis aduocatis. Ac de suo hærede hactenus.

19 TRANSVERSARIO hæredi testator legauit duo numûm aureorum millia, inopibus reliquas facultates: suprema dehinc obtestatione cohortatus heredem, ne tali suo iudicio vsquã reclamaret. Diem functo illo, mouetur legatariis ab hærede cõtrouersia apud Regium Andium iudicem, obtendente scilicet inofficiosum esse legatum, quod defuncti paterna vel auita transcribi extraneis nequiuerint, Andegaua Lege municipali, neque aliis modis alienari è familia vltra statutum moribus patrimonii modum, legitimo hærede expostulante. Quum autem causa cecidissent legatarij, mox adito ex prouocatione Senatu, appellantium patronus multa citabat ex sacris literis in piorum munerum largitionúmque commendationem. At nos, contrà, debitam naturæ portionem, quæ Andensis Municipij iure sancita est, minui prætextu legati pij non debere: Hoc certè iudicãtis officio incumbere, vt legato generaliter pauperibus relicto, agnati tenuiores reliquis antepo-nantur inopibus, quasi in partem rei legatæ vocati prima testamenti cera primóque ordine. Ex quo supremorum mãdatorum procurator, cuius fidei credita sit pecuniarum in egenos distributio, ius habet optandi deligendíque inopes propinquos defuncti: quum vberior sit in cõsanguineos pauperes explenda pietas, quàm in externos. Sẽtentia Baldi, & Ang. in L. Illa institutio ff. De he-

Quamuis legata pia detrahãtur vt æs alienum. l. si seruus ff. ad leg. falcid. Bartol. In Auten. Similiter Cod. Eodẽ. Tamẽ hoc procedit quantum ad falcidiã, sed vbi non suppetunt vires patrimonij, diminuuntur sicut alia legata: quemadmodũ dicimus in testamento militis, in quo bene cessat falcidia, tamẽ diminuũtur propter defectũ patrimonij. L. Si post missionẽ ff. Ad leg. falcid.

Ex moribus Popu. Roma. Officiorum hic ordo obseruatus, vt primũ iuxta parentes locum tenere pupilli deberent fidei tutelæque nostræ crediti. Secundũ eos proximum locum clientes habe-

bant, qui se itidem in fidem, patrociniúque nostrum dederant. Tum tertio loco hospites, postea cognati affines q. Cap. 13. Lib. 5. Noctium Attic. Gell.

red. Instit. Imol. In l. Captatorias Eod. Tit. Bal. In l. Id quod pauperibus. Cod. De Epis. & cler. Conscripti Patr. audita hac forensi oratione, legatum egenis præstandum decreuerunt, testantis patrimonio inde detracto, quod hæredi purè liberéque legibus obueniebat: Adiecto etiam eo, vt pij legati dispensator inopes defuncti cognatos cæteris anteferret. Aresto Curiæ 11. Calẽd. Maias. An. 1575. Interea tot testamentarias lites memoranti succurrit Plinianum consilium, quo facilè testator posthumas hasce præcidat contentiones. Tam rara, inquit, in amicitiis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nobis debeamus conditoria extruere, omniáque hæredum officia præsumere. Lib. 6. Epistol. Plinij Epist. 10.

Decretum Senatus Die 21. Aprilis, 1575.

Observanda pariter Lutetiæ Hospitalis Domus S. Spiritus, de cuius œconomia latum est Edictum Mense Quintili An. 1566. promulgatum in Curia Die 6. Nouẽb. Eod. Anno, Nẽpe vt in bona mobilia orphanorum istic decedentiũ succedat Hospitale: in res prædiarias, sanguine propinqui: saluo eo, vt ex parentum indignitate liberos exponentiũ certa pars, iudice arbitrante, addici possit Orphanotrophio. Quod si orphani ex hoc pio loco secedant cũ fortunis suis omnibus, tenẽtur imprimis refundere Orphanotrophis quæcunque in rem bonorũ ipsorum expensa. Ibi alia Edicti capita, quæ ex ipsius lectione facilius cognoscetes.

COMMVNE iam Pauperum domicilium reuisamus, profanósque Hospitalis Domus œconomos. Lutetiæ structum fuit phanum Dominici Sepulchri à Vilhelmo Neustriæ Duce in fundis templi Mederici, & Basilicæ Parisiensis sacrarum maximę. Exortum hinc Canonicorum 13. collegiũ S. Sepulchri, quorum auctæ ditiones à Iano Normaniæ Regulo, paulo pòst Galliarum Rege. Hisdémque in finibus Hospitale diuersorium excitarunt sub id temporis Claromontanus Bellouacorum Comes, & Lutetiani mercatores aliquot, qui Syriacum Dei Christi monumentum inuiserant. Ab iis cõditoribus præficiũtur Xenodochio profani rectores, quinque itidem sacellani, ecclesiastici cum illic obituri ministerium. Vertente seculo, quęsitum est in Senatu, an Canonici S. Sepulchri iustè

Obseruanda pariter Lutetiæ Hospitalis Domus S. Spiritus, de cuius œconomia latum est Edictum Mense Quintili An. 1566. promulgatum in Curia Die 6. Nouẽb. Eod. Anno, Nẽpe vt in bona mobilia orphanorum istic decedentiũ succedat Hospitale: in res prædiarias, sanguine propinqui: saluo eo, vt ex parentum indignitate liberos exponentiũ certa pars, iudice arbitrante, addici possit Orphanotrophio. Quod si orphani ex hoc pio loco secedant cũ fortunis suis omnibus, tenẽtur imprimis refundere Orphanotrophis quæcunque in rem bonorũ ipsorum expensa. Ibi alia Edicti capita, quæ ex ipsius lectione facilius cognoscetes.

iustè sibi arrogarent Nosocomij curam familiarem bonorúmque dispensationem. Aduersus Canonicos pronuntiatum, quibus tamen euestigio concessit Curia, vt dispungendis profanorum Curatorum rationibus interessent pro arbitrio, publicæque domuum locationi, quæ Valetudinarij propriæ vltimo tantum licenti addicerentur. Placitis An. 1535. & 6. Iduum Sextilium An. 1549. Thuano, Canonicorum, & Riantio, administratorum causidicis. Ac denique S. C. memorabili 4. Calend. Quintiles An. 1571. quum Choartus Canonicis, & Marius Nosocomis forense dicendi munus operámque præbuissent. Secus planè de eo respondendum Valetudinario, quòd monastica Familia instituerit, suóque adiecerit Collegio, nulla prius plebeiorum benignitate excitatũ. Decreto Viẽnensis Synodi toties suprarelato. Cui haud prorsus dissimile est, quod Prætorianus Senatus iudicio definiuit secundum prioratus Præfectum contra procuratorem fisci, qui abusus obtentu prouocarat à solemni cooptatione Iohannis Bruni in Præfecturam sacri conuentus & Xenodochij Pontis Montani, Vasatensis diœceseos. Etsi enim publico Egenorum Hospitio dicata hæc basilica fuisset, cui ideo nominandi Oeconomi ius Principi competere inter alia suggerebatur: Nullum tamen in sacra hac electione abusum esse decreuit Prętorianus Magistratus. Siquidem Nosocomium, vel conditum à cœnobitis, vel sacri Collegij œconomia regi solitũ, immune liberúmque est à plebeio secularium Curatorum

Placitum Curiæ Die 28. Iunij 1571.

Arestum Magni Consilij Regij.

Sacra sacella, & alia simplicia sacerdotia, quæ in Hospitalibus diuersoriis existunt, Rex lege Regaliorum confert. Vt à Rutæo scriptum est 51. Priuil. Regaliorum.

regimine ac gubernatione. Aresto Prætoriani Cõsilij Die 10. Septembris An. 1526.

Abbas Maiorismonasterij in Turonibus, & Corbiensis in Ambianis, Frãcico Ærario præfecti.

Hospitaliũ, & alij Pauperibus sacrati census annui administrabãtur olim ab episcopis, & adhuc certis casibus suprascriptis administrantur, prout antea distinximus.

φιλόξενος, hospitalis.

Talem philoxenum episcopum celebrat D. Iohannes Epist. 3. Caium, fideliter (inquiens) facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimoniũ reddiderunt charitati tuæ, in conspectu Ecclesiæ. &c. Qualẽ & Abdiam Hieronymus eius interpres scribit prophetalẽ gratiã accepisse, quod in persecutione Iezabelis prophetas in spelũcis quinquagenos absconditos pauisset. 3. Reg. 18 Quos vt alere clam posset, multum æris alieni contraxerat, quod Elisæus oleo diuinitus aucto dissoluit. 4. Regũ 4.

QVINETIAM Gallici Annales produnt, cœnobiarchas publicum tractasse nostratis Reipub. Ærarium, ac Principalibus Ratiociniis præfuisse. Hoc modo Maiorismonasterij, & Corbiensis Antistites Regiis rationibus præpositi sunt, pecuniarúmque publicarum dispensationi An. 1347. Philippo 6. Francis imperante. Ex Francic. Annal. Nostro quoque æuo Cardinalis Lotharingus gessit Gallici Ærarij præfecturam. Sed hæc mandatu regio, at pios inopum reditus suo iure administrãt Ecclesiastici proceres, vel per se, vel vicaria clerici opera, vt superiùs à nobis est demonstratum. Sic B. Laurentio Xystus 1. P. P. thesauros Ecclesiæ commisit, egenis distribuendos, velut pauperum escam. Atque in id præsertim instituti Diacones, vt inopum ἐλεημοσύνας reciperent. Teste Hieronymo ad Nepotianum. Mox sacræ huius procurationis edebantur rationes à fiduciario pauperum Oeconomo, apud φιλόξενος Episcopos. Vt perspicuè apparet ex Turonica Synodo 2. Cap. 20. Quẽ in Ecclesia diu retentum morem indicant Gregorij Mag. Epistolæ quamplurimæ. Monet hic imprimis Solomitanum Archydiaconum, ne quid ex sacro censu perire vel socordia, vel fraude patiatur. Regesti Lib. 1. Cap. 10. Vtinam verò hodie solam Xenodochiorum Oeconomiam sibi sumerent profani magnates, nec cœnobiorum reditus ambirent impotẽtiùs, ne dicam Episcopales. Turpe fuit quondam Principi viro, qui monasticam vitam

vitam esset amplexus, profanas dynastias mutato calculo repetere, & è cuculla ad purpuram redire. At multo turpius Equestri Ordini, cum militari vitæ cultu miscere cœnobiarchias, & monasticos prouentus, Tholosano demum auro infœliciores tali futuros possessori. Interea quotusquisque illorum cœnobio sacratus cilicium deposuit, vt mundi fastum illecebrásque ambitiosè sectaretur? Paucos in hoc genere comperias, nisi forsan è re, vtilitatéque publica voto solutos, venialibus Pontif. codicillis. Raymeris Sanctij 2. filius, Tarraconensis regis, sese dicarat monasticæ Ædi S. Pontij *De Tonnerijs* sub regula Patris Benedicti, in Gallica regione. Sublato autem Alphonso 8. fratre, Raymeri & gratia votiui sacramenti facta est à Præsule Max. & Regij fasces delati Procerum suffragiis. Anno à salutifero partu 1160. Nec aliter Ianum Ferdinãdi Lusitani nothum audimus ex professo adscriptum militari sacro Ordini, deinde Regiam dignitatem adeptum, Vrbano Pontif. Religionis vinculum dissoluente. Id quod à Ritio, & Taraffa memoriæ traditum est. Addatur his Cõstantia, Rogerio Siculo rege nata, quam & Panormi cœnobio eduxit Errícus 6. Friderici Ænobarbi filius, sibíque connubio iunxit, Sanctæ Sedis venia priùs exorata, vt Blondus & Platina atteștãtur. Pannonum sanè Rex salutatus est Colomanus, Præsul antea Varadinensis, vt Ladislao Principe extincto, suis omnibus superstes Regno consuleret, suffragante in id Pontificia iurisiurandi prioris relaxatione. Vt ait Volaterranus. Apud

Sacerdotes, vel monachi, exuta sacra veste vel cuculla, Reges facti.

Sarmatas item, Cazimirus cœnobita Cluniacẽsis à Benedicto 9. solutus est sacramenti religione, vt auitum Poloniæ imperium Regiis paribus auspiciis gubernaret. Longobardorum quoque Rachisius diademate posito, contulerat se in monasterium, sed fratre mortuo Aistulfo rege, cùm Desiderius Hetruriæ Dux Regia sceptra capesseret, statuit παλινῳδεῖν, séque Regem dixit: eo planè successu, vt Procerum concursus ad eum fieret, memoria maiestatis ipsius fraternæque. Erricum prętereo, Rudolphi Bohemiæ Regis fratrem sacris initiatum, qui Elizabetham sibi coniugio sociauit, filiam Ruperti Vvittembergensis Comitis, ex Pontificia indulgentia. Sub annum 1330. Vt est apud Munsterum cosmographum. Alia quædam Pontificiæ de eodem veniæ promuntur exempla, publicæque in id auctoritatis adhibitæ, quam cõmunis vel Patriæ vtilitas, vel necessitas impetrauit. Nimirum vt cunctis patefiat, sacram militiam obeunti non temere ad profanam desciscendum, nec profanæ rursus sectatori commoda sacræ militiæ, prædiariósque prouentus captandos, & aucupandos, vti à nobis suprascriptum est.

παλινῳδεῖν, *retractare, vel recantare, hoc est, diuersa superioribus sentire.*

Cessante hac publica Regnorum commoditate vèl necessitate, adstrictus monastico voto, etiam si postea eligatur episcopus, tenetur renunciare episcopatui, & votum Deo debitum persoluere. Cap. Pertuas De voto Cap. porrectum De Regular.

Ergo ab Ecclesiæ bonis procul facessat profana manus: Xenodochij autem sic attingat, vt pauperum tutelam non ad eorum, quibus commissa est, sed qui commissi sunt, vtilitatem geri intelligatur. Quemadmodum ex Platonico dogmate adnotauit Tullius Lib. 1. Offic. Tiberium quidem 2. Cæsarem Diaconus refert piis in egenos munerib⁹ Fiscum exinaniisse: Quin & Nicol. Raulinum

Vvenceslaus Rex Bohemorũ, regni sui pauperes egregiè fouebat munificentia. Sedente vero in Pontificatu Bonifacio 9. Ludouic⁹ Hunnorũ rex,

Raulinum laudibus vexit posteritas, quòd multis ab eo ad inopiam redactis vt diteſceret ipse, senex tandem, condito Ptochotrophio, egenis immẽsas dedisset opes, seu potius reddidisset. Philippo 2. Burgundis tum ac Belgis dominante, apud quem Raulinus Iuris Præfecturam obtinebat. Quo religiosiùs etiam à nostris tractanda vetusti Nosocomij latifundia, quæque iam olim sacrata sunt tenuiorum, vel ægrorum hominum sustentationi? Verendum vtique, ne dum profanas inopum ambimus possessiones, seu Ecclesiæ, (cuius bona verè pauperum sunt,) sanctiorum adhuc Ecclesiæ opum iacturam faciamus, velut imminentis Reipub. casus cœleste quoddam vaticinium. Quid enim cordati ciues superiore anno coniectarint de Dominica Cruce noctu surrepta è Palatino Sacello Parisiensi, neminem puto ignorare. Futurum tamen confido, vt mortalium precibus placatus Καρδιογνώστης Deus alio vertat omen, dirúmque fulmen contineat. Vtcumque sit, almam illam Crucem Balduinus Græcorum Cæsar Venetis grandi pecunia oppignerarat quondam, sertum spineum, aliáq; sacrosancta passi Domini monumenta. Mox ea pignora, luente D. Ludouico, in hanc translata Galliam, & in Palatinum Lutetiæ delubrum, cuius etiam fundamenta iecerat Ludouicus. Exinde autem, quasi auulso Thraciæ Palladio, collapsa sensim est Græci Imperij dignitas, funditus denique euersa cum funestissimo Græcę Metropolis excidio. Nec dissimilibus omnino prodigiis territa Solymorum Augusta, paulò antequam à Ro-

Caroli regis filius, Romã ad annum Iubileũ profectus, quatuor aureorum millia Ædi Petri obtulit.

καρδιογνώστης, *inspector cordium.*

Sicuti Heraclius Cæsar de Persis Cosdroéque Crucem recuperarat, ita Heraclio patriarcha, rursus amissa est à Cõstantinopolitanis.

B. Iohannes Chrysostomus ait, Crux, ecclesiæ fundamentum, atque Orbis terræ cautela, Crux annũ-

ciatio Apostolorum, Crux, gaudium sacerdotum, Crux imperat philosophis, & regnũ magni faciẽtibus, seu destructio superborum.

mano hoste victore diriueretur. Quemadmodum à Iosepho scriptum est In Bel. Iudaic. Et si quem adhuc mouere possit tragicum Phrygiæ Vrbis exitium, Palladij Troiani rapinam sic habeto, patriæ prænuntiam calamitatis.

Fatale agressi sacrato auellere Templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibúsque cruentis
Virgineas ausi Diuæ contingere vittas.

Memorabili illa acie Constãtini Cæs. cum Maxime, is qui sacratum Crucis signum ferebat, quãuis dẽsæ nuis, instar, tela in eum cõiicerentur, à nullo tamen est vulneratus. Ea fuit Panoplia, seu armaturæ victricis Crucis efficacia. Vt est apud Eusebiũ, & Nicephorũ Sacræ Histo. Lib. 7. Cap. 37.

Tanto minùs Christianæ ciuitati ereptum Crucifixi Christi signum spernendum est, quo velut cœlesti Diuinę comminationis præcone monitus officij fuit multoties Pop. Christianus. Britanno enim Aquitania pulso Gallicis armis An. 1451. in cœlo candida Crux conspecta, id quod nubium natura ferre poterat, in religionem etiam Angli vertẽre. Deposita rubra cruce, candidam consensu sumpserunt: Illud enim Anglorum, hoc Francorum bellicum insigne. Auctor Æmylius in Carolo 7. rege Gallo. Pari modo D. Cyrillum aiunt in medio ære cõspicatum sacrosanctam Crucem, augustissimum Christi Dei signum. Vt mittam interim, quod apud Hunnos tacta de Cœlo Saluatoris Crux, quæ in D. Stephani basilica apud Albam colebatur, Salomonis Regis calamitatem significauit. Teste Bonfinio Hungaric. Rer. Decade 2. Lib. 4. Cuiusmodi cœleste prodigium eo formidabilius, quo Almam Crucem Sybillinum oraculum mirabiliorẽ fecit, ὦ ξύλον μακαριστὸν ἐν ᾧ θεὸς ἐξέλαμψεν. Cui subdere possis luculentum D. Martialis de Cruce elogium, scripta ad Burdegalenses Epistola:

Sibyllini Vaticinij latina interpretatio metrica. O lignum fœlix, in quo Deus ipse pepẽdit.

D. Martialis ad Burdegalenses Epistola Artic. 9.

Epistola, in hanc ferme sententiam. Vbi Crux Domini, armatura nostra inuicta aduersus Genium Lucifugum, galea caput tegens, lorica pectus operiens, clypeus tela maligni propulsans, gladius Angelicas insidias nefariæ potestatis sibi propiùs accedere nullo modo sinens. Hoc vno symbolo diuinę victorię trophęa nobis data, & Crucis munere baptisma Dei consecratum, atque (vt idem ait) sanctificatum. Proinde à longissimis iam vsque seculis festum exaltatæ Cruci diem celebrat Ecclesia quotannis. Teste Ruffino Eccles. Hist. Cap. 7. & 8. ac Nicephor. Lib. 8. Cap. 29. & 50.

Eleemosynæ Christianæ, ad quas etiam iudicis officio cogi possunt clerici beneficiarij, ingruente necessitate. Abbas in Cap. 1. De Empt. & vendit.

22 QVA MOBREM, vt iratum nostris flagitiis Numen mitiget nouus pietatis feruor, Eleemosynis nostra luamus commissa, & Pauperum commiseratione, viã nobis ad diuinæ misericordiæ asylum muniamus. Ita fiet, vt ex tanto Frãcicarum ærumnarum diluuio & emergamus viui, & mortuorum virtus immortali supernæ fœlicitatis præmio remuneretur. Quemadmodum argutè edocuit Fortunatus pręclaro ad Sigoaldũ Comitem epigrammate, quòd Pauperes iste Regij Eleemonis officio sustentaret.

Dulciter ista tui pia sunt commercia regni,
Dum escam sumit egens, diuitis auget opes:
Pauper dum satur est, saturat mercede potentem,
Parua capit terris, præparat ampla Polis.
Diuitibus plus præstat egens, quàm diues egenti,
Dat moritura cibi, sumit opima Dei.
Dans terræ nummum, missurus ad astra talentum,
Et modicis granis surgat vt alta seges.

TITVLVS 6.

EX QVIBVS CAVSIS RES ECclesiæ alienare liceat, vel non.

1.2. *Bona Ecclesiæ ex Politica lege publica interdum alienanda.*

3. *Reditum annuum Ecclesiæ debitum super ædibus Parisien. luere licere.*

4. *Vt alienari, ita permutari non possunt res Ecclesiasticæ, nisi solemnitate seruata.*

5. *An vendita olim à Comitibus Prouinciæ prædia redimi possint Regia lege Domaniali.*

6.7. *Aresta Curiæ contra Domanij legem alienatorum reuocatoriam in Comitatu Prouinciæ.*

8. *De temporali dominio & potestate Prælatorum.*

9. *Sub iurisdictione temporali Ecclesiæ Politicam comprehendi in vrbibus Ecclesiasticæ ditionis.*

10. *Ecclesiasticarum opum conseruatio penes Reges ac Principes.*

11. *Reditus nummis constituti à debitore redimibiles etiam contra Ecclesiam.*

12. 13. *De variatione valoris nummorum tempore redemptionis redituum, & de re monetali.*

14. *Reditũ Ecclesiæ debitum subiici reductioni ad legitimum modum.*

15. *Ecclesiastici feudi qualitatẽ à Prælato mutari non posse.*

16. *Feudum ad Ecclesiam reuersum rursus infeudare non vtique ius esse.*

17 *De feudis & aliis iuribus Ecclesiæ Cleriacensi donatis à Ludouico 11. Rege.*

18 *Mendicantium ordinibus legata necessariò alienanda.*

19 *De Monastico ordine Minimorum.*

20. *Quatenus res mobiles Ecclesiæ distrahere liceat.*

21. *Ecclesiasticos fundos in Regia tutela positos esse.*

TEMPLIS

1 TEMPLIS acquisita Prædia quibus Oeconomiæ legib⁹ seruarentur, ostendimus paucis: iam quaten⁹ ea alienare πολιτικῶς expediat, ex suscepto ordine aperiamus.

Tertia Pars Libri 3. in fundis Ecclesiæ semel partis, diuique conseruatis, postremo ex causa alienandis.

2 PVBLICA lege nõnunquam inducitur necessaria sacrorum censuum alienatio. Verbi gratia, Carolus 7. Franciæ Rex edixit, solarium vectigal super ædibus Lutetianis distrahi, ĩ. necessariò redemptum iri oblata ab ædium possessore pecunia, siquidem tale vectigal dominum semel mutasset conuentione aliqua, etiamsi sacris Ecclesiis transcriptum fuisset. Redimendi autem huius solarij pretium, eo quo volatiles reditus, modo æríque quantitate æstimatur. Constitutione lata mense Nouembri An. 1440. quam Senatus comprobauit instante Parisiensium Decurionum ordine, ac postulante. 12. Calend. Februar. An. 1441. Hinc arrepta occasione, Simo Acarius iudicium dictauit Ædituis B. Opportunæ Parisien. apud Præfectum Vrbi An. 1575. vt hisce vectigalẽ domum suam luere, quasi pignora, sibi liceret nummariæ quantitatis solutione, pro qua Mæuius à priore domino coëmerat septem libellas prædiarij reditus annui in ea ipsas ædes An. 1459. Quem deinde reditum emptor donatione cõtulerat in Fabricæ paræciacæ curatores fani Opportunæ An. 1460. Causa cognita, Lutetianus proprætor talem pensitationem pecuniariæ redemptioni decreuit obnoxiam. Sed ab Ædituis appellato Senatu, Nos pro Ecclesia, sacri alienationem vectigalis haud

Edictum Caroli 7. Galliæ regis promulgatiũ in Curia Parisien. Die 21. Ianuar. 1441.

Ius redimendi competẽs ex singulari priuatorum pacto, nẽpe vt reditus fundiarius redimatur toties quoties, præscribitur 30. annis. Arresto Die 23. Iunij Anno 1515. Inter Iosserãdũ de Thelis appellantem à Seneschallo Lugdunẽsi, & Petrũ Porte in-

temere permittendam. Istud enim origine ipsa solarium esse, nec nummis constitutum, at perpetua prædij vrbani locatione, legéq; vectigali fundo dicta. His consequenter talem reditum minimè ab Ecclesia nummariæ luitionis specie auocandum videri. Quæ autem in contrarium suggerebantur de Carolina Lege suprascripta, diluebam vel ipsius verbis conditoris, qui Politica modò temporum ratione habita, consultum voluerit Parisiensium ædium ruinæ ac deformitati: à qua nunc quidem longissimè aberamus. Quum enim paulo ante Regiam illã Sãctionem Anglicis armis premeretur Parisiorum ciuitas, desertę passim priuatorum domus ruinam minabantur. Sed vrbe postliminio in Gallicam ditionẽ redacta, Carolus 7. pro tempore Philippinum Ciuitatis Priuilegiũ repetiit, quo vetustarum ædiũ refectioni ac instaurationi prospectũ sit. ¤ dicto Philippi 1. Regis Mense Nouembri An. 1034. Sicuti etiam Octauius Augustus Romanorum ædificiorum curam gessit maximam, vt iactaret subinde, lateritiam cùm vrbem accepisset, se marmoream relicturum. Auctore Tranquillo. Eidem Imperatori, ne vrbs ruinis laboraret magna mole ædificiorum, inhibere necesse fuit, ne quis supra septuaginta pedes sublimiùs ædificaret. Quod & Nero Cæsar post incensam vrbem, dimensis vicorum ordinibus, & viarum spatiis, sanxit, ne vltra præscriptum ædificia tollerentur. Ex his obnixè contendebam in Senatu, Francicum Edictum superius, quo desertarum ædium ruinis occursum sit, propositæ hypothesi

timatum. Quod allegat Tiraquell⁹ In Tract. De Retractu cõuentionali §. 1. Glos. 2. Num. 28. Ius autem redimendi lege generali competens, vt hic, centena etiam præscriptione non excluditur. Vt dicetur infrà.

Ciuile Parisiensium Priuilegiũ An. 1034. aut, vt aliy scr. bũt, An. 1043. Quod extat in Tom. Constitutionũ Regiarũ Galliæ & ad literam describitur ab Ægid. Magistro in lib. Decisionum.

Traianus quoque Rom. Cæs. mirè laudatus est, quòd Vrbis ruinas restaurarit, variósque sumptus fecerit in ædificiis publicis, viis, ac Porticibus vrbis extruendis ac reparandis. Ex Dione Nicæo, & Xphilino in eius vita.

thesi non posse accommodari. Quo sensu itidem Magister eam interpretatur Caroli constitutionem. In Decis. suis forensibus. Nitebar præterea diuturno & plusquam seculari possessorum domus silentio, iam inde ex quo solarij dominus illud alienarit. Nam etsi ius merę facultatis præscriptione temporis non extinguatur: Pactitia tamen fundi redhibitio, seu ius redimendi excluditur post annos tricenos. Bart. in L. Pignori ϖ. De Vsucap. Centena saltem possessione tollitur, aliáve consimili hominum memoriam superante. Quippe quum omni vsucapione explosa, tacitè censeatur dempta centenaria præscriptio. Angeli opinione In L. omnes in fi. Cod. De Præscrip. 30. vel 40. Ann. & L. 1. Cod. Ne rei Dominicæ vel tẽpl. Vtut sit, prædictæ Legis actio est duntaxat in primum successorem vel emptorem, cui dominus ἀμέσως cesserit prædiario vectigali, non in secundum emptorem, vel donatarium. Qualis hoc loco habetur sacra Ecclesia. Atqui ædium possessor aduersarius nunquam lege expertus est contra solarij reditus emptorem, aut eius hæredes. Ergo rata manente prima alienatione, nullus relinquitur sequentium reuocationi locus, tametsi redemptionis titulo adumbratę, ac specie libertatis consequendæ. Responso Scęuolę I. C. Lib. 19. Digestorum in L. Pater filium §. quindecim libertis ϖ.

Quid si via exceptionis pactũ redimendi proponatur, non actionis, eine præscriptio rectè opponi poterit? Vtputa emptor prædiarij reditus cũ lege redhibendi, conuẽtus ad soluendum vnius anni reditũ, quadragesimo post anno offert redimere vectigal annuũ conuento pretio numerato. Putat Tiraquellus admittendam exceptionem & oblationem redimendi, cùm perpetua sint exceptionũ iura, & ius offerendi perpetuũ sit. In Lib. De Retractu conuentionali §. 1. Glo. 2. Nũ. 31. sed ibi Doctorum testimonia à Tiraquello citata loquuntur in mero credito & debito, vbi ius offerendi nunquam præscribitur. In reditu autem fundiario, quasi fundi parte, secus. Si tamen venditori data sit facultas redimendi quandiu viuat, admittetur is ad redimendum quouis tempore, etiam post 40. annos, scilicet quandiu vixerit. Arg. notat. à Fabro In l. contra maiores. Cod. De inoff. testam. Et ab Angelo In l. Centesimis §. vlt. ϖ. De verb. oblig. per l. Sicut in annos π. Quib. mod. vsusfr. amitt.

Communiter verbis præscriptionem omnẽ reiicientibus nõ continetur immemorabilis, aut centum annorum. Sed ita distingue cum Franc. Aret. in l. cũ stipulatus sim à Proculo π De ver. oblig. Aut clausula, non obstante quacũque præscriptione, vel alia similis apponitur iuribus, quæ regulariter non tolluntur spatio 40. annorum: & tunc ne immemorialis quidem currit: Aut apponitur iuribus quæ 40. annis præscribuntur, tũc immemorialis non videtur sublata. Arg. Baldi In cap. 1. §. Præterea De Capit. Cõrad. Panor. In Cap. 1. De Præscr.

Arestum Parisien. Die 12. Mart. 1576.

De Legat. 3. Ad summum, pretio eo luendum foret vectigal, non quo reditus nummis comparati redimuntur, sed quo res prædiariæ taxantur, inita vicesimi assis annui computatione. Quippe centesimum abhinc annum, ex quo talis reditus præsente pecunia distractus est, imminuta fuit admodum numismatis bonitas interior, ærisq; pondus, cuius numeratione pretij solarium in emptorem translatum sit.

3 Brvssellvs, ediuerso, pro domus possessore, causam suprarelati Edicti perpetuã esse, nec temporum illorum rationibus circumscribi. Ob id, redhibitoriam legem non modò in Ædib⁹ ruinæ proximis locum habere, sed in omnibus. De præscriptione, Ius quidem redimendi pacto cautum ac receptum euanescere tricena præscriptione. At publica Lege sancitum, nihilo magis quàm publicum ius, longissima possessione subuerti. Cęterùm in soluendæ sortis ratione ineunda, nihil interesse omnino, prædiaria sit necne pensitatio, an merè hypothecaria: Quandoquidem verbis Edicti statutá sit nominatim redimendi formula ex duodecimæ vnciæ, quasi Asse debito, æstimatione. Qualis vulgò in volatili reditu obseruatur. Disceptato vtrinque negotio, Patres rectè appellatum pronuntiarunt: Eo tamen addito, vt sacri reditus luendi ius foret ædium proprietario, soluta pretij sorte vicesimo nummo valoris annui æstimanda. Decreto Curiæ in publicis causarum actionibus lato 4. Iduum Martiarum An. 1576. In Catalogo causarum Præfecturæ Parisiensis.

Ambigitur

Ambigitur autem de annuo vectigali Templis primitus assignato in lege vrbanæ domus ab Ecclesia traditæ, non priuati cessione, an talis reditus nummariæ subiiciatur luitioni. Subiici placuit Francisco 1. Regi, Constitutione lata Mense Octob. 1539. promulgata in Senatu Nonis Februar. Eodem An. Tum Errico filio, Sanctione 14. Kalend. Februar. An. 1552. & mense Maio. 1553. quam probauit Ordo Clarissimus 15. Calend. Iunias An. 1553. Sed aliquanto post Regiæ istæ Leges, Karoli 9. edicto abrogatæ sunt, quoad res Ecclesiasticas attinet, Gallico Clero postulante. Pridie Calend. Septembres 1569. Et hoc Edictum Senatus monumentis Curiæ iussit consignari. 15. Kalend. Octobres Eod. An. Secundum quæ, Patres duobus Iudicatis Ecclesiam absoluerunt à petita solarij luitione. Prius Arestum pro sacerdotum Choro Lutetiani sacelli Palatini aduersus Guillelmum Buronem. 5. Idus Februar. An. 1572. Alterum pro sacris Sodalibus phani Dionysiani *De passu*, contra Claudium Louuetum 8. Idus Sextiles 1575.

Edictum Francisci 1. Regis An. 1539. perscriptũ in Actis Curiæ Parisien. Die 5. Februar. Eod. An.

Henrici 2. regis Edictũ Die 19. Ianuar. 1552. & 1553. in Regesta Curiæ relata Die 18. Maij. Eod. An.

Literæ patentes Caroli 9. regis Die vlt. Augusti 1569. publicis Curiæ tabulis inscripta Die 17. Septẽb.

Aresta Curiæ Die 9. Februar. 1572. & Die 6. Augusti. 1575.

4 Prohibitoria alienationis lege sacrorũ prędiorũ cõtinetur permutatio, ea tamẽsi, res soli peręq; in alienatæ vicem substituatur. Can. Hoc ius porrectum Vers. Sed & permutare 10. Quæst. 2. Cap. Vt cõmutationes. De rer. permut. Idẽ de sacro Prĩcipis patrimonio decretũ à Curia secundũ regiũ Actorẽ in fiscali Camera Parisiensi aduersus Carol. Tertreũ, cui Prĩceps Reipub. fundos trãscripserat probabili cõpẽsationis titulo, speciéq; permutationis:

De Fiscalis, & Ecclesiasticis Domanij permutatione tractatum⁹ Lib. 3. De Domanio Frãciæ Tit. De Rer. permut.

Arestum solẽniter pronuntiatum, fiscalis fundi permutati in causam pristinam reuocatorium. Diebus resurrectioni Dominicæ profestis An. 1555.

Sed quia inibi omissa fuerat legum solemnitas, nec in Senatu promulgata alienatio, eam Senatus irritam inutilémque iudicauit. Placitis Paschalibus An. 1555. Magistro, Præside Max. palam recitante. Porrò si Ecclesię agros limitaneos esse proponatur, externęque Regioni finitimos, rectè hi in ius Fisci transferentur ęquabili quadam aliorum prędiorum subrogatione. Nam & Regium munus est, imperij sui fines vt militari prędidio conseruare, sic à priuatis ideo cõparare (tanquam verè publicos) ad exactam Regni tutelam atque custodiam. Qua etiam ratione Curia Regium diploma comprobans alienationum Rei Dominicę excipit passim fundos arcésque in Gallici orbis finibus sitas. Vt patet Aresto Idibus Mart. An. 1536. & Mense Septemb. An. 1551. Itaque ab Ecclesia Rhemensi Carolus 5. Valliaci oppidi commutatione impetrauit Mosoniã arcem vrbémque, Germanico limiti oppositas, canonicis antea solemnibus Pacto adhibitis. Quęquidem seriatim tibi, digito velut indice, ostendent sequentes permutationis huiusce Codicilli, vt cùm vnius formulam cognoris, omnes noris: *Iohannes miseratione diuina Episcopus Prænestinensis S. R. E. Cardinalis Apost. Sed. nuntius ad Regem, & Regnum Franciæ destinatus omnimoda potestate Legati à latere fulcitus, prout in literis apostolicis super hoc confectis à Clemẽte 7. P. P. inferiùs insertis continetur, Vniuersis &c. Cùm sereniss. & illustriss. Princeps Dominus Carolus Dei gratia Francorum Rex, & reuerendus in Christo pater Dominus Richardus Archiepiscopus Rhemensis vtilitatem Ecclesiæ, Regis*

Decretum Curiæ die 15. Mart. An. 1536.

Prænestino itẽ Episcopo Apostolicæ Sed. legato rescribit Innocentius 3. In Cap. Dudũ. De Elect. & Cap. Cùm Dilecti. De dolo & contum.

Põtificium delegationis diploma scriptum Fundis à Clemente 7. P. P. 15. Calend. Ianuar. Pontificatus An. 1.

siæ, Regis, & regni Franciæ ac Reipublicæ in hac parte cõsiderantes, diu tractauerint de permutatione facienda villarum de Mousonio, & de Bellomonte in Argonia, Rhemensis diœcesis, cum earum adiacentibus pertinentiis & appendentiis vniuersis, quæ à magnis temporibus sunt & fuerunt de proprio hæreditagio & patrimonio Archiepiscopatus Rhemensis ad villam de Valliaco, Suessionen. diœcesis, cum villis eisdem adiacentibus & eorum dependentiis & pertinentiis vniuersis ad ipsum dominum Regem pertinentibus, asserens ipse D. Rex ipsam villam de Valliaco, & cæteras villas eidem appendentes cum earum pertinentiis valere mille libras terræ Turonensis annui & perpetui reditus, promittendo, quòd si tantum non valerent, dictas mille libras terræ perficeret in locis proximioribus ad vtilitatem dicti Archiepiscopi, & suorum successorum Archiepiscoporum Rhemen. Itaque in dicta villa de Valliaco & pertinentiis vniuersis, D. Rex nullum habebit ius Regaliæ perpetuis temporibus vacante Archiepiscopatu Rhemensi, ipsámque villam de Valliaco fortem & claudi facere, & in eadem villa de Valliaco domum competentem pro ipso Archiepiscopo & suis successoribus archiepiscopis tradere & assignare in permutatione huiusmodi, promisit ipse domin⁹ Rex. Verùm quia supradictus Archiepiscopus huiusmodi tractatum permutationis complere & perficere non valet sine Sed. Apost. licentia, Nobis humiliter supplicauit Archiepiscopus supradictus, quatenus eidem licentiam concedere dignaremur tractatum huiusmodi iniendi & perficiendi cum D. Rege. Nos verò maturè procedere volentes in hac parte, inquisiuimus diligenter à pluribus fide dignis, vtrum permutatio huiusmodi cedat in vtilitatem Ecclesiæ Rhemen.

Hæ sunt Pontificij Legati literæ probatoriæ Permutationis Valliaci oppidi regij cum Mosonia arce, & territorio, quod antea Rhemensi Ecclesiæ competebat. Die 23. Iunij, 1379.

Et quia per eorum iuramenta ad ſancta Dei Euangelia præſtita reperimus præmiſſam permutationem cedere ad honorem & vtilitatem Regis Franciæ, commodúmque maximè & honorẽ Eccleſiæ & Archiepiſcopatus Rhemen. prout etiam nobis conſtitit ac conſtat per literas venerab. viri Præpoſiti, decani, & Capituli Eccleſiæ Rhemenſis, qui ſuper hoc nobis ſcripſerunt prædictam permutationem cedere ad honorem & vtilitatem Eccleſiæ Rhemen. & ipſi, inquantum in eis eſt & ſua intereſſe poteſt, ſuum conſenſum benigniter appoſuerunt, præfato reuer. patri R. Archiepiſcopo Rhemenſi, prædictam permutationem cum D. Rege celebrandi licentiam auctoritate Domini noſtri Papæ qua fungimur in hac parte, impartimur gratioſe, ipſam cum per ipſum Archiepiſcopum perfecta extiterit, modo tamen præmiſſo, laudando & approbando, eidem exnunc prout extũc noſtrum conſenſum auctoritate prætacta interponentes &c. 9. Calend. Quintiles An. 1379. Indictione 2. Pontificatus Clementis 7. P. P. An. 1. His ſimiles permutationis tabulæ in verba Principis conceptæ ſunt, & Caroli Regis nomine præſcriptionéque lectitantur. 17. Calend. Sextiles An. 1379. Ac ſuis demum numeris abſoluta conuentio promulgatur *In Camera Parlamenti* 17. Kalend. Septembres Eod. An. Plura à nobis de rerum ſacrarum permutatione inſperſa Lib. 3. de Domanio Franciæ. Tit. De Rer. permut. Quibus ideo iſtic ſuperſedemus, quòd bis eaſdem tractari ſententias, repetito dicendi argumento, moleſtum putemus, nec minùs ſcriptori quàm lectori. Vnum hoc quidem veremur, ne ſi Latinè contextum à nobis *Domanij* Codicem aliquis

Regij Codicilli de permutatione Valliacæ vrbis cum Eccleſia Rhemenſi contracta Die 16. Iulij 1379. Cuius permutationis literæ lectæ, publicatæ & regiſtratæ in Curia Parlamenti Die 16. Auguſti. Eod. An.

Eædem Literæ permutationis pariter regiſtratæ in Theſauro D. Regis Pariſius, & ibidẽ per dominos Conſiliarios ſuper facto Domanij regis ordinatos, & Theſaurariũ D. Regis expe-

quis Gallicum faciat, nobíſque fato præreptis, interpretandum ſuſcipiat vernacula lingua, parum is fœliciter animi noſtri ſenſa expromat, neque omnino auctoris mentem aſſequatur. Ex quo vel ſummus lucubrationum noſtrarum fructus perierit, & multum fortaſſe incommodi ad lectorem redundarit.

5 QVAMVIS Templorum prædia diſtrahi nequeant, tamen ſacris Miniſtris quæſita cum redimendi pacto, reuocari poſſunt in profanorum cõmercium redhibitoria Lege. Nunc ex facto propoſita eſt in Senatu quæſtio perelegans, nûm Eccleſiæ olim vendita purè à Phocenſis Prouinciæ Regulo, licitè cõdicantur à regio Galliæ cognitore, (cui Maſſilienſis adiuncta Prouincia centum abhinc annos) quaſi priuilegiaria Dominici agri redemptione. Subiiciamus facti ſpeciem. Fulco Dagouſtus Prouinciæ Comitum procurator venundedit Epiſcopo Vancienſi Gulielmo ius meri Imperij in Ciuitate Vancienſi mille ac ducentis Florenis 3. Calend. Iunias An. 1358. Et puram hãc conuentionem Ludouicus Ianáque vxor Comites ratam habuêre 14. Kalend. Septemb. An. 1415. Nuperrimè Regius actor Vancienſium oppidanorum impulſu lege egit fiſcalium rerum perſecutoria aduerſus Ludou. Bueillium Vancienſem antiſtitem, intendítq; Gallici ſceptri iura ac ditiones, etſi alienatas ſimpliciter, tacitam habere pacti redhibitorij conditionem, nec aliter in priuatos transferri quàm perpetua redimendi cautione. Cuius notionem controuerſiæ quum ſibi adſci-

dita Die 13. Auguſti 1379

Hæc priſca noſtrorum Magiſtratuũ phraſis ſucci & grauitatis plena.

Res Confraternitatum, tanquam omnino prophanas, neq; Eccleſiæ poſſeſſiones liberè alienari poſſe citra ſolennitatẽ cenſuit Peruſi. In Cap. 1. De Reb. eccleſ. non alien. vbi allegat Bald. In Autẽ. Hoc ius porrectum. Cod. De ſacroſ. eccleſ. Licet tales fraternitates ſeu Phratriæ licitæ ſint ac piæ Glo. In Can. ſi qui clericorum. xi Quæſt. 1. Alex. Cõſil. 102. Vol. 7.

Dagouſtus idẽ erat Prouinciæ Prætor, quem Seneſchallũ appellant.

Vancienſis Præſul Ebredunẽſis Archiepiſcopi ſuffraganeus. Alius eſt Vaſionenſis Epiſcopatus in

uisset Princeps, mox reiecit ad Conscriptos Curię Parisien. iustos Regij patrimonij arbitros ac disceptatores.

N o s ergo in Senatu pro Vanciensi Episcopo, 6
alienationem illam purè contractam fuisse, nulla facta aut recepta redhibendi potestate. Alienatorum reuocatoriam legem, quæ Regio Canoni attributa est speciatim, trahi non debere ad veteres fundos prouinciæ Massilienfis: Quippe qui in priuato Comitum censu eousque numerentur, quoad Galli Reges fuerint ab vltimo Regulo Comitatus hæredes nuncupati. Vnde Fiscus in priuati bona succedens, vtitur iure priuati pro anterioribus suæ successionis temporibus: Cæterùm postea, quam successit, habebit priuilegiũ suum. Cõstat autẽ, Francos Reges Phocensis Prouinciæ dominium nactos vltima potiùs testantiũ Comitum voluntate, quàm patronali supremóq; Gallici diadematis imperio. Ob id Carolus 8. expressim cauit Diplomate, alienatorũ in pristinã *Domanij* causam reuocatorio, non cõtineri Phocensis Prouincię agros, qui à priscis Comitibus distracti fuerant, nisi liquid post vltimi Comitis interitum Ludouicus 11. priuatis transcripsisset. 7. Calend. Martias. An. 1483. Idem denuo Princeps Massilienfem Prouinciam indiuidua Vnionis Lege coniunxit sceptro Regio: Sed ita, vt populi libertas, mores, Priuilegia, Immunitates antiquæ Prouincialibus colonis seruarentur. Mense Octob. An. 1486. Consimili dehinc lege, sancita à Ludouico 12. Prouinciæ vnio cum Francica corona. mense Iunio An.

Massiliẽsi prouinciâ, à quo duplex Vasense seu Vasionense Concilium dictum, Leone 1. Ecclesiæ tum Præside Max. cuius Prouincialis Cõcilij decreta citantur à Gratiano can. Præcipiendum est secundũ 13. Quæst. 2.

Auctoris forẽsis actio in Senatu de ea quæstione, an vetus Domanii Comitum Prouinciæ, ab iis olim venditum sit hodie redemptioni obnoxium Regia lege Domanii.

Quando priuilegium successit non priuilegiato, pro tẽpore anteriori vtitur iure eius cui successit, pro posteriori, iure vtitur suo. Cynus in Auten. Quas actiones Cod. de sacrosanct. eccles. Bart. in l. fisc° ff. De iurisdict. omn. iud. & in l. cum filio §. in hac ff. De verb. oblig.

Rescriptũ Caroli 8. Regis de Domanio Comitatus Prouinciæ. Die 23. Februa.

An. 1498. Quam Franciscus 1. disertè secutus est. Codicillis 12. Kalend. Quintiles 1532. Et 11. Calend. Decemb. 1533. Quibus rex propalam est contestatus, Edicta alienatorum restitutoria in pristinum publici patrimonij statum, nullo modo referri ad prædia Phocensis Prouinciæ, & Forcalquerij Principatus, quæ veteres harum regionum Dynastæ priuatis mancipassent. Secundum quos proinde Senatus Lutetianus haud semel contra redhibitoriam *Domanij* legem iudicauit. Decreto Idibus Martiis An. 1536. Ciuibus *De Grambois* vnà cum procuratore Fisci certantibus contra Lazarum à Cruce eius dominum territorij. Altero rursum eiusdem Curiæ Placito postridie Idus Sextiles An. 1537. de Noyeria ditione pro Lazaro Cruceo. Tum 7. Idus Februar. An. 1568. de Procomitatu *Reilhanniæ* inter Syndicum municipum eiusce Procomitatus simul cum Fiscali cognitore, & Anthonium Bollierium procomitem, cuius maiores dominatum istum pretio compararant à Ludouico 2. Siculo rege, & Massilienfis Prouinciæ Comite 7. Calend. Maias An. 1410. Quanto magis à Comite ipso distracta in causam piam & Ecclesiasticam, Fiscali eximentur redemptioni? Nam pari modo res subiectæ restitutioni, quęque ideo alienare nefas sit, licitè in Ecclesiam trãscribuntur. Angelus in L. Quidam ita testamento §. vlt. ff. Ad Trebell. Bald. in Autent. Res quæ Cod. Cõmun. De legat. Et ibi Corneus colum. 2. Iason colum. 9. Vers. duodecimo ex-

mitatus Prouinciæ. Die 23. Februa.

Patentes literæ Francisci 1. regis Die 20. Iunij 1532. Et Die 21. Nouẽb. 1533.

De Priuilegiis à principe dominoque subditis suis concessis non reuocãdis vide Bal. in l. Qui se patris. Cod. Vnde lib. Roman. Cõsil. 436. Deci. Consil. 286.

Arestũ Curiæ Die 15. Mart. 1536.

Decretum Senatus Die 14. Augusti 1537. & Die 23. Februar. 1568.

Die 25. April. 1410.

Auten. Res quæ, hîc citata excipit causam dotis, & ita habet locum in quacunque pia causa. Id quod plerique extendunt, si ea res sit restituenda Ecclesiæ, aut alteri piæ causæ. Ita etiam post alios Tiraquello visum est Piæ causæ Pimil. 102.

tende, & Romanus Respon. 297. Cuiusmodi Ecclesiæ singulare ius ad clientelares agros producitur Pontificia Sanctione. Vt notat Hostiens. In Summa Tit. De Immunit. Eccles. §. Inquantum, Vers. Sed nec illa. Romanus Singul. 529. Speculat. in Tit. De feudis. §. 1. Vers. 19. De quo itidem Felynus In Cap. inter dilectos Col. 8. De fide Instru. Quo minùs summos Principes deceat ab se donata Ecclesiis aut vendita reposcere, quæ si ab aliis tradita fuissent, ipsorum tutelam Reges defensionémque subire pro Ecclesia debuissent. Nam optimum quemque Regem Ecclesiasticæ rei apprime studiosum esse docent vel Statuta ipsa Phocensis Prouinciæ, quæ euoluimus pridem, Scholiis illustrata à Ludou. Masseo causarum patrono in Aquensi Senatu. Prouinciali enim Constitutione cautum fuit à Renato Siculo Rege, in relictis Deo nullum deductioni Trebellianicæ quartæ locum fore, nec Falcidiæ. 19. Calend. Ianuar. An. 1456. Ex Regesto Potentiæ. Fol. 279. Nec absimili in Ecclesiastica iura propensione sanxit Ludouicus 12. Rex, prædiarias Episcoporum controuersias, aliorúmque Ecclesiæ Præfectorum in Massilienſi Prouincia vnum agnituras iudicem, Senatorium Aquensem consessum, quem Ludouicus tum primum ea in ora Gallica instituebat Anno Christi vno & sesquimillesimo mẽse Quintili. Ad hæc, differebam publici Canonis redhibitorium Ius vsu captum videri ac ducẽteno annorum silentio, bísque seculari libera possessione. Regia quidem iura præscriptione non amitti, qualia

Statutum Comitat° Prouinciæ, ne Ecclesiis donata minuãtur vlla Trebellianicæ, vel Falcidiæ deductione. Die 14. Decẽb. An. 1456.

Iuridiciale Priuilegiũ Ecclesiæ Comitatus Prouinciæ. Cuiusmodi variarum Ecclesiarũ Priuilegia fusè discussim° Lib. 2. De Domanio Franciæ.

lia multa recensuit Miles in Somnio Viridarij, eorúmque aduersus priuatos æternam esse auctoritatem testatur inibi Militis ac Clerici Dialogus Cap. 251. Verùm ea saltem temporis præscriptione tollitur redhibitoria Fisci actio, quæ communem mortalium memoriam excesserit. Angel. In l. non solum ϖ. De Vsucap.

Vtrum adempto per Statutum Præscriptionis remedio tollatur etiam immemorialis, explicat distincte Felynus in Cap. cũ ex officij, Et in Cap. accedentes De Præscr.

7 BRISSONIVS, econtra, pro fisco Regio, Massilienſem prouinciam, vetus esse Gallorum Regum beneficium, & in Regia purè clientela, antequam ditio hæc in Francicæ Coronæ corpus referretur. Hinc commissoriam *Domanij* legem promiscuè exerceri in Massilienſi municipio consueuisse, vti in alia quauis Galliæ regione. Venditionis ergo tabulas in iure editas, quibus rem controuersam fuisse à Prouinciæ Regulo distractã liqueat, Legis redhibitoriæ præscriptioni refragari: Causa publicè acta, Patres amplius deliberandum censuerunt. Pridie Idus Apriles An. 1576. Vt autem prædictæ alienationis cautionem expendas maturiùs, en tibi prẹcipuæ illius Instrumenti clausulæ. *Vendidit Iurisdictionem meri Imperij, quam habebat dicta Curia Regia in castris prædictis, & eorum territoriis: Item merum imperium, quod habebat Curia in Ciuitate Venciæ in hominibus quos habebat ibi, habet, & habebit dictus dominus Episcopus, & sui in Episcopatu huiusmodi successores in eius territorio & districtu, vbi habebat dictus dominus Episcopus ante dictum contractum, & in aliis, si & prout habebat & habet mixtum Imperium, ac in aliis hominibus propriis suis & Ecclesiæ seu quibuscunque delinquentibus in dicta Ciui-*

Brissonius Patronus fisci in Curiâ Parisiẽsi, rarũ ætatis nostræ ornamentum.

Die 12. Aprilis.

Ideo vocat hic Curiam Regiã Prouinciæ Comitum, quia iidem Siciliæ regno dominabãtur.

Extant quoque Literæ cessionis & donationis factæ à Præposito, Canonicis, & Capitulo Vancensis Ecclesiæ ipsi Vancensi Episcopo, mixti scilicet imperij seu mediæ Iustitiæ in oppido Vanciẽsi. Die 21. Septemb. An. 1315.

Gratiſsima tamẽ Eccleſiæ pœna excommunicatio, de cuius pondere multa Nyſſenus in Oratione aduersꝰ eos, qui caſtigationes ægrè ferunt. Nec mortalis tamen illa eſt, ſed medicinalis, inquit Auguſtinus, Can. Corripiatur 24. Quæſt. 3.

Bohicus eo loci Prælatos quoſdam, Dominos eſſe atque adeo Principes atteſtatur.

Toggemburgiorum itẽ Comitatus Abbatẽ S. Galli dominũ agnoſcit, qui etiam Præfectũ regioni conſtituit, ſummum iudicem rerum capitalium. Itẽ in præfectura Rheguſcorum quæ ad Heluetios ſpectat, minor iuriſdictio in pleriſque vicis ad Abbatẽ pertinet, qui & Ammanos ſuos in his habet: Apud Simlerum.

tate & eius territorio, quæ nunc ſunt & erunt pro tempore: Ita quòd omnia iura, reditus, Iuriſdictiones, proprietates, res & bona ſuperiùs vendita cum pertinentiis ſuis ad ipſum dominum Epiſcopum & eius Eccleſiam ſint cum omnimoda iuriſdictione per venditionem huiuſmodi deuoluta perpetuabiliter in æternum, iuribus tamen maioris dominij & ſenhoriæ, recognitionis & homagij, ac ſacramenti fidelitatis regaliarum, & appellationũ in omnibus reſeruatis, pro pretio mille & ducentorum florenorum auri de Florentia boni & iuſti ponderis &c.

MIRENTVR obiter nonnulli, ius Gladij Cõ- 8
uentione iſta in pontifices ſacrorum tranſiiſſe, quibus interdicta ſit grauior in corpus animaduerſio & caſtigatio. Sed hoc problema iamdiu à Bertrando Cardinali diſcuſſum ſingulari Libello De inſtitutione vtriuſque Iuriſdictionis, tum ſpiritalis, tum profanæ. Nil enim vetat, quo minùs Eccleſiaſtici magnates ex profana ditione ſibi vendicent, vel in plebeios quidem, merum mixtúmque Imperium. Ex Bohico In Cap. Si diligẽti. De Præſcript. Ita apud Heluetios paret Abbæ S. Galli in Turgea oppidum Vuila, & vicina regio in certas diſtributa Præfecturas, quibus Rectores præſunt à Cœnobiarcha impoſiti. Hic prẽterea in pleriſque locis ſuos Ammanos & officiales habet, qui ipſius nomine minorem iuriſdictionem exercent: ſummum iudicium quoque ab ipſo conſtitutum eſt, ad quod ab inferioribus his prouocationes fiunt, & vbi maiores cauſæ diſceptantur. Teſte Simlero Tigurino De Rep. Heluetiorum lib. 2. Nec diuerſè omnino Francorum Grandimontenſis Abba vulgo ius dicit in ſuo territorio, vetuſta Marchianorum Comitum donatione, qui Patritialem hunc Franciæ Comitatum poſſidebant. Ex quo ferunt etiam contigiſſe, vt à Grandimontanis iudicibus appellationes rectà ad Senatum Pariſien. deuoluantur. Certè nullo caſu profani Antiſtitum Iuridici ex appellatione reformantur à Sacro Magiſtratu ſuperiore, qui de Eccleſiaſticis tantùm controuerſiis cognitionem interponit, déque Cleri diſciplina. Quod in Allobrogibus ſanxit Edicto nominatim Philibertus Emanuel 6. Calend. Octob. An. 1561. Nam Allobrogicæ huius Conſtitutiones pridem extant, iam inde ab An. 1559. latæ identidem prout res exigebat, ac promulgatæ. Porrò Allobrogi finitima Geneua variis diſſidiorum fluctibus iactata eſt olim ab Humberto eius Epiſcopo, & Aymone Comite, meri imperij faſces vtrinque ſibi aſſerentibus. Tranſactione interrupta lis veriùs quàm pacata à Viennẽſi Archiflamine An. 1124. Nam aliquanto pòſt demortui Præſulis ſucceſſor eximio Friderici Cæſaris munere obtinuit Iuridicam omnem, ac Dominicam poteſtatem in ciuitate & territorio Geneuenſi. Interiecto tempore, Amedeus Alpinarum gentium princeps egit cum Martino 5. Pontifice, vt in vrbe Geneua, eíque cõtributis agris, quaſi poſtliminio, vteretur iure ſummæ coërcitionis. An. 1420. Sed eius conatibus renitente Epiſcopo, decidit de ſpe Allobrox: Donec Antiſtes demum

Marchiæ Comites ſparſim commemorat Iohan. Ioynuilla in Hiſtoria Ludouici 9. regis, longè ante ea tempora, quib⁹ Marchia Domanio regali incorporata in Appennagiũ Regijs liberis dari cœpit.

Allobrogum Ducis Cõſtitutio Die 26. Septemb. 1561. Edicta & Statuta Sabaudiæ condita aut renouata à Philiberto duce, quæ in foro Vocontij typis excuſſa ſunt, quã principem Allobrogum vrbẽ, Châberiacũ appellamus. Eſt & forenſis alter Subalpinarum gẽtium Codex, Stylus, & conſtitutiones iudiciariæ Allobrogici fori decretæ à Subalpino Senatu.

Gebennenſi Epiſcopo reſcribit Innocentius 3. In Cap. inquiſitionis De Accuſat.

Cum Maximilianus Imp. Philippum Sabaudiæ ducem generum suum vicariũ in Geneuensi regione declarasset, ipse ac frater eius Carolus Geneuã noui huius iuris titulo sibi subiicere conati sunt, obtendentes priuilegia Vicariæ Potestatis à Carolo 4. olim Principibus Allobrogum data, qui omnem tamen actionem, Potestatem, Iurisdictionẽ, præeminentiam in ciuitate Geneuensi & eius territorio Amedeo Comiti ademerat. Vt est apud Simlerum De Repub. Heluet. Lib. 1.

ipſe eſt ſolio oppidóque deturbatus, redacta propemodum in Heluetiæ Reipub. formam ciuitate. Sicuti Allobrogum Annalibus traditum eſt. Tum à Munſtero Coſmograph. Lib. 2. de Gallia. Inde & Geneuenſes auorum memoria perpetuum fœdus cum Heluetico Bernatum pago pepigêre, ac ius Ciuitatis *Burgracht*, quod arctiùs etiam firmatum eſt Anno 1536. Quo tempore, propter mutatam religionem Sebuſianus Princeps, & Epiſcopus Geneuenſis vrbem bello perſequebantur. Vt ait Simlerus De Repub. Heluetiorum Lib. 1.

9 HÆC De ſacris Galliæ præfecturis, quæ annexam coniunctámque habuerunt profani Imperij auctoritatem. At Francici pontificatus retinent etiamdum ſparſim vtramque Iuriſdictionem diuerſo intuitu, variarúmque ratione poſſeſſionum, ſacrarum nempe, ac profanarum. Quin & profana Epiſcopi iuriſdictione Senatus Ἀστυνομίαν comprehendi iudicauit, id eſt, vrbanæ Politiæ præfecturam, cum ſingulis huiuſce capitibus. Inſigni Decreto ſecundum Lingonenſem pontificem cõtra Procuratorem Fiſci Pridie Calend. Iunias An. 1572. Altero item Curiæ Placito pro antiſtite Nouiodunenſi aduerſus regium cognitorem 6. Idus Octob. An. 1572. Tales verò Præſulum Magiſtratus licitè ius dicere de Raptu, inſidioſo Parricidio, & Incendio negãt plerique, Regię iſta notionis crimina eſſe rati. Ea tamen haud vſquequaque Regiæ ſunt animaduerſionis, priſco nempe Gallorum vſu adſcripta mero imperio identidẽ, dominíſque ius Gladij habentibus. Quemadmodum

Ἀστυνομία, iuriſdictio Politica.

Areſtũ Curiæ die vlt. Maij. 1572.

S. Conſultum pro Nouiomẽſi epiſcopo Die 10. Octob. 1572.

Murtrũ, Raptus, & incẽdium.

dum in Stylo Parlamenti refertur Parte 1. Cap. 31. Quo luculentius adhuc teſtimonium proferri poſſit ex vetuſtioribus Curiæ monumentis. Sed quæ interim produnt Regem crebro ſuæ cognitioni flagitia id genus reſeruaſſe, hoc modo. *Cùm quædam mulier, quæ quaſdam potiones dabat hominibus, vt obdormirẽt, quo furtum facere poſſet, à Maiore & Iuratis Syluanectẽſibus iuſtitiata fuiſſet, & inhumata, Bailliuo Syluanecten. dicẽte caſum huiuſmodi eſſe caſum altæ Iuſtitiæ, & ideo illum ad dominum Regem, qui in villa Syluanecten. Raptum, Murtrũ, & Homicidium retinuerat, pertinere. Dictum fuit, quòd dictus caſus ad baſſam iuſtitian. pertinebat, & fuit ſuper hoc impoſitum ſilentiũ dicto Bailliuo. Inter Iudicia, conſilia, & Areſta expedita in Parlamento* Candeloſæ, *Anno Domini. 1276.*

10 VTRAVIS porro Antiſtitum iuriſdictio ſeu Ciuilis, ſeu Eccleſiaſtica in Principis tutela poſita eſt, ne eandem Clerici faciliùs poſſint abalienare, quàm ſacrorum aruorũ poſſeſſiones. Primus omnium Conſtantinus Sacerdotes Lege lata immunes, liberóſque eſſe permiſit, iuríſque dicundi poteſtatem in eos Epiſcopis, ſi quidem profanorum iudicum cognitionem declinarent, publicè attribuit, & quod Epiſcopi iudicaſſent, id robur & auctoritatem ſentẽtiæ omnem habere decreuit. Firma quoque & immutabilia eſſe voluit, quæ in maioribus Eccleſiæ Comitiis ſancirentur. Inſuper

Iure Ciuili ſcelera, ex quibus pœna ſanguinis vel fuſtigationis infertur, indiſtincte meri imperij ſunt. l. Imperiũ ff. De iuriſd. omn. iud. l. vulgaris ff. De furt. Sed in terra cõſuetudinaria Galliæ, occiſiones ſine propoſito, vt in rixa, dicuntur eſſe de iuſtitia media, & alia eiuſmodi crimina, quãuis pœnã ſanguinis ingerãt. Niſi aliud ſcripta locorũ conſuetudine ſpeciali determinetur. Exceptis etiam tribus de quibus in Textu. Ea de re ſcripſit plura Molineus In Conſuetud. Pariſiẽ. §. 169. Antiquum S. C. de raptu, murtro, & homicidio. B. Clementis P. P. Epiſt. 1. cautũ erat, vt ſi qui ex fratribus negotia haberent inter ſe, presbyterorum ſententia decideretur. Can. Si qui ex fratribus 11. Quæſt. 1. Deinde Vrbanus 2. P. P. reſcripſit ad Radulphum Comitem, nulli ſeculari Domino poteſtatem in Clericos habere licere, ſed omnes clericos epiſcopo ſoli debere eſſe ſubiectos. Ex Yuone Carnutenſi. Parte 6. De Cauſis clericorũ Cap. 408.

L.1.& 2. Cod De iis qui in Eccles. manumitt.

quæ ab Hierarchis iudicio decisa forent, ea vt à Ciuili Magistratu, militaríque ipsius manu executioni mandarentur, constituit: Libertatem simul Ecclesiæ concessit Edicto perpetuo, & vt libertate presbyteris testibus donati, ciuium Romanorũ numero accenserentur. Cuncta hæc obseruata fuisse in Orientali Hierarchia ad suam vsque ætatem refert Nicephorus Eccles. Hist. Lib. 7. Cap. 46. Imò etiam Maximinus, Constantino illo hoste victore, Christianorum tutelari Deo piam Sãctionẽ adscripsit pro Christianis, qua ipsorũ ædes ac prædia, quæ Diocletiani iussũ fisco cessissent, aut à ciuitate aliqua tenerentur emptionibus seu donatione, in antiquum Christianæ ditionis ius reuocantur. Edixit præterea, vt quisquis in posterum Christianam pietatem vellet amplecti, id ei liceret omnimodo, phanáque extruere, χυειαχὰ inde nuncupata. Auctore Eusebio Lib. 9. & Nicephoro Sacræ hist. Lib. 7. Cap. 38. Ex quo credibile certúmq; adeo est, Germanos Ecclesias *Kyrchen* appellare. Pari in Ecclesiam studio Ludouicus Hunnorũ Rex fertur Christiani populi Priuilegia custodiisse ac immunitates, templorum iura læsisse nunquam, Prouincias, quas in Christi fidem asseruerat, omni liberalitatis officio sibi cõciliasse. Annum circiter 1360. Ab hoc Principe Religio in Pãnonia miris aucta modis, & vsque adeo propagata, vt pl⁹ tertia Regni parte in Diuinũ vsum possidere diceretur. Carolus Ludouici pater Eremitarum collegia introduxit, qui Laurentij fanum, S. Crucis, Spiritus Almi, & B. Vladislai delubra

Maximini seriũ pro Christianis edictum propositũ est nondũ integro exacto anno, ex quo iussiones eius aduersus Christianos columnis incisæ fuerant: Et quibus antea apud Maximinũ non dico regionem aliquam, sed ne solitudinẽ quidem incolere permissum fuerat, verum vt impij Deóque carentes innumeris supplicitorum generibus obijcerentur, ij tandem religionem suam habere, & ædes sacras construere iubentur, suaque suis illis vti frui permittitur.

Apud Hungaros Christianæ religionis amplificatio.

bra sibi vsurparint. At Ludouicus in Nozthre cœnobium his præstantissimũ addidit, & in Leueldo aliud excitauit Carthusianis, magnificísque muneribus cumulauit. Duas itẽ Ædiculas regio sumptu constructas magnæ Matri vouit ingentíque donatiuo excoluit, in Aquisgrano alteram, alterã in Cellis. Multos rursum ex Optimatibus nobilitatéque Vngarica suopte exemplo ad hæc Christianæ pietatis opera stimulauit: vt illi deinceps templa donariáque Diuis immortalibus dedicarint. Sicuti Bonfinius attestatur Rerum Hungaric. Decad. 2. Lib. 10.

In tali reditu volatili & hypothecario, Ecclesiæ creditricis nihilo fauorabilior est conditio, quàm plebeiorum. Et ideo si excedat legitimum modum, ad hunc est reducenda illa pensitatio. Quia & Ecclesia abundantiorem iustitiam seruare debet quàm priuati Cap. 1. §. si diuersum De Alienat. feud. In Vsib. feud. Eadem locum habent contra minorem. Et ita aduersus eum, & Ecclesiam hoc casu decidit Carol. Molin. Quæst. 13. Vers. 13. In Lib. Vsurarum & Commerc.

11 INTERDICTA alienatione sacrarum facultatum non continentur pigneratitia iura, seu nummis constituti reditus, tametsi inter res soli numerentur. Nam vectigal ære comparatum ab Ecclesiis, temporariam causam habet, ac restituta pecunia quandolibet reuocabilem, velut commissoria lege. Sed in vectigali hoc redimendo hæsitatur, quænam sit nummi æstimatio ineunda, an quę in vsu mortalium fuit die ipsa creati reditus, an verò die luitionis eiusdem. Puta, matrix Andium Ecclesia reditũ pecuniarium emit numeratis aliquot coronatis, ducatis tribus, & assibus quinquaginta. An. 1484. Post octogesimum inde annum, Yuo Arnaldus iudicio experitur in Andegauensis Ecclesiæ Chorum maximum pro annui huius redemptione vectigalis. Creditores tum, paratos se aiunt pretij sortem recipere, modò eadem monetæ specie, numero, pondere, ac mensura. Arnaldus, ex contrario, post mutuum quidem

Hæc de extrinseca monetæ bonitate, intrinseca autem indistincte debet attendi & exigi, quæ erat tẽpore cõtractus. ex sentẽtia omniũ Doct. quos Tiraquellus cu-

contractum variato nummi pretio, habendam esse eius valoris rationem, qui solutionis tempore vigeret, potiusquam obligationis. Ex Respõso Iulij Pauli In L. Paulus ℣. de Solut. Abbas in Cap. Quanto de Iureiur. & Cap. Olim de censib. Cynus in L. In minorum Cod. In quib. caus. in integ. restit. Sed hæc in mutuo gratuito locum sibi vendicare, nõ in debito vsurario ac fœneratitio: Quale istud esse, quo de agitur, negari non poterat, nummariæ licet pẽsitationis titulo adumbratum. Alioquin fœnerator geminum eadem ex pecunia quæstum faceret, improbíque fœnoris lucrum. Quamuis igitur aureæ monetæ nummos teneatur restituere debitor peræque, vt & aureos olim acceperit: Non eo tamen pretio reddere cogendum, quo hodie eiusmodi æstimãtur nummi, sed quo, die constituti vectigalis taxabatur circunforaneũ æs communi hominum vsu atque cõmercio. Opponit & hoc ipsum debitor, hypotecarium reditũ fuisse non tantum ex aureo impositum nummo, sed argentea etiam moneta, nempe assibus quinquagenis, qui inita totius summæ computatione, collationéque cum vectigali ipso certam quandã inducebant aurei nummi æstimationem. Itaque æstimatam nummi speciem traditam videri, atque ideo parem æris speciem, paríque illorum temporum æstimatione, quasi ex tacito pacto, restituendam. Ad ea verò Sacri Sodales, coronatos, quorũ numeratione conflatus sit emptitius reditus, particulari valore taxatos non fuisse. Proin sibi reddẽdos esse illos eodem aureæ monetæ numero, nedũ specie,

mulat In Tract. De Retractu proxi. §. 1. Glo. 18. Nu. 27. & Alber. Brun⁹ in Tract. De Augmento Conclus. vlt. Nam intrinseca bonitas, quæ cõsistit in pondere seu quantitate, & in qualitate materiæ, est de substantia omnis monetæ, & vbicunque contractus expresse vel tacite respicit materiam, necessario præcidit ad eam, quæ erat tempore cõtractus. l. cũ quid ℣. Si cert. pet. l. Rutilia ℣ De contrah. empt.

Quid vero de pecunia dotali in diẽ promissa à patre filiæ? Puta, Mæuius ĩ contractu matrimonij filiæ suæ pollicitus est 1500. aureos boni auri & recti ponderis sub lege regis Galliæ, cũ tribus floribus lilij, quolibet aureo existente in

specie, præsentíque æstimatione, nullo deducto valoris nummi augmento posteriori. Auctoribus Curiæ Præiudiciis in causa Dormani, & Hennequini, tum in lite Niuernẽsis Reguli cum Mesgrignio cõtendentis. Quod summa ratione ita decretum allegabatur, quia vti æstimato nummo, creditor pateretur decrescentis pretij dispendium, sic eiusdem incrementi compendium ab eo ferri æquum sit oportere: fortuitum quippe illud, positúmq; in ancipiti rerũ humanarum alea, subinde mobili ac continuæ vicissitudini obnoxia. Contrariẽ tamẽ partis sentẽtiam probauit Regius Andium Magistratus, victa Ecclesia creditrice. Mox autem Senatoria Decuria ex appellatione cognoscens, rectè prouocatum à sacro illo Cœtu pronũtiauit, damnato debitore totidem aureorum numũm species creditori repræsentare, quot iste in reditu cõflando dinumerarat debitori, citra vllam nummarij augmenti sequentis deductionẽ. Senatorio Placito In Iuridicis Pictonum conuentibus 16. Calend. Octob. An. 1567. Hunaldo, Andensis Collegij ecclesiastici, & Andræa, Arnaldi causam orantibus. Verùm huic Patrum decreto contrarium definitum fuit in Cęsareo Germanorum Prętorio, vectigal nempe aureis florenis constitutum lui posse argentea floreni æstimatione, quamuis primo contractu inæstimati. Vt est apud Mynsingerum Centuria 1. Obseruat. 65.

sensum alia S. C. promũtur à Molineo. Quæst. 90. de mutatione monetarũ ĩ Tract. Cõmerc.

Decretum Senatorum è Curia Parisien. delectorum, In Magnis Diebus quos vocant. Die 16. Septemb. 1567.

Arestum Imperialis Cameræ Germanicæ.

valore 27. solidorum sex denariorum monetæ currẽtis, idque annua bima trima die soluendũ: An si pendente termino aurei valor extrinsecus auctus sit, inspicietur valor temporis cõtractus, an termini solutionis? Pro debitore iudicauit Burdegalensis Senatus. Apud Beĕriũ. Decis. 327. Et ita valor tempore termini solutionis spectãdus, vt gener creditor deductionẽ augmenti patiatur.

Iisdẽ argumentis nititur Arestum Curiæ, latum pro Ioh. Hẽnequino & Anna Molea creditoribus cõtra Franciscam Ferreriam. Die 14. Februar. An. 1539, de quo suprà in textu. In hunc

Pictauensibus,

De Re Nũmaria.

Monetalibus Galliæ operariis antiqui reges Vacationem munerum tribuerũt ampliſſimam: Nempe vt omnium iudicum foro eximerentur, præterquam Octouirûm monetalium, aut Præfecti Vrbi Pariſien. dempto furto, raptu & homicidio; indictionibus quoq; ac vectigalibus publicis immunes ſolutique eſſent, excubiis, pecuniarũ collatione in refectionem mœniũ ciuitatis, ysagogico, exagogico, aliiſque huiuſmodi tributorũ generibus. Cuiuſmodi Priuilegia ad viduas Monetariorum producuntur. Diplomate Caroli 5. Regis An. 1365. Caroli 6. 1380. Ludouici 11. An. 1461. Ludouici 12. An. 1498. Franciſci 1. An. 1514.

ISTÎC obiter mihi ſubit in mentem, quod 12
Gallicus ſcriptor de inconſtãti rei nummariæ pretio, mobilíque valore apud ſuos commemorauit. Nam anno 1514. auri vncia ad puritatem excocti æſtimatione Principali valebat ſedecim Francicis cum quadrante, & eo amplius denariis quinque. Hanc æſtimationem finitimarum gentium commercia intenderunt. Pluris enim aurei noſtri permutabantur quàm per Edictum liceret, conniuentia tamen Principali approbante: Quod temporum difficultate conſtitui non potuit. Id quod experimento vno & altero cognitum eſt, frementé nequicquam homine vno primario, qui id ſe effecturum per omnia Numina deierarat, præconialibus Edictis aliis ſuper alia perſonantibus: Quæ quàmlibet minacia, & ab homine impotentis irę manantia (cuius tunc ferociæ recta conſilia cedebant) publicum tamen conſenſum peruincere non potuerũt. Vulgò enim nummorum pretium Mercuriali arbitratu adprobatur, ï. negotiatorum opinione. Id enim genus hominum auri argentíque rationem callere maximè putatur, videlicet commerciis id aſſequentes: Etenim quanti vnumquodque ſit nomiſma, externarum gentium iudicio condiſcunt: Quippe quæ aurum argentúmque noſtrum nullo reſpectu characteris, exploratum modò appenſúmque æſtiment, & vt auri argentíque grauis rationem euariare cum nummularia & conſiſtere neceſſe eſt, ſic æquandæ rei arbitrium in conciliabulis & emporiis rectè fieri exiſtimatur. Vt inquit Budæus Lib. 3. De Aſſe.

Quem-

Quemadmodum autem externus pecuniæ valor mutatur plerunque: ſic interna ipſius bonitas interuertitur ſubinde in Gallia: Sed lõgè maiori noſtratis Reipub. detrimento. Quondam enim auaritia Principum, vel temporum iniquitate imminutio ponderis inualuit apud Gallos, tametſi populo vbique obmurmurante. In aureis enim noſtris binum, ternúmque granulorum intertrimentum lege quoque admittebatur, Ludouici 12. tẽporibus, teſte Budæo. Id quod primum clementia Edictali nummulariorum mancipibus indultum, ne cui fraudi eſſet, ſi nummus ex multis leuiuſculus fefelliſſet, auaritia pro iure ſuo ſumpſit: Ita vt nulli iam tum iuſto, priſcóque pondere ſignarentur, & qui priſcorum extarent, aut oſtentationis gratia in deliciis haberentur, aut priùs acciſi demum in commercia & ad collybum prodirent. Hinc effectum, vt coronati, qui cruciati cognominantur, iam in commercio eſſe deſierint, vt ſuperpondiales. Quod ſi tam animoſè Principes imminutæ monetę crimina exercerẽt, quàm imminutę Maieſtatis exercent, meliùs cum rebus humanis ageretur, & minùs fallerent adulteratores nummi. Quorum iam ipſorum crimen multitudine reorum & interdum potentia atrox minimè videatur.

Errici 2 Menſe Septemb. 1547. Caroli 9. Idib. Iuniis ſeu Die 13 Iunij 1561. Veteſtiora pro Monetalium Priuilegia Regia notauimus Lib. 2. De Domanio Franciæ.

Hoc Intertrimẽtum, Remedium viri monetales appellant.

Reipub. intereſt monetã fortem eſſe: quum alioqui auctoritas characteris & impoſititij valoris non ſit omnibus communis, ſed illis tantũ qui ſunt ſub eo imperio & parere tenẽtur, non autem exteros liget, qui non tenentur recipere monetam, niſi ſecundum qualitatem materiæ, quæ ſola cõmunis eſt omnibus. Vt ait Bal. In Cap. Quanta. De iureiur.

13 DELPHINATES vero mature proſpexerunt huic Rei Nũmariæ incõmodo, Pactitia Legè monetali inter eos dicta ſimul & Delphinum Allobrogum, Principem ſuum. Pridie Idus Martias An. 1349. hac verborum conceptione: *Item voluit,*

Delphinatus Francici Lex Monetalis Die 14. Mart. 1349.

ſtatuit & declarauit Dominus Delphinus, quòd deinceps perpetuo fiat moneta certa & durabilis, ſecundum quod pro vtilitate patriæ meliùs poterit ordinari: Et quòd ipſe D. Delphinus, ſeu ſucceſſores eiuſdem deinceps non recipiant modo quocunque pro dominio & ſeignoria ſua in monetis cudendis quibuſcunque perpetuis temporibus, niſi duntaxat vnum groſſum Turon. argenti pro qualibet marcha argenti fini, quam operari & cudi continget in eiſdem monetis: Ex Statut. Dephinal. & Libertatibus conceſſis ab Humberto Delphino. Veromanduis rurſum ciuibus Fani Quintini ſpopondit Auguſtus Rex, monetam in Gallia minimè extenuatum iri in poſterum, cautione hac Diplomatica. *Nos monetam non poterimus diuellere, nec aliam facere, niſi aſſenſu Maioris & Iuratorum vrbis S. Quintini: Sed ſi eam, prout neceſſe ſit, non ſufficere ſciuerimus, eandem renouando augere poterimus, nec leuiorem fieri permittemus, veterémque cum noua cudere faciemus.* Anno à Chriſti ſalute 1195. Idem propemodum Hutinus Normanis pollicitus eſt, Chartæ Normanicæ Artic. 1. non aliud inibi monetæ genus excuſſum iri, neque aliud probaturum ſe, quàm nummarias ſpecies ei Neuſtriæ Legi adſcriptas nominatim. 14. Calend. Apriles An. 1314. In Dania quidem, Erricus rex auorum ætate, monetam immutauit, cupreámque totam conflari iuſſit, reliquam vero perduci in monetarias officinas. Sed mercatores hoc in ſuam ipſorũ fraudem admiſſum coniectarunt, res rebus commutantes, non mercantes: Præſertim quum extra Danicam prouinciam efferri talis pecunia non poſſet citra iacturam.

Reſcriptũ Philippi Theodati Franciæ regis, cuius inter alias Priuilegij clauſulas Quintinianis ciuibus irrogati, vna hæc eſt, rẽ nummariã & monetalem reſpiciens.

Charta Normanica Die 19. Mart. An. 1314.

Danici Populi tumultº ex monetæ mutatione.

Eapropter apud Gallos ſanctè prudentérque ſtatutũ ab antiquo, vt Præfecti monetales dum aſſumuntur ad eũ magiſtratum, & turſus quotannis ſolenni ſacramento deierent, nunquam ſe conſulturos Regi monetam imminuere, hoc

Multiplex inde Regij nominis obtrectatio cum periculoſo Plebis tumultu: Donec Regina, inſcio Principe, iuſtam percuti monetam præcepit, vt occlamanti populo ſilentium ita imponeretur. An. 1425. Quod in literas retulit Crãtzius Daniæ Lib. 8. Cap. 9. Nec leuiori iudicio à Bohemis notatum eſt Iani regis ſui facinus eiuſmodi, quum Ærario vacuo, ad reprobam monetam feriendam animum adieciſſet. Monetarium enim is cõſtituerat, qui ex veteribus probis nummis, nouos malos recuderet, puſillo illis argento ſuperinducto, cætera planè æreos. Circa Annũ 1340. Auctore Dubrauio Bohemicæ Hyſt. Lib. 21. Item Patauino Epiſcopo ius monetæ ſignandæ ita indulſit Henricus Romanorum Auguſtus, vt perpetuò monetæ Veronenſis pondus ſeruaretur. Cæſareo diplomate 16. Calẽd. Maias An. 1069. Sigonio teſte De Regno Italiæ Lib. 8.

eſt, Rempub. nõ prodere, Principémque circũuenire. Idẽ Iohannis 2. Frãcorum regis lege ſancitũ Die 28. Decemb. An. 1355. Vt ſcilicet moneta alba argentea proba cuderetur, ne qua foret occaſio monetæ aureæ pretium augendi.

Henriti Imp. Reſcriptũ Die 16. April. An. 1069.

14 QVEMADMODVM nummarij Eccleſię reditus ſupraſcripti tolluntur facilè & intercidunt, reſtituta illi à debitore pecunia ex communi talium vectigalium lege: Sic Eccleſiaſtica huiuſmodi pẽſitatio reductioni obnoxia eſt ad legitimum vſurarum modum, vectigalis inſtar plebeij cuiuſuis. Nã in fœneratitio quæſtu nihilo plus fauetur Eccleſiaſtico creditori & danyſtæ, quàm profano: Quum & ipſe fœnerandi actus ſacerdotali Ordini fuerit inuiſus. Can. vlt. 14. Quæſt. 4. ex D. Ambroſij Lib. 15. de Thobia. Huc alludunt dictata Baldi de Eccleſia nuncupatim. In Tract. De Dote Parte 6. Priuil. 73. Imol. Iaſ. In L. Si ita ſit ad-

Reditus emere vſuram eſſe putat Innocentius interpres In Cap. in ciuitate De Vſur. Sed Hoſtien. ibi cõtra. Eãdẽ quæſtionem Faber mouet, nec tamẽ decidit ĩ Rubr. Cod. de Vſur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptum. col. vlt. ff. De Legat. 1. Decius in L. Semper in obscuris ff. De Regul. Iur. ac nouissimè omnium Molineus Quæst. 74. In Volum. Contract. Vsurar. Veruntamẽ de antiquissimo reditu ęre cõstituto, & aliquot sensim probato pactionibus, Curia secundũ Ecclesiam pronuntiauit, ne ea creditrix moderante vsuras lege teneretur. Ex facto enim ferebatur, canonicorum Collegiũ Montisargi emisse olim præsenti pecunia aureos nummos vicenos annui reditus super fundo quodam Pictauensi. Elapsis dehinc octoginta annis & amplius, fundum sibi cõparat Meuius, adiecto onere nummarij illius vectigalis. Huic dies à Collegio dicta coram Pictonũ Præfecto, vt nouum se vectigalis debitorem in iure profiteretur. Ad ea Mæuius, annuum quidem debitum minimè abnuere se, sed præscripto legibus modo arctandum esse, & ad quindenum sortis nummum quotannis reuocandum. Ex aduerso sacri Collegæ, pecuniarium reditum ita stipulari licere Ecclesiastico Sodalitio, vt decimus sortis nummus ipsi pẽsitetur singulis annis. Cap. Regimini De Empt. Et Vendit. in Extrauag. commun. Versic. ad rationem & pro qualibet marca annui census decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcę. Vetustatẽ insuper contracti reditus attendi debere, ideóq; nummariam horũ temporũ æstimationem minimè spectandam, sed quo nummus pretio ætate illa prisca censebatur. Reum denique in agro coemendo, sese obstrinxisse nominatim annui reditus solutioni, nulla interposita reductionis ipsius, quasi immodici, contesta-

Econtrario autem, si Ecclesia, vel minor qui fœnerauit, deceptos se coquerantur, vt quia emerint censum reditus pro sesquimille vel pro bis mille, an locus sit reductioni & ampliationi reditus ad statutũ legibus modum ope restitutionis in integrum? Puto locum esse restitutioni, vel vt teneatur debitor supplere reditum, vel reddere de pretio, ita vt fiat reductio ad rationem duodecimæ. Nam & ad lucra minores restituũtur. l. Ait Prætor. § hodie l. Non omnia ff. De Minor. Deinde sure ciuili emptor fundi tenetur minori supplere iustũ pretium, quando minor ipse læsus est non in vendendo, sed in minoris vendendo, vt quia alij carius addictur.

contestatione. Auditis partibus, Pictonum magistratus temperandam lege pensitationem iudicauit. Inde autem appellationis iudicium exercente Senatu, rectè prouocasse decretum est, summotúsque debitor vsurariæ moderationis petitione, nullo interim futuris controuersiis præiudicio vel exemplo. Aresto Curiæ 3. Idus Quintiles An. 1536. Bouguerio, Collegij canonicorum, & Marliaco, debitoris causam agentibus.

15 ANTISTES Ecclesiæ vt sacra prædia illicitè distrahit, ita Ecclesiastici feudi qualitatem prohibetur immutare. Nec enim temere permittendũ episcopo, fœminas ex virili Ecclesię beneficio in cliẽtelam assumere, eásq; iusto clientis sacramẽto deuincire beneficiaria solẽni Vestitura. Arg. §. Similiter De Lege Conradi In feudis. Si tamen cliens fœminę pater bene meritus sit de patrono, & eximia in eum vasalli officia contulerit, æquiùs videtur fidi clientis filiam in paternum Feudum cooptari, vt sanctæ vassali in patronum reuerẽtiæ merces redundet ad filiam. Cap. 1. Quemad. feud. ad fil. pertin. & Arg. L. Vnius libertus ff. Si quid in fraud. patr. Vnum hoc dubitationem mouet, quòd in personam Præsulis collata promerita, non in causam Ecclesiæ, pensanda sint priuatis Hierarchæ facultatibus, non Ecclesiastici largitione fundi, Feudíve nouatione. Vt scribit Panor. In Cap. Per tuas. De Donat. In Cap. ex præsentium De Institut. & in Cap. 1. De Solut. Re autem exactè perpensa, verius est, grati animi officia, quæ patrono exhibentur, sa-

set l. Patri. §. 1. Vers. itẽ ex diuerso D. De minorib. Placitũ Curiæ Die 13. Iulij. 1536. Hoc verum, nisi ex vassali bene meritis fiat qualitatis feudi nouatio: Sed in diplomate inuestituræ merita ea specialim memoranda sunt, nec sufficeret verbis quibusdam generícis benemeritorum facere mentionem. L. si forte ff. De Castren. pec. Ang. Perus. in l. Aquilius ff. de Donat. Mynsingerus Obseruationum Centuria 4. obseruat. 75. De huiusmodi effectu obligationis antidoralis Bart. In Præm. Digestorũ et in l. Iubemus Cod. de Sacrosanct. eccles. Vt quælibet res prohibita alienari, sit tamen alienabilis pro remunerandis seruitijs vel obligatione ad antidora.

Arestū Imperialis cameræ Teutonicæ.

cris opibus remunerari posse, dummodo præstita sint Ecclesiæ intuitu ac contemplatione. Toletano Concilio In Cap. vlt. de Pecul. Cleric. Et Can. si quos de seruis. 12. Quæst. 2. Iuxta quæ nuper Germanicus Senatus Camerę Imperialis pronuntiauit, lege tantùm Ecclesiæ Præfecto dicta, vt beneficiariæ cautionis tabulis meritorum iniiceret mentionem. Auctore Mynsingero Centuria 4. Obseruat. 88.

De secūda prædiorum infeudatione post primam finitā multa diximus Lib. 3. De Domanio Frāciæ.

CLIENTELARIS ager ad patronam rediit 16
Ecclesiam, licebítne eum rursum priuatis transcribere beneficiario iure? Quidni liceat? Placuit enim viris prudentibus, fundum hunc, nisi prima cessarit Feudariæ concessionis causa, rectè iterum beneficij nomine mācipari. Curtius in Tract. Feudor. in 2. parte Quæst. 1. & 2. Vtputa à Vercellensi Allobrogum pontifice, qui præcelsa etiam Comitis dignitate decoratur, teste Hostien. In Cap. licet ex suscepto De for. compet. Et Ozasco Subalpini Senatus Præside. Decision. Pedemontana 30. Porro Anglica veteri Constitutione vetita est omnis beneficiaria concessio minorum ordinum sacerdoti quamlibet opulento, nec feudi lege dari possunt Ecclesiastica prædia, nisi ab Episcopo, cœnobiarcha, decanis, aliisq; Ecclesiæ primoribus, quorum manu tractentur sacræ illæ possessiones. Anglicæ Legis verba sunt hæc. *Item si vn person d'vn Esglise, ou vn vicar d'vn Esglise alien certaine terres ou tenementes parcel de son glebe à vn auter en fee, & moruſt ou reseigne, son successour poit bien entrer nient contristeont tiel alienation: Pourceo*

Britannicæ Feudorū Leges Normanico idiomate exaratæ.

Persōnæ vocabulo, Rector Ecclesiæ hoc textu Anglico significatur. Nā in Britānia insula Curiones vocantur Personæ. Cap. personas De Appel. Cap. Ex parte S. Personæ De Rescr. Quod etiā obseruarunt Archydiacon⁹ in Cap. 1. De cō. suet. In 6. & Guymerius in verbo Personæ § . In ecclesiis Tit. De Collat. In Pragmat. Sanct.

Pourceo que le person, ou le vicar qui est seisie, come en droit de son Eglise, nad pas droit de fee simple en les tenementes en le droict de fee simple de ceo demourt en ascun auter parson &c. Mais vn Euesque poit auer de droit fee simple, demurrant en luy & en son Chapiter. Et vn deane puit auer briefe de droit, pourceo que le droit demourt en luy. Et vn Abbe, ou vn maister d'vn hospital poit auer brief de droit, pourceo que le droit demourt en luy & en ses confreres &c. In Lib. *Litletons Tenures Cap. 10. De Discontinuance.*

17 HAVD temere Britannica hac Constitutione distinguuntur Decani ab inferiorum classium presbyteris. Illi enim Ecclesiarum primores sacra quadam eminentia prestant in res Ecclesiastici totius Collegij, non modo Pontificiis legibus, sed etiam nostratibus S. Consultis. Quippe in Sacello Basilicæ Parisien. Thesaurarius iurisdictione præditus est in Canonicos, cæterósque sacrificulos: eidem sacrorum custodia competit, tāquam verè, quod dicitur, Ιεροφύλακι. Quo solùm absente, liberum datur Ecclesiasticis Sodalibus comitiorum ius, vt ab iis istic de communibus negotiis Collegij nomine decernatur. Ne alia recēseam sacræ præfecturæ iura secundum Thesaurarium, à Patribus definita figillatim Placito Curiæ 7. Idus Martias An. 1411. A quibus non lōgè recedit quod de Meldensi Canonicorum Sodalitio summo decretum est à Senatu inter Canonicos, & sacellanos, quum hi abusus ergo ad Curiam prouocassent. Aresto Pridie Calend. Maias. An. 1527. quo quidem multa dirimuntur controuersiæ ipsorum

Quarundā Ecclesiarum secularium rectores seu prælati vocantur Abbates. Innoc. & Hostiē. In Cap. Ex transmissa De Renunc. Vt in Ecclesia S. Nicolai De Ceparano, vbi Abba est secularis. Ibidem Hostiē. loquitur de Abbate S. Fœlicis Valentini, & de Abbate Ecclesiæ Claromōten. Adiiciens quod in Hispania tales multi sunt Abbates. Et de simili Abbatiæ dignitate in Ecclesia S. Petri de Burgo, Valentinæ vnita Præposituræ ī Delphinatu (quæ est maior post Pontificalem) tractat præcisè Bertrādus Carpentoractēn. In Consil. 2. Parte 3.

S. Consultum Parisien. Die 9. Mart. 1411.

Decretum Senatus Die vlt. April. 1527.

capita, sanctorum canonum obseruatio præscribitur, syluarum item ac lignorum alienationi statuitur modus, spiritalisque Annonæ dispensationi quotidianæ. Quid dicam de sacro B. Virgini collegio Cleriaco? Idipsum Ludouicus 11. Rex non modo amplissimis feudis donauit, Baroniæ titulo exornatis, verùm & Regiis summæ potestatis insignibus. Quale iuris dicundi imperium latissimum, Albani hominis successio, cum aliis id genus plerisque. De eo Albinatus iure disceptatum pridem in Senatu à procuratore Fisci aduersus sacros Sodales Cleriacos, Thomę Grossieri bona sibi asserentes. Hic enim è Norica Bauariæ regione fuerat olim cooptatus in Cleriacensem sacerdotum cœtum, Gallo rege concedente. Qua in controuersia strenuè defenderunt sacri Collegæ, peregrinorum opes sibi competere in Cleriaco territorio, singulari Ludouici Regis munificentia. Hoc amplius, defunctum Gallica ciuitate donatum à Principe, & ciuili iure Frãcorum vti permissum, longo ante eius obitum interuallo. Ipsius ergo vel hæreditatem agnatis deferri, vel iis deficientibus, bona deuolui ad dominos territorij, vti vacantia & ἀδέσποτα: Cuiusmodi iuridica potestate subnixum esse Cleriacum Sodalitium minimè dubitabatur. Succubuit demum Regius cognitor, & Sacri Sodalitij causa obtinuit. Placito Senatus 6. Calend. Iunias. An. 1569. De Peregrinorum successione Nos fusiùs multo in Tract. De Priuilegiis Rusticorum Lib. 3. Cap. 8. & in alio nostro Opere

In hoc Albinagij argumẽto memorabile S. C. factum, Gallos indigenas peregrè profectos, licet incolatu domicilioque Venetiis cõtracto quinquaginta annorum habitatione continua, nihilo secius manere Frãciæ ciues, & Francis propinquis succedere, aliisque transcribere ius illud hæreditariũ posse citra nouũ Regij diplomatis auxilium. Arestis Sextilibus An. 1554. quũ Gottofredus Cenamius paterna cessione contenderet de hæreditate Iohãnis Cenamij patrui Belgæ Rhemensis canonici aduersus Iohannẽ Longouallium aduocatum in Curia Parisien. Vti diximus, suprà, sed breuius quàm par esset. In Tit. 1. huius Lib. 3.

Arestũ Curiæ Die 27. Maij. 1569.

stro Opere De Domanio Francico Tit. 12. Lib. 1. Æquissima certè Lex Albinatus, quoad bonorum summam attinet, sed non minùs æqua de honorum iure ac magistratuum exteris non communicando. Quam in variis passim Rebuspub. seruari indicio est vel Sarmatarum Politæa, à quibus externo nulli præturæ vrbium, aut arcium præfecturæ mandantur. Vt tradit Chromerus Polonic. Annal. Lib. 22. Quin & Attica Lege peregrinus vetabatur publicis ludis in Theatro saltare. Id quod auctor est Plutarchus in Phocione. Sed profanis hisce omissis, Sacra nostra repetamus.

18 SPONTANEA rei Ecclesiasticæ alienatio canonibus prohibita est, necessaria non item. Franciscani quippe, & sacri alij Mendicantium Ordines emancipare coguntur Iure Pontificio fundos sibi testamento relictos, aut pia quauis Christianorum hominum donatione. Nec vlla quidem sunt alienationi huic adhibenda solemnia. Gloz. In Cap. vn. In verbo Domum. De Religios. Domib. in 6. Bald. In Autent. Si qua mulier col. 4. Cod. De Sacros. Eccles. Cuiusmodi res suas vendendi præcepta sumũtur ex vetusto Ecclesiæ vsu. In Act. Apostol. Cap. 4. cum sequenti. Renouata deinde speciatim Pontificiis Sanctionibus inter religiosos sacræ paupertatis professores. De quo memorabile imprimis extat Iohannis 22. Rescriptum 6. Idus Decembres An. 1322. Pontificatus An. 7. Cuius exemplar habetur In Lib. Statutorum Academiæ Parisiensis. Producitur hæc regula vel ad nudas etiam vsuras annui vectigalis,

Plerique etiam in foro nostro existimant nullam liberorum albani habendam esse rationẽ in eius mortui successione deferenda, sed totam ad Regiũ fiscum deferendam. Quoniam nullum cũ extraneo connubium, neque inde iustos liberos fore scripsit Seneca Lib. 4. De Beneficiis. Quod an reuera custodiatur in Gallia, dictum est à nobis Tit. 1. huius Lib. postremi.

Tridentino quidem Cõcilio sacri Mendicorũ cœtus capaces facti sunt possessionis rerum immobiliũ, vt exposuimꝰ Tit. 1. huius Lib. Sed nondum publicè vsu recepta est à Francis Tridentina Synodus, saltem quoad bonorum temporaliũ dispositionem & admortizationẽ Manus mortuæ, quæ Regibus competit.

Apostolicum Diploma Iohānis 22. Die 8. Decemb. 1322. secundum plura alia superiorum Pontificū.

quas si pater filio Dominicano transcripserit in causam liberalium studiorum, nullum Dominicano proditum erit ius agendi, sed Regio cognitori duntaxat, vt illinc donatarij alimētis disciplinęq; consulatur. Placito. Curiæ 6. Idus Maias An. 1541. Gilloto, & Dumeo dicentibus. Eædem votiuæ paupertatis Leges procedunt in Sacro Minimorum cœtu, Francisco de Paula nouum hoc Religionis specimen instituente. Si qua enim res soli iis legata fuerit, hanc protinus vænire oportet pro religioso inopiæ instituto. Quippe quum familiari Ordinis constitutione, Minimi à se abdicarint profanarum opum possessiones, vt cunctis innotescit. Alioquin Pontificia sacræ Sectæ cōprobatione interdictum ei non est prædiorū dominiū, quę etiam tum Antistes Sūmus tutelæ suę ac peculiari patrocinio reseruauit, in hūc modum.

Arestū Curiæ Die 10. Maij. 1541.

Ordo Minimorum Iheſu Mariæ ſolenniter demū cōfirmatus ab Alexandro 6. Pontif.

Litera Xysti 4. P.P. Minimorū sacram Sectam adprobantes 17. Maij. An. 1474.

Syxtus Episcopus &c. Dilectis filiis Fr. Francisco De Paula, cæterisque fratribus heremitis heremitorij, seu oratorij Frat. Francisci de Paula, Cusentinensis diœcesis, præsentibus & futuris &c. Dudum siquidem pro parte tua Francisci nobis expositō, quod olim postquam venerabilis frater noster Pyrrhus Archiepiscopus Cusentinensis, tibi, vt quoddam oratorium seu Ecclesiam sub vocabulo S. Francisci in tenemento de Paula, Cusentinen. diœcesis ædificare posses, licentiam concesserat, tūque oratorium huiusmodi propriis manibus & expensis cum dormitorio pro tuo & sociorum tuorum vsu & habitatione pro magna parte ædificaras, & nonnullos socios vitam heremiticam ducentes receperas, ipséque Archiepiscopus præfatū oratorium siue Ecclesiam vnà cum omnibus iuribus & pertinentiis

pertinentiis suis tibi tuæque congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia tuæ & sociorum tuorum deuotioni & saluti conuenientia concesserat &c. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, donationem, concessionem, ordinationem, constitutionem, remissionem, relaxationem, indultus, gratias, & literas dicti Archiepiscopi, omniáque in eis contenta, nostrásque alias ac dicti archiepiscopi literas ac confirmationem & defectuum suppletionem per præfatum Episcopū S. Marci Gaufredum factas, ac processus desuper habitos auctoritate Apostolica laudamus, approbamus, & confirmamus: & insuper vos & vestrum quemlibet, ac heremitorium siue Ecclesiam S. Francisci de Paula, cæteráque heremitoria, Ecclesias, & loca per vos in quibuscunque ciuitatibus & diœcesibus hactenus recepta, & in posterum recipienda cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, eremitísque & personis in illis pro tempore degentibus, ac res & omnia bona mobilia & immobilia ad vos, & Eremitas, & heremitoria, vel Ecclesias huiusmodi spectantia ab omni iurisdictione, dominio, potestate, visitatione, correctione, & superioritate Archiepiscoporum Cusentinensium, & aliorum Archiepisc. Episcoporum, ordinariorum Iudicum, & superiorum quorumcunque, auctoritate & scientia prædictis, de speciali gratia prorsus eximimus & totaliter etiam liberamus, ac sub. B. Petri & Sedis memoratæ, ac Romanæ Ecclesiæ, & nostra protectione suscipimus &c. 17. Die Maij. An. 1474.

In Calabria, Siculæ ore prouincia quatuor sunt Metropoles seu Archiepiscopi, Cusentinus vel Cusentinen. Archiep. Rossanensis, Reginus seu Reginensis, & Archiep. S. Seuerini. cusētinꝰ vnū habet suffraganeū Episcopum Marcuranensem.

19 BVLLATAS hasce tabulas comprobauit Galliæ Rex Carolus 8. pio Rescripto, Minimorum simul collegia in suam recepit tutelam, Augustámque protectionem: Quibus & permisit fun-

De hoc Minimorum Ordine scripsimus s. Tit. 1. Lib. 3.

dorum comparationem, extructionem cœnobiorum, adiecto pleniſſimę immunitatis iure, munerúmque vacatione ſeu perſonalium, ſeu patrimonialium. Regia hæc Priuilegia à poſteris Regibus confirmata, Ludouico 12. Menſe Decembri anno ſeſquimilleſimo: A Franciſco 1. Menſe Martio 1538. cuius Senatus codicillos promulgauit, & in actis Curiæ perſcribi iuſſit 5. Calend. Apriles eod. Anno. Dein Magiſtri rationum Principalium 3. Calend. Maias An. 1539. Acceſſit iis Diplomatica comprobatio Errici 2. Regis menſe Februar. 1547. Ex S.C. relata in commentarios Curiæ 9. Kalend. Apriles eod. Anno. Tum apud Præfecturam Ratiociniorum 4. Nonas Maias 1548. Hinc paternæ pietatis æmulus Franciſcus 2. ſuperiora Minimis priuilegia reſeruauit. Menſe Ianuario An. 1559. Omnino enim laudanda religioſi voti profeſſio Minimorum *Iheſu Mariæ*, humilitatem D. Franciſci, & decreta imitantium vnà cum amictu, ſed qui aliquantulum duriùs carnium eſu, coctíſque cibariis abſtineant. Vt de iis à Volaterrano ſcriptum eſt Anthropologię lib. 21. Cap. De Ordinibus Militaribus. Faceſſant iam pſeudomonachi Turcę quatuor Ordinum Mahumeticæ ſuperſtitionis, cum votiua ſua paupertate, vitæque auſteritate fuci plena. Hos Turcæ patria lingua vocant *Giomailers*, *Calenders*, *Deruis*, & *Torlaquirs*, vagos & pauperrimos monaſtici voti ſectatores Mahumetanos, planéque circumcelliones. Apud Bartholomeum De Georgieuitz. In Lib. De Moribus Turcarum, & Nicolaum Nicolai Geographum Regium

Regij Codicilli, in Senatu promulgati Die 28. Mart. 1538. & in Camera Ratiociniorum Die 29. April. 1539.

Aliud Principis diploma 1547. Publicatum in Curia Die 24. Mart. & in Camera Cõputorum Die 4. Maij.

Turcicæ pſeudoreligionis Monachi.

In Orientali India Monachi degunt, ſacrificijs εἰδώλων addicti: Quorũ monaſticæ ædes ampliſsimæ iuxta ciuitatem de Ciandu.

Hi externo corporis cultu, veſtéque noſtrates referunt cœnobitas. Teſte M. Paulo Veneto In India Orientalis deſcriptione Lib. 1. Cap. 66. Occidentalis autem India presbyteros alit, eoſdem ægrorũ corporũ publicè curatores: De quorũ ceremoniis lege Hiſtoriã Indiæ Occidentalis Lib. 2. Cap. 73.

Regium In ſua Nauigatione & Luſtratione Oriẽtalium partium.

20 AGATHENSI Concilio res mobiles Eccleſiæ licet abalienare, quæ vſu conſumantur, ſeruandoque ſeruari nequeant: errones itidem ſeruos ac fugitiuos. Can. fugitiui 12. Quæſt. 2. & Cõſtantini Principis ſanctione. Lex quæ tutores. Cod. De adminiſt. tut. Conceſſum, ad hæc, prædia diſtrahere minus Eccleſiæ commoda, vt eidem vtiliora comparẽtur. Iuſtinianea Lege. Hoc ius porrectum. De Sacroſ. Eccleſ. Cap. Vt ſuper. De Reb. Eccleſ. non alienãd. Atque vt ſummatim dicamus, quoties ineluctabilis neceſſitas exigit, manifeſtáve templorum vtilitas, ſacra latifundia vænire nullis Canonibus prohibẽtur. Ex Epiſt. Leonis P. P. ad Siculos Epiſcopos in Can. Sine exceptione 12. Quæſt. 2. & Innocentij 4. Reſcripto Dudum. De rebus Eccleſ. non alienand. Apud Bonifacium 8. Etſi autem ex iis cauſis ſancita ſit bonorum Eccleſię alienatio, ne tamen vtilitatis alicuius obtentu ſacra arua in perniciem Eccleſiæ diſtrahantur, ſtatutus eſt ad id Oeconomicus ordo, certáq, fundi mancipandi formula Ciuili iure ac Pontificio, quam tali venditioni diſtrictè oporteat accedere. In Auten. De Alien. & Emphyt.

De his autem alienandi cauſis conſtare debet publico inſtrumento: alioqui non credetur etiam Rom. Pontif. dicenti feciſſe ex illa cauſa, quando donat conſanguineis. Præpoſ. In Can. Non liceat Papæ 12. Quæſt. 2. Imo non poteſt Papa alicui indulgere ſine cauſa, vt teſtetur de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ. Paner. In Repet. Cap. cum eſſes De Teſtam.

21 NAM vt publicam interim Sacrorum Politiam, quæ Regum propria eſt, non omittamus, Principales extant Leges tutelares Eccleſiaſtici prædij, ne niſi multorum ſolemnium interuentu cuiquam is venundetur: Quippe quum Ciuili perſæpe ac Politica Cęſaris auctoritate plectantur

rerum Eccleſiaſticarum inuaſores. Sicuti Gregorius Mag. Conſtantiam docuit, Galliarum Auguſtam. Epiſt. 33. Regeſti Lib. 4. ſeu Cap. 77. Can. Cùm deuotiſſimam 12. Quæſt. 2. Ex eóque profecta videtur licitationum & haſtarum ſolemnitas, in mancipatione ſacri fundi introducta Principali conſtitutione Hoc ius porrectum. Nempe vt publicus Actor velut ἀντιγραφεὺς, exactórq; officij palam aduertat, ne qua per gratiam ſordibúſve alienatio contrahatur Eccleſiaſtici patrimonij. Quo modo in pupillaris agri auctione ſolebat Prætor aduocatum pupillo dare, qui inſtruere poſſet ipſius religionem, an aſſentire vẽditioni, vel obligationi deberet. Vlpiani reſponſo In L. 5. §. Ne paſſim Verſ. Aut ſi nemo inuenitur D. De Reb. eor. Imò, quod magis mirêre, Fiſcalis cognitor in Gallia præſto aderat olim monaſticæ Abbatum quorumdam electioni, non vt calculum adderet ipſe ſacri conuentus ſuffragiis, verùm vt, diſcordibus ſuffragatorum votis, nihilominus concordes animos Monaſtici cœtus πολιτικῶς tueretur ac confoueret. Ita vſu receptum in cœnobio D. Petri De Cultura Cenomanen. tradit Iohan. Feraldus, qui & Fiſci procurationem gerebat in ſumma Cenomanorũ vrbe, quum Ludouicus 12. Gallici Imperij faſces obtineret. In Tract. De Iuribus & Priuil. Regni Francorum. Huc alludit præclara illa apud Gregorium Mag. hiſtoria de noſtrate quodam Monaſterio, in quo vt domeſticæ ambitus contentiones præciderentur, ſancitum eſt, in cœnobiarchiam cooptari neminem,

Si verò alienetur res quæ ab Eccleſia tum præſcribebatur, necdũ erat acquiſita eccleſiæ, vt ſunt etiam res legatæ nondũ traditæ, eas Prælatus ſine ſolennitate repudiare poteſt, quaſi alienãs. Federic. Conſil. 24. Ioh. Andr. In Cap. eum Apoſtolica De his quæ fiũt à Præl. per l. Qui autem π. Quæ in fraud. credit. Prælatus tamen qui potuit quærere eccleſiæ & non quæſiuit, tenetur ad intereſſe Can. quicunq; 12. Quæſt. 4. Peruſ. in Cap. 1. De Reb. Eccleſ. non alien. In 6.

neminem, niſi de communi Regis ac cœnobitarum ſententia: Ex Regeſto Gregorij Epiſt. 10. Lib. 11. Can. Hinc eſt etiam 16. Quæſt. 1. Planè vt moribus patriis ſublatæ ſunt Monaſticæ Gallorũ electiones: Ita. Eccleſiaſtico vſu ritúq; in ſacri latifundij alienatione non requiritur iudiciaria promercalis rei licitatio, cui Regius interſit cognitor, nec ſacrati viri eo nomine Ciuilibus profani fori legibus vſquequaq; alligantur. Nam Pontificios canones de eo editos tantùm admittit conſuetudo. Reliquum igitur erit hoc publici Actoris munus ſacri patrimonij aſſertorium ac procuratorium, quum aduerſus temere initas ipſius venditiones Eccleſia poſtularit in integrum reſtitui, & implorato Principis Reſcripto plebeij aduerſarij circumuentionem imminutaq; Templorum iura in Regiis Tribunalibus allegarit.

Interdum etiã ſpecialis quarundam Eccleſiarum conſuetudo derogare poteſt Canonicis alienationũ rei Eccleſiaſticæ ſolemnibus Cap. Cæterum De Donat. Glo. In Can. Abbatibus 12. Quæſt. 2. Quãuis enim talis conſuetudo diſponẽs ſuper iure perſonæ, vtpote quod Prælatus irrequiſito capitulo alienet, non valeat Cap. cum cauſa De re Iudic. Tamen diſponens ſuper omiſſione formæ non dãnoſa Eccleſiæ, (vt ſubſcriptio, vel canonicorum ſingulorũ conſenſus) valet. Cap. Dudũ De Reb. Eccleſ. non alien. In 6.

TITVLVS. 7.

DE EMPHYTEVSI, AC PERPETUA ſacri fundi Locatione.

1. *Origo variarum Emphyteuſeon Franciæ.*
2. *Nouæ Emphyteuſes Eccleſiaſticæ ob ſacrum Galliæ bellũ.*
3. *Tridentinæ Synodi canon Eccleſiaſticæ locationis ad longum tempus prohibitorius.*
4. *Ecquid valeat tranſactio Eccleſiaſticæ Emphyteuſeos renouatrix.*
5. *Literæ tranſactionis inter Richardum Angliæ Regem, & Archiepiſ. Turonenſem.*
6. *De locatione bonorum, & Prioratuũ Ordinis Caſalis Benedicti.*

7. *An Rex Episcopo succedens iure regaliæ teneatur stare colono.*
8. *Capitulum, sede vacante, non ritè expellit colonos Episcopalis iurisdictionis.*
9 10.11. *Vtrum inquilino liceat ædibus cedere prætextu illusionis vmbrarum.*
12. *Reipublicæ cum Religione consociatio.*
13 *De Precariis Ecclesiasticis.*
14. *An nuptiæ, ob præconia in Ecclesia non seruata, omnino annullentur.*
15. *Emphyteutæ filia paternæ hæreditati renuncians priuatur etiam Emphyteutico iure.*
16.17. *Quanta læsio probanda sit ad sacram Emphyteusim rescindendam.*
18. *Patronatæ Ecclesiæ bona, reclamante patrono, vix alienari posse.*

Antiquitus Clerici communiter viuentes fundos suos propriis manibus colebant, nec plebeiis colẽdos arandósque locabant temporaria vel emphyteutica lege. Vt Moguntino Cõcilio relatum est apud Iuonẽ Carnot. Lib. 2. De Decimis Cã. quæsti. & Can. Decimas 16. Quæst. 1. Monachos etiam rusticis opere occupari solitos indicat Hieronymus ad Rusticum monachũ scribens. Cã. Nunquam De Cõsecr. Distinct. 5.

1 DE ALIENATIONE sacri præ-dij postquam generatim dictum est, Iam ad ea Ecclesiasticæ rei cõmercia sigillatim descendendum, quæ frequentius vsurpantur, & ὅπερ τὸ πλεῖστον potiùs, quàm quę ἐκ παραλόγου accidunt. Huius speciei est Emphyteusis, aut perpetua vectigalis fundi locatio, cum alibi, tum in Francicis oris receptissima. Nostratium enim agrorum Emphyteuticis tabulis patet, innumeras id genus pactiones initas fuisse ab Ecclesia circiter Annum 1450. quum intestinis Franciæ bellis vastata desertáque arua colonis sparsim destituerentur. Illa enim tempestate, ac paulò superiore, inculta iacebat tellus Francica, totáque ad vastitatem redacta fuisset, nisi paulatim, leuata malis respirantéque Patria, Clerici mancipassent fundos Emphyteutica

teutica lege, noua scilicet agricolæ manu ad culturam reducendos. Cuius rei causam omnem, agrorúmque populationes mirè depingit Alanus Quadrigarius, qui ea ætate florebat, Regius Caroli 7. amanuensis, & illorum temporum scriptor. In Libro qui Curialis inscribitur. Ac vereor itidem, ne lasciuienti hodie per mediam Galliam & externo & nostro milite, spoliatis fugatísque Agrestibus, relicto passim aruorum cultu, vereor propterea, ne fundorum domino cuique, nedum Clero, repetendæ iamiam sint auitæ τῆς Ἐμφυτεύσεως cautiones, & ad Oeconomicas hasce Maiorum artes recurrendum. Siquidem Agathẽsi sacrorum Præsulum Conuentu decretum fuit, terrulas aut vineolas exiguas, steriles, desertas facile distrahi posse, ac priuatis transcribi Emphyteutico iure, tanquam Ecclesiæ inutiles. Can. Terrulas 12. Quæst. 2.

Alanus Quadrigarius Regius Caroli. 7. scriba seu Secretarius, cuius varia opera extant, Historia principis sui Caroli, Curialis, Francorum Regum Genealogia, Epigrammatum Liber, & complusculi alij.

Vineæ tamẽ ad solũ magis quã ad superficiem pertinent. Et ideo sublatis vineis, nihilominus quæsita illis antea seruitus manebit. Ex Iaboleno in l. Certo generi ff. De Seruit. rustic. præd.

2 VRGENTE ciuili bello Gallico, Pius 5. Pontifex indulsit Frãco Regi, vt Gallicæ Ecclesiæ nummis vteretur in sacram hanc causam aduersus diuinæ reos perduellionis & humanæ: Fecítq; ob id nostrati Clero potestatem sua latifundia aut diuendendi, aut vectigalia locandi in perpetuum, aut Emphyteusis nomine concedendi: nec publica modo, sed priuata etiam liberáque extra ius conuentione. Pontificiis codicillis Calend. Sextilibus An. 1568. Horum prætextu Cerisæus, qui temporariæ conductionis lege detinebat patrimonia cœnobij Belbranchei, insidiosis munusculis eo perpulit cœnobitas, vt fruendum sibi ipsi

Apostolicũ Rescriptum de Ecclesiasticis prædiis in Emphyteusim dandis Die 1. Augusti. 1568.

Monastica Ædes Belbrãchea, sub regula Patrũ Cistercien.

sium, In Cenomana Galliæ diœcesi.

in longum tempus locuples prædium locarent, modico iis ære quotannis pensitando. Paucis inde diebus detecta coloni fraus, dominos inescantis cœnobitas: quibus grauem valdéque noxiam opulenti fundi emphyteusim extorsisset. Ab ea proinde Senatum appellantibus monachis forense ita præbuimus patrocinium. Bona quidem Ecclesiastica sacri belli ergô licitè alienari: Amidensem præsulem, Azazena regione ab exercitu Romano direpta, captis abductísque hinc aliquot mortalium millibus, vendi iussisse aurea Ecclesiæ vasa, vt ab hostibus illi redimerentur. Ex Nicephoro Sacræ Hist. Lib. 14. Cap. 22. Ibam quòque in Berythano Concilio increpitum, quòd Ecclesiasticam gazam, quæ ad soluendos vinculis captiuos collecta erat, in propinquorum domos callide inuertisset. Verùm hoc casu permissa sacræ rei alienatione, non ideo à solemnibus formulis recedendum, vt Iustinianus edixit in L. Si quã-do Cod. De Inoff. Testam. Nam & necessariam mancipationem fundi ecclesiastici Pontificio canone irritam haberi, nisi iustis facta solemnibus adprobetur. Atqui Emphyteusim, de qua quærimus, nulla de Ecclesiæ commodo præcessit inquisitio. Quanto minùs antiquus conductor, cui fida rerum Ecclesiæ curatio tuitióque incumbebat, in iis debuit veteratoriè subdoléque grassari. Sed quia huic emphyteuticæ pactioni nulla iudiciorum accesserat auctoritas, idcirco prouocationem, quæ ab emphyteusi interposita fuerat, aduersario renunciaui, vnà contentus Diplomatica

Auctoris oratio in Senatu Parisien.

Pari ratione si Papa vel legatus mandet aliquem recipi in monasterũ, nihilominus monasterium habet annum probationis. Cap. super eo De Off. deleg. Et ita generalibus Rescriptis non videntur sublatæ ordinariæ iuris solennitates. De quo vide not. In L. Habeat vnusquisque Cod. De Sacrosancte eccles.

tica Restitutionis clausula, ad diuturnam locationem rescindendam. Versorio, contra, emphyteutæ causam pactionémque defendente, Patres appellationem quidem infirmarunt ex formula: restitutionis autem negotio vt diceretur ius, partium tabulas penes se proferri decreuêre. Placito 5. Idus Iunias An. 1572.

3 VENETIS planè Lex scripta est hæc, *Ne Ecclesiasticæ possessiones, aut terrena affictari possint, nisi per triennium, & cum consensu procuratorum suorum, præterquam agricolis, quibus possint per quinquennium affictari*, i. locari, aut pignerari. Vniuersim verò Tridentinus Præsulum conuentus sanxit, pactas ad longum tempus conductiones sacrorum prædiorum retractari, nisi quas patria Synodus canonicè celebratas, Ecclesiæq; vtiles iudicarit. Trident. Concil. Sessione 25. Cap. 11. Iisdem Ecclesiæ Comitiis prouisum, ne sacræ iurisdictionis locationes fierent vllæ, neu qua alia prærogatis à colono pensionibus teneret in successoris dispendium beneficiarij, quasi antecapta nummariæ mercedis solutione. Potiori etiam argumento rescidit Senatus anticipatam locationem Ecclesiastici agri. Decreto in publicis fori actionibus lato Pridie Nonas Decembres An. 1539. quod Rebuffus commemorat, forensis huiusce auditor controuersiæ testísque oculatus. In Compendio alienat. Rer. Eccles. Ita nonnunquam Curiæ Conscripti prædiarias Templorum res tutantur non aduersus profanos modò, sed clericos etiam inter ipsos iusta & æquabili annuorum inter se redituum col-

Arestum Curiæ Die 9. Iunij 1572.

Ex veteribus Statutis Venetorum.

Vt locatio ad lõgum tempus Ecclesiasticas solennitates requirit, sic venditio fructuum ad vitam, vel constitutio vsusfructꝰ in re, quia alienationis species est. Can. Non liceat Papæ 12. Quæst. 2. ibi, in vsumfructum rura dare, & L. vlt. Cod. de reb. Eccles. non alien. Secus si non constituatur ius in re, sed actione personali quis ad dandos fructus certo tempore se obliget. L. vlt. ff. De contrah. empt. Facit Cap. 2. De loc. Bar. In l. codicillis §. instituto D. De legat. 2.

Placitũ Curiæ Die 4. Decẽb. 1539.

Huius disceptationis seriē totam enarrauimus supra in 3. Tit. huius Lib. 3.

Primi Martiniani Canonici erant monachi ordinis S. Benedicti, sed ab angelo diuinitus percussi ob solutiores ipsorum mores, vno Ytherio saluo manente & incolumi, sacræ scripturæ studiosissimo, qui inde Cormeriacū, velut in Eremū secessit: Vbi Carol. Magnus cœnobium fundauit dotauitque ex Martinianis prædiis quamplurimis. Sub annū 810. Deinceps autem Martiniana Ecclesia secularis facta est, cōstituto ibi canonicorum Collegio.

Quamuis administratores vniuersitatis dicātur habere mādatum cum libera, eo effectu, vt transigere etiā possint: Prælatis tamē Ecclesiæ permissū nō est transigere super legato facto & illud remittere. Feder. Consil. 94. Abbas Consil. 56. Lib. 1. & Consil. 62. Tutius quippe est omnia hæc fieri cognita causa, & ita faciendū consulit Bal. Consil. 380. Lib. 1.

Tutor priuati licitè nec pacisci tur nec transigit de re minoris, sed aduersario ipsius iuramentum deferre potest in iudicio, deficiētibus aliis probationibus. l. Iusiurandum quod ex conuētione §. 1. l. tutor ff. De iureiur.

Constantinopolitana Romani senioris Nouella apud Theodorum Balsamonem in Codice Legum Orientalium, quē Enimund. Bonefidi Latinū fecit.

latione. Nam & nudiustertius decreta est à Senatu prębendorum æqualitas inter Sodales sacri Andium Collegij Martiniani: quum pro G. Chesnello dixissemus, prouocante ceu ex abusu à contraria Sodalitij constitutione. Vindiciario S. C. aduersus Collegium ipsum, cuius Lomedeus causam agebat. 16. Calend. Februar. An. 1577. Similiter abusus causa pridem appellatus est Senatus à multiplici claustralium munerum vnione in Cormeriaco cœnobio Turonensi, quam fiduciarius Abba instituerat, Martiniano Turonum Clero patrono inconsulto. Hæc quippe monastica Ædes Ytherium conditorem agnoscit, Martiniani fani antea cœnobitam, translatis eo Martiniani monasterij non paucis latifundiis, Carolo Mag. Orbi imperante. Id quod fusiùs exequitur Nicol. Ægidius In Francic. Annal. Proin Martiniani Canonici abhinc septennium prouocarunt abusus ergô ad Curiam Parisien. quòd monastica officia Cormeriaci templi præmaturè copulasset cœnobiarcha, patronis ipsis insalutatis. Sed hoc controuersiæ genꝰ à Senatu cōsilio permissum est, Danesio, Martiniani cleri, & Versorio, Cormeriaci Abbæ causam orantibus. 13. Kalend. Maias An. 1572.

SOLVTA rei Ecclesiasticæ emphyteusi, diem dixit Ecclesiæ Antistes emphyteutæ, vt fundo actutum decederet. In contrarium pugnante isto, inita demum inter eos transactio emphyteutici pacti renouatrix. Quęrebatur, valeret necne quod gestum fuisset. Valere ex eo probabile erat, quia Ciuitatis Syndicus, aut collegij, publicíve id genus

nus administratores, etsi rem certam ac indubitatam nequeant liberalitate remittere, tamen de re dubia ac lite incerta decidere possint. Valeriani Imp. Lege Præses prouinciæ Cod. de Transact. Idque produxit Azo I. C. ad sacrorum Præfectum, cui tanquam legitimo pauperum Rectori licere putat is bona Ecclesiastica alienare citra decretum iudiciarium. Arg. §. Siquis in nomine In Autē. De Eccles. Titul. Iuxta Bal. in l. Si pupillorum. §. Si pater. & in l. Qui neque ff. de Reb. cor. Verius est tamen, Ecclesiastico Præsulinihilo magis transigere de sacro fundo ius esse, quam ipsum distrahere: Quum verbis generalibus vetita alienatio transactionem includat. Vlpiani Responso in L. 1. §. At si transegit ff Siquid in fraud. patr. L. non solum Cod. De Præd. Min. Nec mutat fauoris ratio antiqui coloni, ad iterandam sacri prædij emphyteusim. Nostrate enim Iurisprudentia attenditur solū melior Ecclesię conditio, ad cuius vtilitatem conuentio quæuis, velut ad scopum, dirigitur, nullo peculiari habito personarū delectu. Quànquam enim Romanorum principum Rescripta veteri gratificentur emphyteutæ, ac Thraciorum Cæsarum Leges propinquis, consortibus, vicinis, eiúsue sociis, qui fundum venalem haberet, aut Emphyteutico iure concedendum: Diuersum tamen vsu nostro forēsi obtinere, in Ecclesiasticis rebus præsertim, indies experimur. Itaque vix est, vt rata maneat transactio à templi sacerdote inita, finitæ ἐμφυτεύσεως prorogatrix, nisi eam pariter solemnib⁹ lege statutis muniendam curauerit. Vt Alexander

3. admonebat in Cap. Veniens. De Transact.

Inter magni nominis Proceres haud facile cõtractũ rescissioni locus.

SINAVTEM profanus simul & Ecclesiasticus magnates certarint in foro de agrorum finibus, Iuridicæque potestatis, ab iis deinde negotium transigentibus non exigentur vulgares solennitatũ formulæ: Inspecta cumprimis paciscentium dignitate, nil inconsulto agentium, necessario finium regundorum arbitrio, ac Principis interuentu, qui Romanis legibus omnia supplere solemnia cẽsebatur. L. Omnium Cod. De Testam. Eiusmodi habetur transactio à Turonum Archipræsule pacta quondam cum Andensi Regulo de Ciuili iurisdictione, territoriique limitibus hinc inde controuersis in oppido & agro Chinonẽsi. Quam Rex solus conuentionem adprobauit, his verbis. *Philippus dei gratia Francorum Rex. Nouerint vniuersi, quòd sicut cognouimus ex literis dilectorum & fidelium nostrorum Richardi Anglorum Regis, & Turonensis archiepiscopi Bartholomei contentio olim habita fuerat inter antecessores eorum Comites Andegauenses, & Turonenses Archiepiscopos super quibusdam consuetudinibus & reditibus de Turonia, de Caynone, de Marchayo, & de Ableuya. Tandem cùm ventum esset ad tempora eorum, per assertiones hominum vtriusque antiquorum & iuratorum terminata & sopita fuit contentio illa, hoc modo. Apud Caynonem recipient æqualiter consuetudines & emendas Præpositus Archiepiscopi, & præpositus Comitis: Ita quòd neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando fuerit ibi Doneya vel commendesia, & tunc Præpositus Archiepiscopi non recipiet sine Præposito Comitis: nihilominus tamen habebit Archiepiscopus*

Eadem ratione donatio facta à Principe non eget insinuatione. Bald. Cõsil. 167. lib. 1. Vbi refert Bart. ita consultum respõdisse in casu domini de Vrsinis.

Regiæ Literæ omologationis certæ Transactionis inter Richardũ Andium Comitẽ, & Turonẽsem Archiepiscopũ.

chiepiscopus dimidiam partem in omnibus, præterquam in emenda doneyæ, vel commendesiæ. Quæcunque emenda foriffactorum facta fuerit vel pro pedagio, vel pro alia consuetudine, dimidiam partem habebit Archiepiscopus, & dimidiam Comes. Præpositi & seruientes receptores redituum inter se legitimè se habebunt de omnibus quæ recipient &c. Præterea nemus de Tiletto omnino commune est inter Comitem & Archiepiscopum, & Archiepiscopus ad omnia necessaria tam ad domos, quàm ad alia construenda, vbicunque voluerit, potest & debet vti, & Comes similiter &c. Omnes aquæ & insulæ tam supra pontem, quàm infra, sunt communes Archiepiscopi & Comitis. Duella tam de Marchayo, quàm de Caynone sunt Archiepiscopi, si fuerint inter homines suos, & solent fieri in Espaulo apud Caynonem, & præsentia & campus sunt Archiepiscopi, & potest eos ducere Archiepiscopus quò voluerit. Et si duellum fuerit inter hominem Comitis, & hominem Archiepiscopi, duellum fiet apud Caynonem. Vterque autem de propriis hominibus duellum faciet fieri, vbi voluerit &c. Latrones in terra Archiepiscopi capti apud Caynonem, vel apud Marchayum, vel apud Cheners, sunt Archiepiscopi, nisi capti fuerint in via paageau. Omnes homines ligij Comitis de Marchayo, & de Caynone, si mansionarij fuerint in terra archiepiscopi, per eum omnino parebunt iustitiæ, & seruient ei secundùm tenuram quam habebunt ab Archiepiscopo, sicut alij homines sui &c. Nos igitur, de cuius feodo sunt prædicta omnia, gaudentes de bono pacis, & vtriusque eorum iura volentes illibata conseruari, approbauimus pacem, & compositionem istam, eámque ad firmitatem perpetui roboris obtinendam confirmauimus &c.

Anno à Natali Christiano 1190.

Duella, de quibus hìc, penitus exoleuerunt in Gallia, vt edocuimus Lib. 3. De Demanio Franciæ. Antiquã autẽ Duelli forma apud Francos describitur In 1. Parte Styli Parlã. Cap. 16. De Duello. Deniq; Tridentina Synodo vetitũ est Duellum in toto Orbe Christiano.

Elegans fori disceptatio de Prioratibus cœnobiorũ Ordinis Casæ Benedicti: Cuiusmodi cœnobia describimus cum suis specialibus regulis ac statutis Lib. 2. huius Operis.

QVANDOQVE in longum tempus producta 6 valet rei Ecclesiasticæ locatio, tametsi solemnibus formulis destituta. Vtputa, Cenomanæ Ædis Vincentij cœnobitæ conduxerunt profanos reditus monastici primatus *de Tuffe* ab Ayraldo prioratus Præfecto fiduciario. Hic diuturnæ locationis pertæsus seculari cuidam fruendas locauit sacri Primatus possessiones, qui ampliorem nempe mercedem obtulisset. Nouæ conductioni intercedit Vincentianus Monachorum Conuentus, edisserens Regularem hunc primatum Vincentiano cœnobio contributum esse familiari Lege Casæ Benedicti, qua Vincentiani tenentur: Monasticos autem conuentus minores huiusce Ordinis in aliũ conferri non posse, quàm in Benedictinæ huius cœnobitam Familiæ, & talium sacerdotiorum prouentus in communem esse monasterij mensam referendos. Cuiusmodi Benedictinæ Congregationis Oeconomiæ Leo 10. P. P. auctoritatem interposuit, dein Clemens 7. Paulus 3. Iulius 3. & Paulus 4. vicissim, Petri Nauiculam moderantes. Eámque domesticam Politeiam Reges Franci Edicto perpetuo sanxêre. Calend. Martiis An. 1542. promulgato in Curia Parisien. Pridie Kalend. Martias 1547. Ac multo post Caroli 9. diplomate, in Actis Prætoriani Consilij perscripto 3. Idus Decemb. An. 1571. Quod igitur passi sint Vincentiani, Ayraldo seculari donatum Prioratum fiduciario iure, id patris ipsius gratiæ potentiæque adscribendum, qui Regij tum anuli Magister Francicam iuris præfecturam obtineret,

Pontificiæ confirmationes regulæ & institutorum Ordinis monastici Casalis Benedicti.

Edictum Regiũ Die 1. Mart. lectum & registratum in Curia Die vlt. Febru. 1547.

Societatem hãc et cõgregationẽ Casalis Benedicti confirmauit Leo 10. P. P. Die 17. Ianuar. An. 1516. Sed nullus tũ eius confirmationis fuit effectus ob deficientem cõsensum regiũ, in eo precipuè quod Abbatialis dignitatis prouisio ad Casalinã congregationẽ deuolueretur, ita vt tantùm regulares Abbates assumerentur, etiam in monasterio S. Germani de pratis Parisien. Nonobstãte enim hac Bulla vnionis eius Monasterij cum Casa Benedicti, Abbæ S. Germani in Regia nominatione permãserunt. Secus de aliorum cœnobiorũ eiusdem Casæ abbatib⁹.

tineret, summúmque Gallici fori Togæque magistratum An. 1544. Quocirca vt litium semina omnia tollerentur, id temporis fuisse pacto cautum, vt Prioratus fundi Vincentianis manerent locati condicta annua pecunia, mercedis vice. Sed quia Ayraldus nuper extraneo monastici sacerdotij fructus locatione transcripsisset, ideo opportunè quiritandum sibi cẽsuerunt aduersus Pontificiam talis sacerdotij donationem velut abusiuè collatam in Ayraldum secularem clericum, à qua proinde monachi Senatum abusus nomine appellarunt. Ayraldus, contrà, se vicenis iamdum annis, & amplius, omnia Prioris munia obiisse, sic egisse, possedisse: Igitur tam longæ possessionis statum haud facilè animosa prouocatione infirmãdum. Exhinc sibi ius esse, quantocunque tempore fruendum, cui collibuerit, Prioratum locare. Peroratam causam Patres ad plenius deliberandi consilium reuocarunt 3. Idus Martias An. 1572. Rupeforti, appellantium: Montholone, totius Ordinis: & Choarto, Ayraldi aduocatis. Vltima demum sententia ambæ partes lite foróque facessere iussæ sunt in eo prouocationis negotio, manente tamen antiqua sacerdotij redituum conductione secundum cœnobitas, quandiu Ayraldus in viuis extaret. Arestis Sextilibus An. 1574.

Die 13. Mart. 1572.

Arestum Die 14. Augusti. 1574.

7 Ius rescindendæ Emphyteuseos, quod Præsuli datum est, Principi necne competat vacante Cathedra, fuit dubitatum. Nonnullis videtur, Ecclesiasticas locationes, adapertis Regalibus, iure ipso resolui, nedum rescindi posse. Quandoqui-

Multorum iudicio successor in Prælatura tenetur stare locationi à decessore factæ, quãdo ad modicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem Rex voluntarius Episcopi successor non tenetur stare colono. Ex Baldo In L. Si filiofamilias §. vlt. ϖ. Solut. matrim. Nec eo magis, re ad Fiscum deuoluta, is locationes antea factas seruare cogitur. Bald. in L. Si fundus, & in L. Si merces. §. 1. ϖ. Locati. & L. Valerius ϖ. De Iur. Fisci. Idémque in Regaliorum legibus sequendum opinatur Ruzeus 30. Priuil. Regal. Æquitatis tamen ratio non patitur, Regalis possessionis momento locationes retractari, ne dicam Emphyteuticos contractus longe firmiores. Quippe quum Regius sacrorum bonorum dispensator, constante Regalia, custodire debeat, non immutare sacræ Oeconomiæ statum: Curatoris instar bonis dati, cui pactitiam fundi cõductionem non licet conuellere, nisi dolo malo contractam fuisse appareat. Itaque religiosissimus Senatus pro conductore Episcopalis molendini D. Clodoaldi iudicauit aduersus Regium Oeconomum vacui Parisiorum Episcopatus. Præsentaneo Curiæ Decreto Mense Augusto 1568. Nec dispari iudicio Patres secundum defuncti Præsulis magistratus & officiales pronuntiarunt abhinc septennium, victo Sanflorianæ Ædis Collegio maximo, cuius tum publicè causam agebamus. Nam vacua pontificali sede, Canonicorum cœtus abdicarat magistratu sacri fori suppræfectos & administros: eo quidem argumento, quòd in mortui vicem Antistitis, Capitulum successisset, præsertímque in pontificiam meri mixtíque Imperij præfecturam. Sed publicis muneribus summoti cum prouocassent ad Ordinem

tempus contracta est iure communi permissũ, & defunctus recepit pensionẽ totius temporis ante tempus locationis finitũ. Aliàs deciperentur conductores iuris auctoritate, quod esse non debet. l. 1. Cod. de his qui ven. ætat. In hãc quæstionem Innoc. & Abbas in Cap. vlt. Ne prælat. vic. suas. Cyn. in l. Iubemus 1. Cod. De sacros. eccles. Bal. in l. defuncta π. De vsufr. Ancharanus Consil. 116.

Item deputati Regaliorum custodes sede vacante, non possunt incidere arbores cæduas, neque piscari viuaria Prælaturæ ante tempus, neque alia moliri, quibus deterior fiat reditus annuus Prælaturæ. Ex Constitutione Philippi 4. Regis Mẽse Mart. An. 1302.

dinem Ampliss. abusus ergô, Nos, contrà, pro fani Flori Sodalitio summo dicebamus, Ecclesiasticos Iudices, scribas, apparitores ab officio reuocari solo Antistitis obitu, quasi iuris dicundi mandato morte soluto, & ad matricis Chorum Ecclesiæ transeunte. Vt sanxit Bonifacius 8. In Cap. Vnico. De Maiorit. & obed. post Honorium 3. In Cap. His quæ, & Gregorium 9. In Cap. Cùm olim Eod. Tit. In Antiq. Quam in partem multa congessit Archydiaconus in Cap. 2. De Off. Vicarij Lib. 6. Faber in Rubr. De officio eius qui vicem alterius gerit. Cod. Castrensis in L. Iudicium π. De Iudic. Ioh. Gallus Quæst. 173. Planum est enim, Præsule vita functo, Collegium lituo insignitum succedere in merum mixtúmque Episcopi imperium ac Iurisdictionem. Cap. ad abolendam De Hæret. Cap. penult. & vlt. De Suppl. neglig. prælat. Apud Bonifacium 8. Causa tamen plenè discepta, censuit Senatus placere, publicum munus prouocantium cuiq; fuisse à Capitulo abusiuè abrogatũ. Decreto Curiæ 6. Calend. Maias An. 1570. Pasquero, appellantium: Vilcotio, nouorum officialium: Me, Capituli Santofloriani aduocatis.

8 BENIGNIOREM hanc sententiam iuuat sacer Canon Tridentinæ Synodi Sessione 24. Cap. 16. Quo quidem Cathedrale sodalitium, vacuo solio, iubetur œconomos fructibus cogendis fidos gnauósque præponere, qui rerum prouentuũque Ecclesiasticorum curam gerant. Item Vicarium Iuridicum aut cõstituere post Episcopi interitum, aut extantem confirmare. Quum igitur Episcopa-

An verò in Ecclesia ista S. Flori Aruernorum Regalia locum habeat, disputatum est An. 1574. Deque eo copiosè egimus Lib. 3. De Domanio Franc. & Lib. 2. De Priuil. Rustic.

Durante etiam Regalia, emolumentum sigilli episcopi, cameræ, vel curiæ nõ pertinet ad regem, sed ita reseruatur successori, vt interim Capitulum accipiat expensas moderatas, quas facit in edictis citatoriis & aliis necessariis Clẽ. Statutũ De Elect. Ruzeus 30. Priuil. Regal.

Placitũ Curiæ Die 26. April. 1570.

Hoc ciuiliter intelligi in Prouinciis Regaliorum legi minimè obnoxiis.

Minus adhuc dubium est in colono specialiter obligatã habente rem conductam: Quo casu dominus nec pro suo quidem vsu posset expellere inquilinum. Castrēs. eleganter in l. qui fundum π. loc. Alex. In l. si filio §. si vir. in 2. col. ω. fol. matrim.

li Senatui non liceat Pontificiæ colonos iurisdictionis expellere, quos Præsul ipse pro arbitratu deponere potuisset: multo minus Princeps Lege Regaliorum deiecerit priuatos conductores, emphyteutas, & reliquos huiusmodi Episcopalium redituum possessores. Quamlibet enim fructuaria sit hæc rerum Ecclesiasticarum tutela, procuratioque Regi competens in sacro illo Interregno: humanum certè est, anteriora pacta ab hoc temporario Ecclesiæ curatore custodéque seruari, nec rescindi. Regaliorũ verò ius ipsum, qualecũque sit, videtur agnouisse Romanus Põtifex Gregorius 11. luculẽto hoc Diplomate. *Gregorius Episcopus &c. Cùm itaque nuper venerabilem Fratrem Petrum olim Archiepiscopũ Narbonensem in Rothomagẽsẽ archiepiscopũ electũ, & vinculo quo Narbonẽsi Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur, ex Apostol. potestatis plenitudine absoluentes eum ad Rothomagensem Ecclesiam tunc vacantem duxerimus transferendum, præficiendo ipsum eidem Rothomagensi Ecclesiæ, idemque Petrus electus, qui chariss. in Christo filio nostro Carolo Regi Francorum illustri ratione temporalitatis dictæ Rothomagensis Ecclesiæ homagium & fidelitatis debitæ iuramentum, prout fertur, præstare tenetur, pro ipsis præstandis eiusdem Regis præsentiam adire nequeat de præsenti: Et sicut accepimus, idem Rex intendens dictum Petrũ electum proxima consanguinitatis linea nobis iunctum fauoribus prosequi gratiosis, Regaliam, quam ratione huiusmodi vacationis dictæ Rothomagensis Ecclesiæ idem habere dicitur, ac omnia iura ratione huiusmodi competentia, hac vice eidem Archiepiscopo remittere, & ipsum ad præstandum*

Bulla Gregorij 11. P. P. de remissione Regaliæ in eius fauorẽ à Rege facta.

dum huiusmodi homagium & fidelitatis iuramentum per procuratorem de speciali gratia admittere, aut saltem pro iis in propria persona præstandis longam & sufficientem dilationem concedere velit. Nos hæc grata habentes multipliciter Auctorit. Apost. tenore præsentium concedimus, quod per huiusmodi remissionem Regaliæ, si eam dictus Rex hac vice prædicto Petro electo fecerit, vel etiam per receptionem præmissorum homagij & fidelitatis iuramenti, eidem Regaliæ, & eius iuribus in quibuscunque consistant, Regi, & eius successoribus, seu etiã Coronæ Regiæ nullum in posterũ præiudicium generetur, nec ad consequentiam trahi valeat in futurum &c. Mense Septembri. Pontificatus Anno 5. Quibus Pontificis precibus motum cessisse iure suo Regem testantur Principales Codicilli. Pridie Nonas Septembres An. 1375. Sed expende parumper Francicam Regaliorum legem à Rom. Præsule agnitam solùm ex profanis Antistitum ditionibus, quarum ratione in verba Principis adigantur isti fidelitatis sacramẽto. Quale à Pragensi Episcopo præstitum Bohemiæ duci profitetur Innocentius 3. Cap. Veniens de Accusat. Sed latiùs porrigentes nonnulli Regale ius istud ad sacrorum donationem beneficiorum, repetunt iam inde à primæua Christianæ Ecclesiæ memoria Regiam sacrorum potestatem subtili commento, nec leui ducta ex prisco Electionum ritu coniectura. Putant enim, sacerdotia peræque Regis arbitrio adiudicanda, vt Populi quondam: Cuius simul, ac Cleri suffragiis cooptabantur in cœtum presbyterorum Christiani: Quippe quũ Populi deinde vicem subierit Prin-

Regium diploma Die 4. Septemb. 1375.

Regaliorum originẽ perstrinximus paucis ſ. Lib. 1. Tit. De Regal. sacerdot. muner.

Sic Gregorius Mag. Lib. 2. Regesti Epist. 30. seu Cap. 69. præcipit suffragia populi & Presbyterorũ simul adhiberi in electione Constantij ad Mediola-

ceps, iustus in Plebeiũ imperium iuráque succes-
sor: non is quidem vn⁹ è populo, sed totius populi
χορυφαῖος, & in quem omne ius, quod Populus ha-
bebat, transfuderit. Enimuero in ordinandis olim
sacerdotibus communia Plebis cum Clero vota
recensēt Cyprianus Epistola 5. Lib. 2. De Aurelio,
& Epist. 20. Lib. 2. de Celerino, clericis ac lectori-
bus ordinatis. Dein Leo 1. P. P. peculiari sanctione
nullam eorum rationem habendam existimauit,
qui nec à Clericis essent, nec à Plebe expetiti. Ab
iis haud procul dissidet Tribunitia Lex Cnei Do-
mitij in Romana vetere Theologia, vt pars Popu-
li in mandandis sacerdotiis vocaretur. Inde pse-
phismata à M. Tullio dicta, & Plebiscita, quæ a-
pud Athenienses profundēdo clamore illo impe-
ritæ multitudinis & porrectione manuũ exprime-
bantur. Inualescēte postmodũ Christiana Politia,
Regaliorũ ius sensim Populari successit in Eccle-
siasticis muneribus erogandis, Toletano proba-
tum Concilio, Lingonensi, Basiliensi, Tit. De An-
natis in verb. Regaliæ. Quod planè intelligens Au-
reliorum præsul, à Ludouico Pio Cæs. impetrauit
profanorum Regaliorum remissionem, manente
interim penes Principem sacrorum collatione be-
neficiorum. Porro etsi Regij diadematis sphæri-
ca forma sit, in qua nihil incisum angulis, nihil si-
nuosum, æqualitatemq; motus & constantiam in
omnibus partibus suis figura seruet eiusmodi: Re-
galia tamen arctioribus, quàm Regni finibus cir-
cumscribuntur, terminantur. Vt sigillatim à nobis
tractatum est Lib. 1. De Andium certè Ecclesia, cui

rensem Archiepiscopatũ, mortuo Laurẽtio eius Ecclesiæ antistite. Can. Quãto 63. Distinct. Idem a Nicolao P. P. cautum in Cã. Episcopos, & à Gelasio in Cã. Plebs Ead. Distinct.

In ordinandis Clericis, (ait Cyprianus) solemus vos antè consulere, fratres charissimi, & mores ac merita seculorum communi consilio ponderare. Sed expectanda nõ sunt testimonia humana, cũ præcedant diuina suffragia &c. In Epist. Cypr.

Rufeus quoque cẽsuit Andegauensem & Cenomanã ecclesias Regaliæ obnoxias esse variis rationibus citatis in 1. Parte Præfationis Tract. Regaliorum. Sed hoc de profanis tantũ regalibus intelligendum vide-

cui summam Andegauus libertatem optarim, & eam, quæ verè dicitur, Hierarchiam, cogor inuitus antiquas Regum tabulas producere in mediũ, Andensis Regaliæ indices, testésque veteris Regaliorum possessionis in Andica diœcesi: Ne ego alioquin patriis indulsisse affectibus, aut Municipij mei Clero plura, quàm rerum gestarum fidei videar tribuisse. Quocirca Philippi Pulchri elogium De Andensi, ac Cenomaniæ Regalibus sic habeto: *Philippus &c. Nos deliberamus charissimo, dilecto, & fideli fratri Carolo Valesij, Alenconij, & Cenomaniæ Comiti, Gardias omnium Ecclesiarum, capellarum, & monasteriorum dictorum Comitatuum Andegau. & Cenoman. excepta Garda Ecclesiarum cathedralium Andegauiæ & Cenomaniæ, & quarum de garda nostra Episcopi existunt per priuilegium speciale, earúmque quas gardare consueuimus à tanto tempore, quod ius nobis acquisitum existat gardiandi easdem, exceptóque Regali nostro, prout Sede vacãte in Ecclesiis Cathedralibus antedictis per nos aut prædecessores nostros ab eo tempore, quo Comitatus Andegauiæ & Cenomaniæ ad bonæ memoriæ quondam Carolum Dei gratia Siciliæ Regem, & Comitem Comitatuum prædictorum deuenerunt, gardiari consueuit. Saluo tamen in aliis iure nostro* &c. Die Christi Resurgentis solemni Mense Aprili An. 1292.

batur, non de collatione beneficiorum, vt cõstat ex Transactione Francisci Rohani Andium episcopi cũ Francisco 1 Rege An. 1524. recitata à Magistro In suis Decision. Nisi Senat⁹ indistincte locum habere in Andibus Regaliam nuper iudicasset. Id quod a nobis animaduersum est Lib. 3 De Domanio Frãciæ. Tit. 19 In nostris Annotat. ibidem.

De Cenomaniæ Regalibus specialim percurre Regium Caroli 5. diploma 3. Nonas Decembres An. 1367. quod ad literã descripsit Phil. Probus Quæst. 53. in Quæst. Regaliorum.

9 QVATENVS præsides Ecclesiarum, aut Reges, sacra Sede vacua, teneantur seruare locationes sacrorum prædiorum, ἐμφυτεύσιν, aut dictas vectigali fundo pactiones, ostendimus suprà: Nunc vice versa de conductore Templorum videndum,

Neua fori quæstio, necdũ antea fortassis tractata in iudicijs, an resoluatur adium emptio vel lo-

catio, quas ſpectris infames eſſe allegetur.

Die 12. Iulij. 1575. Auctoris oratio in Senatu habita pro Daniele Macquarello, & Petro Pecqueto tutore Nicolai Macquarelli aduerſus Ægidiũ Bollacrum domus illorum habitatorẽ inquilinũ.

an & quo caſu liberum ei ſit à conductione diſcedere. Quid enim ſi ab inquilino Eccleſiæ proponatur, ſpectris infames ædes eſſe ac vmbrarum illuſionibus? Neque iis propterea ſibi frui licere, in quibus nulla nox ſine terrore aliquo tranſigatur. Quod de Caligulæ domo, poſtquam in ea occubuiſſet, vulgò iactatum eſt. Quæro, nũm talis facti ſit in Iudiciis recipienda probatio, quaſi eius rei periculum locatrix Eccleſia debeat prẽſtare? In hoc certè negotio Turonum prorætor litem inficialiter conſtituit, teſtibúſque mox inquiſita re, & defunctæ mulieris imaginum apparitione, diſſolui conductionem decreuit. 4. Iduum Quintilium. An. 1575. ſecũdum Ægid. Bollacrum domus conductorem aduerſus Danielem Macquarellum & alios quoſdam minores annis ædium proprietarios (in Turonenſis oppidi ſuburbiis) qui iiſdem fermè cum Eccleſia Priuilegiis vtuntur Iure Romano. Pro his itaque à Sententia prouocantibus, Nos in Senatu, Phantaſmata hæc allegantem inquilinum non eſſe audiendum. Atticos quidem Magiſtratus Græca credulitate Athenodoro præbuiſſe aures, qui noctu ſibi in conductitiis ædibus obuerſari ſtupendũ idolum aſſeruerit. Vnde poſcente eo, Areopagitæ domus locum quendã effodi præceperũt, vt collecta cadaueris oſſa publicè ſepelirẽtur. Teſte Plinio Epiſtol. Lib. 7. Aſt in Romana prudentiore Politea, ſi quis dixiſſet aliquid aut feciſſet, quo leues hominum animi ſuperſti-

Plinius eadem Epiſt. 27. Lib. 7. Epiſt. ad Suram ſuum, narrat, Curtio quum adiret Africam, ſpatianti in porticu oblatam fœminæ ſpeciem humana grandiorẽ pulchrioremque: obſtupefacto, Africam ſe vẽturorũ vatem dixiſſe: iturum enim Romã, honoréſque geſturum, atque etiã cũ ſummo imperio in eandem prouinciam reuerſurum, ibique morituram. Facta ſunt omnia, inquit. Præterea accedenti Carthaginem, egredientíque nauem, eadem forma in littore fertur occurriſſe.

tione

tione numinis terrerentur, non modò ipſi os occludebatur in foro, ſed & relegandum in inſulam diuus Marcus reſcripſit. Ex Modeſtino De pœnis. Eodemque argumẽto Petilius prætor Græcos libros de diſciplina ſapientiæ, qui reperti fuerant in agro Petilij ſcribæ arcis lapideis incluſi, cremauit palam ex auctoritate Senatus. Quemadmodum à Valerio ſcriptum eſt. Lib. 1. Sic minimè ferendi, qui in popularem fori conſpectum prodeuntes tetris ſpiritibus vexari genus humanum, variiſque deludi imaginibus aſſeuerent. Tametſi enim ante Chriſti tẽpora Ethnicis infeſtiores forent κακοδαίμονες, multiplicique mortales ſpecie perterrerent: Tamen Euãgelica luce colluſtrato Orbe Chriſtiano, defecit protinus Genij lucifugi poteſtas vna cum fallacibus malorum Demonum oraculis. Nã præter ea, que de oraculorũ defectu tradit Plutarchus, nota ſunt in hanc ſententiam Porphyrij carmina, licet Chriſtiani nominis hoſtis acerrimi, apud Euſebium Euangelicæ præparationis Lib. 5. cap. 8.

Ablata eſt Pythij vox haud reuocabilis vlli
Temporibus longis, etenim iam ceſſit Apollo,
Clauibus occluſus ſilet: ergo rite peractis
Diſcedas patria, & redeas ad limina ſacris.

Quare Demonum ludificationem præſtigiáſque obfirmate narranti indicendum ſilentium, & adſcribẽda potiùs ſenſuum perturbationi phãtaſmata, quàm certę humani impoſtoris illuſioni. Ita non animum modò, ſed nec corpus quidẽ credit Auguſtinus Dęmonum arte vel poteſtate in

Alexander 3. Scotorũ rex ſenex, quum tertio vxorem ſibi deſponderet, Dreydum Comitis filiã, & noctu feſtũ celebraretur, vidit cum Aulica famula, mortuũ in fine choreæ carnibus exutum ſaltantem. Quod cùm Rex caterique animaduerterent, attoniti primum ſubſtitẽre: deinde omen auerſati, non ſolum tũc, ſed & in poſterum dimiſerunt nuptiales tocos. Nec inaniter hoc viſum: Nam eodẽ anno rex inſidens equo impotenti, excuſſus & occiſus eſt: inde etiam clades & ſeditiones ortæ, quæ florentiſſimum alioqui regnum euerterunt. Sub annum 1250. Ex Hect. Boethio in Scotic. Annalib.

membra lineamentauè brutorum posse conuerti, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitãdo, siue somniando, per innúmera rerũ genera variatur, & cùm corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominum sensibus, ad aliorum sensum, figura corporea posse deduci: Eo vagæ mentis errore, vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia certè, at multo grauiùs vehementiúsque, quàm somno, suis sensib⁹ obseratis. Augustini Lib. 18. De Ciuitate Dei Cap. 18. Ita vulgo se habet humana infirmitas, vt cùm mortuum quisque viderit ἐν ὀνείρῳ, ipsius animam videre se arbitretur. Quum autem viuum pariter somniauerit, non eius animam, neque corpus, sed hominis similitudinem suis obiectã fuisse oculis haud dubitet. Quasi non possint mortuorum etiam hominum, eodem modo nescientium non animæ, sed similitudines quædam dormientibus obuersari. Teste Augustino In Lib. De Cura pro mort. gerenda. Quo loci idem refert, Mediolani cùm ageret, audisse se, quòd dum repeteretur debitum à quodam, defuncti patris cautione prolata, (quod inscio filio à patre iam fuerat persolutum,) tristari homo cœperit acerbiùs, mirarique patrem æris alieni ipsum non admonuisse, cùm etiam testamentum condidisset. Tunc nimis anxio fertur apparuisse pater eius in somnis, & vbi esset recautum, quo cautio vacuata fuerat, indicasse. Quo inuento iuuenis atque monstrato, non solùm falsi debiti calumniam detexit, verùm & paternum

Narrat Hierõ. Cardanus Lib. 16. Cap. 93. De Varietate rerũ, quòd in familia Torellorum, imprimis nobili ac inter primas Parmæ, solet videri in arce ab iis possessa anus quædam sub camino, quoties è familia aliquis obiturus est. Accidit autẽ, quãdam ex ea familia puellam ægrotare, mox conspecta anu, existimarunt omnes puellam perituram: at contra accidit, seruata enim est, sed alius incolumis repentè è familia mortuus est. Memorat & Cardanus hãc anũ, cuius nũc vmbra videtur olim fuisse prædiuitem, & ob pecunias interfectam à nepotibus suis, & in frusta diuisam proiectámque in latrinã. Edítque certissimam esse hystoriam, non fabulã affirmat

ternum recepit chirographum. Nec aliter contigisse, ibidem memorat Augustinus, quum Carthaginis Eulogius Rhetor, qui Augustini discipulus extiterat, Rhetoricos libros M. Tullij auditoribus suis prælegeret. Hic enim lectionem recensens, quam postridie fuerat traditurus, locum offendit perobscurum. Quo non intellecto, vix obdormiscere potuit, sed ea nocte somnianti Augustinus, quod non intelligebat, exposuisse sibi videbatur. Vti Augustino ipse narrauit, ex Insubribus in Affricam remeanti. At non ego (inquit ille) sed imago mea Eulogio obiecta est, ignorãte me, & tam longè trans mare aliquid aliud siue agente, siue somniante, & eius curas nil morante. Quomodo fiant ista, me latet: sed quomodolibet fiant, cur non perinde fieri credimus, vt in somnis quisque conspicetur mortuum, quo modo fit, vt cernat & viuum? Ambobus vtique nescientibus, neque curantibus, quis, vel vbi, vel quando eorum somniet effigiem. Similia vero somniis existunt nonnulla itidem vigilantium visa, quorum turbanti vagantur sensus, animúsque peregrinatur, vtpote phrenetica⁹n, vel quocunque furentium modo.

10 Hisce ergo argumentis oppugnabam Actione Forensi eius petitionem inquilini, qui ædium conductionem idcirco dissolui postulabat, quod terrificas δαίμονων species inhabitantibus noctu exhiberi affirmaret. Nam hunc vanæ opinionis errorem ex habitatorum vitio manare dicebam, nec sana cerebri, corporeíque habitus constitutione: Cuius factum ac periculum locator præstare non

Cardanus Mediolanensis.

ἐν ὀνείρῳ, i. in somnis.

His non malè aptantur Iamblica hæc, Quæcunque mentis agitat infestus vigor, ea per quietẽ sacer & arcanus refert veloxque sensus. Nam omnia quæ sensu voluuntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies.

Thomas Aquinas docet, diabolum efficere posse, vt imaginationi mortalium formæ aliquæ præsentẽtur imaginarie. 2. Quæst. 70. Art. 2. Duabus autem rebus id à demone constari posse scribit Augustinus, nempe sensus acrimonia & motus celeritate. Lib. De diuinat. demonum Cap. 3. & 5. Tũ Lib. De Spiritu & anima Cap. 28.

teneatur. Talia enim φαντάσματα male affectis corporibus repræsentantur, aut atra bile vexatis, somnóve oppressis grauiore. Vt ait Aristoteles De Somnio, Animalium Lib. 2. & de Motibus Animal. Cap. 6. Cui sensuum infirmitati accedũt crebro veneficæ prauarum mentium excantationes, hominis aciem sic perstringentium, vt Orco euocatas animas spectare te existimes.

Hinc mihi Massylæ gentis monstrata Sacerdos,
Quæ se carminibus promittit soluere mentes,
Nocturnósque ciet Manes. apud Vergilium.

Inde & Ouidiana Lamia syluas mouisse prædicatur, & iussisse tremiscere montes, ac mugire solum, manésque exire sepulchris. Eiusdem metalli sunt Maronis, Theocriti, & Catulli φαρμακεύσεις. Apuleius item sibi accidisse, vt sumpto veneno asinus fieret, humano animo permanente, declarauit. In Libris qui Asini aurei titulo inscribuntur. Quæ nugatoria quidem esse Augustinus asserit, vel tam inusitata, vt meritò iis fides abrogetur. Risit & hic mortui Samuelis euocationem, quasi Pythonicum opus. In Lib. Quæstionum veteris ac noui Testam. Ferunt rursus, Tullum Hostilium Regem ex Numæ monumentis eodem, quo ille, sacrificio Deos accire conatum magicis cantaminibus ac veneficiis: sed quia parum ritè quædam fecisset, fulmine ictum concidisse. Vt Plinius ex Pisonis annalibus recensuit. Quod ergo Brutus in Bello Ciuili territus sit spectro, id fortibus carminúmve præstigiis tribuendum, aut corruptis hominis sensibus. Nec diuersum de Iulij Cæs.

Theodori Byzantini ea sententia est, vires fortes nunquam vel raro spectra videre: quòd ipsi ob innatam cõstantiã hæc minimè imaginẽtur.

Rursus testatur Aristoteles, quòd absentib⁹ sensibilibus, Phantasmata remanẽt & imaginationes. Lib. 2. Animal. & inde ex motu locali formarũ sensibilium remanentiũ in virtute phãtastica, cum humoribus in quibus sunt, vt in subiecto, apparent aliqua quæ non sunt.

Verrius Flacc⁹, scribente Plinio, auctores posuit, quibus sibi persuadeat Romanos in oppugnationibus vrbium solitos ante omnia euocare per sacerdotes Deum oppidi tutelarẽ, eique viso eundem apud ipsos locum cultum-

lij Cæs. simulachro cẽsendum est, quod post mortem Cassio interfectori suo produnt apparuisse. Auctore Valerio Max. Fatuum credas mehercle Dionysium Syracusanum, cui paulo ante fatalem vitæ horam obuersata imago deformis metum incusserit, scopis domum verrens ac repurgans. Ex Plutar. Paria vagi animi ludibria recitat Plinius de Ruffo quodam, cui muliebris se figura obtulit, & attonito prorsus Africam se occinit futurorum prænunciam. In Lib. Epistol. Adde Philosophos illos (apud Agathium) ex Græcia in Persiam profectos visendi Chosrois Regis gratia, quibus patrium solum repetẽtibus noctu visum adstare spectrum, & mandare, vt quod reperissent insepultum cadauer, relinquerent inhumatum. Terram matrem omnium non admittere talem, qui suam matrem constuprasset. Ecquis porro dubitet, Arcadis merum extitisse somnium, quod dicitur, in Ciceroniana Diuinatione? Demus enim familiares duos Arcades, quum vnà iter facerent, Megaram venisse, quorum alter contulerit se ad hospitem, alter in tabernã meritoriam diuerterit. Eum tamen, qui in hospitio erat, vidisse in somnis comitem suum orantem, vt sibi cauponis insidiis circumuento subueniret, inanes sunt hę somniorum nugæ, aut Ethnicis facta à Dęmone impostura ante trãsitum Hellenismi ad Christianismum. Hoc etiam fabulæ commẽto inumbratum magis, quod

que, aut etiam ampliorem deferre ac promittere: Atque idcirco abditũ magna cura tutelarem Deum vrbis Romæ, ne quid simile, si in obsidionis discrimen adduceretur ciuitas, tentarent hostes.

Caio autẽ Graccho imminẽtis casus atrocitas per quietem denunciata fuisse existimatur. Sõno enim prẽssum Tiberij Gracchi fratris effigiem vidisse illum aiunt, dicentis sibi nulla ratione eum vitare posse, vt eo fato non periret, quo ipse occidisset. Id ex Graccho priùs, quã Tribunatiũ, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiuerunt. Ex Valer. Max. Lib. 1. Tit. De Somniis.

Simonides pariter cum ad littus nauem appulisset, inhumatúmque corpus iacens sepulturæ mandasset, admonitus ab eo, (inquit Valerius) ne proximo die nauigaret, in terra remansit: qui autem inde soluerant, fluctibus & procellis in conspectu eius obruti sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

idem Arcas alteri saucius oblatus obsecrarit, vt qui vitæ suæ auxilium ferre neglexisset, neci saltem vltionem non negaret. Fatebar certè, mortuorum animas Diuino nutu excitari posse, & Παντοκράτωρι Θεὸ nihil non peruium esse ac facillimum, vt scitè tradit Iacobus De Clusa. In Tract. De Apparitione animarum. Nec inficior, Theodoricum Gothorum Regem pauore consternatum, tetrica ei Symmachi obiecta specie, quem paulò antea sceleratè necandum curarat, si Procopio fidem habemus. Mihi quoque non probatur Epicureæ sectæ iudicium, Spirituum phasmata irridentis. Sed perrarum istud humanúmque superans captum, disserebam minimè esse in ciuili allegandum Foro, nec in publicis mortalium actionibus recipiendum: Ad hanc præsertim hypothesin Christiano dogmate accommodato *Spiritus vadens, & non rediens.* Quamuis itidem pestilentis domus iusta sit redhibitio, venditionísque ipsius rescissio, Vlpiani lege. Etiam in fundo ϖ. De Ædilit. Edic: secundum M. Tullij sententiam Lib. 3. Offic. Id tamen de corporeis vitiis ac pestifera corporum lue intelligendũ, non de animi vitiis, quorum hic disceptatio est: Quibus etsi scatere domum opponatur, nullum redhibitioni locum superfore ex Edicto Ædilium Curulium, respondit Vlpianus in L. Ob quæ vitia. §. animi autem vitium, & §. In summa, siquidem animi tantum vitium est, redhiberi non posse π. De Ædilit. Edict. Instabam præterea, durum visum iri, si temporaria ædium pupillarium locatio dissoluatur hoc colore,

Eandem duorũ Arcadum fabulam dicã an Historiam descripsit Valer. Max. Lib. 1. Cap. 5.

ï. Omnipotenti Deo.

Mario visum est ante obitũ, quendam hoc perpetuo carmẽ auribus succinere ipsi°. Δείναι γὰρ κοῖται καὶ ἀποιχομένοιο λέοντος.

Quin & Constãtinus Cæsar magni Constãtini filius recẽsuit, se speciem quam antea in secundis rebus sæpe lætam vidisset, tunc cùm ægrotaret, vidisse mœstã & lugẽti similem.

Quasdam & vmbrarum figuras falsásque imagines sibi, suáque ætate aliis apparuisse testatur Alexander ab Alexandro, propositis aliquot exẽplis Genial. Dier. Lib. 2. Cap. 9. & Lib. 3. Cap. 15. & 19.

colore, quia ostentis infamis proponatur, vmbrarúmque illusionibus.

II ECONTRARIO autem, à parte inquilini suggerebatur, ipsius libellum supplicem ideò reiectũ non fuisse à Turonum suppræfecto, quód varia spectra nonnunquam ædibus infesta narrentur, earúmque habitatoribus. Sic dira species Cimoni Atheniensi se obtulit, & Didus figura Æneæ, iuxta minacem hunc versiculum, Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Ita Heraclæo (apud Pausaniam) sacra peragenti εἴδωλον Cleonicæ virginis Byzantiæ prædixit fore, vt breui Spartam reuersus, à malis omnibus liberaretur. Dormienti enim totas noctes imago puellæ obuersari, & hoc poëma occinere visa est: τεῖχε δίκης ἆσσον, μάλα τοὶ κακὸν ἄνδρασιν ὕβρις. Quam præmonitionem secutus est euentus. Mox enim vbi rediisset in patriam, quum conuictũ eum de coniuratione in suos cum barbaris inita ciues mulctare statuissent, ipse periculum vitaturus in phanum se proripuit Palladis Chalcedoniæ: Sed conclusus in eo ac circumsessus paulo post fame contabuit. Illud quoque carmen Antonino Bassiano Caracallæ repetiuit ostentum formidabile obiectum specie Commodi Imperatoris. Ne silentio obiter transmittatur Thessala venefica Erichtone, à qua mortuus euocatus Sex. Pompeio exitum Pharsalicæ pugnæ denunciauit. Ex Lucano. Hodie etiamnum Septentrionales Pop. crebrò diuersi generis portentis circumfunduntur. Teste Olao Magno Hist. Septentrional. Gent. lib. 3. In Cap. De Eluarum ï. Spectrorum no-

Cimoni Atheniensi classe pugnaturo in Cyprios aut Ægyptios horrenda species in somnis visa apparuit, canẽ quãdam in eum lacessitam latrare: inter latrãdum vero humana voce admixtum hunc versũ edidisse: I mihi téque meis catulis facturus amicũ. Cimoni, quidnam hoc phasma portẽderet, ambigenti, Astiphylus Posidoniates vir vaticinij peritus, mortem ait hanc sibi speciẽ præsagire. Vt auctor est Plutarchus in Cimone.

Legimus etiam in Phygalia Arcadiæ ciuitate fuisse ψυχαγωγὸς, à quibus occulta sciscitari ac futura, vsu receptum fuerit.

cturna chorea. De quibus eam concepêre opinionem Gothi, quòd eorum animi mortalium, qui se corporeis voluptatibus dederunt, earũque se quasi ministros præbent, impulsúque libidinum diuina ac humana iura violant, corporibus illapsi circum terram ipsam volutẽtur. E quorum numero credunt eos esse, qui se adhuc nostro seculo ministeriis hominum addicunt humana effigie, noctu-rnis horis laborantes.

Extant quoque in Scoticis Boethij Annalibus varia tetrarum & terrificarũ apparitionum exẽpla apud Scotos.

Arestũ Curiæ Die 6. Mart. 1576.

CAVSAM demum publicè actitatam Patres consilij esse pronuntiarunt, inquilino interim locationi stare condemnato, cuius partes Natalis causidicus nostris aduersas defenderat. S. Cõsulto Pridie Nonas Martias An. 1576. qui annua Hilariorum celebritate clarior illuxit dies. Ex hoc autem Curiæ decreto obseruanda Ciuilis Politiæ prudens cum Religione consensio, ac velut consociatio, Reipub salutaris. Istic enim Senatus meritò suspẽdit ea de re iudicium, ad sacram disciplinã pertinente: ne quid ex iis fortè nouaretur, quæ Ecclesiasticæ sunt professionis & cognitionis. Politicum verò priuatæ controuersiæ caput, quod in temporaria ædium locatione positum erat, à Patribus definitum est ad ciuilem hominum inter ipsos societatem mutuis commerciis deuinciendam ac retinendam. Pari modo, Romana stante Repub. cum Licinia virgo Vestalis Aram & Æ-diculam sub saxo sacro dedicasset, eam rem Sextus Iulius prætor auctore Senatu retulit ad Collegium Pontificum: Vnde P. Scæuola Pont. Max. pro Collegio respondit. *Quòd in loco publico Licinia*

Similiter cùm Romanus Senatus olim decretum tulisset de libri Sybillini receptione, Tiberius Cæs. literis Patres cõmonuit, dũ illud S. C. faciebant, debuisse meminisse, à maioribus, post crematum Sociali bello Capitolium, quæsitis vndecunque Sibyllæ carminibus, datam fuisse Sacerdotibus curam, vt vera à falsis discernerent, id óque nunc etiam notioni Quindecimuirũm libriũ illũ subiici. Apud Tacitum Annal. Lib. 5.

Licinia C. F. iniussu Populi dedicasset, Sacrum non videri. Itaque Senatus Pontificum auspiciis negotium dedit Vrb. Prætori, curaret sacrum ne id fieret, & vt si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, eraderentur: ne ex ea consecratione minùs ritè facta vllum literarum extaret monimentum. Sicuti à M. Tullio scriptum est. Pro domo sua. At nostra ætate nonnulli, dum Politicę Magistratus functioni miscerent Religionis negotia, & specioso Politicon titulo pugnantes de Religione sententias confusim admitterent, communem Populi tranquillitatem, publicúmque Regni Statum omnino conturbarunt. Politici quidem vocabulum per se præclarum ac illustre est, eúmque significat, qui in Ciuili Prouinciæ administratione prudenter se gerit, consiliáque sua omnia ad communem vtilitatem dirigit. Quoniam tamen primores aliquot togati, pro eo quod Ecclesiæ incolumitatem ac quietem, velut Cynosuram propositam ante oculos habere debebant, contra, regendæ Ecclesiæ rationem inflectere ad temporariam Politiam studuerunt, atque interim, vt honesto in speciem nomine turpissimum fucarent institutum, Politici haberi voluerũt: idcirco factum est, vt apud multos infamiam sibi vox ista conflarit. Hinc enim velut quædam adiaphoria exurgit, per quam eo tandem homines adducuntur, vt de Orthodoxa Fide tantum duntaxat suscipiendum sibi putent, quantum cum publica pace, ac sine vllo dissidiorum nouarúmque rerum discrimine suscipi possit. Nec hodie solùm, sed priscis etiam seculis hu-

In Politices nostri seculi.

Adiaphoria, indifferẽtia, vt ita dicam.

Religiose admodũm Religionis causa versandum est, ac de ea quicquã

humanæ obtẽtu Politiæ nouare periculosum. Quod satis indicat Sozomen. Lib. 1. Cap. 4. Tripart. Hist. vbi Alexander Cõstantinopolitanus, cum quidã Philosophi in Christiana dogmata disputarent, persuasionem suam Ethnicã mordicus asseretes coram Imperatore, in nomine Christi operatã esse virtutem corã eodem Cæsare, imperauitque maximo eorum philosopho tanta spiritus virtute, ne loqueretur, vt subito os illius obstructũ sit.

iusmodi Politici in optimos Sacrorum Præfectos, veréque Antipoliticos varias turbas concitarunt. Nam hoc ipsis exprobrabant, eos peruicacia sua rixandíque libidine, diuina omnia atque humana peruertere: quòd de controuersis fidei articulis ne tantillum quidem sibi extorqueri paterentur, nihil publicæ concordiæ dare sustinerent, magísque contentionis studio aduersus Arrianos ferrentur, quàm pietatis zelo: A quibus nimirum non nisi in exiguis paruíque momenti rebus dissentirent. Sed quum in negotio fidei nulla iusta esset Ciuilis Potestatis cognitio ac disceptatio, (vt Ambrosius ad Cæsarem scripsit,) antiqui Hierarchæ nõ cesserunt Politicis illorum obtrectationi, nec literulam quidem vnam concessêre, quæ ad comprimenda Religionis dissidia ab ipsis petebatur. Recte enim Basilius in colloquio cum Modesto Valentis Præfecto egit his verbis, apud Theodoritum. Qui sacra doctrina sunt imbuti, nullam vel syllabam diuinorum dogmatum prodi sinunt, sed in eorum defensionem, si opus sit, quodlibet mortis genus libenter amplectuntur. Hist. Lib. 4. Cap. 17. At longiùs paulo digressi, ad institutam rerum sacrarum alienationem redeamus.

Bellouacẽsi Cõcilio Precariæ singulis lustris renouari debẽt, ex auctoritate vetustæ Ecclesiæ consuetudine. Cap. 1. De Precario.

PRECARIÆ iure nihilo magis permissum est 13 sacros fundos mancipare quàm Emphyteutico, aut perpetui lege vectigalis. Vt Carthaginensi Cõcilio sancitum est Can. De Precariis 10 Quæst. 2. & Mediomatricũ Synodo in Can. Precariæ Ead. Cau. & quæst. Permultis tamen Ecclesiis Precariæ vsus increbruit, ísque Canonicos inter ipsos, vt in fratrum

fratrum consortium adscito subinde præbeantur Ecclesiasticæ possessiones cum onere modici æris annui, tandiu ab eo detinendæ, quandiu in sacro illo Sodalitio conscriptus permanserit. Hunc morem in summa Turonum Æde receptum didici, & dixi propalam in Senatu aliquoties publica Actione pro Turonẽsibus Canonicis. Annum circiter 1569. Eodem refertur Symmachi P. P. rescriptum de huiusmodi Precariis ad Cæsarium fratrem. Can. possessiones 16. Quæst. 1. Et quòd in Agathensi Præsulum consessu decretum ea de re concinnauit Gratianus. Can. Clerici 16. Quæst. 4. Neq; ab his procul distant Priuilegiarij Codicilli Martiniano Turonum Clero irrogati à Lucio 2. Rom. Pontif. in hanc sententiam. *Lucius Episcopus &c. Capitulo Ecclesiæ B. Martini Turonensis &c. Ecclesiam B. Martini Turonensis, in qua diuino vacatis officio, quæ vtique ad ius & proprietatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ nullo mediante noscitur pertinere, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: Statuentes, vt quascunque possessiones Ecclesia vestra iustè & pacificè possidet, aut in futurum concessione Põtificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Ecclesiam &c. Et nemini liceat ea, quæ ab Ecclesia vestra ad censum vel in feudum tenentur, aliis nisi eiusdem Ecclesiæ Canonicis vendere, vel alij Ecclesiæ concedere, seu etiam comparare, dummodo eas Canonici pro communi vtilitate comparare voluerint, aut e-*

Precariæ iure Ciuili incognitæ conceduntur iure Canonico ad certum tempus, prout partes conueniunt, nec possunt ante id tempus reuocari. Cap. vlt. De Precar.

Rescriptum Apostolicum de Priuilegiis Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Turonẽ. Die 21. Maij. 1184.

Enumeratio particularis bonorum & Ecclesiarum ad Martinianos Turonũ Canonicos pertinentium.

tiam priuata: Ita quidem, quod inde tantum dare Ecclesiæ vel venditori debeant, quantum alius sine fraude & dolo dare voluerit &c. 12. Calend. Iunias An. 1184.

Qualiter instrumentũ super alienatione rei Ecclesiasticæ dictandum sit, explicat speculator propositio facti exẽplo In Tit. De locato.

QVÆVIS alienatio Ecclesiastici prædij ita demum valet, si duo concurrant: Vnum, vt iusta legitimáque prę̃cedat causa. Alterum, vt ordo formáque præscripta Iure Pontificio accuratè obseruetur. Formula quidem Pontificiæ Legis hæc est, diligens tractatus commercium fundi antecedẽs, & communis deliberatio Cleri, ï. collegarum, qui canonici vocantur, si Ecclesia collegij nomine insignita sit, deinde vt omnium consensus, aut certè maioris partis adhibeatur. Quibus omnibus superioris Antistitis subiungatur auctoritas. Carthaginensi concilio 4. Cap. 32. Alioqui suprema etiam morientis voluntate nec licita est sacerdoti fundorum templi alienatio, nec cœnobitæ mobilium rerum suarum largitio. Quemadmodum Senatus districtè iudicauit aduersus legatarios Flandrici Præceptoris è sacra illa Melitensium Equitum familiâ, quatenus vltra eum peculij modulum testatus erat, intra quem ipsi duntaxat testandi venia gratiáque facta fuerat à Magistro sanctæ Militiæ Hierosolym. Memorabili S. C. quod purpurea in toga populo recitatum est, proximo Resurrectionis Die An. 1565. Planè in legato pauperibus relicto ab eiusdem Milite Societatis, Curia censuit pleniùs deliberandum ex Testamentariis tabellis Fr. Nicolai Durandi equitis Rhodij. Placito pridie Calend. Februar. hoc Anno 1577. Fonteneo, Melitensis Ordinis, & Brissone patrono Regio,

Decretũ Curiæ de legatis factis à Commendatore Flãdriæ Equite Hierosolym. Inter Arresta Paschalia An. 1565. D. Hectore, Regis in Curia Consiliario litis enarratore.

Arestum Die vlt. Ianuar. 1577. super testamento sacri Equitis vulgò dicti De Villegaignon.

no Regio, Pauperum, causam agentibus. Mireris autem, cur quum profanarum Ecclesiæ possessionum alienatio legibus rata non sit, nisi quam solemne Ecclesiæ iudicium anteuertat, matrimonij tamen sacramentum probarit Senatus, cui nec solemnis Ecclesiæ assensus connubio suffragabatur, nec publica in Templo præconia interceſſerant. Atqui Hormisdæ Pontif. decreto vetantur occultæ Christianorum nuptiæ, nec aliter iusta fore cõiugia sanxit Euaristus P.P. quam si sponsi pia precatione lustrentur à Sacerdote, & Ecclesiastici de eo ritus custodiantur. Vt refert Yuo Carnotensis Lib. 8. De legitimis coniugiis, & Euaristus Epist. 1. ad Africanos Episcopos Can. aliter 30. Quæst. 5. In Gallia potissimum exosas esse clancularias nuptias nec auctoritate Ecclesiæ celebratas, indicat Arelatense Concilium Cap. 6. In Can. Nullum sine dote fiat coniugium, nec sine publicis nuptiis quisquàm nubere vel vxorem ducere præsumat 30. Quæst. 5. Nihilo secius Patres Parisienses hęreditatem liberis addixerunt ex clandestino editis connubio, nec solemni Ecclesiæ denunciatione adprobato, nec lustratis salutari carmine per presbyterum coniugibus. S. Consulto Pridie Nonas Februar. An. 1576. quum in 4. classe Inquisitionum dirempta fuisset primùm ancipiti certamine disceptatio, & calculi iudicum adæquauissent. Litigatorum nomina, Matthæus Brunellus liberorũ tutor Lupi Samphalei, & Amedeæ Ruilliæ: Ediuerso Lothus Boncuallus, Iohannes Lan-

Eadem propemodum fori quæstio à nobis discussa est ẽ. *Lib.* 2. *In Tit. De Lege Diœcesana. Num.* 3. *vbi de Tridentino Concilio in hanc sententiã locuti sumus.*

Notabile Arestum Die 4. *Februar.* 1576. *pro liberis ortis ex matrimonio, quod nulla Ecclesiæ banna præcesserant, nec sacra presbyteri benedictio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

harius, & Ancienuilla filiorum Franciſcæ Samphalæ tutor.

Si quis receperit emphyteuſim pro ſe & filiis maſculis & fœminis, æquo gradu ad eam veniunt filiæ cũ maſculis, nõ ſucceſſorio ordine poſt maſculos: licet ordine literæ maſculis poſtpoſitæ, & in feudũ nõ niſi deficientibus maſculis fœminæ admittantur. Cap. 1. §. filia verò. Tit. Epiſcopũ vel Abbatem In vſib. feud. Et de ſucceſ. feudi. Ibidem. Cynus in l. liberti Cod. de oper. libert. Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. D. Eod. Tit.

Placitũ Curiæ Die 18. April. 1576.

Ludouicus Roman. hoc iuris problema diligenter excuſſit in Conſil. 194. de auunculo quomodo ſuccedat cum nepotibus. In Regali autem & aliis inſigniorũ feudorum dignitatibus ſuccedatur necne repræſentationis iure, ſpectanda conſuetudo. Text. In Cap. vlt. De alienat. feu. quem allegat Bald. In Cap. 1. De feudo Marchiæ. Doct. in Cap. 1. §. Præterea De Prohib. feud. alienat. per Feder.

PENDENTE ſacra Emphyteuſi, Licinia emphyteutę filia bonis paternis renũciauit dotali Inſtrumento. Diem functo patre, filia partem ſibi depoſcit Eccleſiaſtici fundi, quem pater ſibi ac liberis fruendum emphyteutica lege acceperat. Pro filia pugnabat vulgata Theſis, repudiata hæreditate Emphyteuticos agros ſeu clientelares haud propterea repudiatos videri, eos ſcilicet, qui liberis iure ſanguinis deferuntur. Vt ſenſit Bartolus In L. Item videndum §. nunc videamus. ff. De petit. hæred. Bal. in L. qui ſe patris. Cod. Vnde Lib. & Reſponſo 287. Volu. 4. Per hunc modum filia, quæ paternæ renunciarit ſubſtantiæ, nõ excluditur à dote materna. Eam quippe, vt æs alienum condicet ac præcipiet, quo nempe deducto, bona demum intelliguntur. L. Prætor §. Emancipati ff. De Collat. bonor. Contrariæ tamen partis ſententia placuit Ampliſſ. Ordini, filia Emphyteutici etiam arui petitione ſummota. Decreto 14. Calend. Maias An. 1576. Cuius rationem hanc eſſe coniicio, quod multum interſit, hæreditatem necne filia repudiet, an bona paterna: Illo caſu ad emphyteuſim admittitur, hoc autem, cenſetur bonorum omne genus à ſe promiſcuè abdicaſſe. Iaſ. in prælud. Feud. Col. 1. Bald. in L. Quoniam nouella Cod. de Inoff. Teſtam. Ponamus verò, Eccleſiaſticam emphyteuſim Mæuio conceſſam & hæredibus ad nonageſimum vſque eius ſeculi annum: Quæritur, an intra id temporis vni

ris vni ex Emphyteutæ familia mortuo ſuccedant patrueles inuicem aut conſobrini in capita, an verò in ſtirpes. Patrum repræſentatione videbatur ſuccedendum: Quia talis Emphyteuſis non modò nepotibus Emphyteutæ adſcripta eſt, ſed eius hæredibus nominatim, & hæreditario, non liberorum nomine. Quocirca patriis hæreditatum legibus diuidundas quoque putes emphyteuticas poſſeſſiones, liberorum videlicet ſubrogatione in parentis locum Moribus introducta. At diuerſa opinio longè plures habet aſſertores. Ex ſubtili diſtinctione Iulij Pauli Libro Sententiarũ 7. quam hoc loco libuit attexere: Si ſit frater defuncti, & fratris filius, & nepos, * fratres & non exiſtentes. * filius fratris nepoti prę fertur. Sed ſi duorum fratrũ ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hęreditas diſtribuitur, ſcilicet vt pro numero Singulorum * virium diſtribuatur hæreditas. Sub Tit. De teſtamentorum ſucceſſionibus. Ex Fragmentis Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaij, Modeſtini, aliorúmque veterum iuris auctorum. De eadem hac quæſtione pluribus egimus Lib. 3. noſtri Tractatus De Priuilegiis Ruſticorum.

Non omnes cõueniunt, legem 2. Cod. de Reſcind. locum habere in contractu emphyteutico. Nam Iaſon in l. 1. Cod De iur. emphyt. cenſuit tales contractus ex enormi læſione non retractari. Cæteri cõtrà, in d. l. 2. & Specul. in Tit. De Locato.

16 PRIVATVS aliquis ſi in Emphyteuſi Eccleſiaſtica circumſcriptum ſe probet, alióve contractu cum Eccleſia inito, perinde reſtituitur in integrum, vti Eccleſia aduerſus priuatum. Salicetus & Caſtrenſis in L. 2. Cod. De Reſcind. vendit. Arg. cap. Cùm dilecti De empt. & vendit. Contra Brixienſis iudicium gloſſographi In Can. Hoc ius porrectum 10. Quæſt. 2. Sed longè am-

plior Eccleſiæ patet ad reſtitutionẽ via, quàm priuato cuique. Nam certus de pretio venditor, aut alius quiuis alienator non iuuatur Reſtitutionis auxilio. L. Maioribus In verb. perperam Cod. cõmun. vtriuſ. Iudic. L. 1. Cod. Si minor maior factus & ibi Accurſ. Bart. in d. L. 2. Cod. De Reſcind. vendit. Secus verò in Eccleſia, cui non eo minus legum ſuffragia indulgentur, quod templi Præfectus, qui alienauit iure Emphyteutico, iuſtam rei æſtimationem tum calluerit. Ex Baldo in d. L. 2. Priuato item non quælibet circumuentio præbet reſtitutionis cauſam, ſed quæ iuſti pretij dimidiam exuperet. Quum & in profana Emphyteuſi ceſſare Legis 2. beneficium exiſtimarit Innocentius Pontificij iuris interpres. In Cap. Cùm cauſam. De Empt. & Vendit. Argum. cap. Conſtitutus De Relig. domib. Et Specul. in tit. De Empt. & vendit. §. Sed nunc dicendum. Verſic. quid de conceſſione in Emphyteuſim. Eccleſię autem, Iure ſuccurſum eſt aduerſus grauem quamque læſionem in Emphyteuſi adhibitam..

Habito reſpectu ad verũ valorem rei datæ in emphyteoſim poteſt quis aliquando eſſe deceptus vltra dimidiam illius valoris: Et tamen ex eo non eſt locus reſciſioni emphyteuſis ex capite legis. 2. Cod. De Reſcind. vend. Et ita intelligitur opinio Innocẽty & Specul. Aut verò quis eſt deceptꝰ vltra dimidiũ iuſti pretij habito tantùm reſpectu ad valorẽ iuris emphyteutici, & ſic vtilis dominij & naturalis poſſeſſionis quæ tranſit ad emphyteutam: & eo caſu habet locum dicta L. 2. in Emphyteuſi. ita diſtinxit Antõ. Butr. In Cap. Cùm dilecti De Empt. & vendit. Pantaleon De Crema in Repetit. d. leg. 2.

Avdio tamen Senatum in varias de eo ſen- 17
tentias diſtractum fuiſſe patrum memoria, quum alia Curiæ Inquiſitionum claſſis tales pactiones comprobaret, indicto ſolum pretij ſupplemento: alia ob neglectas Canonum formulas contractum purè reſcinderet. Quoad noſtrũ de hoc iudicium attinet, ex vſu forenſi percepimus, Curiam pro mera Eccleſiæ reſtitutione in integrum pronuntiare frequẽtius: Regio nimirũ Senatu ſolẽniũ canonicorum vindice, ac Politico Sacræ Oeconomiæ

miæ ſeruatore. Iiſdem de cauſis in Thracio Imperio Alexius Comnenus Cæſar ſanxit *Aurea Bulla* Eccleſiaſticas facultates, quarum & protectorem ſe profeſſus eſt, cœleſti ad id præſidio implorato, in hæc verba: Ne quis poſthac ſacra bona temerè attrectet, etiam ſi vel Cadmea neceſſitas vrgeat: Ne manus impuras ſacris rebus iniiciat, ne prophana ex diuinis dinodia fiant, dum in publicos vſus circumferuntur. Quúmque inter Deum & homines ſit interſtitij loco poſitum, quod nullus, ſi modò pius fuerit, tranſgredietur, homines quidem rebus noſtris vtemur fruemur: Deo autem ſarta tecta manebunt quæcunque illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſſimis contingent. Quòd ſi quis, Domine Deus, in poſterum manus ſacris & diuinis dinodiis, vtenſilibus, & vaſis, quæ ſacris olim ac venerandis tuis dicata Templis, vel in futurum dicanda fuerint, admouere auſit, is ne lumine in die viſitationis tuæ fruatur, ne Sol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſtic diuina protectione gaudeat, ſed vbique deſpectus à te, deſertúſque iaceat. Cæſarea autem hæc Oratio S. S. Patrum Bibliothecæ inſerta vulgò lectitatur. Proinde nec Conſtantini Auguſti damnanda in Eccleſiam munificentia eſt: qua tamen, velut ex Pandoræ pixide, virus in Eccleſiam ſparſum nonnulli ſcriptitarunt. Vnum porrò diligenter explorandum, ne viri Eccleſiaſtici piorum Principum donatione, quæ Numinis cultui addicta eſt, ad luxum deliciáſque abutantur.

De rebus Sacris Aurea Bulla Alexij Coneni Byzantiorũ Imperatoris.

Ex Sacra Bibliotheca ſanctorum Patrũ.

De donatione à Conſtantino Mag. collata in Sylueſtrum Romanæ Eccleſiæ Pontificem.

An bona Ecclesiastica, inscio nec assentiente Ecclesiæ patrono, alienari possint.

ATQVE ex eo summorum Heroum in res Ecclesiasticas studio censuerunt plerique, templorum prædia, quæ Regio, inferioríve Dynastæ patrocinio subiacent, alienare ius non esse, nisi consentiente patrono. Imola in Cap. 1. De Reb. Eccles. non alienand. in 6. Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. In Tit. de emptione §. nunc dicendum restat. Versic. cæterum. Decius Respon. 174. Cardin. in Clem. 1. De Decim. Nam & sacrorum antistites profanis patronis indulserunt, vt in extruēdo cœnobio ac dotando legem dicerent spiritalibus, sacríque Ecclesiæ fructibus, nedum profanis: Quo Regni primates ad publica pietatis opera feruentiùs accenderentur. Ita ordinanti muliebre cœnobium patrono Fulconi Andium Comiti subscripsit Diœcesanus pontifex, vt liquet autenticis vtriusque Tabulis, Andium & Reguli & Episcopi, quas nos istîc subiecimus: *Ego Fulco Andegauorum Comes, & Hildegardis coniunx mea, necnon Gaufredus noster filius, hanc B. Mariæ Basilicam vsque ad fundum erutam à fundo paulo nobiliùs reduximus ad integrum, reseruato tamen altari, quod vsque in præsentem diem apparet desubtus in cryptis, in quo B. Melanius in Quadragesimæ capite sacrato Christi corpore missa expleta electo Dei Albino, Victori, Launo, Marso eulogiam fecit, & ob hanc causam abhinc locus iste nomen Charitatis obtinuit. De quibus B. Marsus paulò abstinentior eulogiam in sinum ab ore deiectam in idrum statim vehementissimè conuersam Domini seruo Melanio in ipso reditu celare non potuit. Hanc itaque Basilicam Domini filij sui in præsens virtutibus ac mirabilibus signis*

18

An verò beneficius imposita pensio valeat citra patroni cōsensum, disputauimus ſ. Lib. 1. Tit. 4. & Lib. 3. Tit. 2.

Literæ fundationis Monasterij B. Mariæ Roncereæ in vrbe Andegauēsi. Quæ de fundatione adnotauimus quædam ſ. In Tit. De Decimis hoc Lib. 3. ac nominatim quo die & anno Roncereum monasteriū à Fulcone Nerra fundatum sit.

bus signis præclaram eidem B. Mariæ Virgini in cōmunem animarum nostrarum salutem ab Humberto venerabili Præsule solemniter fecimus dedicari, memorato Episcopo volente & concedente: Statuentes ibi 4. esse sacerdotes ad seruiendum deo nocte & die & Monialibus inibi habitantibus, vnicuique presbyterorū domum suam vbi manent donantes, vineas, prata & tertiam partem decimæ eiusdem parochiæ &c. Consilio autem præfati Andegauorum Episcopi, & admonitione statuimus, vt oblationes, quæ ad presbyterorum manus in celebrationibus missarum delatæ fuerint, per medium inter prædictos presbyteros, & Moniales æqua sorte diuidantur. Cæteræ verò oblationes ad eandem Ecclesiam quoquo modo delatæ, quas sacerdotes manibus in celebrationibus missarum non receperint, propriæ erūt Monialium absque parte alicuius. Candelæ verò & cæteræ luminaria, vndecunque venerint, similiter absque alicuius parte Monialium erūt. Beneficia verò, quæ de sepulturis mortuorum euenerint, de animalibus detergenariis, de septimalibus, de missis defunctorum, de missis etiam quæ priuatæ vocantur, de baptisteriis, de confessionibus, de omnibus beneficiis, quoquo modo adueniant, per medium inter presbyteros & moniales diuidentur. Visitationes verò presbyterorum sint. Qui verò de facultatibus suis Ecclesiæ B. Mariæ & monialibus aliquid donauerit, proprium monialium erit. Qui verò presbyteris determinatè donauerit, proprium presbyterorum erit &c. Dum verò memorata Ecclesia in honorem B. Mariæ à iamdicto Andegau. Episcopo Humberto dedicaretur, de facultatibus nostris, prout suppetit ad præsens, eidem Ecclesiæ contulimus, & in manu Episcopi posuimus. Donauimus igitur huic sanctissimo loco

40. arpennos vinearum prope eundem locum sitos ad fossas super Ligerim, 30. arpennos pratorum &c. Anno Gratiæ ab incarnatione Christi 1028. Pridie Iduum Iuliarum. Congregata ad tam solenne gaudium multitudine Andegauorum, Hubertus Andegau. Episcopus Monasterium S. Mariæ Charitatis, virginibus ibidem ad diuinum seruitium dispositis, festiua dedicatione consecrauit, & omnia eidem monasterio collata & conferenda Episcopali auctoritate confirmauit, & terminos parochiæ eiusdem monasterij communi assensu sui Capituli instituit atque concesit.

Ex quibus haud obscurè elicias, in Ecclesiastico prædio distrahendo nec spernendum esse omnimodo Patroni consensum, & Præsulis fundationum auspicis arbitrium confirmationémque implorandam. Nempè vt diœceseos Antistes, in qua est alienatrix Ecclesia, non in qua res distrahenda sita est, auctoritatem interponat alienationi. Baldus In Autent. Hoc ius porrectum. Cod. de sacros. Eccles. Innoc. In Cap. Pastoralis De Priuil. Felynus in Cap. Dilectus 2. Col. 6. Vers. 7. De Rescr. Tametsi in diuersam opinionem procliuior sit Glossematarius In Can. In venditionibus 17. Quæst. 4. Eius nimirum auspicia Episcopi requirenda, cuius in sacra ditione venalis fundus contineatur. Arg. L. Si prædium Cod. De Præd. minor. Roman. Responso 250. De quibus copiosè Rebuffus secundum alios plerosque In Compend. Alienatio. Rerum Ecclesiast.

In hũc sensum apprimè confert Glo7a In §. Necnõ in verb. omnibus De Concubinar. In Prag. Sanct. Nã & decretũ super agri pupillaris alienatione interpositum extenditur ad rem sitã extra territorium decernẽtis, L. Magis puto §. illud π. De reb. eor. Et iudex ratione cõtractus decernit missionẽ in possessionem bonorum alibi sitorũ Cap. Romana §. cõtrahentes De foro compet. in 6.

TITVLVS.

TITVLVS. 8.

DE AVCTIONARIA SACRI prædij Venditione.

1. *Publica sacrorum aruorum auctio in causam sacri belli Francici.*
2. *Regia Edicta alienandæ rei Ecclesiasticæ.*
3. *Solennitas ei alienationi Francicis Edictis præscripta.*
4. *Quanta Principi cura incumbat in rerum Ecclesiæ tuitionem.*
5. *Filium egeni patris captiui debita exoluere cogi.*
6. *An Ecclesiæ, vel minori aduersus decretum publicum detur in integrum restitutio.*
7. *De Rethelensi Comite, an & apud quos titulo Paris Franciæ ornandus sit.*
8. *Antiquæ Literæ Parriatus Francici Rethelensibus Comitibus impositi.*
9. *Priuilegium exemptionis Mercatorum frequentantium Ligerim amnem.*
10. *Nûm ex tali Priuilegio generali præiudicium fiat antiquo Ecclesiarum iuri.*
11. *Ecclesiastici fundi alienatione grandes arbores earúmque cæsuram non comprehendi.*
12. *De Syndicis Ecclesiæ.*
13. *In morum corruptelam præsentis Ætatis.*
14. *Politicum rescriptum Philippi Pulchri de Clericis & Re Ecclesiastica.*
15. *Pœnam commissi non vsquequaque in hæredem Emphyteutæ locum habere.*
16. *Ecclesiastici feudi redempti pretium inter hæredes emptoris ex æquo esse partiendum.*
17. 18. *Simplici alienationis permissione ordinarias solennitates remissas non videri.*
19. *In quibus actibus, Papæ vel Episcopi solius confirmatio requiratur.*
20. *Principum officium in iuribus Ecclesiasticis conseruandis.*
21 *Epilogus Lib. 3. totiúsque Operis.*

Nouellæ Constitutiones Politicæ Gallici Regni in alienatione Rerum Ecclesiast.

POSTREMAM HANC Sacræ Politiæ scenam, quæ in bonorum Ecclesiæ alienatione versatur, claudit supremus Actus necessariæ alienationis ex publica totius Imperij causa, ad laborantem scilicet Regni Statum fulciendum. Nam vt ægri corporis, ita Reipub. extremo morbo extrema est adhibenda curatio, iuxta Hippocratis sententiam. Ες τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβέιην κράτιστα. Quanquam enim rerum Ecclesiæ commercium profani non est imperij Ciuilísque Potestatis: Sacro tamen fremente Bello Gallico, ad sacrorum auctionem fundorum peruentum est Edicto Principali, tanquam ad subsidiarium sacræ Militiæ neruum, atque remedium quatuordecim abhinc annos: Ne Gallica Ecclesia intestinis de Religione concussa discordiis funditus corrueret, labentísque ipsius mole Respub. simul in miserrimum præcipitium traheretur. Aliter pij Franciæ Gubernatores fouere affectum Ecclesiæ corpus non potuerunt, aut in ea temporum mœstitia μαλαχὴν χεῖρα solum admouere. Vtut sit, Petri Cymbam vidimus quidem variè quassari, sed eam certò à Superis seruatum iri confidimus. Deus enim in Diluuio sedens ad gubernaculum in Arca, Argonautas suos totum annum inter vndas circumuexit, & exiguas Ecclesiæ eius temporis protexit reliquias. Idem nunc quoque suam Argo tutabitur, Rom. Cathol. Ecclesiam, nec aduersarum fluctibus tempestatum exorberi patietur.

Hippocratis Aphorismus, extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt.

Prohibitio alienationis voluntariæ Rerũ Ecclesiasticarũ nõ trahitur ad necessariam, & casus inopinatos & insperatos, quales sunt hi sacrorũ bellorum Ciuiliũ: Cuiusmodi nouarum calamitatum casus inopinati ingenerali dispositione prohibitoria non includuntur, sed inde tacitè cẽsentur excepti. l. fistulas §. frumenta ff. De Contrah. empt. l. Sed & si quis §. quæsitum ff. si quis caution.

IMPRI-

Primum Edictum Alienationis iudiciariæ rerum immobilium Ecclesiæ à Regiis cognitoribus procurãdæ & persequendæ, in Curia publicatum Die 17. Maij. 1563.

2 IMPRIMIS Carolus 9. Galliarum Rex Edicto præcepit, sacra latifundia Hastæ subiici indistinctè palámque distrahi in profanis Tribunalibus ad vsque centena numûm aureorum millia reditus annui: Vt Sacri Belli ergô conflatum æs alienum dissolui posset, publicáque huius Imperij onera alleuari. Frãcica Lege lata Mense Maio An. 1563. Secundum quam Regij Actores promiscuè & indiscriminatim auctioni submisêre diuini iuris possessiones pro arbitratu, & Regiæ auctoritatis obducto velo, interdum grassati sunt in amplissimis Ecclesiæ ditionib⁹. Qua ratione Princeps haud multo pòst Gallico Clero potestatem fecit redhibendi intra annum sacri prædij, & annali redemptionis lege emptores teneri iussit. Edicto Mense Ianuar. 1563. Quod summus Parisiorum consessus adprobauit S. Consulto 6. Calend. Februar. & Ratiociniorum Præfectura 6. Iduum Februar. Eodem Anno. Huiusmodi redhibitoriam Legem variis deinde Reges Codicillis prorogarunt. Princeps rursus Diplomate speciatim adstrinxit cœnobiorum quorumdam patrimonia annuæ pensitationi sexaginta millium libellarum Francicarum, salua luendi pignoris facultate & copia. Mense Februar. An. 1563. Senatu has literas promulgante 17. Kalend. Apriles, tum Camera Rationalium 12. Calend. April. & Oblationali Curia 9. Kalend. April. Eod. An. Ad hæc, 76. libellarum millia fundis sacerdotum imposita fuêre annui vectigalis in speciem, donec appensa pretij sorte annuus iste reditus tolleretur. Regia

Edictũ de vẽditis rebus Ecclesiæ redimendis, comprobatum à Senatu Die 27. Ianuar. 1563. Et à Magistris Computorũ Die 8. Februar. Eod. An.

Regia altera Cõstitutio Mẽs. Febr. 1563. promulgata in Curia Die 16. Mart. & in Camera cõputorum Die 21. Mart. & in Curia iuuaminum Die 24. Mart. 1563.

Sanctione Menſe Quintili 1564. quæ in actis Curiæ perſcripta eſt 6. Calend. Sextiles, ac monumẽtis Cameræ Rationum Regiarum Pridie Kalend. Sextiles: poſtremo apud ſummos Vectigalium Iudices Pridie Nonas Auguſti Anno ſupradicto. Deinceps repetitis Ciuilibus armis, Rex Pontificiis auſpiciis edixit, ſacros fundos diuendi publico præconio ad quinquagena vſq; aureorum numûm millia annui prouentus: Quo Eccleſiaſticæ rei pretium in ſacram cauſam domeſtici eius belli impenderetur. Conſtitutione lata 16. Calend. Ianuar. 1568. Et hæc quidem Senatui probata eſt 13. Kalend. Ianuar. Eod. Anno. Nimirum antea Pius 5. generalis S. R. E. Pontifex interpoſuerat tali venditioni auctoritatem ſacro Reſcripto, præfecerátq; huic negotio Quatuoruiros, Borbonium & Lotharingum Romanos purpuratos, Apoſt. Sed. Internuncium, & Archipræſulem Senonenſem: Vt quæ ad iudiciariam illam ſacrorum licitationem agrorum pertinerent, maturè curarent exequenda. 8. Calend. Decembres 1568. Cuiuſmodi Pontificias tabulas Senatus decreuit palam recitari 13. Kalend. Ianuar. Anno ſupraſcripto. Denique Principali diplomate indicta ſacrorum bonorum alienatio ad vſq; ducenta Francicarum libellarum millia. Quod in Senatu publicatum eſt, præſide Rege 16. Cal. Sextiles An. 1576.

Lex Regia à Senatu regeſta in publicas tabulas Die 27. Iulij & à Præfectis Ratiociniorum Pariſien. Die vlt. Iulij. Tum à Curia Iuuaminũ Die 4. Auguſti. 1564.

Principale Edictũ Die 17. Decemb. 1568. regiſtratũ in Curia Pariſiẽ. Die 20. Decẽb. Eod. An.

Bulla Apoſtolica de prædiariis rebus Eccleſiæ venundandis ex cauſa bellorum ciuilium. Die 24. Nouemb. 1568. publicata in Senatu Die 20. Decemb. Eod. An.

S. Conſultum Regij Edicti probatoriũ Die 17. Iulij. 1576. Quod quidem Rom. Pontifex Edictũ confirmauit, ſaliẽ ad quinquaginta vſque ſcutatorum millia reditus annui permiſit rerum Eccleſiaſticarũ venditionẽ Circiter triceſimũ Die Iulij. Eod. An.

Gallus quoque Rex quum patentibus literis permiſiſſet Ecclẽſico Clero vendere, aut oppignerare res ſuas, vnde indictam à Principe collatitiam pecuniam ſigillatim poſſet exoluere, Die 6. Octobr. 1568. Senatus in literis publicandis excepit grandes arbores ſyluáſque nõ caduas, vetuitq; ne vllo modo alienarẽtur. Die 11. Octob. Eod. An.

ALIENANDI cauſis ſolemnes formulæ, Regiis hiſce Legibus attexuntur. Nam de fundi venalis & qualitate & æſtimatione priùs inquirendũ à Iudice, quàm ad ipſius auctionem progrediatur. 3

Speciatim

Speciatim certè Pontificiis illis codicillis vetitum eſt, ne inſigniora Eccleſiæ latifundia, neu beneficiarij primores fundi diſtrahantur. Ob id Moliſmenſes cœnobitæ nuper Senatum appellarunt à ſui cuiuſdam addictione Territorij, clientelariſque dominatus auctione venditi. Quia in controuerſia, Nos pro Ren. Sommieurio emptore publico, non improbanda eſſe licitantis ſtudia, qui eiuſce antea Iuriſdictionis Feudíque conſors promercalem ſociorum Monachorum partem ſuæ adiunxerit auctore Prætore. In iis enim vel Fiſcum priuato ſocio gratificari debere conſtituit Diuus Antoninus L. 2. Cod. De Commun. rer. alienat. L. 2. Cod. de vendit. Rer. Fiſcal. cum priu. commun. Lib. 10. Prætendebam inſuper, territorium venditum cum meri iure Imperij procul diſtare à Monaſtico Templo, principéq; monachorũ domicilio, magis etiam oneroſum eſſe, quàm cœnobij vſibus accommodum. Quibus in medium prolatis, aliiſque ſolemnia licitationis ſpectantibus, Curia amplius cenſuit deliberandum. 11. Calend. Quintiles An. 1575. Otthomano, cœnobitarum, Nobis contrà, emptoris cauſam orantibus. In Volumine Litium Campanarum. Confine autem monaſtico Phano territorium poteſtáſque Iuridica, quæ monachis competit, vix poteſt ab Eccleſia vſpiam diuelli, abalienari. Quæ enim in veſtibulis ſacrarum Ædium prædiariæ ſitæ res ſunt, ſeu in atrio Eccleſiæ, ſolis clericis deſtinantur, & profanæ ipſorum ſubiacent coercitioni, quàm vulgò *Temporalem Iuſtitiam* appellamus. Sicuti Eugenius, & Leo 9.

Caſus, vbi aliquis præfertur in emptione rei, vt hic in ſocio: Item in emptione metallorum Princeps præfertur L. 1. Cod. De Metal. lib. 10. Vbi ait etiã Bartol. quòd colonus debet potiùs vẽdere fructus domino quã alteri. Idẽ ait Ludou. Roman. In l. 1. ff. Sol. Matrim. Die 21. Iunij. 1575.

Huc vergunt quæ ſ. Lib. 2. Tit. 2. adnotauimus de clauſtro Eccleſiæ collegiatæ S. Benedicti Pariſien.

Pontifices ſtatuerunt. In Can. Neceſſaria. Verſ. Nec in atrio. Tum Nicolaus P. P. In Can. nulla ædificia 12. Quæſt. 1. Idque in maioribus præcipue Sacerdotum collegiis vſurpatur: Quale Fani Hilarij apud Pictones Sodalitiũ, cuius intra clauſtra, ínque finitimis adeo vicis ius dicunt ſacri Sodales, eorum ſaltẽ profanus Iuridicus pro Dominica in ſuos ciues poteſtate: Hoc territoriũ vocant Pictauenſes, *Burgum S. Hilarij*. Cui non abſimile in Cathalaunenſis delubri ſeptis exerceri ſolitum merum, mixtúmque imperium à profano magiſtratu, Epiſcopalis collegij nomine & auctoritate. Talem igitur Iuriſdictionis ſpeciem Reges noſtri ſanxerunt inſolubili quadam vnionis cum Eccleſia lege, ne à ſacris baſilicis & Clericorum manu vſquam eximeretur. Regio diplomate pro Martinianis Turonum Canonicis ita exarato: *Carolus Dei gratia Francorum Rex. &c. Quia adiens noſtri culminis ſerenitatem Comes ac Marchio noſter venerabilis Robertus ſtuduit humiliter expetere, quatenus de Caſtro, quod eſt circa monaſterium S. Martini, de quo ipſe habetur, præceptum noſtræ auctoritatis fieri eſſet placitum ob immunitatis gratiam, ne quiſpiam ibi præter Abbatem, ſiue Canonicos eiuſdem cœnobij vnquam ab hac die deinceps aliquam de quacunque re haberet exercendi poteſtatem, & huiuſmodi petitionem firmam eſſe in perpetuum faceremus. Nos autem primo ob ſalutem noſtram, deinde petitionem ac deuotam erga nos fidelitatem præfati Comitis concedimus, ac concedendo confirmamus, vt abhinc in futurum nullus neque comes, neque vicecomes nec iudiciaria ſeu quælibet humana poteſtas hanc poteſtatẽ attentet,*

De Cathalaunenſi Æde Sacrariũ maxima.

Reſcriptum Karoli Galliæ Regis in gratiam cœnobij Turonum Martiniani. Veroſimile eſt autem hunc fuiſſe Carolum Magnũ, ex iis quæ præcedenti Titulo à nobis ſcripta ſunt de Martiniana Turonũ Eccleſia.

tentet vel inferat aliquod præiudiciũ Caſtro ſito in gyro cœnobij S. Martini: In Comitatu verò Turonorũ ſupérq; fluenta Ligeris, niſi tantummodo Abbas loci, necnon & Canonici, ſicut poſtulatum eſt à Comite & Abbate Roberto &c.

4 SIC pij τῶν Ἀρχόντων animi quondam fauerunt ſacræ bonorum Oeconomiæ, in eóque non exiguam collocarunt Ciuilis Politiæ partem, vt tegerent Eccleſiaſticas ditiones, & poſteros ad vera τῆς Θεοσεβίας officia exuſcitarent. Qui autem pro imperio ſacras temerè opes contrectarint, nec vrgentiſſima adacti neceſſitate eas ademerint Eccleſiis quouis alienationis titulo, ſentient tandem hi Fatidicæ Manus cœleſte augurium longè triſtiſſimum, *Mane Tethel Phares*: Quod pij Vates aduerſus ſacrilegum Chaldeorum Regem in Sacris Oraculis interpretantur. Atque idipſum Ioſephus ſyncera fide refricat Antiquit. Iudaic. Lib. 10. Cap. 13. Nec aliter Nicephoro Græco Cęſari rapinæ bonorum Eccleſię infœlicem Regni vitæque exitum attulêre. Apud Zonaram Chronicon Tomo 3. Διὰ γὰρ τὰς πυκνὰς ἐκ τραλέας εὐδειαν ἔχειν χρημάτων προφασιζόμενος, τὰς μὲν διανεμομένας, τῇ γεργοσία βασιλικὰς δωρεὰς καὶ μέρος ἠλάττωσε, τὰς δ' ἀπονεμηθείσας ἀνέκαθεν τεμένεσιν ἱεροῖς καὶ εὐαγέσιν οἴκοις ἐπελεύσας δόσεις ἐσχόλασε τέλεον. Quinetiam Vladiſlaum Sarmatiæ Regem ideo increpant patrij Annales, quòd cùm à Gneſnenſis Baſilicæ Collegio petiiſſet commeatum nec impetraſſet, pignerarit adſcriptitiorũ Eccleſiæ facultates. Sed cùm eam ob rem ſacris ciuitati interdictum eſſet à Nicolao Stroſbergo Gneſnenſi pro-

Mane, *latina lingua, numerus, quia vitæ, regnique Balthazaris tẽpus dinumerarit Deus, & modicum ei ſupereſſe decreuerit.* Tethel, *pondus, Appenderãs, inquit, Deo vitæ illius tempus, iam illud declinare pronũtiat.* Phares, *fragmentum. Franget enim Deus regnũ ipſius, & Medis illud, Perſiſq; diſtribuet. Græca hæc Latinè ſic legẽda. Etenim ob frequentes expeditiones, pecuniæ inopiã cauſando, Imperatorias largitiones Senatui dari ſolitas ex parte imminuebat, & annua dona ab antiquis temporibus Tẽplis, & aliis piis domib⁹ attributa penitus ſuſtulit.*

Cõmeatus, ſeu, vt vulgo vocant, Stationes ab Eccleſiaſticis regi negatæ.

Vvladiſlaus Iagello.

Strosberg⁹ Præpositus & Vicarius Gnesnẽsis Archiepiscopi.

pontifice, reprehensus à Regina Vvladislaus pignora capta reddi iussit. Ibi illa suspirans, pignora quidem reddemus, infit, Agrestibus: cæterùm lachrymas quis eis reddet? Pium Heroinæ dictum & sempiterna memoria dignum. Circa annum 1380. Ex Chromero De Rebus Polonorum Lib. 15. At Francos reges vtique sacra patrimonia tueri solitos declarat præclara Lex Caroli Mag. Cap. 72. De rebus Ecclesiæ. Legis Franc. Lib. 1. Et Cõstitutio Ludouici Pij, ac Lotharij filij Impp. Cap. 29. De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienãdis, & Cap. 30. De hoc quomodo liceat ad Imperatorem res sancti loci transferri. Legis Franc. Lib. 2. Quoties enim Christianissimus Rex titulos suos cogitat, intelligit se moneri, vt sit Ecclesiæ pariter ac Reipub. γεωργὸς, i. colonus & exornator. Hinc quia πολίτευμα Ecclesiasticum Reipublicæ salute nititur, non modò culpa vacat sacrorum prædiorum alienatio, in communibus Patriæ ærumnis necessariò indicta à Principe, sed Politicum quoque Regis munus laudandum, Ecclesiasticam gazam insumentis in hostes Ecclesiæ: vt sacrosanctam Maiorum Religionem posteris conseruet, certissimum Hierarchici Imperij vallum ac firmamentum. Sed hæc ita, dummodo Ciuilibus Malis finis tandem aliquis, & tandiu exoptata quies serio impetretur.

Eo pertinet Caput 7. De Admonitione ad laicos pro honore Ecclesiastico conseruãdo. Legis Erãcicæ lib. 2. & eiusdem Libri Cap. 4. De Ministerio sacro Episcoporũ, & de Admonitione Domini Imperatoris ad Episcopos.

LEGES sane vincit illa Ἀνάγκη, & vrgentissima ratio tegendi sanctissimi Ecclesiæ Ordinis, dignitatisque Hierarchicæ restituendæ. Nam simili modo æs alienum patris etsi cogendus non sit filius

Ἀνάγκη, necessitas. Patri à filio debentur alimenta, nisi triplici casu: Primo, si

filius exoluere, Diui Marci rescripto. Apud Vlpianum in L. Siquis à Liberis. §. si mater ff. De liber. agnosc. Quum tamen pater debitorum nomine inclusus carceri, non esset soluendo, decreuit Senatus, materna impuberum liberorum patrimonia voci subiici præconis, & addici vltimo licenti: Quo subsidiariæ auctionis pretium in captiui redemptionem parentis conuerteretur. Atque ita humanorum casuum miseratio cum pietatis intuitu scriptas Cæsarum constitutiones superauit. Placitis Curiæ solemni purpura recitatis à Christoph. Thuano Lutetiani Senatus principe, 3. Idus Apriles An. 1571. Quinimo in libera filiorum corpora patri ius fuit inedia laboranti, vt eos impune vel diuenderet, vel oppigneraret. Sed Constantiniana Lege temperatus veteris disciplinæ rigor: cautum etiam, vt inopi parenti, egente filio, alimenta ex Ærario fiscali subministrentur. L. 2. De Alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent. In Cod. Theodosiano. Per hunc modum fœmina, quæ pro marito creditore vincto interceſſerit, nec Velleiano renuntiarit, S. C. efficaciter obligatur nominatim: Quippe quum in captiui liberationem coniugis piè ascitum fuerit ac interpositum vxoriæ sponsionis vinculum. Vt notat Bartolus, aliique Iuris Romani Scholiastæ In Auten. res quæ Cod. Commun. De Legat. L. quod in vxorem. L. alimenta Cod. De negot. gest. Idem Patrum sententiis decisum in publica fori disceptatione III. Calend. Iunias. An. 1576. Dangchino, & Estorceueo partium aduo-

pater esset in delicto pacis ruptæ. Cap. 1. §. si quis hominem De Pace tenen. Secundo, si pater contra Patriam venerit. L. Minime ff. De Relig. & sumpt. fun. Tertio ex legibus Atheniensiũ contra patrem, qui filium certam viuẽdi artem edocẽdum non curasset.

Arestũ Curiæ Die 11. April. 1571.

An verò præalia causa similis potuerit olim filius vendi, Dynus exactè In Cap. Indultum De Regul. Iur. In 6. An filius etiã posset dari pro obside. Glo. In l. Si quis propter Cod. De Patrib. qui filios distrax. Not. In Cap. Ex rescripto De Iureiur.

Placitũ Curiæ Die 22. Maij. 1576.

Nûm Eccleſia aduerſus venditionem in iure ſolenniter factam reſtituatur ex priuilegio.

catis. In Catalogo cauſarum Pariſienſis Præfecturæ.

Æreſtũ Senatus Burdegalẽ, Die 19. Ianuar. 1531.

CÆTERVM iudiciario ſacrorum fundorum commercio, quod difficillima Reipub. tempora exprimunt, niſi adhibeantur omnes ad amuſſim ſolemnium formulæ, quæ Regiis Edictis præfiniuntur, iuſta eſt Eccleſiæ ad Senatum prouocatio. Sinautem ex priſco iudiciorum ritu factam licitationem oſtendatur, reſtat dubium, an ſacræ Eccleſiæ contra eam auctionem gratia veniáque dari poſſit reſtitutorio Diplomate. Pro Eccleſia reſpondeas ſpecie ipſa prima: quum & creditricis eiuſdem auctionaria interceſſio admittatur poſt pignerati agri proſcriptionem addictionémque publicam, implorata ſaltem Principali in integrũ Reſtitutione. Sicuti Burdegalenſis Curia decreuit pro Archiepiſcopali Vaſconum Collegio 14. Calend. Februar. An. 1531. Apud Boërium Deciſ. Burdigalenſi 141. Similiter minori annis aduerſus venditionem in foro contractã paratur reſtitutio in Integrum, vt Hermogeniano placuit Lib. 1. Ἐπιτομῶν L. Si in emptionem ϖ. De Minorib. Vlpianus in L. cum verò §. apparet igitur ϖ. De fideicomm. libert. Lege Valeriani & Galieni Impp. Etſi præſes Cod. de præd. Minor. Impuberes enim vſquequaque poſtulantes integri reſtitutionem audiuntur, niſi Iure ſcripto diſertè prohibeatur commune hoc ætatis auxilium. Ex Aluarot. & Præpoſit. Mediolan. in Cap. 1. §. Præterea De prohib. feudi Alienat. per Feder. In Feud. Innoc. in Cap. Conſtitutus. De Reſtit. in Integ. Cardin. Alex.

Textus L. Si in emptionem, loquitur quando minor addictione ab alio ſuperatur in re quæ maiorum ipſius fuerit. Decreto autẽ ſuper minore interpoſito, vel minore tacẽte in bonis debitoris ſui, vix eſt, vt minor non intercedẽs ante decretum ſeu ratione hypothecæ, ſeu proprietatis rei reſtituatur cõtra ſolenne decretum. Quia proclamationes & cridæ fiunt ſecundum ſtylũ & vſum locorum, qui ligat minores, vt maiores. L. Si ſine §. lucius π. De Adminiſt. tut.

Alex. in Cap. 1. §. 1. Quo tempore Miles. Neque iis videtur obſtare Valentiniani & Valentis conſtitutio 1. De fide & iure Haſtæ in Cod. Theodoſiano & L. penult. eod. Tit. in Cod. Iuſtiniani, Vbi ſpecialiter fauore Fiſci prouiſum eſt, ne ab eo inita publicè venditio, alterius obtentu minoris ætatis conuellatur. Nihilo ſecius in propoſito themate arbitror contra Eccleſiam iudicandum. Iſtîc quippe auctionis magiſter eſt Templi ſacerdos, indéque ſacri fundi proſcriptione venditrix habetur Eccleſia Principalibus auſpiciis, Pontificiis quoque eo interdum confluentibus. Quo minus eidem poſtea liceat reſcindere ſolemnem rei ſuæ alienationem, & more Penelopes, quam texuerit telam, retexere. Ad hæc, Cæſaris Fiſcus, à quo venum expoſita ſint latifundia, palámque diſtracta, iniquè depoſcit licitationem iterato admitti, ſemélque perfectam aboleri. Demus enim, fiſco perinde vt pupillo indulgeri reſtitutionem in integrum, vti Alberic. Roſates cenſuit In L. Ait Prætor. §. hodie π. De minor. Id tamen locum non habet in publica bonorum emptione, niſi detecta ſubinde grauis circumuẽtio proponatur. Vt idem ait Roſates in L. Etſi ſine §. Quæſitum ϖ. De Minor. addens etiam, fuiſſe hoc modo aduerſus ciuitatem Pergami iudiciis definitum. Arg. L. 1. & 3. Cod. De Venden. reb. ciuit. Quem in ſenſum Neapolitanus Senatus contra procuratorem Siculi Fiſci pronuntiauit. Deciſ. Neapolit. Matthæi 340. Rurſus quoad Eccleſiam attinet, Fabro viſum eſt, eam tametſi creditricem promercalis agri

Ideo etiam firmior eſt à fiſco facta venditio, quia is non poteſt habere fidẽ de pretio. L. 1. Cod. Ne fiſc. quam vend. rẽ euin. & ibi glo. Bar. in l. 1. Cod. De Iur. fiſ. Lib. 10. & L. 1. l. ſi inſtrumenta Cod. De fid. inſtrũ. & iur. haſ. fiſc.

Fiſcus aliquando reſtituitur etiam in lucro, exemplo minoris. Teſte Alberico in l. ait prætor §. hodie π. De Minor. Tamen in forẽſi rerũ addictione fides haſtæ fiſcalis non debet decipi. L. Si hypothecas. Cod. De Remiſſ. pignor.

Auctoris Oratio habita in sanctiore Principis Consistorio.

præconiis, edictísque sic teneri, vt auctionaria illius interceſſio, niſi intra tempus lege præſtitutum facta ſit, priuatorum inſtar, reiiciatur. In L. Si eo tempore Cod. De Remiſſ. pign. & in Autent. Si omnes Cod. Si minor. ab hæred. abſtinuer.

Regulariter honorariis iſtis Reſcriptis Princeps ac Senatus non intendunt ſubditorum, aliorúmve, quorum intereſt, iuri præiudicare. Et ideo ablinc decennio nouæ Comitatuũ tituli, vel Ducatuũ &c. magna ex parte dati ſunt, vel adprobati quoad titulũ honoris duntaxat.

SINGVLA quidem Templorum prædia per 7
ſe alienari nequeunt à Principe, præterquam ſummo emergenti Reipub. negotio: Nûm autem cum vniuerſitate Patritialis Galliæ fundi, ab illo licitè transcribantur profanis Regulis, adhuc ſub iudicẽ lis eſt. Pura, Dux Niuernenſis à Rege obtinuit an. 1574. vt Eſſuorum Comitatus Patritiali Franciæ dignitate ornaretur. Diplomate hoc Curiæ oblato, interloquitur Senatus, euocandos priùs Populi ordines, cuius intererat, quàm Francici Patritiatus tabulæ comprobarentur. Aſt Senatorij huius in fraudem decreti, Niuernenſis Dynaſta curauit actutum cauſæ cognitionem in Regium Prætorium tranſferendam. Nos itaque in auditorio Principis, pro triplici popularium Ordine Regiíſque magiſtratibus vicinarum vrbium, Rethelenſem ditionem, quæ vxorio Cliuenſis Heroidis iure competeret Niuernenſi Toparchæ, Patritiatus inſignibus augeri non debere in ſubditorum diſpendium. Quamuis enim noui patritiatus acceſſione alienata nõ ſint particulatim à Rege ſubditorum omnium arua, multò minùs ſacerdotum: Illam tamen haud exiguæ ſequitur Eccleſiaſticorum iurium imminutio, ac quædam veluti diſtractio, Regiorúmque ademptiõ priuilegiorum: quæ ſacrato olim Cœtui attributa, (ſiue Principalis fori

Ludæa autem ditio apud Andes erecta fuit in Comitatum Menſe Maio. 1545. Sed cùm multis reſtrictionibus & modificationibus à Senatu appoſitis die 6. Auguſti Eod. An. Item in erectione Longueuillei comitatus in Ducatum An. 1505. Curia Rothomagẽſis excepit cognitionẽ cauſarum meræ ſu-

prærogatiuam

prerogatiuam ſpectes, ſeu Iuriſdictionis gradum,) & complura alia Cleticis ex eo videntur auferri, quòd Eſſuorum Comes ſit Franciæ Patritius Regiis codicillis appellatus. Fatebar, quædam etſi non poſſint ſola alienari, per vniuerſitatem tranſire: vtpote dotalem fundum, vel rem, cuius aliquis commercium non habeat. Ita locus ſacer, vel religioſus ſpecialiter vænire nequit, ſed emptioni maioris partis accedit. Vlpiani Reſponſo, Lib. 28. ad Sabinum. L. in modicis ϖ. De contrah. empt. & Labeonis Lib. 1. πεθανὼν L. Si mercedem §. ſi eum fundum vendidiſti, in quo ſepulchrum ϖ. De Action. empt. Verùm ea ciuili modo intelliguntur de indiuidua prædiorum coniunctione, quæ vnius mancipio domini quondam tenebantur. Hac enim in ſpecie reuera, diſtractis latifundiis, religioſa iis adhærentia ſimul transferuntur. Aſt in propoſito ſecus dicendum, vbi Rethelenſis ditio Patritiali iure cumulatur pergraui alterius detrimento. Quibus ego adiiciebam, Reipub. intereſſe, vt limitaneus Galliæ ager à Principali Magiſtratu obſeruetur vtique, & cuſtodiatur. Qualis Eſſuorum regio eſt Germanico limiti, & Belgico oppoſita. In aliis autem Franciæ patrimoniis diuerſum ius conſtituitur: quippe quæ liberiùs Regiæ proli à Principe dentur Fiduciæ lege, vel à Regia ſtirpe ipſa priuatis tranſcribantur. Eo iure Longeuillana illuſtris familia potitur hæreditario Comitatu Dunenſi, quo Aureliorum dux Carolus Ianum fratrem nothum honeſtauit, à poſteris iuſtáque ſobole gradatim deſcendente

perioritatis, nẽpe beneficiales, de moneta, de breuio feodi laici & eleemoſynæ ac Patronatus eccleſiæ, de exercitu & banno nobiliũ, Prælatorũ, & aliorum domini noſtri regis in ipſo Ducatu ſubditorum, fidelitate, remiſſionibus criminũ, & de aliis quæ recitat Terrienus in ſuis Comment. ad Conſuet. Normaniæ.

Inſtrumento huiuſce donationis adſcriptũ eſt, Caſtrodunẽſem vrbem & Vicecomitatũ Caſtrodunẽſem dari intuitu ſeruitiorũ quæ fecerat Ioannes Baſtardus Aurelianẽ. qui eodem inſtrumẽto reddidit donatori comitatum Virtutũ, Rommorãtinũ, & Millãceyũ, quæ illi Carolus antea dederat. Additúmque eſt, Dunen-

sem dominatũ nusquam alienatum iri à donatario, nisi fortè pro assignatione doarij viduarum.

retinendo. Tabulis donationis 12. Calend. Sextiles An. 1439. Calesij ad Itium portum, quò Aurelianensis Regulus ex Anglica captiuitate appulerat. Dicebam præterea, si hæc Patritialis iuris quæstio proferretur longiùs, iustum ipsius arbitrum esse ac disceptatorem Parisiorum Senatum, à quo, velut præcelso Patritiorum Galliæ confessu Patritialis sit controuersia terminanda: Ne cooptandus in Parium Franciæ collegium, nisi à collegis, eorúmque iudicio assumatur. Alioqui idem ipsi exprobretur, quod L. Crassus Philippo Consuli apud Gellium Lib. 4. Si non es mihi Philippe cõsul, nec ego tibi senator sum. Bodartus, contra, pro Niuernensi magnate, non idem ius sequendum esse in veteri Patritiatu Francico renouando, quod in noua primùm huiusmodi dignitate codicillari tribuenda. Philippũ enim Valesiũ, & Iohannem 2. Reges Patritiatus honore non minùs Rethelensem decorasse principatum, quàm Niuernensem. Proinde Regio diplomati minimè obsistendum, quo prisca tantùm dignitas, temporéque intermissa repetatur, instauretur. Ad ea quum replicassem, honorarios Patritiatus titulos nunquam vsu ipso receptos fuisse in Essuorum prouinciola, nec Comitẽ Patritiatus iura in subditos hactenus ipsa re executum, Sacri Prætorij Senatores de eo referendum ad Principem censuerunt.

Arestũ Priuati Consilij Galliæ Regis Die 27. Iulij. 1575.

6. Calend. Sextiles An. 1575.

VETVSTI autem Essuorũ Patritiatus Rescriptũ est eiusmodi. *Iohannes Dei gratia Francorum Rex &c. Bailliuis nostris Ambianensi, Veromandiæ &c. Grauem querelam* 8

querelam dilectorũ & fidelium consanguineorum nostrorũ Margaretæ de Francia Comitissæ, & Ludouici eius filij Comitis Flãdrensis & Niuernen. & Registetensis accepimus, quòd licet claræ memoriæ Dominus progenitor noster charissimus per suas patentes literas 6. Calend. Augusti An. 1347. ipsis, ac eorũ cuilibet concesserit de gratia speciali, vt omnes terras suas dictorũ Comitatuũ & Baroniæ Donzies, & alias quas in regno nostro habebant, vt ipsi teneant, regant & gubernent in & sub talibus, aut consimilibus libertatibus, vsibus & franchisiis, quibus Pares Franciæ tenent, & tenere, & regere consueuerunt terras suas, suósque subditos & patriam ratione suæ Perriæ tam in casibus iudiciorum, appellationum, & adiornamentorum, quàm aliorum quorumcunque casuum, prout in dictis literis pleniùs dicitur contineri: Vos nihilominus aut aliqui vestrum, præpositi aut procuratores vestri, ac seruientes Præposiurarum vestrarum Bailliuiarum huiusmodi gratiam impugnare & infringere nitentes de die in diem ipsos Comitissam & Comitem, eorúmque officiarios & subditos in casibus ressorti & superioritatis, de quibus se ad Parlamentum nostrum petunt remitti, iustitiare & coram vobis facere respondere satagitis contra formam dictæ gratiæ & Iurium & libertatum Parium Franciæ &c. Mandamus vobis, quatenus visa ipsa gratia, eandem iuxta sui tenorem compleatis & obseruetis, ac teneri & compleri faciatis. Et de cætero cõtra eandem gratiam nihil attentare quemlibet præsumatis &c. 4.

Regium Iani 2. Diploma de iure Patriæ Frãcicæ attributo vel renouato Comitatibus Flãdriæ, Niuernẽsi, & Rethelensi Die 10. Aprił. An. 1350.

Die 27. Iulij. 1347.

Iduum Aprilium An. 1350. Registetensis autem Comitis, de quo s. meminit expressim Honorius 3. P. P. Decretali Epistola Grauem De Pœnis.

Registetensis à veterib⁹ Gallis dicebatur, qui nunc Rethelensis vocatur Comitatus.

9 PRINCEPS insuper generali Rescripto non

De Priuilegiis huiuſmodi Mercatorũ nõnulla à nobis tradita ſunt Lib. 1. De Domanio Franciæ Tit. 10. De Vectigalibus.

cenſetur Eccleſiaſtica iura abalienare aut minuere velle, quamlibet publica de cauſa ab eo reſcribatur. Exempli gratia, negotiatores Galli flumen Ligerim frequentantes communem mutuæ Societatis pecuniam officioſè contulerunt in Francicam expeditionem Caroli 7. Regis aduerſus Britannos & Burgundos Gallicæ oræ incubatores: Quam fœlix demum eſt priſcæ huius Monarchiæ reſtitutio conſecuta. Huius Rex officij memor tales mercatores exemit portoriis quibuſcunque, ac vectigalium onere ſolutos pleniſſima immunitate cumulauit. Diplomate 6. Calend. Iunias An. 1448. Septimi dein veſtigiis inſiſtens Carolus 8. nepos eadem illis priuilegia reſeruauit 7. Kalend. Apriles An. 1483. Tum Ludouicus 12. Poſtridie Idus Quintiles An. 1498. Franciſcus 1. Rex 4. Calend. Apriles An. 1514. Ac vltimo Karolus 9. Franciſci nepos 13. Kalend. Iunias An. 1567. Inde quæſitum, an Regia hac Immunitatum conceſſione tollerentur antiqua Eccleſiæ vectigalia, ſacríſque olim vendicata Familiis ſolario ac dominico iure. Nuper enim iſtud mercatorum collegium ideo prouocauit ad Supr. Curiam, quòd in annonarias ſingulorũ merces, quæ nauigio tranſuehebantur, manus fuiſſet iniecta portorij nomine à monaſtici conuentus Præfecto Andibus ſuburbani, qui vulgô *De Leſuieria* nuncupatur.

Regiæ literæ Priuilegij Die 27. Maij. 1448. 26. Mart. 1483. 16. Die Iulij. 1498, 29. Mart. 1514. & Die 20. Maij. 1567.

Auctoris forẽſis actio in Senatu Pariſien. pro Eccleſiaſticis vectigalium quorũdam dominis contra mercatorũ Societatem Ligerim amnẽ frequentantium.

SED in hoc appellationis iudicio, Nos pro Eccleſia, Gottofredum Andium Comitem quingentos abhinc annos erogaſſe ius vectigalis annui, quo de agitur, Vindocinenſi Cœnobio, cuius alumni

lumni viciſſim in monaſticam *Leſuieriæ* Cellulam, velut è metropoli in coloniam, ſecedebant. Huiuſmodi tributum mercibus indictũ eſſe, quęcumque ſecundo Ligeri venales in oppida inucherentur. Sicuti enim Andenſis municipij Moribus ſcriptis competit vnicuique Territorij domino Ius portorij exigendi pro mercium vectura ac tranſitu Artic. 49. 50. 51: ita quoque in ea fluminis parte, quam circumiectæ regionis Toparcha ſibi longa poſſeſſione parauerit, abſurdum non eſt, tranſeunti negotiatori vectigal imponi. Quantumuis communem ac liberum profluentis aquæ vſum patere omnibus teſtetur Ilioneus apud Maronem, Latinum regem ita compellans Æneid. Lib. 7. Littúſque rogamus Innocuum, & cunctis vndámque, aurámque patentem. Nec aliter Ouidius lib. 6. Metamorphoſ. Quid prohibetis aquas? (inſit) vſus communis aquarum eſt: Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit. Quod veteres etiam ad littora produxêre, ac freti fluuiorúmque arenas, vti regius ille orator indicat Ilioneus apud Vergil. de Pœnorum iniuria loquens. Quod genus (ait) hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ: Bella cient, primáque vetant conſiſtere terra. Aquarum tamen communio illa minimè obſtat vectigalis indictioni, à regionis Principe conſtitutæ: Cui nimirum adiacens publici amnis portio eodem regatur iure, quo terræ ipſius dominatibus. *Tandem verò nonobſtante ea poſſeſſione Comites poſſeſſoriæ liti ceſſerunt, eáque iura ſolius Principis ſummi eſſe Tranſactione prædicta agnouerunt. Carolo 5. Galliæ Rege.*

Extat tamẽ vetus Concordatum in Curia Die penult. Auguſti An. 1376. inter Procuratorẽ generalem Regis & Ianum Vienenſem Tribunum maritimorum ſeu Ammiraldũ Franciæ ex vna parte, & Iohannẽ de Arteſia, & eius vxorẽ Comites Augi, & S. Valerij ex altera: Super eo quòd iſti Comites dicebant ſe in ea maris particula quæ eos Comitatus alluit, omni ævo iuriſdictionẽ exercuiſſe, déq; ea re maritima cognouiſſe, & decimã prædæ de hoſtibus in mari captæ ſibi lucrifeciſſe, cum omnibus mulctis & emolumentis iuriſdictionis ratione illorũ Comitatuum mari adiacentium ſibi competen-

tus. Pauli Responso. Lib. 13. ad Sabinum in L. Sanè π. De Iniur. Cum Lege præcedente §. vlt. Tametsi in ambiguo Tellurem ab Aqua legibus dominióq; distingui profiteatur Antoninus Augustus, dum, Ἐγὼ μὲν, inquit, τῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Quemadmodum refert Volusius Mętianus ex Lege Rhodia. Proinde celebri S. C. designatæ sunt iam olim mercium species, ex quibus vectigal à mercatoribus illis penderetur Monachis *Lesuieriæ*, & Fani Florentis. Calend. Februar. An. 1473. secundum anterius Curiæ Decretum 9. Kalend. Apriles An. 1455. Ediuerso autem, Mercatorum Collegium allegabat, singulari lege Regia statutum fuisse, ne ipsi nouorum vectigalium oneri subiicerentur. Idémque à Senatu iudicatum pro Mercatorum Societate contra Monastici primatus antistitem De Oratorio, *D. Matthæi*, & ædis Albini Andegauensis. Placito 5. Idus Martias An. 1567. Vetera deniq; portoria certo merciũ generi adscribi, Patrum Aresto suprarelato: Vnde immerito præhensas fuisse merces, de quibus disceptatio erat, illi contendebant, quasi S. C. verbis minimè vectigales, nec obnoxiis portorio adnumeratas.

Græcam sententiam sic interpretare. Ego quidem Mundi domin°, lex vero Maris.

Aresta Curiæ Die 24. Mart. 1455. & Die 1. Februar. 1473.

Decretũ Senatus Die 11. Mart. 1567.

Placitũ Curiæ Die 1. Iunij. 1573. inter Fraciscũ Meignã, Thomam Verdoux, & alios mercatores in Ligeri amne cõuersantes, qui à Regio Andiũ Prætore, & à promercalium prehensione piscium Senatum appellarant, & inter Renatum Haurestium Prioratus Lesuieriæ Præfectum, litigatores.

PERORATA vtrinque causa, Ordo Ampliss. rectè appellatum pronuntiauit: adiecto eo, negotiatores iuxta vetus Curiæ decretum immunes fore quolibet venalium piscium vectigali, præterquam salsorum, vtpote murenarum fluuiatilium, & Trissarum salsarum, quas à lambendis petris Lampetras passim vocitamus. Aresto Calend. Iu- 11

niis An.

niis An. 1573. Durando, Mercatorum appellantium: Me, ex aduerso, monastici Præfecti aduocatis. Hinc facilè animaduertas Politicam Senatus prudentiam, antiqua simul Ecclesiæ vectigalia seruantis contra nouos Priuilegiarios, & Regij tamen beneficij Immunitatem contra recens instituta portoria custodientis. Ita sæpenumero Conscripti Curiæ Regio diplomati benignam adhibent interpretationem seu temperamentum, ne ciuilem ipsi Sacræ Oeconomiæ curam deseruisse videantur. Sic Principali quidem Edicto concessa fuerat Clericis alienatio sacrarum facultatum vniuersim, vt inde redactis nummis sua quisque æris collatione in Principem commodiùs defungeretur. Pridie Nonas Octob. An. 1568. At Parisienses Senatores in promulgando Edicto disertè exceperunt grandium arborum venditionem ac cæsuram: Quippe quum Ecclesiastici nemoris abscissio commerciumque speciatim legibus vetaretur. Artic. 29. Constitutionis Aurelianen. quã Gallico totius Pop. conuentu latam an. 1560. Curia Summa comprobauit. Idibus Septembr. 1561. Nec multo pòst Regia Sanctione præceptum fuit, tertiam partem syluæ cæduæ intactam seruari in posterum, vt ita coalescens euadat in grandes arbores, atque in syluam non cæduam conuertatur. Mense Octob. An. 1561. Quum igitur à Principe deinceps indulgeretur Francico Clero, vt grandes Ecclesiæ arbores liberè excinderet, Reipub. iuuandæ causa: Senatus exlege necessitate calculum addidit Regiæ permissioni, decreuítque nullum ei-

Plinius scribit omnibus glandiferi generis arboribus apud Romanos honorem perpetuum fuisse: Quia hæ primo victum mortalib° præbuerint, nutrices inopes ac ferę sortis. Lib. 6. Natur. Hist. Cap. 3.

Die 13. Septẽb.

Quinetiã Gallica lege Henrici 2. Mense Februar. 1554. Cap. 32. cautũ est, in auctionibus syluarum quæ à priuatis fiunt, octo selectas glãdiferas arbores excipi, præter antiquas.

Patentes Regis Literæ Die 23. Octob. 1568. modificatæ in Curia Die 26. Octob. Eod. An.

dem, nisi vna ista vice, locum superfore, citra vllum interim præiudicium vel exemplum. Principalis concessio 10. Calend. Nouemb. 1568. Senatoria autem moderatio 7. Kalend. Mensis eiusdem & Anni.

EGREGIE profectò de Ecclesia merentur 12 Principales magistratus, qui suam auctoritatem conferunt ad sacrarum opum custodiam, Regiæque mentis interpretes circumspecti Res Templorum Ciuili tuentur Politea, velut externo piarum Ecclesiarũ fulcro atq; præsidio. Huius enim maximi operis ἀγωνοθέτας ante omnia Magistratus esse debent. Legimus quidem Canonicas pœnas à Nicolao 1. P. P. descriptas In Epist. ad Frontarium Burdegalensem antistitem contra profanos sacra occupantes. Can. De viro 12. Quæst. 2. Scimus & Gregorium 7. Pontif. sacra detestatione eos execratum, qui à Rege aut profano Principe Ecclesiastica susciperent latifundia, nisi ea confestim restituerent Ecclesiis. Can. Quicunque militum 12. Quæst. 2. Sed quia Sacerdotij res prædiariæ Ciuili reguntur Imperio, quarum nempe possessio reditúsque sunt profani, subsidio imploranda Magistratus Potestas ab Ecclesiastico cœtu, ne eos fundos, qui diuino tantùm dicati sunt ministerio, ad humanum profanúmq; transferri patiatur. Tametsi non negem Συνόδους Ecclesiis permissos à Principe, qui in alienationis negotio sacrarum ditionum explorent apud Regios Præfectos, ne nimiùm Ecclesia detrimenti capiat. Edicto Mense Ianuar. 1563. Quod Curiæ

Pontificiæ pœnæ laicorũ Ecclesiastica bona vsurpantium.

Regia Constitutio publicata in Curia Parisien. Die 27. Iann. 1563.

actis

actis consignatum est 6. Calendas Februar. Eodem Anno. Tales quippe συνέδους defensores vocare possumus cum Arcadio Charisio Lib. singulari De muner. ciuil. Et Vilhelmo Durando Specul. in Tit. De Syndico. Non omnino tamen Syndici illi intercedunt sacrorum prædiorum auctioni, sed hastarum solemnia, quæ à Rege vel Senatu tali emptioni præscripta sunt, vndique collustrant rimantúrq; oculis, ne templorum iura grauiori captione elidantur. Obseruandum nihilominus, generalem Syndicum Gallici Sacerdotij in profanis Tribunalibus non agnosci nec admitti, nisi Regiis auspiciis consensúve prius designatum. Diplomate prohibitorio 5. Calend. Apriles 1567. regesto in commentarios Curiæ 8. Kalend. Maias Anno prædicto. Quòd si omni ex parte præcisam velimus sacrorum prædiorum alienationem, sedulò enitendum, vt religiosius solito Templorum opes à sacris aliquot proceribus dispensentur, (quod bona eorum venia dictum sit) i. erogentur inopibus, phanorum refectioni impendantur ac diuini cultus celebrationi, nec nisi in assiduo Ecclesiæ ministerio versantibus tractandæ relinquantur. Exin fiet procul dubio, vt quod Christus tollet, non tollat Fiscus, & canonicè piéque vtenda profani emptores ἀνιέροις χέρσιν non audeant contingere. Obid Clemens 4. P. P. cùm legem ferre non posset, qua successores tenerentur, ipse sibi legem præscripsit, & cæteris exemplum præbuit, quonam iudicio Ecclesiastici prouentus à Clero distribuerẽtur. Ante sacerdotium

Syndicus cõstitutus ab episcopo super bonis Ecclesiæ, mortuo Prælato nõ expirat. Glo. in Clem. vlt. De Procur. Decis. Capel. Tholos. 35. cum Auferij Additionib. Francisci Cleri Syndicus generalis.

Rescriptũ Galli regis Die 28. Mart. 1567. comprobatum à Senatu Parisiẽ. Die 24. April. Eod. An.

ĩ. illotis manibus.

Clemens 4. Põtif. primum fori Patronus in Supr. Curia Franciæ, deinde Abbas sancti Victoris apud Massiliam. Ex Platina In Clemente 4.

vxorem habuerat, procreatas ex ea filias quũ Pontifex splẽdidissimo matrimonio collocare posset, pristinæ fortunæ suæ hominibus tenui dote despondit. Filio fororis multiplicia præbenda habenti optionem dedit, quod eorum videretur, retineret, cæteris omissis. Si erga suos se præstaret qualem fas esset, reliquos non molestè laturos saluti potiùs animorum quàm cupiditati, ambitioníque consuli. Et turpe fuisset Pontificem sanctitate cedere Franco Regi Ludouico 9. ipsius coætaneo, antiquiorem religionem seipso habenti. Is ne præbendum quidem ædiculæ Regiæ suæ Parisiensis nisi cognitæ integritatis viris dabat, vti à Paulo Æmilio scriptum est In D. Ludouico. Pontificios verò Clementis illius mores æmulatus fertur Cardinalis S. Crucis, qui dum Romæ vixit, in parentes, fratrésve nihil ex sacris opibus contulit, neque in alios è suo genere editos, asserens se dispensatorem à Numine, non largitorem esse constitutum. Vt narrat Poggius Florentinus Oratione 2. in funere Cardinalis S. Crucis, quod ipse etiam funus extulit Eugenius 4. summus tum Ecclesiæ magistratus. Iis verò quàm dissimilis Iohannes 15. P. P. qui diuina humanáque omnia cognatis, & affinibus profusè largiebatur? Ex Vitis Pontificum. Hic propterea Clericos exosus vicissim ipsis inuisus erat, quod Templorum diuitiis intemperanter abutens Superûm decus ac Romanæ Sedis dignitatem labefactaret. An. 984.

Digamiam Ecclesia non admittit in spirituali matrimonio. Vnde Parisiensis quidam episcopus, oblata sibi cœnobiarchia, Absit, inquit, quod habeã cũ sponsa concubinam. Et Paulus 2. P. P. supplicanti pro filio Regis, vt duos ipsi Episcopatus concederet, ita respondit, etiam si esset filius Dei, non cõcederem. Absit vt in Ecclesia Dei ponã Bigamiam. De huiusmodi Bigamia vide Gloss. in ver. pluralitatis De Collat. In Prag. Sanct.

Hic Cardinalis, Bononiæ natus, primũ relicto seculo Carthusiensiũ ordinẽ ingressus est, deinde episcopus Bononiẽsis factus à Martino 5. P. P. legatus mittitur ad componendam pacem inter Fraciæ & Angliæ reges.

GALLICÆ porrò Ecclesiæ præsides sacram bonorum ipsius Oeconomiam excoluerunt olim

lim magna cum laude, annuis ipsorum prouentibus in sacrum vsum piè distributis. Nullum scilicet his aliud studium antiquius, nulla commentatio augustior, quàm superni beatorum domicilij, videbatur: Quo terrarum adhuc incolæ cœli consortio collegióque Præsules optimi fruebantur, neglectis fortunæ ludibriis, quæ vulgus appellat bona. Ex eóque Saluianus Massilienſium Antistes, qui inter Gallos erat, & Gallis concionabatur, multa de eorum sanctimonia, religionéque scripsit. Lib. 4. De Prouidentia Dei. Certatim etiam veterum Regum æmula virtus, pietásque posteris auspicatissimum peperit titulum Christianissimorum, quò nullum in terris præconium maius aut illustrius dici potest. Verùm in extrema hac Mundi canitie refrixit simul cum Pastorali sacerdotum officio Popularis in Numen reuerentia cultúsque cœlestium: suborta exhinc de Religione dissidia, intestinæ Francorum simultates, cum iis mixtæ fœderatorum è Germania militum copiæ, quibus velut ministris in nostrorum vltionem scelerum vtantur Superi immortales. Ita in Afrorum noxas & crimina à Deo Summo per Gotthos animaduersum, vt ait Saluianus Lib. 7. Idem in nostratis vulgi delicta clamitans, Excitata est (inquit) in perniciem nostram ac dedec⁹ gens ignauissima, quæ de solo patrio effusa est in Germaniam primùm, post cuius exitum arsit Belgarum regio, deinde opes Aquitanorum luxuriantium, & post hæc corpus omnium Galliarum. Sed paulatim hoc ipsum proficit tamen, vt dum

Sed in tanta sententiarũ diuersitate regis vtriusque, infecto negotio Bononiam rediit. Iterum in Galliam missus Atrebaticæ Pacis inter Francum Regẽ, & Burgundiæ ducem promotor auctórque extitit. Eugenij 4. P. P. mandato Basileã ad Patres Cõcilij est profectus: denique in locum Cardinalis Vrsini mortui sit pœnitẽtiarius maximus. Senis moritur 68. ætatis anno.

Saluian⁹ Massiliensis Presbyter scripsit etiã De Virginitatis bono ad Marcellũ presbyterum Lib. 3. Aduersus Auaritiam libros 4. Expositionis extremæ partis Ecclesiastis ad Claudianum episcopum Viẽnensem librum vnum. Totum Africæ territoriũ (exceptis paucissimis Dei seruis)

pars cæditur, pars exemplo emendetur. Sic nostro seculo afflicta domesticis, externisque Teutonum armis Francia, coacti sunt Reges nummaria rerũ gerendarum subsidia ab Hierarchis deposcere, solemni vel sacrorum venditione prædiorum, vel oppigneratione. Hi nimirum vt ciuili pacata dissensione auitam Gallico orbi religionem restituerent: pro cuius defensione potissimum, velut in statione, perpetuo Franci excubant Monarchæ. Ad hunc modum concessa est sparsim à Gregorio Magno Ecclesiasticarum rerum alienatio in piam causam, puta pro redemptione captiuorum. Regesti lib. 5. Cap. 177. Lib. 6. Cap. 199. Lib. 7. Cap. 14. & 23.

nihil aliud quondam fuit, quã domus vitiorum. Teste Saluiano Lib. 7. De vero iudicio & prouidentia Dei.

Nihil hic contribuunt sacri Mendicantium Ordines ex bonis Ecclesiasticis, Quos etiam vetuit Carolus 7. Franciæ rex vllis sacerdotiis frui, eorũ possessione ipsis interdicta, (episcopali & aliis maioribus dignitatibus dẽptis) nonobstante collatione vel Apostol. prouisione quacunq;, nisi forsan aliquando ex permissione vel dispensatione regis. Edicto Caroli 7. An. 1443.

Alia est Philippi 4. Constitutio An. 1300. Vt Clericorum homicidariũ & malefactorum notoriorum, qui per Officiales episcopales liberabãtur, bona immobilia saisirentur & tenerentur, nec talibus in terra regia commorandi securitas aliqua præstaretur.

REGIBVS itaque in extremo Reipub. discrimine sacra gaza haud omnino neganda est, nec moderatæ pignorationis bonorum Ecclesiasticorum procuratio: siquidem aliunde Politica Regni negotia nequeant explicari. Quum enim Sacerdotio ac Imperio constet Respub. cuius regios fasces præferunt Principes nostri, ita Politicam vtriusque curam debent suscipere, vt alterum alterius nitil auxilio existiment, vnique consulendo alterius salutem non aspernentur. Eapropter prisci Reges, quorum memoria insigni pietatis nomine commendatur posteris, multa quidem Sacerdotibus irrogarunt priuilegia, imprimisque Philippus 4. Sanctione edita An. 1302. & complusculis aliis, quæ ad verbum exscribũtur in Stylo Parlamenti 3. parte: Sed quum in hunc Reipub. ordinem toto illi pectore, animique propensione deflagrarent,

deflagrarent, reliquos nihilominus Ciuili Politia confouerunt, & suum cuique tribuentes vicissim, ne alij aliorum iura sibi vsurparent, latis Legibus prudenter prospexêre. Inter quas mirè Politica habetur hæc Philippi filij D. Ludouici, deprompta ex Cartophylacio Ratiociniorum Parisien. necdum alibi comperta fortassis: *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Dilectis & fidelibus clericis nostris M. Fulconi de Lauduno Archydiacono Pontiui in Ecclesia Ambianensi, & Thomæ de Parisiis canonico Rothomagensi Salutem & dilectionem. Super singulis ad nos missis articulis, de quibus Curiam nostram consulere voluistis, sic duximus respondendum. Et primo, super excommunicatis compellendis, qui sustinuerunt excommunicationem per annum, scire vos volumus, quòd Constitutionem Domini & genitoris nostri, quæ incipit, Cupientes, quæ est de Mense Aprili Anno 1228. noluimus in aliquo contrahere. Si tamen ante & post constitutionem eandem nõ fuerint Tholosæ excommunicati compulsi, rem nouam nolumus inchoari. Nec displicet nobis, si decimæ præstantur, quæ lege diuina debentur, vel pro loci consuetudine adprobata. De Clerico interficiente hominem in iurisdictione nostra, cui committi debeat, nobis videlicet, an Episcopo, recurri volumus ad ius scriptum: nisi quid agi debeat, consuetudo declaret. Nec videntur sentire Canones quòd Clerici moneantur, ne diuersa negotia exerceant: Sed Clericos non coniugatos Canon moneri præcipit ex quo gaudere voluerint priuilegio Clericali, vt secularibus negotiis & turpibus quæstibus se non debeant immiscere. Sed quoniam vxorati etiam deferentes tonsuram, qui secularibus negotiis, & turpibus quæsti-*

Insigne Diploma Philippi 3. Galliæ regis de Politicis quibusdã capitibus Iurisdictioneq; præsertim inter Ecclesiasticos & laicos controuersa.

Regia Constitutio B. Ludouici in excommunicatos duræ ceruicis nec curãtes se anathematis vinculo absoluendos noxiisque expiandos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus se immiscent, dum iis se implicant, priuilegio clericali gaudere non possunt, quominus respondeant Dominis suis in iustitiis & debitis seruitiis consuetis præstari ab aliis vxoratis, in talibus non est aliqua monitio expectanda. De homicidis clericis, antequam fuerint de crimine condemnati, non videtur quòd eorum bona debeant confiscari: Sed iniuriam facit Episcopus, si in præiudicium iuris nostri à talium condemnatione cesset in fraudem, quòd Episcopus faciat missionẽ in bona immobilia Clerici condemnati auctoritate sua, postquam res immobiles non sunt de Iurisdictione sua temporali. Non videtur rationem habere, si Clericus agat contra Laicum, quod relinqui non debeat laicus foro suo. Et præterea ille qui habet iurisdictionem temporalem in territorio, vbi clericus habet suas possessiones, non debet suam iurisdictionem amittere, si super iis clericus trahatur in causam à laico, pro eo quod ad clericum possessiones huiusmodi deuenerant, nisi de præscripta consuetudine in partibus illis hactenus pacificè aliud fuerit obseruatum. Clerici verò si coniugati non sunt, in Francia non contribuunt in Tailliis cum laicis, sed onera rerum duntaxat agnoscunt. Vnde Consules Tholosani satis possunt abstinere à contributione, quam petunt à Clericis in Tailliis, nisi tales existant Tailliæ, quæ possessiones onerauerint ab antiquo. Super vltimo articulo non videtur nobis rationem habere, si laicus laico decimas vẽdiderit, quamuis emptas à Clerico, quòd quæstio quæ vertitur de pretio soluendo inter laicum & laicum propter hoc debeat relinqui foro iudicis Ecclesiastici. Sanè in iis casibus, in quibus Episcopus est in possessione vel quasi explectandi, vel exercendi ea quæ præmisimus, non est bonum quod à sua possessione causa non

Exemptio Cleri à communibus Plebeiorũ Taillis seu indictionibus, quas iam inde à Ludouici 9. regis temporibus plebi impositas vulgo dictitant: Quemadmodũ aliud tributi genus, les aydes seu oblationes à Carolo 5. institutæ sunt ex necessitate bellorum.

Ex iis nota priuatum possessorem nec à fisco quidem, nisi cognita causa & post sententiam, possessione mouendũ esse. Nam alioquin iure communi licebat parti de facto resistere nuntio Principis male exequenti L. prohibitum Cod. De iure fis. Lib. 10.

non cognita deiiciatur Episcopus: Sed est bonum, quòd eo vocato ius nostrum modo debito retinere curetis. Datum Parisiis Die *Mercurij in vigilia B. Andreæ Apostoli.*

15 ETSI gliscentibus Reipub. periculis indicta sit à Principe fundorum Ecclesiasticorum licitatio paucos abhinc annos: Ab eo tamen ita prospectum est sacræ bonorum Oeconomiæ, vt si qua alia ratione conflari pecunia conferríque possit à sacrato Ordine in publicũ Regni vsum, tunc prædia Templorum minimè veneant Regio cogente imperio, sed nutu arbitrióque sacerdotum disponantur: ita, vt ab iismetipsis commodiore titulo in certum tempus alienẽtur. Sicuti à Gallico Clero tractatum accepimus cum Rege Christianiss. Mense Iunio. An. 1576. Ponamus igitur, agrum quendam fuisse emphyteutica lege traditum ab Ecclesia. Nunquid hæres emphyteutæ ob canonem biennio non solutum mulctetur emphyteusi? Pro Ecclesia vrget ius ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμβατευτικὸν, (vt vocat Vlpian⁹ L. 3. ☞ De Reb. eor.) Quo dominis liceat, prædium commisso vendicare, statim ac emphyteuta canonem dependere cunctatus sit trieteride plena, nisi idem protinus oblatis nummis moram purgauerit. Auctore Gregorio 9. Põtif. In Cap. Potuit. De Locato. Pro hærede in contrarium defenditur, triennij quidem lapsu commissum esse emphyteuticum aruum, sed hæredi ipsi restitutionem in integrum legibus indulgeri. Dynus in Regula Cùm quis in ius alterius succedit Lib. 6. Specul. in §. Nunc aliqua De Locato vers. 18. Bart. in L. Cùm filius §. in hac ☞ De verb.

Quod si emphyteuta pro re emphyteutica debeat frumẽtum & pecuniam annui canonis & frumentum triennio soluerit, sed in pecuniæ solutione cessarit tribus annis, videndũ, an tota res dicatur cõmissa, an pro parte pecuniæ non solutæ. Dixeris fortasse totum committi, quia pœna est indiuidua, quæ vitari nequit etiam si factum pro parte impleatur. Tamen canonica æquitate pœna diuiditur Cap. suã De Pœnis. In casu autem proposito decisum est à Curia Delphinali, nulla ex parte cõmissi pœnæ locum esse. Guydo Papæ Decis. 174.

Sententia Petri De bella Pertica I.C.

Res autẽ emphyteutica si perueniat in manũ domini directi titulo cõmissi vel prælationis, euanescunt seruitutes & obligationes super ipsa re per dominum vtilem impositæ: Si autem alio titulo, durant. Quia alienatio fit cũ sua causa. Guido Pap. Decis. 575.

Arestum Die 8. Iunij 1576.

Oblig. Ad ea replicant proprietarij fundorum Clerici, quotiescunque pactum sumit originem à maiore 25. annis, aut alio non priuilegiario, nec aliquid cum hærede gestum est, hæredem tum minimè esse integri restitutione adiuuandum. Ex opinione Pet. Perticensis Arg. L. 1. &. 2. Cod. Si aduers. vendit. pignor. Cynus in L. 2. Cod De iure emphyt. Atque ita discrepantes Doctorum sententias expendenti subit istud Symmachi Præfecti vrbi ad Theodosium August. Facit plerumque " ratio aut fortuna causarum, vt in controuersiis " alter æquitate, alter iure nitatur. Tunc humano " labante consilio, deliberatio cognitoris ad cle- " mentiæ vestræ oraculum recurrit. Epist. 38. Cedò " igitur, quodnam in dubia illa quæstione Senatus iudicium? Mitiorem partem complexi Patres secundum hæredem iudicarunt. Placito solemni 6. Iduum Iuniarum An. 1576.

Alia causa est nũmi hæredibus emptoris restituti ex pacto redemptiuo venditioni appositi: Alia nũmi hæredibus numerati ex publica feudi auctione venditi ob æs alienum defuncti post mortem ipsius. Nam priore casu, Pecunia diuiditur ex æquo inter hæredes. Posteriore autem, reliqui

FINGE iam clientelare prædium ab Ecclesia 16
venditum fuisse in publicam Imperij causam, sed cum redhibitoria lege intra diem pacto præstitutum. Emptore dehinc vita functo, redimit Ecclesia fundum ab eius hæredibus ex priori conuentione. Hæsitatum est, an redemptionis pretium æquis portionibus diuidundũ foret inter hęredes emptoris, quasi mobilis pecunia: an verò fundi hæreditarij instar, qui beneficiarius erat, partiendum cum natalitia masculi prærogatiua, iuréque primigeniorum. Masculo non leuia suffragabantur argumenta, Emptorem, qua die mortuus est, prædij dominum extitisse: Fundi quippe ven-

pe venditionem purè ac simpliciter initam fuisse, licet sub conditione resoluendam. Inspecto igitur tempore delatæ hæreditatis, probabile erat pretium suffectum in agri hæreditarij vicem, æquo pondere cum eo librandum ab arbitris diuidundæ familiæ. Diuersa tamen opinio placuit Senatui, decretúmque, fundi pretium velut mobile æs quoddam ab hæredibus esse viritim æqualitérque inter ipsos distribuendum. Arresto Curiæ, quod Preuostus Præs. more maiorum pronuntiabat. Arestis Pentecostes An. 1576. Huius rationes S. C. plurimas collige ex Iohan. Gallo Quæst. 1. An pretium rei hæreditariæ censeatur hæreditarium. Redimendi insuper facultas prædictæ addita venditioni, eam ipsam coarctauit, aut nudam potius Ἀνλίχρησιν videtur induxisse, tantisper duraturam, quoad restituto pretio Ecclesiasticus ager lueretur, mortalium alioqui commercio solutus exemptùsque. Vti à nobis latiùs tractatũ est in nostro Opere De Domanio Franciæ. Tit. 3. Lib. 1. De Pactis fiduciariis, cũ nostris ad marginẽ Annotat.

nummi, soluto ære alieno, diuiduntur cum eodẽ Primigeniorum iure, quo feudum ipsum. Placito Curiæ 7. Idus Septẽb. 1552. Claudio Gasteliero primogenito in Iohannem fratrẽ natu minorem altercante. De quo Ægid. Magistrum consule In suis Decisiõ.

Decretum Senatus Die 8. Iunij 1576.

Ἀνλίχρησις, hypothecaria possessio creditoris.

17 QVOTIESCVNQVE Princeps à Sacerdotibus petit rei nummariæ subsidia, proposita ob id sacrarum alienatione ditionum vel pigneratione, non censetur idcirco solennitatem alienationi lege præscriptam omnino sustulisse. Arg. L. Si Quãdo. Cod. De Inoff. testam. Nouissimè perculsa domesticis factionibus Gallia, egit Rex cum patrio Clero, vt cimeliarchium suum liberaliter reseraret aperirétque Reipub. subleuandæ. Mense Iunio An. 1576. Tanti autem æris collatio vt cu-

In re ecclesiastica sacri conuentus decreto alienanda oportet singulos de cõuẽtu Instrumento alienationis adscribi & nominari.

Cimeliarchiũ ideo appellatũ, quòd in eo sint repositæ κειμήλια, id est, sacra vasa.

raretur ocyſſimè, tentata fuit ſacrorum prædiorum auctio, pignoris conſtitutio, aliáque pactitiæ alienationis genera, quibus afflictæ Patriæ ſubueniretur. Quum ergo ſacri fundi vęneunt à cœnobiarcha, aut hypothecæ ſubiiciuntur decreto monaſtici conuentus ad mutuas ſumendas pecunias, neceſſe eſt ſingulorum nomina decreti tabulis inſcribi, nec valet generalis iſta verborum Inſtrumenti conceptio: *Cluniacenſis cœnobij conuentus.* Iudicio Bartoli In L. 1. ff. De Albo ſcrib. per Leg. vlt. ibi, ſigillatim vnumquemque Cod. De Venden. reb. ciuit. Lib. 11. Quod obnixè etiam adſtruit Ioh. Andræas de templorum latifundiis. In Cap. Quanto. De his quæ fiunt à præl. Vbi pariter Imolenſis. Quibus conſentaneum eſt Barbatiæ reſponſum 12. col. vlt. Volum. 2. Imo & Syndici Eccleſię cooptationi adſcribẽda ſunt Clericorum nomina, qui in eo conſtituendo, habitis de more comitiis, dixerint ſententiam. Vt ait Specul. in Tit. De Syndico. Præterea non ſufficit inſerta alienationis Chartulæ præſentium enumeratio canonicorum, niſi & ſingulorum ſubſcriptio adhibeatur. Ex Epiſtola Leonis P. P. ad Siculos antiſtites Can. ſine exceptione 12. Quæſt. 2. Guymerius expreſſim In verb. ſubſcriptione Rubr. De Auctorit. Sacr. Concil. In Gallia tamen hæc pernerebruit conſuetudo, vt ſacrorum quidem collegarum nullus ſubſcribat priuatim, ſed collegij ſcriba tabulas obſignet, vel publicus alius pactorum perſcriptor ſeſe ſubſignet Inſtrumento. Cuiuſmodi noſtratis Eccleſiæ formula antiquæ ſubſcriptioni

Totus quidem conuentus alienationi interuenire debet quoad tractatum. Can. Sine exceptione In ver. & cum totius 12. Quæſt. 2. Sed requiritur tãtũ maior pars quantum ad conſenſum. Satis eſt enim quod duæ partes interſint, & quod maior pars alienationi conſentiat. Cap. 1. De his quæ fiũt à mai. par. Cap. 1. Nominationũ Cod. De Decur. lib. 10. L. Plane. l. Nulli ff. Quod cuiuſq. vniuerſ.

Quod ſi Abbas monachis careat, vel Epiſcopus canonicis, fiet tunc alienatio cũ ſuperioris aſſenſu. Glo. 14. In Can. ſi qua de reb° 12. Quæſt. 2. Clem. 1. De Reb. eccleſ. non alien.

ſcriptioni æquipollet. Quemadmodum Socynus diſertè, Reſponſo 15. Col. 14. Volum. 1.

18 CIVILI ingruente Bello, Princeps Clero indixit multas numûm aureorũ myriades An. 1575. Eum in Cenſum relatis Canonicis Aurelianæ ædis ſacrarum maximæ indultum fuit Principali reſcripto, vt grandes arbores nemorum ſuorum liberè amputarent, venundarent: ex quarum pretio collatitium æs 15. millium HS ab iis faciliùs numeraretur. Talium arborum auctioni intercedunt Vicani *De Trainou*, ſuoque libello vetuſtum ſyluæ vſum ac paſcendi in ea pecoris ius prætendunt. Inde Senatu ex prouocatione adito, Forenſis noſtræ Actionis ſumma fuit pro Aurelianen. Capitulo, nihil iniquius videri, quàm ſi dominis libero prædij ſui commercio interdicatur ſeruitutis cuiuſdam vel vſus obtentu. Nam & Regiis Conſtitutionibus ad certum agri modum præſcriptóſque regionum limites redigitur quilibet ſyluarum vſus: quo duæ ſaltem fundi partes, proprietarij arbitrio relinquantur. Cauſa diligenter excuſſa, interloquitur Senatus de venditarum arborum ac vſuariorum numero pleniùs inquirendum: vt eouſque duntaxat, quo legitimus ſyluæ vſus ferebat, interceſſionis iſtorum ratio haberetur. Extemporali Curiæ Placito pridie Nonas Februar. 1577. Matthęo, pro appellantibus Vicanis: Me, contrà, pro ſacro Collegio Aurelianen. dicentibus. Longè autem potiori in fundum iure ſubnixus eſt ſacræ Eccleſię emphyteuta, quã vſuarius aut fructuarius: quum vtilis etiam do-

E conuerſo, emphyteuta non poteſt inuito domino ſyluã extirpare, & ibi plantare vineã, nec vſufructuarius priſtinam rei formã immutare. L. Vſufructuari° nouum ff. De Vſufr. Iaſ. in l. 1. Cod. De Iur. Emphyt. Senatus interlocutio Die 4. Februar. hoc Anno 1577. vt ſeries familiarúmque numerus cognoſceretur ad vſũ ſyluæ limitandum. Quandoquidem familiæ in eo Pago adauctæ quadraginta abhinc annos eo ſyluæ vſu frui potiríque nõ debent. In hunc ſenſum faciunt notata à Cepola in Tract. De Seruitutib°, an aucta familia vſus commoditas ve ſeruitutis augeatur. L. Nõ modus Cod. De Seruit. & aqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minij trãslatitia sit emphyteutica cõuentio. Quin & emphyteusis perpetuáve locatio hæreditate transfertur ad matrem emphyteutæ, tanquam acquisitionum hæredem ex Moribus complurium Galliæ municipiorum, non ad fratres defuncti, aliósve transuersarios successores. Quamuis enim Principali Edicto ademptum sit Gallicis matribus succedendi ius in bona liberorum, Tertyllianno S. C. introductum: illud tamen in prouinciis Gallicis locum non habet, quæ patria sua lege reguntur, ac scripta regionis cuiusque consuetudine. Ita Curiæ Parisiensis Aresto definitum, quod Harleyus Præses purpurea in toga recitabat 14. Calend. Maias An. 1576. Adde quòd Regia sanctio de filiorũ successionibus nominatim excepit mouentiâ & res soliâ defuncto acquisitas, quæque ex genere paterno ad liberos non peruenissent. Quorum successione bonorũ minimè excluditur mater, vt Regia Lege cautum est, lata Mense Maio 1567. quam probauit Ordo Amplissimus 4. Kalẽd. Sextiles Eod. Anno. Vtrùm autem in aliis Galliæ oris locus sit Edicto, quæ Ius Romanorum retinuêre ex Pactione regum iureiurando sancita, pendet pro rostris cõtrouersia in Auditorio Principis. Delphinates enim mordicus istîc defenderunt, Statutis suis ad eos intestatorum hæreditatem redire, qui lege Quiritum vocentur ad successionem. Delphinates autem in Gallicum dominatum antiquitus transiisse cum hoc pacto, ne quid ex patriis Constitutionibus abrogaretur, sacramenti religione ob id sanctè deuincta. Denique

Iulius Capitolinus in Marco philosopho refert, eũ leges edidisse de bonis maternis, & de filiorũ successionibus pro parte materna.

Placitũ Curiæ Die 18. Aprił. 1576.

Die 29. Iulij. 1567.

De Statutis Patriæ Delphinalis nonnihil scripsimus Lib. 3. De Domanio Franciæ.

que sacri Prætorij Senatores rem miserunt in cõsilium. Mense Quintili An. 1575. Marillaco Delphinatium causam orante.

19 ABSOLVENDA nunc vulgaris sacrorum bonorum alienatio Diœcesani Prę́sulis auspiciis cum Ecclesiastico suo Senatu: illorum præsertim, quæ vel vtrique horum communia sint, vel alterutrius mensæ adscribantur. Teste Glossematario In constitutione 2. Clementis 5. Pontif. De reb. Eccles. non alienan. In Concil. Viennensi. Imol. in Cap. 1. De his quæ fiunt à præl. Perus. in Cap. 1. Eod. Tit. apud Bonifacium 8. Quod si minoris Collegij prædia distrahantur, aut Cœnobij, eo accedere debet sacræ eiusdem Familiæ consensio, vnáque Antistitis diœcesani. Sinautem monasticus conuentus purè subiiciatur Romanæ Cathedræ, nec inferiorem sacrorum Præfectum agnoscat ex vetusto Rom. Ecclesiæ priuilegio, tunc Sanctæ Sedis auctoritate ineunda est sacrorum fundorum seu permutatio, seu alia mancipatio quæuis. Gloz. in d. Clem. ii. in verbo, proprij. De Reb. Eccles. Neque ea tamen legibus rata erit, ni sigillatim de omnibus prænmonito Pontifice, quæ alienanda proponebantur. Ioh. Andr. & Perus. In Cap. vlt. de Reb. Eccles. non alien. in 6. Episcopum rursus alienationum auctorem fieri opus non est quoad eorum bona templorum, quæ monasticis Præsulibus obnoxia sunt pleno iure, aut aliis minoribus sacrorum Præfectis, iurisdictionem habentibus quasi Episcopalem. Innoc. in Cap. Cùm & plantare. §. In ecclesiis. Dei primi. Imol. in Cap. Sta-

Hinc Sede vacante alienatio fieri non potest per solum Capitulũ, sed superioris auctoritas requiritur. Præpos. & alij per Cã. si qua de rebus & Can. precariæ 12. Quæst. 2. Gemnian. In Cap. 1. De Maiorit. & obed. In 6. per Cap. Is cui De Elect. In 6.

Nec valeret cõsuetudo, quòd in alienatione consensus episcopi non interueniret. Archyd. In Can. In venditionibus 17. Quæst. 4. Hostì. & Imol. In Cap. 1. De his quæ fiũt à Præl.

Quãdo Abbates vel alij Prælati habent Ecclesias pleno iure subiectas, tũc si velit vellet alienare, poterit cum consensu illius abbatis habentis iurisdictionem quasi episcopalem.

tuimus De Transact. Bald. Responso 378. Vol. 3. Vnde colligitur, moniales purè subditas Dominicani Patris imperio, vel Franciscani, sua abalienare posse Ministri Prouincialis auctoritate adhibita, vel Generalis magistri Ordinis, alteriúsue potestate præditi, quasi pontificali. Barbat. Responso 40. vol. 1. & Consil. 14. volum. 2. Porrò templi inferioris rectori alienatio permissa est, vno subscribente Episcopo, nec Cathedralis cleri assensu requisito. Quemadmodum Agathensis Synodus sanxit. Can. Casellas 10. Quæst. 2. Specul. in Tit. de emptione §. nunc dicendum, versic. cæterùm. Quod vsu probatum continuo affirmat Perus. in d. Cap. 1. De reb. Eccles. nõ alien. in 6. Geminianus Responso. 48. Vacante tamen eius phani sacerdotio, defensoréque ipsi adscito Ecclesiæ, Cathedralis collegij tractatus exigitur, nedum consensus in alienandis eiusdem latifundiis templi, simul cum Episcopi auspiciis. Præpositus in Can. sine exceptione 12. Quæst. 2. Arg. Cap. 1. De reb. Eccles. non alien. in 6. Rebuffus in Compendio alienat. rerum Eccles. Temporarius verò Ecclesiæ defensor, qui ab Episcopo constituitur, eidem huic alienationis auctori non auderet reluctari. Quo fit, vt Ecclesiastici cœtus perinde, ac ordinarij iudicio Præsulis sit alienatio fulcienda. Contra opinionem Glo. & Doct. in Cap. 1. De reb. Eccles. non alien. in 6.

PRÆCEPS denique nec solemnis sacrarum opum alienatio rescinditur à Principali magistratu, petita in profanum emptorem integri restitutione. Incumbit enim Ciuilis Potestatis officio; gnauum

Talis autẽ consens° sigillatim in cæteris datus iure nõ subsistit, sed in cõmunem locum conuenire canonicos oportet, ibique congregatos consentire. Arg. Cap. In genesi De elect. Nec teneret etiam consensus præstitus per literas Bal. In Autẽ. Hoc ius porrectũ col. 3. Cod. De Sacrõs. eccles.

Externa bonorum Ecclesiasticorum custodia Politicáque conseruatio ad Christianos Principes pertinet.

gnauum se Ecclesiastici arui propugnatorem præbere, sanctorúmque ideo Canonum seruatorem. Nam hæ in Panegyricis Roman. Impp. voces personabant, quòd Ecclesiasticæ rei curatores se palam testarentur, nominatímque sacrarum ditionum commercia editis Legibus improbarent, nisi ex Canonicis causis inita, & formularum ritu diligenter obseruato. Sic Iustinianus princeps Ecclesiæ iuxta ac Reipub. curam gerebat, cùm & illam huius primam præcipuamque partẽ esse non ambigeret, & profiteretur se illius magis quàm animæ suæ studio commoueri. Sciebat veterem ac religiosum S. P. Q. R. morem, vt de rebus diuinis priusquam de humanis consilium iniretur. Itaque hoc se etiam feciſſe existimauit, cum Ecclesiasticas leges Constantini, Theodosij, & similium piorum Cæss. in primis proposuisset. Ad hæc, Conciliorum decretis tam sedulo rationem Gubernationis Politiæque ecclesiasticæ descriptam esse iudicauit: vt qui confirmasset, laudasset, commendasset, satis hanc Reipub. Christianæ partem constituisse atque communiisse videretur. Sensit tandem esse necesse, vt nouas leges conderet alienationum sacri fundi prohibitorias, aliáque multa in vsum reuocaret, præclarè à maioribus de Ecclesiastico negotio instituta. Sanè quàm Iustinianus trecentis post Constantinum annis curam iuris Ecclesiastici cum Iurisdictione ciuili coniunxit, eandem & Carolus Mag. annis post Iustinianum trecentis, & Magni filius Plus retinuerunt, magisque adhuc Hierarchico, quàm Ciuili iuri componen-

Quemadmodũ Christiani Monarchæ Religionẽ Politica bonorum ecclesiasticorum curã stabilitedã susceperunt: Ita Iulianus Apostata Imp. Christianã fidẽ subuertere conatus est bonorum rapina Ecclesiæ Christi donatorum.

Ecclesiastica & Ciuilia iura sese mutuo iuuant piorum Principum ductu auspicijs. Tamen in his quæ ad Ecclesiasticam disciplinã pertinet, Reges Episcopis subesse declarat exemplũ Theodosij apud Ruffinum Lib. 2. Cap. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do operam dedêre. Hanc etiam Sacrorũ Politiam religioſè tractabant Chriſtiani Imperatores, vt quod de rebus Eccleſiaſticis ſtatuebant, ad Concilia Epiſcoporum referrent: Non ſecus ac primi Romanorum Auguſti ad Senatum referebant ſæpius, quod de Iure Ciuili vellent edicere. Cuiuſmodi lex propterea modò Oratio Principis appellabatur, modò Senatuſconſultum. Illud profecto vel Ethnicis Regibus quõdam Πολιτικὸν ἀκρόημα præſcribebatur, vt Numinis cultum ante omnia legibus ſancirent cùm publicis, tum priuatis. Vitę exemplo ſcilicet. Quod grauiſſimè quidem Principi ſuaſit Ariſtoteles, Regni incolumitatem exoptanti fœlicémque iuſti imperij adminiſtrationem. Politicõn Lib. 5. Cap. 11. Et Plutarc. In Polit. Hinc iactitat Tullius, nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos fuiſſe, ſed Religione Pietatéque à Romanis ſuperatos. De Aruſpicum Reſponſis. Idem quippe ſcribit, Romulum auſpiciis, Numam ſacris conſtitutis fundamenta ieciſſe Romanæ Ciuitatis. Lib. 3. De Nat. Deorum. Vſqueadeo, vt Regia ſacrorum poteſtas ab illo decreta ſit, hac Dionyſianę Hyſtorię periodo. Πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔσχεν, καὶ πάντα δι' ἐκείνου πρᾶττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. Sed hanc poſtea curam præfecturámque ſacrorum Regibus ademiſſe videtur Numa, cùm Pontificem Maximum inſtituit, cuius eſſet ius ſummum in Sacris. Neque ea idcirco dicta velim, quaſi Ethnicæ ſuperſtitionis ritus noſtris æmulandi proponantur: verùm vt eo alacrius excitentur

De Tiberio quoque narratur, id eũ precipue Senatui mãdauiſſe, ne antea Principalibus reſcriptis obtẽperaret, quã ſi æqua, iuſta, & vtilia eſſe viderentur.

1. Politica Regula & ſententia.

Ex Diodoro Halycarnaſſeo.

B. Ambroſius in Epiſt. ad Valẽtinianũ Imp. vtitur nonnunquam argumẽtis ex Ethnicorũ ritu deſumptis: quod & ſacri alij ſcriptores factitarunt, minimè tamen vanum illorum & gẽtilem cultũ adprobantes.

excitẽtur Chriſtiani Principes ad Eccleſiaſtici Status tutelam atque cuſtodiam, quòd attentiùs ſpectarint gentilium Deũm veneratores, adumbratã etiam ſacrorum curatione, Rempubl. ſuam in ſuprema humani faſtigij ſorte collocaſſe.

21 QVVM autem verba deficientibus operationibus erubeſcant, inquit Tertullianus, vix ſatis fuiſſet Chriſtianiſſ. Regi, promulgatis Edictis bona Eccleſiaſtica ſuo patrocinio tutelæque aſſerere, Menſe Aprili 1571. niſi ab eorumdem auctione, quam difficillima Reipub. tempora extorſerunt aliquando, abſtinere in poſterum ipſa re decreuiſſet, vti religioſè ei decretum accepimus. Quod Haſtę ſubiecta ſint Eccleſię latifundia quę, dam hac tempeſtate, id noſtris priuatorum vitiis adſcribendum: ex quibus ſenſim enatæ ſimultates, rediuiua noſtratium bella identidem, cum exhauſti eam in cauſam Ærarij inopia. Quod verò tali ſacratum opum promercio reimperetur poſtea, id Regiæ eſt Pietati tribuendum. Ita Hebræi infortuniis ſuis cautiores certò qgn̄ buerunt nullas ſe calamitates perpeſſuros fuiſſe, ſi præſcripta legum prudenter obſeruaſſent. 11. Eſdræ 7. Et apud Ioſephum. Antiq. Iudaic. Lib. 11. Cap. 5. Quibus obiter ſubiungam, Deum Opt. Max. haud inultam paſſurum Sacri ſui Patrimonij profanationem: cuius acerbiſſimas pœnas non modò exegit à Celſo Magiſtro equitum Gunthranni Burgundiæ regis, ſed etiam à rege Ludouico Craſſo, primigeniæ ſuæ proli ſuperſtite magno cum luctu. Itaque ne in Ciuilia Mala recidamus poſt-

Haius poſtremi Tituli Concluſio, ab vſu ſacrarum facultatum, quatenus fieri poteſt, abſtinendum eſſe, vel belli temporibus. Quod & Mantinei Ethnici olim iudicio decreuerunt. Nam cùm Arcades ab Eleis victi eſſent, atque inſcio Populo, imperatores Arcadum ſacris nummis ad militare ſtipendium abuterentur, Mantinei pronũtiarũt, talibus pecuniis vti non licere. Cuiuſmodi ſententia ex appellatione confirmata, eſt à Myrtis, Arcadiæ iudicib⁹.

Ex Xenophonte Rerum Græcarum Lib. 7.

Eccleſiaſticorũ bonorum profana tractatio & alienatio à Numine vindicata eſt in Gunthrãnũ ipſum, de quo i Textu, & in Ludou. Groſſum, qui

hac, quibus ad neceſſariam ſacrorum alienationem adigatur Princeps, morum emendatione redeamus in gratiam cum Superis, aſſidua Diuûm precatione, ſacro ieiúnio, perperámque actorum pœnitentia. Quod vt planiùs, Sacerdotalis vitæ ductu exemplóque prbuehamur,

Vos quibus eſt ſacri cuſtodia credita Templi,
Obſecrate Deum, eia Deum celebrate Miniſtri,
Qui ſacra aſſidua vigilatis ad atria cura:
Eia Deum laudate bonum, nomenque beatum
Tollite perpetuo veſtro ſuper æthera cantu.

Vnde etiam meliùs formata Plebeiorum morum ratione, ſperandum equidem, lapſos in rectam denuo de Numine perſuaſionem erectum iri, & ita Superos Gallicam Pacem firmaturos εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Non minùs enim in aliorum ſententiam trahimur Ethica fide, quàm Enthymematica, aut Pathetica: hoc eſt, alienę vitæ ſpeculo (Sacerdotalis puta) non minùs quàm argumentorũ Panoplia, aut quálibet iuſto Affectuũ motu. Sicuti ab Ariſtotele ſcriptũ eſt Lib. 1. Rhetor. ad Theodecten.

QVAPROPTER, vt ab exordio Operis petamus dicendi finem, Ethica illa fides tribus eſt Eth. Philoſophiæ conciliánda capitibus, Monaſtico, Politico, & Oeconomico. Nempe vt ſinguli priuatim moribus, in Clerum allegendi, probentur: Allecti dehinc publico munere fungantur pro Hierarchico Imperio: Et ſacras inde facultates licitè diſpenſent iuxta canonicam veteris Oeconomiæ diſciplinam. Hac iter Elyſium populis, Sacerdotum mores certatim velut Lumina quædam

primogenito ſuo Philippo orbatus fuit miſerrimo ac viliſſimo mortis genere, quo Philippus iam iniectus Galliæ rex abſumptus eſt. Quemadmodũ illã ob cauſam diuinæ iræ præmonitus fuerat à D. Bernardo rex Ludouicus. Vt Heliodori interim exemplum prætereã, qui Seleuci Aſiæ regis iuſſu paratus manũ iniicere rebus Dei templo ſacratis, diuina manu ſubinde percuſſus eſt.

i. in æterna ſecula.

CORONIS *operis, cum Anacephaleoſi.*

dam ſectantibus: Chriſto vniuerſim piis mortalium ſtudiis proſpera fauoris aura aſpirante. Sic concordes animi in vnum ſimul Chriſti Ouile referemur duce ſacro Paſtore, tum in cœleſte Regnum, in illam triumphantem Hieroſolymam, in Olympum veri Iouis transferendi ac perpetuæ fœlicitati deſtinandi. Quem denique noſtrarum ærumnarum portum bona ſpe cultioris vitæ iam pene aſſecuti, propitij Numinis auſpicio lætum Celeuma canimus.

Laus, Honor, Imperium Domino, qui robore cinctos
Nos tegit, incolumeſque rapit de morte propinqua.
Iam dedit haud dubie poſita placabilis ira
Signa ſecunda, piis dabit omnia proſpera, leges
Qui patrias & ſacra colent, errore relicto.
Ecce ſalus, ecce incultas bona copia terras
Incolet, & læti renouatrix gloria ſecli.
En bonitas, en alma fides feret obuia greſſus:
Terra fidem, cœlo terras, Aſtræa relicto
Sancta colet: comes Aſtrææ bona copia cœlo
Appluet, & lætos decorabit frugibus agros.
Et quacunque feret Dominus veſtigia, greſſus
Ante ferent Ius Faſque ſuos: lis, viſque, doluſque
Deſeret afflictas per tot iam ſecula Terras.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

ΤΕΛΟΣ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTOR PIO LECTORI.

HANC *etsi manibus satam profanis,*
Sacrorúmque Politiam impolitam
Gratus sumito, Christiane Lector.
Nam rebus suus est lepos sacratis,
Non os, pectus at exigens disertum,
Sublimis Sophiæ pium ac alumnum:
Vt quæ Christicolas parans Olympo
Sacros continet in suo Ministros
Vitæque officio Politioris.
Vnum vos (Superi) rogamus, vt quod
Vestros deficio monens colonos,
Tantum hi Numine perciti superno
Vestro proficiant dehinc fauore.
Hinc totum Deus imperans per Orbem,
Cuius cuncta manu reguntur acta,
Sacratus, priùs Ordinem sacratum,
Leuitásque Patrum in viam reducet:
Qua, Christi reliquum hi duces Ouile
In cultum reuocent Deo probatum,
Nobis Æthereæ gradum quietis,
VITÆ *& spem solidam probis beatæ.*
SIC præsente fruens petas futuram,
Et viuus citò posthumam requiras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LATINOGALLICVS

DICTIONVM ET LOQVENDI GENERVM selectiorum, quæ in hoc Opere sparsim habentur.

Abbeuillana Ædes Vulfranij, *Egliſe collegialle de S. Vulfran d'Abbeuille.* 167.
Academicus Regiorum priuilegiorum ſeruator, *Conſeruateur des priuileges Royaux de l'vniuerſité.* 377.
Academicis gradibus prædditi, *gradueZ des VniuerſiteZ.* 113.
D. Acheoli Abba, *Abbé de sainct Acheul, dioceſe d'Amiens.* 193.
Ἀδέσποτα bona, *Biens vacans.* 760.
Ædiles plebis Vaurenſis, *Eſcheuins de la ville de Lauaur.* 634.
Ædis Vulfrannij Pontiuenſe Sodalitiũ, *Egliſe collegialle de Sainct Vulfran de Ponthieu.* 633.
Ædituí, *Marguilliers d'vne pareiſſe.* 546.
Agendicum, *Prouins.* 14.
Ἁγιόγραφοι Patres, *qui ont eſcript des Lettres ſainctes.* 417.
ἄγραφα, *Non redigeZ par eſcript.* 381.
Agrippinenſe Vbiorum territoriũ, *Pays de Cologne ſur le Rhin* 426.
Agrippinenſe Concilium, *Concile de Cologne.* 174.
Albia Cadurcorum, *Cahors.* 241.
Allobrogicæ conſtitutiones, *StatutZ de Sauoye.* 358.
Alebretus Toparcha, *Seigneur d'Albret.* 82.
Alebretus regulus, *Idem.* 82.
Alpinarum gentium regulus, *Prince de Piedmont.* 34.
ἀμέσως, *Immediatement.* 733.
Ampliſſimus Ordo, *Court de parlement.* 683.
Ἀνάγκη, *neceſsité.* 812.
ἀναγνώστης, *Lecteur.* 455.
ἀνάκρισις, *informations.* 456.
Ancipiti certamine dirempta diſceptatio, & calculi iudicum adæquauerunt, *Le Proces eſt party.* 797.
Anicienſis Eccleſia, *l'Egliſe du Puy en Auuergne.* 242.
Animaduerſionis Regiæ crimina, *Cas Royaux & priuilegieZ.* 278.
Anni caducarij prouentus, *Reuenu de l'an du deport.* 533.
Annus caducarius, *L'an du deport du benefice* 610.
Anthonianæ præceptoriæ, *Commanderies de l'ordre S. Anthoine.* 34.
Antiſtita monaſterij, *Abbeſſe* 668.
ἀντιγραφεύς, *controlleur,* 766.
D. Antonij Viennenſis Hæteriarchus, *Abbé de Sainct Anthoine de Viennoys.* 370.
Antonianæ præceptoriæ, *Commanderies de l'ordre de S. Anthoine de Viennoys.* 35.
Apameenſis Epiſcopatꝰ, Palmiers. 333.
Apotheoſis, *canoniZation.* 315.

A Præfecto Regio manum Viatoriam mutuari, *Implorer la force du bras seculier.* 226.
Arbrincensis, seu Arboricensis Episcopus, *Euesque d'Auranches en Normandie.* 231.
Archiepiscopo suffragantes, *Euesques suffragans de l'Archeuesque.* 92.
Archimandrita, *Abbé.* 683.
Archiprior Templi, *Grand Prieur du Temple.* 426.
Ἀρχόντες, *Princes & Gouuerneurs.* 811.
Aresta Sextilia, *Arrestz solennelz prononcez à la my Aoust.* 569.
Aresta Natalitia, *Arrestz solennellement prononcez la surueille de Noel.* 592.
Armorici, *Bretons.* 172.
Armoricæ Ecclesiæ, *Eglises de Bretaigne.* 174.
Arrebatēsis Episcopus, *Euesque d'Arras.* 138.
Auctionaria fundi addictio, *Adiudication par decret.* 805.
Auctionaria intercessio, *opposition à criees.* 814.
Auditorium quæstionum, *chambre de la Tournelle criminelle.* 269.
Auenionensis Prolegatus, *Vicelegat d'Auignon.* 409.
Augusta Taurinorū, *Ville de Thurin.* 253.
Augusta Veromanduorum, *La ville de Sainct Quentin en Vermādoys.* 696.
Aulæ Francicæ Sacrificuli, *Chantres de la chapelle du Roy.* 368.
Auriliacēse, *d'Orillac en Auuergne.* 96.
Auſciorum Pontifex, *Archeuesque d'Aux.* 626.
Αὐτοδίδακτος, *enseigné par soy mesme.* 495.

B

Basilicæ Episcopales, *Eglises Cathedrales.* 173.
Belgentium, *Baugency.* 457.
Belliioci Ecclesia, *De Beauuieu au pays de Beauuoloys.* 141.
Bellocassiorum Ecclesia, *Eglise de Bayeux en Normandie.* 4.
Beneficiarius fundus, *Fief.* 528.
Beneficiario iure fundum concedere, *Transporter vne terre en son fief.* 758.
Beneficiaria lex, *Infeudation.* 534.
B. Bernardi Parisiense scholasticum Sodalitium, *College des Bernardins à Paris.* 369.
Biarnensium Regulus, *Seigneur du pays de Bearn.* 536.
Bigerrones, *Pays de Bigorre.* 242.
Boiorum dux, *Duc de Bauiere.* 340.
Bononia Belgica, *Bologne sur la mer.* 378.
Britanni, *Angloys.* 37.
Burgi Dolensis cœnobium, *Abbaye du Bourgdieux en Berry.* 371.
Burgimedij Blesen. cœnobiarcha, *Abbé de Bourgmoyen de Bloys.* 637.
Byzantius Patriarcha, *Patriarche de Constantinople.* 344.

C

Cabilonensis Synodus, *Concile de Chaalon sur la Saone.* 176.
Camera præfecturæ Ratiociniorū, *chambre des Comptes.* 678.
Canon Regi°, *Domaine du Roy.* 740.
Canonici Statuti Pontificia venia, *Dispense de nostre S. Pere contre le statut.* 1010.
Caroliloci Æteriarcha, *Abbé de Chalis.* 294.
Casa Benedicti, *Chesaubenoist.* 776.
Cassinates cœnobiarchæ, *Abbez du mont de Cassin.* 295.
Castri Rodulphi dynasta, *Sieur de Chasteauroux en Berry.* 196.
Cathalaunense summi delubri collegium, *Chapitre de l'Eglise cathedralle de Chaalons.* 810.

καὶ τὸ ἐπιεικὲς, *Selon l'Equité.* 657.
Catalogus causarum præfecturæ Parisien, *Roolle des causes de la Preuosté de Paris.* 277.
κατ' ἐξοχὴν, *par excellence.* 260.
Cauarum Auenio. *Auignon.* 321.
Christianorum Pręsulum comitia. *Sainctz Conciles.* 409.
Citerioris Britanniæ Regulus, *Duc de Bretaigne.* 290.
Ciuitatis iure donati, *Naturaliséz.* 562.
Cleriacum sacerdotū Collegium, *Eglise collegiale De nostre dame de Clery.* 760.
Clientes, *Vassaux.* 533.
Clientelare prædium, *Terre tenue en fief.* 604.
Clientelare iusiurandum, *Serment de fidelité.* 531.
Clientelis adscriptæ decimæ, *dismes infeodées.* 677.
D. Clodoaldus, *S. Cloud.* 778.
Cœnobiarcha, *Abbé.* 95.
Collatorij sacri fani codicilli, *Prouision apostolique d'vn benefice.* 82.
Comopolis, *Gros bourg, ou petite ville.* 73.
Comperendinatus reus, *Prisonnier eslargi.* 280.
Cōcessio mancipij morticinij, *Admortissement d'heritaiges au prouffit d'vne main morte.* 529.
Condomiensis pontifex, *Euesque de Condon.* 550.
Cōscripti Curiæ, *Cōseillers de la Court de Parlement.* 19.
Conuenatis Ecclesiæ Archidiaconus, *grand Archidiacre de l'Eglise de Comminges.* 156.
Cooptatio noui clientis, *Inuestiture d'vn vassal.* 528
Corbolienſe Leprosorum hospitium, *Leproserie de Corbeil.* 701.
Corisopitensis Episcopatus, *De Cornouaille.* 172.
Cremolienſis constitutio, *Edict de Cremieu.* 266.
Curator testamentarius, *Executeur de testament.* 393.
Curialis sacerdos, *Curé de la paroisse.* 641.
Curiale Sacerdotium, *benefice cure.* 657.
Curionatus, *vne Cure.* 655.

D

Decretum regium in Prætorio, *Arrest du priué cōseil du Roy.* 619.
Decumanum aurum sacerdotiis indictum, *Decimes payables au Roy par les beneficiez.* 534.
Decuriones vrbis, *Eschevins des villes.* 6.
Delphinatiū prætor, *Gouuerneur du Dauphiné.* 260.
Diaria, *Distributions quotidianes.* 633.
Dionysiani templi Antistes cum monastico Conuentu, *Abbé & conuent de Sainct Denis en Frāce.* 369.
Diplomatica regula Curiæ Romanæ, *Reigle de chancellerie Apostolique.* 135.
Diploma Regium sacri fani erogatorium, *Collation d'vn benefice par le Roy.* 100.
Diplomaticæ fidelitatis induciæ *Souffrance de venir à la foy du seigneur.* 158.
Diplomata mādatæ iurisdictionis, *Lettres de garde gardienne.* 394.
Diualium Cœnobium, *Abbaye de Foussainctz d'Angers.* 457.
Diurnæ sportulæ, *Distributions quotidiennes.* 633.
Dolensis Regulus, *Seigneur de Deolz.* 95.
Domanij Lex commissoria, *Condition resolutoire de la vente du dommaine du Roy.* 743.

E

EBoracensis Archiepisc. *Archeueſque Dyort en Angleterre.* 337.
Eburones, *pays du Liege.* 468.
Eburouices, *Eureux en Normandie.* 89.
Ecclesiastica Comitia, *Conciles.* 171.
Eiuratio Sacerdotij, *reſignation d'vn benefice.* 123.
Emācipare fundum, *vuyder ſes mains d'vn heritaige.* 528.
ἐν πλάτει, *Sommairement & de plain.* 229.
S. Eparchij cœnobium, *Abbaye de S. Cybart en Angoumois.* 664.
Episcopi Vicarius Iuridicus, *Official de l'Eueſque.* 225.
Episcopalis Senatus, *Chanoynes & chapitre de l'Egliſe cathedralle du dyocese.* 425.
Episcopale Collegium, *Chanoynes & chapitre de l'Egliſe cathedralle.* 630.
Episcopale Santonum sodalitium, *Chapure de l'Egliſe de Xaintes.* 1981
Essuorū regio, *Pays de Rethelois.* 816.
Exaugurati & infulis exuti, *Preſtres degradez.* 3071
Extemporale decretum Curię, *Arreſt donné ſur le champ en plaidoyrie.* 835.

F

FAbricæ Templi curatores, *Marguilliers.* 265.
Facessere è foro litéque partes iussæ, *les parties miſes hors de court & de proces.* 7771
Fani Genouefæ Antistes, *Abbé de Saincte Geneuiefue.* 3851
Fani Lucianei Bellouacorum antistes, *Abbe de S. Lucian lez Beauuoys* 284.
Fani Phallei monasticus primatus, *Prioré de S. Phalle.* 549.
Fani Richarij Archimandrita, *Abbé de Sainct Riquier, diocese d'Amiēs.* 371.
Ferrariense cœnobium in Senonibus, *Abbaye de Ferrieres prés de Sens.* 371.
Fiduciaria possessio decreta, *La recreance adiugee.* 611.
Fiduciario iure, *Par prouiſion.* 157.
Fiduciarius Antistes Maioris monasterij, *Abbé commendataire de Mairemouſtier.* 493.
Fiduciarius monastici conuentus præfectus, *Prieur cōmendataire.* 491.
Firmitatis monasticus præsul, *Abbé de la Ferté.* 294.
Fiscanense monasterium, *Abbaye de Feſcamp, en Normandie.* 373.
Flaminum collegium D. Germani Altissidioren. *Chapitre de l'Egliſe collegial sainct Germain de l'Auxerrois.* 75.
Flauia Heductum, *Auſtun.* 133.
Fontis Ebrardi sanctimoniales, *Religieuſes de Fronteuaux.* 373.
Fundi vectigales, *Terres baillees a rente.* 8768.

G

GAlliarum Augusta, *Royne de France.* 613.
Gallicę Curię Patritij, *Pairs de Frāce.* 235.
Gallicæ prouinciæ ius adepti, *Naturaliſez.* 561.
Genius lucifugus, *mauuais Demon.* 729.
Gonnesij Vicani, *habitans du village de Gonneſſe.* 428.
Gratianopolitanus Senatus, *parlement de Grenoble au Daulphiné.* 245.
Gymnasiarchia, *Principauté d'vn College.* 119.

H

HErbipolis, *Vvirtzbourg en Francone.* 233.

I

IBerica Ecclesia, *l'Egliſe d'Eſpaigne.* 36.

In Regij

In Regij Diadematis corpus referre, *venir au dommaine de la couronne.* 552.
Inquisitionum Præses in sacro Parisien. consessu, *Preſident des Enqueſtes au parlement de Paris.* 301.
Insubrum Principatus, *Duché de Milan.* 255.
In verba principis sacramento adacti, *Qui ont faict le ſerment de fidelité au Roy.* 174.
Iotrenses virgines sacræ, *Religieuſes de Iouerre pres Meaux.* 372.
Iuridici Pictonum Conuentus, *grands iours de Poictiers.* 641.
Iuridicus pontificius, *Iuge d'Egliſe.* 280.
Iuris præfectus Gallicus, *Chancelier de France.* 124.
Iuris Proprefectus, *Vicechancelier.* 39.
Ius indigenarum à Rege impetrare, *Obtenir lettres à Naturalité du Roy.* 560.
Ius nominandi Secerdotis, *Droict de patronage & præſentation au benefice.* 85.
Ius summæ, mediæ, ac infimæ coercitionis, *haulte, moyenne & baſſe Iuſtice.* 147.
Iusta caducaria, *Droict de deport des benefices.* 611.
Iusta possessio adiudicata, *La pleine maintenue adiugee.* 610.

L

LEctorensis Præsul, *Eueſque de Leſtore.* 626.
Lemouicensis sacer cœtus, *Chanoynes & chappitre de l'Egliſe de Limoges.* 3271
Lex municipalis, *couſtume d'vn bailliage.* 5541
Dex Regaliorum, *Le droict de regale.* 470.
Lexouij, *Liſieux.* 219.
Lexouiorum præsul, *Eueſque de Liſieux en Normandie.* 219.
Libellarij recuperatores palatinæ Basilicæ, *Conſeillers des Requeſtes du Palais a Paris.* 191.
Eis prouocatoria, *La cauſe d'appel.* 1324.
Lis inspector, enarrator, expositor, *Rapporteur du proces.* 11.
Litem inficialiter constituere, *Reigler les parties en contrarieté.* 784.
Literæ Vicariæ potestatis assertoriæ, *Lettres de Vicariat.* 365.
Lombardiensis, Lumbez 335.
Lutetianus Propræsor, *Lieutenant du Preuoſt de Paris.* 1276.

M

MAchlinia, *Mallines en Brabant.* 340.
Maior præfectus municipij, *bailly ou Seneſchal d'vne prouince.* 266.
Magdunense sacrum Collegium, *Egliſe collegialle de Meun ſur Loyre.* 593.
Magistralis annona sacra, *Prebende præceptorialle.* 634.
Magistri libellorum supplicum in Prætorio, *Maiſtres des Requeſtes de l'hoſtel du Roy.* 602.
μαλακοχειρ, *molle manus.* 806.
Maleacensis Episcopus, *De Maillezais.* 299.
Mandra Cassini montis, *Monaſtere du mont de Caſſin.* 295.
Minor prouinciæ iuridicus, *Preuoſt.* 1266.
Manū in prędium iniicere, *ſaiſir vn heritaige.* 226.
S. Mariæ de vado Malnei sacerdotes, *Chanoynes de la chapelle Royalle du Gué de Malmy.* 3741
Massiliensis prouincia, *Comte de Prouence.* 605.

Matricis Eccleſiæ Chor°, *Chanoynes & chapitre d'Egliſe cathedrale.* 369.
Matthæus Quadrigarius, *Matheu Chartier.* 678.
Mediomatricum protodiaconus, *L'archidiacre de Metz* 217.
Mediomatricum Synodus, *Concile tenu a Metz.* 794.
Meldorum Eccleſia, *De Meaux.* 267.
Melitenſe ærarium, *Le commun treſor des Maltois.* 618.
Melitenſis Ordinis Syndicus, *procureur general de l'ordre de Malthe.* 620.
Méphyticus Rex, *Roy d'Egypte.* 270.
Meri imperij faſces, *haute iuſtice.* 275.
Mimatenſis antiſtes, *Eueſque de Mãde.* 616.
Miniſterium ſacrum ſeu Eccleſiaſticum, *benefice.* 392.
Minorum infularum clerici, *clers n'eſtans encores in ſacris.* 267.
Mirapicenſis, *Eueſché de Mirepoix.* 333.
Moliſmenſis cœnobiarcha, *Abbé de Moleſme.* 615.
Monachi pontis Octrãdi, *Religieux de l'Abbaye de Pontheron en Anjou.* 530.
Monaſticus primatus, *Prioré.* 127.
Monaſticus præfectus Margeriæ, *prieur de Margerie.* 712.
Montis fani Quintini Abba, *Abbé du mont S. Quentin.* 372.
Morticinæ poſſeſſionis ius codicillis exoratum, *Terres admorties par lettres du Roy.* 522.
Morticinij iure donati fundi, *heritages amortiz par le Roy.* 519.
Mortui mancipij ius, idem. 529.
Moſchi, *Moſchoutes.* 354.
Muſæi publici candidatus, *Gradué nommé par l'vniuerſité pour obtenir benefices.* 113.

N

NEruiorum præſul, *Eueſque de Tournay.* 154.
Norica Boiorum regio, *Pays de Baniere.* 342.
Noſocomium, *Maladerie.* 689.
Nouiodunẽſis epiſcop°, *de Noyõ.* 78.
Nouiomenſis, Idem. 371.

O

OBlationalis Curia, *Court des Aydes.* 807.
Occitana Gallię ora, *pays de Languedoc.* 653.

P

PActitia Lex Bononienſis, *Concordat entre le Roy, & le Pape.* 109.
Palatini ſacellani, *Chappelains de la Saincte Chapelle.* 173.
Pancelticus omnium pop. ordinũ cõuẽtus, *Eſtats generaux de Frãce* 537.
Parochus, *Le Curé.* 484.
Parœciaci Tẽpli Sacerdos, Idẽ. 216.
Parœcus, *Paroiſſien.* 277.
Parthenones, *Monaſteres ou conuens de vierges.* 315.
Patronale Ius redhibitoriũ clientelaris arui, *Droict de retenue feodale* 542.
Patronalis fundus ac ſuperior, *fief dominant.* 541.
Penſitationis lege ſacerdotium eiurare, *Reſigner vn benefice à la charge d'vne penſion.* 594.
Philippus Belgicę Galliæ regulus, *Comte de Flãdres, & de Vermãdois* 517.
Philopolites, *Amateur de police.* 534.
Phocenſis prouincia, *Comté de Prouence.* 717.
Phratrię, *confrairies.* 643.
Piſſiacenſis canonicorum ſocietas, *Les chanoynes & chapitre de Poiſſy* 372.
Piſſiacus Francorum pręſulum cõfeſſus, *Concile de Poiſſy.* 534.
Placita Baſilienſis conuentus, *Decrets du concile de Baſle.* 616.
Placita pentecoſtes, *Arreſts ſolennels prononcez à la Pentecoſte.* 833.
Pleſſæum canonicorum collegiũ, *Egliſe collegiale du Pleßis du parc, lez Tours.* 377.
Pontificale Collegium, *Chapitre de l'Egliſe cathedralle.* 218.
Pontificis beneficiarius, *Le pourueu en court de Rome.* 146.
Pontificium diploma, *Bulle Apoſtolicque,* 408.
Pontificij codicilli, idem. 672.
Pontificius Præfectus, *Official de l'Eueſque.* 228.
Pontiſara, *Pontoyſe.* 634.
Prębendum, *vne prebende.* 9.
Prębendum quę in cauſam morticinę poſſeſſionis eciderunt, *Heritaiges amortiz par le Roy.* 533.
Præfecti libellis ſupplicibus in Prętorio, *maiſtres des requeſtes de l'hoſtel du Roy* 603.
Præfecti rationum regiarum ſeu Ratiociniorum, *Maiſtres des Comptes.* 562.
Prębfectura ſacra ſeu Eccleſiaſtica, *Prelature d'egliſes.* 641.
Præſentaneum areſtum Curiæ, *Arreſt donné ſur le champ en plaidoyrie,* 147.
Prętorianus Senat° Germanici Imperij, *Iuges de la Chãbre Imperialle* 231.
Prętorianum Conſilium, *grand Cõſeil du Roy.* 15.
Praxiarcę, *Les plus experts en pratique.* 111.
Princeps Carnutum delubrum, *Egliſe cathedralle de Chartres.* 227.
Princeps Morinorũ Baſilica ſacra, *Egliſe cathedralle de Therouenne.* 60.
Principis beneficiarius, *regaliſte.* 153.
Principis candidatus, *nominataire du Roy, ou Regaliſte.* 124.
Primatus monaſticus, *vn Prioré.* 169.
Priuilegiorum ſeruatores Apoſtolici, *Conſeruateurs des priuileges Apoſtoliques.* 365.
Procomes Eſtaugeus, *Vicomte d'Eſtauges.* 548.
Profanę nominationis lege ſolucre, *deroger au patron lay.* 83.
Profani reditus Sacerdotiorũ, *temporel des benefices.* 225.
Propontifex, *Grand Vicaire de l'Eueſque.* 145.
πρὸς ἔπος, *de mot à mot.* 161.
Protopręſes, *Premier Preſident.* 685.
Prouincialia Antiſtitum comitia, *Conciles prouinciaux.* 448.
Publici pactorũ perſcriptores, *Notaires.* 834.
Publici Eccleſiæ conuentus, *Cõciles.*
Publicus ſeu Regius actor, *Procureur du Roy.* 21.

Q

QVintinianum Collegium Eccleſiaſticum, *Chapitre de l'Egliſe collegialle Sainct Quentin.* 371.

R

RAtionales, *Gens des Comptes.* 599.
Rationales Lutetiani, *Officiers de la chambre des Comptes.* 599.
Rauennatium Archiflamen, *Archeueſque de Rauenne.* 351.
Recuperatoria iuriſdictio, *Iuſtice deleguee.* 388.
Recuperatores Pontificij, *Iuges delegnez du Pape,* 393.
Recuperatorij fori priuilegiũ, *Priuilege de plaider deuant ſon iuge delegué* 368.
Redhibitio fundorum patronalis ſeu Dominica, *Retraict feodal.* 542.
Redhibitoria fiſci actio, *L'action du rachapt du dommaine du Roy.* 743.
Regia mandatæ iuriſdictionis diplomata, *Lettres de garde gardienne.* 326.

Primatus monaſticus, *vn Prioré.* 169.
Priuilegiorum ſeruatores Apoſtolici, *Conſeruateurs des priuileges Apoſtoliques.* 365.
Procomes Eſtaugeus, *Vicomte d'Eſtauges.* 548.
Profanę nominationis lege ſolucre, *deroger au patron lay.* 83.
Profani reditus Sacerdotiorũ, *temporel des benefices.* 225.
Propontifex, *Grand Vicaire de l'Eueſque.* 145.
πρὸς ἔπος, *de mot à mot.* 161.
Protopręſes, *Premier Preſident.* 685.
Prouincialia Antiſtitum comitia, *Conciles prouinciaux.* 448.
Publici pactorũ perſcriptores, *Notaires.* 834.
Publici Eccleſiæ conuentus, *Cõciles.*
Publicus ſeu Regius actor, *Procureur du Roy.* 21.

Q

QVintinianum Collegium Eccleſiaſticum, *Chapitre de l'Egliſe collegialle Sainct Quentin.* 371.

R

RAtionales, *Gens des Comptes.* 599.
Rationales Lutetiani, *Officiers de la chambre des Comptes.* 599.
Rauennatium Archiflamen, *Archeueſque de Rauenne.* 351.
Recuperatoria iuriſdictio, *Iuſtice deleguee.* 388.
Recuperatores Pontificij, *Iuges delegnez du Pape,* 393.
Recuperatorij fori priuilegiũ, *Priuilege de plaider deuant ſon iuge delegué* 368.
Redhibitio fundorum patronalis ſeu Dominica, *Retraict feodal.* 542.
Redhibitoria fiſci actio, *L'action du rachapt du dommaine du Roy.* 743.
Regia mandatæ iuriſdictionis diplomata, *Lettres de garde gardienne.* 326.

Regij anuli magiſter, *Garde des ſeaux de France.* 776.
Regij ſcrinij magiſter, *Chancelier de France.* 124.
Regaliorum profanum ius, *Regale quant au temporel de l'Eueſché vacant.* 130.
Regionis dynaſta, *Le Seigneur du pays.* 541.
Regis candidatus, *Nominataire du Roy.* 126.
Regiſtetenſis comes, *Comte de Rethel.* 819.
Regium facellum baſilicanũ, *Saincte chappelle du Palais.* 385
Regius cognitor, *Procureur du Roy.* 280.
Regius quęſtionum iudex, *lieutenant Criminel.* 267.
Regula diplomatica, *Reigle de Chancellerie.* 135.
Rhedones, Rennes. 325.
Rei auctorati præiudicio Curiæ, *criminelz renuoyez à la charge du cas priuilegié.* 280.
Rerum ſoli pigneratio, *ſaiſie d'immeubles.* 227.
Reus vadimonio obſtrictus, *priſonnier eſlargy à caution.* 281.
Reus è cuſtodiarum numero exemptus, idem. 281.
Rhemenſis ſcholæ præfectura ſeu primatus, *Principauté du colleige de Rheims en l'vniuerſité de Paris.* 117.
Rhemi, Patritiatus Galliæ, *Rheims, pertie de France.* 235.
Romani purpurati, *Cardinaux.* 320.
Romanus Senator, *Cardinal.* 320.
Romanæ aulæ candidati, *Mandataires apoſtoliques.* 130.
Royenſis decanatus fani Florentij, *Doyenné de S. Florentin de Roye.* 15.
Ruſcinonenſis Lex Regia, *Edict de Roſſillon.* 267.
Ruteni, *Moſcouites.* 354.
Ruthenij, *Rhodez.* 334.

S

SAcer Cluniacenſis primatus, *Prieré de l'ordre de cluny.* 657.
Sacerdotales ſportulę, *Prebendes.* 8.
Sacerdotalis Annona fani Auſtrigiſili, *Vne prebende de l'Egliſe collegiale de Sainct Auſtrille.* 130.
Sacerdotiorum vnio pluſquam ſecularis, *vnion de benefice faicte parauant cent ans.* 409.
Sacra collegia Lituo non inſignita, *Egliſes collegiales, non cathedralles.* 14.
Sacra annona Petrocoriorum ſeu Petragoricenſis, *Prebende de l'Egliſe de Perigeux.* 135.
Sacra miniſteria, *Benefices.* 137.
Sacra munera, Idem. 137.
Sacra militaris fiducia, *Commanderie des Cheualiers de Malte.* 618.
Sacra ſeu ſpiritalis annona, *Prebende d'vne Egliſe cathedralle, ou collegialle.* 4.
Sacra Lazarianorũ militũ ſocietas, *Ordre des Cheualiers S. Lazare.* 371.
Sacra prętura Andium in Martiniano Turonũ Tęplo, *Preuoſté d'Anjou en l'Egliſe de Tours.* 147.
Sacræ Aulę miniſtri, *Officiers de Court de Romme.* 146.
Sacræ libationes, *oblations faictes à l'Egliſe.* 643.
Sacræ præfecturæ, *Prelatures Eccleſiaſtiques.* 225.
Sacræ purpuræ, roſeíque galeri honos, *La dignité & chappeau de Cardinal.* 153.
Sacri Cõuentus Eccleſię, *Cõtiles.* 431.
Sacri collegæ fani Quiriaci apud Agendicum, *chanoynes de S. Quiriace de Prouins.* 63.
Sacri collegij conſtitutiones, *Statuts capitulaires d'vne Egliſe cathedralle, ou collegiale.* 641.
Sacri Byzantiorum Primates, *Patriarches de Conſtantinople.* 921
Sacri collegę fani Hilarij Pictonen. *chanoynes de S. Hilaire de Poictiers.* 197.

Sacri Dominicanorũ ordinis Princeps ſeu Præfectus, *General de l'ordre des Iacobins.* 475.
Sacri ſodales, *Chanoynes.* 2.
Sacri Iuridici, *Iuges d'Egliſe.* 267.
Sacri Equites Solymorum Iohannitæ, *cheualiers de S. Iehan de Hieruſalem.* 370.
Sacro conſtante interregno, *pendãt la vacatiõ du ſiege Pontifical.* 137.
Sacrorum munerum erogatio, *Collation de benefices.* 73.
Sacrorũ munerum expectationes, *Mandats ou graces expectatiues.* 127.
Sacrum litatorium, *La meſſe.* 646.
Sacrum Sodalitiũ Regij Sacelli Palatini, *Chanoynes & chapitre de la Saĩcte Chapelle du palais de Paris.* 369.
Sacrum Andenſe ſodalitium, *Chappitre de l'Egliſe d'Angers.* 60.
Sacrum ſodalitium Meduntenſe, *Egliſe collegialle de Mante.* 614.
Sagienſis Epiſcopatus, *Eueſché de Sees.* 225.
Samarobrinæ Præſul, *archeueſque de Cambray.* 234.
Sanctius Principis auditorium, *Priué Conſeil du Roy.* 32.
Sanctioris conſilij Regij decretum, *Arreſt du priué conſeil du Roy.* 35.
Sarmatia Europæa, *Pologne.* 340.
Sabolienſis Archydiaconus, *Archydiacre de Sable en l'Egliſe du Mãs.* 215.
Sarmatæ, *Polonois.* 39.
Scholarum cãdidati, *Nominataires des vniuerſitez.* 112.
Scholaſticorum priuilegiorũ Põtificij vindices, *Conſeruateurs Apoſtoliques des priuileges de l'vniuerſité.* 329.
Scholaſtico gradu ornati, *gradez des vniuerſitez.* 121.
Scholiarchę, *Maiſtre Eſcolle en l'Egliſe cathedralle.* 70.
Sebuſianę Regulę, *Duc de Sauoye.* 604
Senator in 3. claſſe Inquiſitionum, *Conſeiller en la 3 chambre des Enqueſtes du parlement.* 88.
Senatorius Aquenſis conſeſſus, *parlement d'Aix en Prouence.* 742.
Senator prætorianus, *conſeiller du grand conſeil.* 447.
Senatus Epiſcopalis, *Chanoynes & chapitre de l'Egliſe cathedralle.* 837.
Septembribus Curię Placitis, *Aux Arreſtz ſolennellement prononcez la vigile de noſtre dame de Septembre.* 130.
Sexũiri Franciæ Eccleſiaſtici, *Les ſix Pairs Eccleſiaſtiques de France.* 235.
Sodales fani Maximi Chinonenſis, *Chanoynes de l'Egliſe de S. Meſme de Chinon.* 453.
Solarium, *Rente fonciere.* 731.
Solymorum Auguſta, *Ville de Hieruſalem.* 347.
Subalpini populi, *Piemontois.* 604.
Summus Chriſtianorum Antiſtes, *noſtre S. pere le Pape.* 293.
Sũmus Eccleſię magiſtratº, idẽ. 826.
Summæ Curiæ princeps, *premier Preſident de la court.* 207.
Supremorum mandatorum procuratores, *Executeurs de teſtamẽs.* 721.
Syluanectenſis Regius proprætor, *Lieutenant du Bailly de Senlis.* 270.
σύγχρονος, *contemporain.* 31.
Synodus Matiſconenſis, *Concile de Maſçon.* 74.

T

Tabulariũ Recuperatoriæ iuriſdictionis fani Genouefes, *Greffe de la iuriſdiction du Conſeruateur de S. Geneueſue.* 368.
Tabulæ ſacri fani erogatoriæ, *lettres de collation d'vn benefice.* 191.
Tarbelorum Regalia, *Regale de l'Egliſe de Tarbes.* 156.
Tęplum Caſtrogeloſi oppidi, *Egliſe collegiale de Caſtelgeloux en Guyenne.* 82.
Templum Laudunenſe, *Egliſe de Laon en Vermandois.* 153.
Tholoſatiũ Regulus, *Comte de Tholoſe.* 595.

Ticinensis Pontifex, *Euesque de Pauie.* 253.
Toparcha arcis Rodulphi, *Seigneur de Chasteauroux.* 97.
Toparcha, seu Dynasta Auraycus, *Prince d'Orenge.* 355.
Translatiua fori præscriptione exclusus, *Debouté du renuoy & fin de non proceder.* 378.
Transuersariæ hæreditates, *Successions collateralles.* 836.
Treuirorum Antistes, *Archeuesque de Treues.* 426.
Tribuni plebis, *Eschevins.* 696.
Tricasses, *Troyes en Champaigne.* 291.
Tricassium propretor, *Lieutenant du bailly de Troyes.* 136.
Tullensis, *Toul en Lorraine.* 218.
Tutelaria Ecclesiæ diplomata, *Lettres de garde gardienne pour les Eglises.* 394.
Tutelensis Ecclesia, *Tulles en Limosin.* 63.

V

Valetudinarium, *Maladerie.* 689.
Vallēsis regulus, *Sieur de Laual.* 560.
Valliacum oppidum, *Vailly.* 736.
Vellaunij, *Sainct Flour en Auuergne.* 192.
Vanciensis Hierarcha, *Euesque de Vance en Prouence.* 740.
Vangionum Episcopatus, *Eueschē de Vormes en Allemaigne.* 90.
Vasates, *Pays de Bazas pres Bordeaux.* 84.
Vaurensis, *Lauaur.* 533.
Vectigalium iudices summi, *Generaux des Aydes.* 599.
Vectigal nummis constitutum, *Rente constituee à pris d'argent.* 749.
D. Vedasti in Atrebatibus monasterium, *Abbaye de Sainct Vaast d'Arras.* 374.
Veniale rescriptum, *Lettres de dispense.* 493.
Verticis initiati ius, *Priuilege de tonsure clericale.* 267.
Vicaria Perticensis Moritaniæ prefectura, *territoire de l'Euesque de Sees au Vicariat de Mortagne au Perche.* 225.
Viennensis Archiflamen, *Archeuesque de Vienne.* 238.
Vindiciarij S. Consultum, *Arrest prouisional de la Court.* 772.
Vindiciæ addictæ, *prouision adiuge.* 127.
Vindocinij Regulus, *Comte de Vendosme.* 637.
Viuarienses in Brya sacri Sodales, *Chanoynes de la Saincte Chapelle du Viuier en Brye.* 369.
Vizeliacensis Canonici, *Chanoynes de Vezelay pres d'Auxerre.* 372.
Vlyxippo, *Lisbonne en Portugal.* 499.
Volatiles reditus, *Rentes constituees.* 731.
Vmbria, *Spolette.* 321.
Vrbs, Auaricum Biturigum, *ville de Bourges.* 133.
Vtriusque Instrumēti codex, *Le vieil & nouueau Testament.* 292.

X

Xenodochium, *Hospital.* 689.

Y

Ypodiacones, *Soubsdiacre.* 268.
Ysagogicon, Exagogicon, *Droicts & redeuances payables à Lentree, ou yssue d'vn certain lieu.* 206.

FINIS.

RERVM IN SVPERIORIBVS LIBRIS memorabilium Syllabus.

A

Abbates vocantur aliquando Ecclesiarum secularium rectores. Pag. 759.
Abbates, vt plurimū, ex priuilegio aut consuetudine vtuntur insigniis Pontificalibus. 424.
Abbatis nomen, profani magnates olim sibi arrogabant. 25.
Abba prioratus suæ Abbatiæ an sibi iure attribuat. 87.
Abbas D. Iodoci, (alias S. Iosse) in Ambiana diœcesi. 98.
Abbates quo casu possint ab inferiori prioratu annuam pensionē exigere. 491.
Abbæ commendatario potest delegari causa à Rom. Pontifice, sicut Abbati titulario. 493.
Abbeuillani collegij sacri conditor Pontiuensium Regulus. 205.
Abbo Floriacensis monachus Celta conscripsit Edmundi martyris vitam. 496.
Abdias in persecutione Iezabelis prophetas in speluncis abditos pauit. 725.
Abyssinorum Æthiopum Hierarchæ. 352.
Abyssinis Æthiopibus vnus in sacra iurisdictione præest Patriarcha, Abuna nuncupatus. 352.
Abyssinorum Æthiopū rex supremam agnouit Romanæ Sed. auctoritatem. 352.
Abyssinorum Æthiopum mores institutaque de Ecclesiasticis bonis ac reditibus. 536.
Abbatisuillæ dominus à D. Bernardo cohortatus ad bona largienda cœnobio de Alchi. 205.
Abbæuillanis nouis Canonicis onera imposita. 204.
Academicorum acatalipsia, seu incomprehensibilitas. 154.
Academia, Ciceronis villa. 497.
Academia Parisiorum an inter profana collegia potiùs quàm Ecclesiastica numeranda. 117.
D. Acheoli Abbæ penditur diurnū Canonici stipendium in Ambiana Ecclesia. 193.
Achillas in Ecclesia Alexandrina literarum professor. 70.
Actio forēsis in Senatu, an Episcopo liceat dispensationem Ecclesiasticorum bannorum in matrimoniis concedere. 435.
Adela Andegauorum Comes. 425.
Adelmannus ex Eburonum Scholastico Brixiensis Episcopus 71.
Aduentinus, primus Carnutum Episcopus. 31.
Aduocati & patroni Ecclesiarū. 167.
Aduocatos Ecclesiæ sibi adsciuerūt præpotentes dynastas, sacrorum prædiorum assertores. 168.
Ædituos de rationib⁹ fabricę administratæ coram Episcopo non esse conueniendos. 264.
Ægypti reges Sacerdotalem dignitatem cum Regia coniungentes. 197.

Ægyptiorum Regũ disciplina vetus. 254.
Æneas Syluius Vormacienſis Canonicatus repulſam paſſus. 75.
Ærarij Gallici præfecturam noſtro æuo geſſit Cardinalis Lotharingus. 724.
Ærario Francico præfecti Abbas Maioriſ-monaſterij, & Corbienſis. 724.
Æſculapius vltor contemptæ religionis. 149.
Æthelredus mercíorum in Anglia rex, monaſticum vitæ inſtitutum amplexus. 311.
Æthelulphus rex Britanniæ decimam regni portionem Deo vouit. 576.
Agatha, ſeu Agathopolis. 642.
Agathocles, ſolis eclipſi cõſpecta, ratione eius milites edocuit. 462.
Agathenſi ſynodo decretum, terrulas aut vineolas exiguas diſtrahi poſſe. 769.
Agelius Nouatianorum Antiſtes Siſinium inſtituit Cathedræ ſuæ ſucceſſorem. 48.
Agennenſis Gallorum Comitatus vnio cum Epiſcopatu. 98.
Agenenſis Eccleſiæ ſtatutum cum Bulla Pontificia illud confirmante. 8.
Agericum Virdunenſem Epiſcopũ laudauit Fortunatus. 139.
S. Agon, Pictauẽſis Epiſcopus. 199.
Agrippa Iudæis permiſit ſuis vti moribꝰ patriiſque inſtitutis. 564.
Aimundus, Morinenſium primus Epiſcopus. 153
Alanus Quadrigariꝰ, Regius Caroli 7. Secretariꝰ, & eius opera. 769.
Alba, Pannonum regum mauſoleum. 335.
Albani ne in pium quidem vſum teſtari poſſunt. 560.
Albertus magnus ad Ratiſponenſem in Bauaria Epiſcopatum ex prædicatorũ ordine aſſũptus. 195.
Albertus rex Poloniæ decreuit Epiſcopos Regio lateri aſſidendi ius, & bona Eccleſiaſtica militiæ vacationem habere. 577.
Albertus Liuonienſis præſul. 341.
Albertus militaris ſocietatis Chriſti apud Liuones auctor. 502.
Albia Cadurcorum profano tenetur ciuilíque Cadurcenſis præſulis dominatu. 241.
Albiorum ſacra ciuitas in duos ſciſſa eſt præſulatus, Caſtrenſi ibidẽ conſtituto. 333.
Albienſis Eccleſia quondam regularis, in ſecularem erecta Apoſt. reſcripto Apud Rebuffum In Praxi Benefic. Tit. De Erectione eccleſiæ in Cathedralem. 63
Albinus Andegauorum Pontifex, Aurelianæ Synodo interfuit. 191.
S. Albini Abbatię apud Andes fundatio & amplificatio. 425.
Albinatus Priſca Conſtitutio. 562.
Albinatus ius. 760.
Albretus Caſtrogeloſi Canonicorũ ſodalitiũ locupletauit. 82.
Alcimus Auitus Archiepiſcopus Viennẽſis Poëmatum ſcriptor. 238
Aldenburgenſi Preſuli adſignatum decimæ vice annuum vectigal ex omnibus Vuagirorum prędiis. 653.
Aldenburgenſis præſulatus Lubecum tranſlatus. 659.
Alexander Seuerus & M. Antoninus Pius Romæ fœnus trientarium conſtituerunt. 278.
Alexander Byzantiorum Antiſtes fato proximus ſuaſit è duobus quos nominaret, vnum coopta-
rent. 47.

Alexander

Alexander Cõſtantinop. obſtruxit os philoſophi ne de religione loqueretur. 794.
Alexander 3. PP. Roſam auream ad Vilhelmum Scotiæ regem dono miſit. 337.
Alexandrinæ diœceſis præſtimonia apud Longobardos. 149.
Alexandrini & Antiochẽſes à Veſpaſiano & Tito Cæſ. impetrare non potuerunt, vt Iudæis ciuitatis ius adimeretur. 563.
Alexius Comnenus Imp. edixit ſibi vni licere Pontificalem thronum concedere. 43.
Alexius Conſtantinop. Imp. edixit, magiſtratus minimè venum iri. 143.
Alienandæ rei Eccleſiaſticæ Edicta Regia. 807.
Alienata Eccleſiæ bona ex Politica lege publica. 731.
Alienatio iuris meri imperij in ciuitate Vancienſi. 743.
Alienarioni rerum Eccleſiæ ſolennitas Frãcicis Edictis præſcripta. 808.
in Alienatione rerum Eccleſiaſt. Nouellæ Conſtitutiones Gallici Regni. 806.
Aliphius, Pictonum Epiſcopꝰ. 199.
Allobrogici cœnobitæ à propinqui ſucceſſione excluduntur. 548.
Almanach, Arabica vox. 460.
Alphonſus 3. Hiſpaniæ Rex D. Iacobi Baſilicam excitauit & Ouetenſem metropoliticam conſtituit. 179.
Alphõſus Diez De Montaluo gloſſematarius Codicis Hiſpanici. 557.
Altiſſiodorenſes Epiſcopi. 159.
Altiſſiodorẽſi Eccleſiæ remiſſa Regalia. 159.
Amator Altiſſiodorenſis Præſul. 24.
S. Amator primus Tricaſſium Epiſcopus. 570.
Ambianorum Epiſcopis remiſſa Regalis procuratio, ſeu regis procurandi alendíque munus. 139.
Ambianorum priuilegia auxêre Philippus 4. & 6. 163.
Ambiani templi maioris Canonici. 370.
Ambiani canonici eximuntur onere reſidentię in cęteris ipſorum ſacerdotiis. 628.
Ambianorum veteri more ſponſi dependebant Epiſcopo nummos, vt geniali thalamo cũ noua conjuge decumberent. 434.
Ambianorum Præſules antiquiores. 163.
Ambitio taxata, beneficia officiáque captantium. 141.
Amboſius Legatus reformationẽ Fratrum minorum executus eſt. 485.
Ambroſij præſulatus apud Inſubres, qualis. 3.
Ambroſius Mediolani Archiep. legationem in Gallia geſſit. 255.
B. Ambroſius Chriſtianè literis Symmachi reſpondit. 588.
Amedeus 8. Allobrogum Dux Eremita factus. 314
Amicorum rara fides, & mortuorum facilis obliuio. 722.
Amidenſis præſul vendi iuſſit aurea Eccleſiæ vaſa in redẽptionem captiuorum. 770.
Amurathes, Turcarum Imp. regno ſe abdicauit. 343.
Anatolius philoſophus ac theologus ſucceſſor Theotecni. 47.
Anchoratus Epiphanij liber. 307.
Andium maius delubrum à Carolo Mag. extructum. 57.
Andegauenſes Epiſcopi. 191.
Andium Pontifex veritus aliquid capere pro dãdis ordinibus. 454.

Andensis Abbas omnium Sanctorum, Canonicus habetur in Andegauensi Ecclesia. 194.
Andegauensis collegij semipræbendæ seu Corbiculariæ. 57.
Andegauensis Ecclesiæ annua & solennia conuiuia. 665.
Andensis Regaliæ indices Regum tabulæ. 785.
Andensis Ecclesiæ Canonici Episcopali exempti imperio Clementis 7. Diplomate. 191.
Andensis præpositura in Ecclesia S. Martini Turonen. 147.
Andensium canonicorum semiprębendę quo tempore institutæ. 59.
Andensis Ecclesiæ ministeria aliis attribui vetitum, quàm symphoniacis pueris. 60.
Andegauensis Ecclesiæ Priuilegiorum regia confirmatio. 262.
Andica Historia manuscripta. 640.
Andochius, Heduorum Apostolus. 135.
Andria, Cretensium conuiuia sumptuosissima. 667.
Angliæ statuta Ecclesiastica. 473.
Anglicorum Regum auctoritas in præficiendis Ecclesiæ Episcopis. 37.
Anglicæ Ecclesiæ Primatia inter Cantuarienſ. & Eboracenſ. controuersa. 336.
Anglica lex Regia de Rom. Pontif. sacro in eam insulā imperio. 319.
Anglicorum beneficiorum patroni Angli Reges. 68.
Anglicæ cuiusque Ecclesiæ Cathedralis duæ præbendæ petitæ à Nuncio Apostolicæ sedis. 68.
Anglorum leges Ecclesiasticæ. 422.
Anglorum Cōstitutiones Normanica lingua scriptæ. 532
Angolismorum Præsules. 664.
Angolismensis Comitatus in iuris ditionem que Ecclesiæ olim translatus. 664.
De Angolismensi Comitatu dissidium inter Episcopum & Comitem Angolismensem. 664.
Angolismis olim cœnobitæ fuerūt, qui nunc Canonici. 664.
Gestā Pontificum & Comitū Angolismensium, in antiquo Codice manu scripto. 663.
Burdigalæ & Angolismæ antiquitatum Liber. 663.
Anachoritæ, monachi in Ægypto. 478.
D. Andrææ Episcopus, quādo Scotiæ Archiepiscopus & Primas factus. 337.
Anicienſis Ecclesia beneficiariū sibi clientem habet Bigorrensem Comitem. 242.
De Annatis, seu Deportu beneficij curati ob non promotionem Curionis. 214. 215.
Annatarum abrogatio Basilienſibus placitis sancita. 215.
Annatarum iusta exactio permansit in sacris militātium Ordinibus. 617.
Annui reditus iudicandi Ecclesiasticus capax nō est, attractagiorum secus. 365.
Annuum vectigal inter res soli prędiariásque numeratur. 749.
Antiochus Rex Iasoni Onię fratri sacerdotium perpetuū attribuit. 142.
Antiphona, responsoria, seu hymni alternis concinendi. 65.
Antistica & Conuentus Humilitatis B. Marię de Longo campo. 373.
Antistita Franciscanarū Virginum, apud Nogentum Artaudi. 373.
Antistitum cooptationem Reges prisci collegiis Canonicorum liberam relinquebant. 181.
Anthonius Eremita reuerenter colebatur à Constantino magno, ejúsque liberis. 516.
D. Antonij Viennensis Abbas Cōuentúsque regularis. 370.
Antoniani ordinis monachis priuilegia concessa. 362.
D. Antonij Viennensis monasterio leges dictæ à Bonifacio. 8. Pōt. 34.
Antoniani Præceptores præferunt signum literæ T. 35.
in gratiam Antonianæ monasticæ Familiæ Apostolicum diploma. 379.
Antonianæ Familiæ data à Carolo 5. domus. 381.
Antonianæ religioni Clemens 5. & Iohannes 22. multa priuilegia concessēre. 380.
Antonianiæ præceptorię recti° hospitalia habentur, quàm sacra purè beneficia. 34.
Antonianæ præceptoriæ nū quasi electiuæ Regia Gallorum nominatione teneantur. 32.33.34.35.
Concordata Galli Regis cum Leone. 10. PP. 32.
Antoniani ordinis regulares constitutiones à quo, & quando decretæ probatæque. 32.
Antonianæ commendæ vnū caput agnoscunt Abbatem D. Anthonij Viennensis, 32.
Antonij Ægyptij vitam scripsēre Athanasius Alexandrinus & Alphonsus Hispanus. 33.
ad Antonianas prœceptorias commeantibus ægris statutus à Senatu alimentorum modus. 697.
ad Antonianas præceptorias nominādi ius non esse Regi, decretum est ab Aulicis Senatoribus. 35.
Abbas monasterij S. Antonij Viennen. mytra & aliis Episcopalibus ornamentis vti potest. 1380.
Antonianæ historiæ scriptor Aymarus Falco. 380.
Ansegisus Senonum Archiepiscopus Galliæ Germaniæque Primatiam sibi vendicauit. 209.
Anselmus Cantuarienſium Pontifex beneficiarios Principis sacrare recusauit. 93.
Apamea, prouinciæ Narbonensis oppidū, in Episcopatū erecta. 333.
in Apameensium finibus duo Pontificatus creati. 333.
Apaturia, Athenienſium lautissima conuiuia. 667.
Apio, Archidiaconus. 217.
Apollinaris, Rhemorum primus Episcopus. 133.
Apollinis templum, in quo condebantur Ethnicorum libri memoria digni. 419.
Apostolicæ prouisiones electiuorum beneficiorum. 11.
Apostolica exemptio Capituli Cenomanensis ab Episcopo diœcesano. 115.
Apothemius Andegauensis Episcopus. 192.
Apparitionum terrificarum varia exempla. 785.786.787.
Appariationis literę inter Comites Campaniæ, & monasteria nonnulla. 615.
Appellationis ab abusu remedium contra nullitatem electionis. 19.
Appellatione Expensarum rei pretium non continetur. 244.
Appellationum à iudice Pontificio duplex genus. 318.
Appellationis ob abusum formulę. 318.
Appellatorij veteres libelli ab excōmunicationibus pontificiis. 319.
Aptonius, Clodouei sacellanus, Engolismensi præfuit Ecclesiæ. 663.

Aquæ profluentis vſus communis. 821.
Aquiliana Doli mali actio apud Romanos. 318.
Aquileienſis Pręſulis Paulini Liber in quoſdam hæreſiarchas. 349.
Aquileienſis ciuis & Epiſcopus i. Hermagoras. 349.
Aquileienſis Patriarcha priuilegiũ de ſacro primatu elicuit contra Gradenſem Eccleſiam, mox infirmatum. 427.
Aquiſgranenſe Conciliũ de bonorum inter canonicos cõmunicatione. 61.
Aquitanorum mores à Saluiano perſtricti. 15.
Aquitaniæ Primatia controuerſa inter Bituricum & Burdegalẽſem Archiepiſcopos. 199.
Aquitaniæ ſacerdotia. 9.
Aræ ſanctæ & inuiolabiles etiam Ethnicis viſæ. 557.
Arator ſcripſit in Apoſtolorũ Acta carminum Lib. 2. 494. 419. 542.
Arbrincenſes Normaniæ Epiſcopi. 231.
Arcis Rodulphi domino adeunti monaſterium Dolenſe in occurſum itur à monachis. 97.
Archicœnobium D. Remigij vnitum Rhemorum Archiepiſcoparui. 408.
Archidiaconi Epiſcoporum oculi. 217.
Archidiaconorum variorum poteſtas & prærogatiua. 217.
Archidiaconi, præditi quadam velut magiſtratus functione. 266.
Archidiaconi Ambianenſis poteſtas Iuridica. 217.
Archidiaconus Carnurenſis ab Innocentio 3. celebratus. 217.
Archidiaconus iniecta manu os obſtruxit Meletio Antiochiæ Epiſcopo. 217.
Archidiacono Turonenſi mandatum fuit ſacræ controuerſiæ iudicium ab Honorio. 3.
Archidiaconus Pariſienſis Eccleſiaſticorum cauſarum eſt diſceptator. 218.
Archidiaconus Tullenſis. 218.
Archidiaconus Laudunenſis, vacua ſede, Epiſcopalia cõmoda habet. 218.
In Archidiaconum ordinari neminem, niſi Diaconum vel Preſbyterum decreuit Eugenius. 218.
Archidiaconus Virdunenſis Epiſcopalem exercet poteſtatem in Virdunenſi diœceſi ſalua ad Epiſcopi tribunal prouocatione. 218.
Archidiaconi territorium ſacrum, intra fines cuiuſque Archidiaconatus. 266.
Archidiaconatum Senonẽſem per multos annos tenuit Gregorius 11. Pontifex, dum iuuenis eſſet. 211.
Archidiacono Eburonum Theobaldo collatus pontificatus maximus. 217.
Archidiaconus Senonenſis inſtallat non modò Metropolitæ Senonenſis ſuffraganeos, ſed etiam archiepiſcopum. 208.
Archiepiſcopus poteſt ſuffraganeorum ſuorum diœceſim viſitare. 609.
Archiepiſcopus non concurrit cũ Epiſcopo in diœceſi ſuffraganeorum. 609.
Archiepiſcopi Hiſpanici olim extra prouinciam ſacro vſi pallio. 336.
Ardingus Anglus, Ciſtercienſis Ordinis auctor. 293.
Arelatenſis Epiſcopus, Princeps appellatur. 605.
Arelate primus Epiſcopus Trophimus. 133.

Arelatenſis Epiſcopus B. Cæſarius. 133.
Arelatenſis Archiepiſcopus pallio donatus, 450.
Areſtum Curiæ Pariſienſ. de Canonicatu Claromõtanę Eccleſię. 2. 6.
Areſtum Curię inter Carnutũ Pontificem & Capitulum. 134.
Areſtum pro liberis ortis ex matrimonio, quod nulla Eccleſiæ banna præceſſerant, nec ſacra preſbyteri benedictio. 797.
Areſtum Senatus pro Regia iuriſdictione in legatis piis inter laïcos. 394.
Areſtum ſolenne fiſcalis fundi permutati in cauſam priſtinam reuocatorium. 736.
Areſtum Curiæ de Apoſtolico reſcripto delegationis extra diœceſim partiũ non dirigendo. 390.
Areſtum de ſucceſſione prioris cõmendatarij ſecularis. 492.
Areſtum magni Conſilij Regij aduerſus mandatarij renunciationem. 145.
Areſtũ Curiæ de Beneficiis affectis in Eccleſia Lingonenſi. 74.
Areſtum Curiæ Burdegal. pro collegiata Eccleſia S. Æmilionis. 21.
Areſtum Curiæ Burdegal. de Decanatu tẽpli Spiritus ad Baionã. 21.
Areſtum mag. Conſilij de fani Germani Decanatu in vrbe Pariſiẽſ. 21.
Areſtum mag. Conſilij de prioratu Pontis montium. 23.
Areſtum contra hæredes P. Santãdræi præſidis in 2. Camera Inqueſtarum Curiæ. 538.
Areſtum Curiæ pro ſocietate Ieſu. 500.
Areſta de mittendo ſummatim in poſſeſſionẽ beneficiario. 197. 198.
Areſtum Curiæ contra Regaliam apud Ambianos. 161.
Areſtum contra Deportus ex cauſa ficti litigij, 219.
Areſtum Senatus pro Quintiniano Canonicorum collegio. 86.
Areſta Curiæ contra Domanij legẽ alienatorum renouatoriam in Comitatu Prouinciæ. 742. 743.
Areſtum ſuper teſtamento ſacri Equitis vulgò dicti De Villegaignon. 796.
Areſtũ pro Canonicis S. Benedicti Pariſien. rectoribus primitiuis cõtra eorũ vicarium perpetuũ. 646.
Areſtum ex appellatione abuſus ergo interpoſita à creatione penſionis ſuper beneficio curato. 590.
Areſto Curiæ reſeruatum optionis ius antiquioribus Canonicis. 627.
Areſta Curiæ de Iuriſdictione Decurionum Fani Quintini. 696.
Areſtum inter Canonicos Curatos, & matriculatios Eccleſiæ S. Germani *De L'Auxerrois* in vrbe Pariſ. 643.
Areſtum de Canonicatu Andegau. Eccleſiæ. 189.
Areſtum Curiæ in materia Vnionis beneficiorum. 410.
Areſtũ Curiæ pro D. Mauritij Syluanectenſis Prioratu. 46.
Areſtum Curiæ de iure Deportus. 215.
Areſtum Curiæ pro Fratribus Minoribus. 486.
Areſtum Curiæ cõtra ſacrum Laudunenſe Sodalitium. 198.
Areſtum contra abuſum clauſulæ Reſcriptorum, Noſtra ſeu Apoſtolica Auctoritate. 472.
Argentina Germaniæ diœceſis nobiliſſima. 649.
Ariſtoteles commentationum ſuarum ſpeciem quandam habebat auſcultatoriam. 164.
Atrebatenſis regaliæ remiſſio. 138.

Aristotelis elogio sacerdotes liberè permissi literis incumbere nullo indicto onere. 578.
Arminiacus Cardinalis Vicelegat⁹ Auenionen. Statuta Auenionensia mãdato Papę reformauit. 566.
Armoricæ Britanniæ Duces, beneficiaria cum Gallo pactione, sibi reseruarunt quasdam maioris imperij prærogatiuas. 172.
Armorici pontificatus instituti feruntur ante Francicum Monarchatum. 172.
Armoricas Ecclesias regalibus non teneri sanxit Edicto Henricus. 2. 175.
Armoricę oræ monachi, è D. Gildæ familia, Bituriges se recipiunt. 95.
Armoricis Ducibus quisque fidelitatem iurabat Britonũ Antistes. 174.
Armorici duces tutelari fungebantur officio in vacuos earum diœcesum pontificatus. 173.
Arnoldus Comes Engolismensis cum Episcopo bella gessit. 664.
Arnoldus Bonæuallis Carnutum Abba. 495.
Arnulphus Lexouiorum Præsul, cuius Epistolare volumen extat. 219. 220.
Aruernorum primus Episcopus, Austremonius. 133.
Aruerniæ Comitatus septem oppidulis constans in Claromontano territorio. 237.
Aruerniæ tota regio Ducali dignitate decorata à Iano. 2. Rege in Ioannis filij gratiam. 237.
In Aruernis quadruplex habetur Principatus. 237.
Aruernus Delphinatus, auitum Montpenserij dynastæ patrimonium. 237
Asamonæorum familia longo tempore regnum simul & sacerdotiũ obtinuit. 160.
Ἀσυλίαι, collegia dicta. 328.
Asiaticæ Ecclesiæ Sacerdotia. 3.
Asyli ius apud Græcos sanctissimũ. 420.
Astensis ditio à Mediolanensi Ducatu Senatúque diuulsa. 410.
Astensis vrbis Comitatúsque coniunctio cum Delphinatu. 410.
Astrologia, superstitionum omniũ mater. 461.
Astrologicis prædictionibus quatenus credendum. 460.
Athanasio in Cathedram Petrus successit, eius primùm suffragio huc allectus. 47.
Athanasius laudatur, quòd non statim & festinanter, sed per sacras vices promotus sit ad Ecclesiasticam populi præfecturam. 216.
Athenienses mulctas in aram Iouis Seruatoris dedicabant. 187.
Athenienses Harmodio & Aristogitoni datam immunitatem ipsorum stirpi reseruarunt. 600.
Athenodorus noctu sibi in ædibus obuersari stupendum idolum asseruit. 784.
Attica lex ne ob fœnus corpora adiudicari vel addici possent. 279.
Auaritia Episcoporum Galliæ Toletano Concilio cohibita. 442.
Auarici Biturigum primus Præsul Vrsinus. 133.
Auctoris liber Metricus de sacro bello Gallico. 182.
Auctoris prima in Senatu habita Oratio. 229.
Auctoris forensis Actio in Curia Parisien. de iure pastus Episcopi visitantis. 443.
Auctoris actio in Senatu pro Ecclesiastico Turonũ collegio summo. 226.

Auctoris

Auctoris forensis actio, An vetus Domanium Comitũ Prouinciæ ab iis venditum sit hodie redemptioni obnoxium Regia lege Domaniali. 740.
Auctoris Actio forensis in Senatu pro Scabinis fani Quintini. 568.
Audas Episcopus solo æquauit Pyræum. 185.
Audomari fanum antiquitus subditum Teruannæ diœcesi. 153.
Augustinus Valerio, Eradius Augustino designantibus succedere in pontificatum. 49.
Augustinus Stenchus, Bibliothecharius Pontificius. 522.
Aula Regia, Bohemorum regum sepulchrum. 335.
In Aula efflоruit Ioiada Pontifex, Ioan Hæbræum Regem disciplinis imbuens. 252.
Aulicis sacellanis Franciæ datum à Papa Priuilegium. 633.
Auraicus princeps, pij cultus in sua ditione fautor. 355.
Aurelius Carthaginen. Præsul cur testamentum ciuis Carthaginensis resciderit. 718.
Aureliani S. Martialis discipuli vita & historia. 699.
Aurelianensis Regia constitutio. 51.
Aurelianense 1. Concilium Anno. Dom. 500. 200.
Aurelianense conuiuium, quod vulgò vocabant, *Les ouances*, sublatum. 669.
Aurelianensis Ecclesia quondam fuit Iudæorum Synagoga. 184.
Aurelianen. ciues in Ecclesia sua Præbendas instituerunt. 184.
Aurelianensis Episcopus erogare solet canonicatus maximi Aureliorum templi. 184.
Aurelianensi in æde S. Aniani Capitulum confert sacerdotia & præbendas. 184.
Aurelianensis ædes maxima post ruinam ex integro constructa ab Arnulpho episc. 185.
Aurelianense Edictum, ne excommunicationes Pontificię sparsim promulgentur, præterquam in maioribus negotiis. 291.
Auriliacẽsis Aruernorum Ecclesia, regularis quondam, mutata in seculare Canonicorũ collegiũ. 62.
Auriliacẽse monasterium à D. Geraldo extructum. 96.
Aureus Mastropetrus Venetus princeps. 313.
Ausonius primus Engolismorum Præsul. 663.
Ausciorum Archiepiscopi. 626.
Austriaca lex, De aduenis & extraneis. 565.
Austrigisili phanũ in Biturigibus. 130.
An Vicelegatus Auenionen. beneficia conferat extra fines Auenionen. Episcop. in præiudicium Indultarij. 402.
Auenionensis vrbis Statuta. 566.
Auenir & Iosaphat, Indorũ reges Eremitico sese vitæ generi dicarunt. 312.
Auxitana Ecclesia archiepiscopalis, monastica. 61.

B

Baillolius vicus, in Andibus Auctoris natale solum. 146.
Baioariorũ lege aris oblata à Christiano, subinde eripiuntur mortalium potestati. 577.
Balduinus Syriæ rex, sceptri decus spoliatæ Ecclesiæ manubiis contaminauit. 426.
Ballua Cardinalis in Franciam legatus. 320.
Bamba Hispaniarũ princeps, monachũ se professus in Pãpligeo monasterio. 311.

Barcinone alium de Clero legendum Episcopum, quàm Irenęum rescripsit Rom. Pontifex. 50.
Baro Ebalus Ruciacensis & Guiscardus filius vsurpauere Rhemẽsis Ecclesiæ facultates. 306.
Barroducanus Cardinalis Ambarro populo iura dedit annis compluſculis. 254.
βασιλεὺς, rex sacrorum apud Athenienses. 225.
D. Basilius per omnem graduũ seriem peruenit ad sublime sacerdotij fastigium. 216.
D. Basilij regulam votiuam profitebantur sacri Orientaliũ cœtus. 61.
à Basilienſi Concilio inhibita pollicitatio omnis pro Sacerdotis introitu. 206.
Basilienſe decretum De causis cessat in iis quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. 391.
Basilienſis Synodi Priuilegiariæ literæ secundũ Cluniacenses. 656.
Becci cœnobium in Rothomagensi territorio. 167.
Beda martyria Sanctorum collegit in Martyrologio. 419.
Beda venerabilis constituit in singulis Angliæ cœnobiis adhiberi omnium ingenuarum artium doctores. 323.
Belbranchea ædes monastica Cistercienſium in Cenomana diœcesi. 770.
Bellator, Pictauensis Episcopus. 199.
Belliloci cœnobium in Cenomana Diœceſi. 87.
Belliioci Ecclesiæ fundatores. 541.
Belgicarum Ecclesiarum nonnullæ Regalibus exemptæ. 161.
Bellocassiorum Normanię decanatus. 6.
Bellocassiorum sacræ dignitates electione deferuntur. 4.
Bellorum ciuilium causa, & deploratio. 107. 182.
Bellouaci primus Episcopus, Lucianus. 133.
Bellouacorum Antistes, Francicus Patritius. 99.
Bellouacensis Comitatus quo tẽpore & à quo Episcopo adiectus episcopatui. 99.
Bellouacensis Hospitalis ministerio Deuoti. 374.
Bellouacẽsis Comitatus ab Odone Cãpaniæ Comite impetratur. 99.
D. Benedicti regulam votiuã profitentur monastici Occidentalium cœtus. 61.
Benedicti 13. literæ de semi præbendis Andensibus. 59.
Benedicti 13. Pont. diploma à regio Senatu damnatum. 322.
Benedictinis monachis priuilegiũ de decimis olim attributum. 656.
Inter Matricularios Ecclesiæ S. Benedicti Parisien. & Canonicos eiusdẽ vetus Trãsactio. 644.
Transactionis Tabulæ Collegij Benedictini Parisienſ. cum Ioan. de Archyacho eiusdem Ecclesiæ canonico. 277.
Benedictinæ huius iurisdictionis vetus S.C. 277.
Benedictino Canonicorum Collegio aduersus Vicarium perpetuũ datæ olim Vindiciæ. 646.
Beneficia quædam variis Ecclesiæ ministeriis distincta. 68.
Beneficiorum qualitas in collationibus spectanda. 54.
Beneficia affecta non debẽtur mãdatariis Apostol. nisi eo modo qualificatis. 66.
Beneficiorum legibus non obligãtur

tur beneficia vel officia temporalia. 611.
Beneficiatus præsumitur ex bonis Ecclesiæ acquisiisse. 551.
Beneficia regij patronatus pensione grauari non possunt, nisi rege consentiente. 589.
Beneficij resignatio ab Episcopo, & pensionis reseruatio à Papa admitti potest. 592.
in Beneficiorum sacrorum leues eiuratores ac desertores. 201.
Beneficia semel affecta perpetuò manent affecta, nisi ius antea alteri quæsitum sit. 69.
pro Beneficiarij noui introitu nũm à Capitulo sit exigendum aliquid. 206.
Beneficium alteri annexum sequitur naturam principalis. 694.
Beneficij requisitio inutilis impedit præuentionem Papæ, fauore graduati. 112.
Beniaminus Diaconus à Persarum Rege cæsus, quòd ab Euangelij prædicatione non cessaret. 690.
Benignus, Lingonum primus Præsul. 133.
Berẽgarius Foroiulij princeps Cæsareum sibi nomen in Italia vsurpauit. 202.
Berengarij Diaconi piè abiurantis tumulus cum epitaphio. 495. 496.
B. Bernardus cœnobita, quercuum seceſſuúmque discipulus. 495.
B. Bernardi Parisiense scholasticum Sodalitium. 369.
Bertrãdus Heduorũ Pontifex causam templorum, iurisdictionémque tutatus est. 232.
Bertrandi Cardinalis libellus De institutione vtriusq; iurisdictionis, spiritalis, & profanæ. 744.
Bethleemitanus episcopatus in Iudæa, alter quoque in Gallia prope Clamecyum oppidulum in Altissiodoren. territorio. 347.
Biarnensium Consuetudo scriptis redacta. 259.
Biarnensiũ Regulus patria lege obstrĩgitur Tẽplorũ protectioni. 536.
Bigorrensis Comes, apud Aquitanos, Episcopi Aniciẽsis seu de Podio feudatarius. 142.
Biturigum Archiepiscopi. 200.
Bituricensi Canonicorum Decano mãdauit Honorius 3. Ecclesiasticæ controuersiæ notionem. 200.
Bisetislaus Pragẽsium Antistes Bohemicũ regnum tenuit vnà cum Episcopatu. 574.
Bituricensis Diœcesis archipresbyteratus renouantur ad mutationẽ Archiepiscopi vel capituli. 612.
Blanca, Longi regis filia, sacrata virginitate vestem mutauit. 315.
Blanda Caroli Pulchri cõiunx, probri rea in perpetuam cõiicitur custodiam. 310.
Bohemica Ecclesia qualis. 39.
Bohemus Dethmarũ primũ in Bohemia antistitem nominauit. 91.
Bohemiæ metropolis, Praga. 339.
Bohemiæ Episcopi olim Moguntino Archipręsuli suffragabãtur. 339.
Bohemorum Methodius primus fuit Episcopus. 339.
Bohemorũ Hierarchia à Carolo 4. Imp. aucta Archipræsulatus insignibus. 180.
Baiocẽses Normaniæ Episcopi. 171.
Baiocẽsis Normanorũ Regalia. 169
Boleslaus Polonię Rex egit cũ Cracouiensi Antistite, vt quotannis Principem hospitio exciperet. 138.
Boleslao Bohemorum Principi ius nuncupandi Præsulis datum. 91.
Boleslai Sarmatarum Principis pietas, ac liberalitas in Dei ministros. 576.

Boleslaus Poloniæ rex Cracouiæ Episcopos ducali iure in bonis suis esse iussit. 233.
Bonæ domus Daulnay Cellula. 415.
Bonifacij 8. Pont. Rescriptum, raptum Atrebas igni dedit. 322.
Bonorum Ecclesiasticorum dispensatio penes episcopos. 264.
Bonorum Ecclesiasticorum procuratio Episcopis adempta, & ad Oeconomos translata. 265.
Bononiensis Cõcordati placitis sacra ministeria literatis concedũtur. 109.
Bononiensis Præsul apud Italos natiuã Legationẽ sibi arrogat. 397.
Bononiensi lege pactitia electionibus in Gallia derogatum. 51.
Boribarti monasterij Præfectus, Pictauent. diocesis. 63.
Boysius Cardinalis, Legatus. 320.
Briuatensis Aruernorum Ecclesiæ Canonici Comitum se titulis vẽditant. 237.
Britannia Armorica iam olim sacra iura perdit à Turonensi tanquam archiepiscopali sede. 290.
Britanni & Germani præsulatus identidem olim delati Principum auctoritate. 177.
Britanniç minoris Regalia. 171.
Britãnia citerior dotali iure in prouinciam redacta Galliæ regibus accessit. 171.
Britannus Rex à fide Catholica defecit. 288.
Britannicæ feudorum leges Normanico idiomate exaratæ. 158.
Britannus Rex fidei Defensoris titulo honestatus. 288.
Britannia citerior Francorum feudataria. 172.
Brutus Ciuili bello spectro territus. 788.
Bulla Pauli 3. Pont. confirmans statutum Capituli Agennensis Ecclesiæ. 8.
Bulla Bonifacij 8. Pont. pro monasterio D. Antonij Viennensis in Delphinatibus. 35.
Bulla Eugenij 4. Pont. de semiprebendis Ecclesiæ Cenomanensis. 56.
Bulla Martini 5 Pont. Ecclesiastica munia templorum Pontificaliũ Galliæ solis collatum iri eidem seruientibus Ecclesiæ à puero. 60.
Bulla Syxti 4. Pont. qua secularis fit Cathedralis Ecclesia S. Flori Aruernorum. 62.
Bulla Clementis 7. de exemptione Capituli Cenomanensis ab Episcopo diocesano. 115.
Bulla Apostolica nominationis Senatorum Parisien. ad beneficia. 124.
Bulla Innocentij 3. Pont. de dignitate Ecclesiæ D. Martini Turonensi. 148.
Bulla Alexandri 6. de iure conferendorũ Canonicatuum inter Episcopum S. Flori Aruernorum & Capitulum. 192.
Bulla Gregorij 11. Pont. de munere Archidiacono Senonensi præbẽdo ab Archiepiscopo, & suffraganeis. 210.
Bulla Alexandri 3. Pont. qua Cistercienses diocœsani imperio coërtionéque solutos esse iussit. 293.
Bulla Alexandri 5. Pont. de exemptione Præmonstratensium ab Episcopali potestate. 196.
Bulla Alexandri 6. Pont. de cõmunione iurisdictioni. inter Episcopum & Capitulum S. Flori apud Aruernos. 309.

Bulla

Bulla Clementis Pont. de immunitate Lemouicensis capituli à foro Episcopali. 316.
Bulla Paschalis 2. Pont. exemptionis Lemouicẽsis Ecclesiæ maximæ ab interdictis Apostolicis. 328.
Bulla Clementis P. P. pro conseruatione priuilegiorum scholasticorum Parisien. 329.
Bulla Romana, in forma Significauit. 331.
Bulla Clementis 4. Pont. Priuilegiorum Cluniacensibus irrogatorum. 360.
Bulla Iohãnis 23. de fori priuilegio S. Vedasti Atrebatẽsis cœnobij. 275.
Bulla Eugenij 4. pro Abbatia & præceptoriis S. Antonij Viennensis. 379.
Bulla Clementis 6. Pont. pro Cistercien sibus eorũmque litibus tractandis apud certos Conseruatores. 386.
Bulla Pauli 4. Pont. Legati nati titulum cum effectu Rhemensi Archiepiscopo attribuens, 398.
Bulla Innocentij 3. Pont. de honorario Cardinalium titulo Abbatibus Vindocinẽ competenti. 405.
Bulla Innocentij 8. Pont. de vnione curati beneficij Lemouicen. 410.
Bulla Alexandri 6. Pont. de vnione parochialis Ecclesiæ Douacensis cum Ecclesia collegiata Douacensis oppiduli. 417.
Bulla Honorij 3. Pont. pro exemptione monasterij Vindocinensis à visitatione Episcopali. 445.
Bulla Gregorij 8. Pont. pro ordine Præmonstratensi, publici hospitij derogatoria, quod Episcopus sibi asserebat. 446.
Bulla Iohannis 23. Pont. secundum Præmonstraten. monachos, ne conuentum Episcopi Diœcesani adire cogantur. 449.
Bulla Alexandri 6. pro delegatione iudicum in causa separationis matrimonij inter Ludouicum 12. Regem, & Ianam filiam Ludouici 11. regis. 458.
Bulla Gregorij 8. Pont. pro priuilegiis Præmonstratensis ordinis. 479.
Bulla Clementis 4. Pont. pro priuilegiis monasticæ Franciscanorum familiæ. 486.
Bulla Xysti 4. Pont. pro priuilegiis Fratrum Minorum. 488.
Bulla Alexandri 3. pro Canonicis Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Turonen. 490.
Bulla Alexandri 3. Pont. pro Canonicis Ecclesiæ S. Martini Turonen. 490.
Bulla Pij 2. Pont. pro Ordine Vallisscholarium, 503.
Bulla Leonis 10. Pont. de reformatione monasterij S. Germani de Pratis, eiúsque vnione cum congregatione Casalis Benedicti. 511.
Bulla Alexandri 3. Pont. confirmãtis donationes factas monasterio fontis-Iohannis, Cistercien. Ord. 529.
Bulla Bonifacij 8. Pont. exemptionis Cistercienſium à decimarum solutione. 578.
Bulla Alexandri 3. præbentis decimarum immunitatẽ Fratribus Cistercien. 579.
Bulla Clementis 7. Pont. de exemptione Ordinis S. Iohan. Hierosolymit. à Decimarũ præstatione. 581.
Bulla Pij 2. pro Ambianensi Ecclesia Cathedrali. 628.
Bulla Clementis 6 pro Canonicis Regiæ Capellæ Du gué de Maul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ny apud Cenomanos. 631.
Bulla Nicolai 3. Pont. de decimis Cluniacensium. 655.
Bulla Adriani 4. Pont. comprobatoria possessionum Prioratus de Charitate, Cluniacen. Ordinis. 657.
Bulla Pij 2. Pōt. exhortatoria Christianorum ad arma sumenda in Turcas. 673.
Bulla Iohannis 22. Pont. in gratiam Scholarium beneficiatorū. 686.
Bulla Clementis 4. Pont. de Sorbonico gymnasio in Academia Parisien. 709.
Bulla Gregorij 9. Pont. de forma decorandi Academicis gradibus Scholastici. 713.
Bulla Clementis 7. pro permutatione Valliaci oppidi regij, cum Mosonia arce & territorio Rhemensi Ecclesiæ competenti. 737.
Bulla Xysti 4. Pont. Minimorum ordinem approbans. 762.
Bulla Gregorij 11. Pont. de remissione Regaliæ in eius fauorem à Rege facta. 780.
Bulla Lucij 2. Pont. de priuilegiis Ecclesiæ S. Martini Turonē. 795.
Bulla Aurea Alexij Comneni Byzantiorum Imp. De rebus Sacros. 801.
Bullæ Cruciatæ quænam sint, & qui eas promulgauēre Pontifices. 672.
Bullātæ tabulæ in Hispania publicantur, ad cogendam pecuniam in redemptionem Christianorū Turcæ captiuorum. 674.
Bulla aurea Caroli 4. Imperatoris. 426.
Burdegala Vasconum princeps. 84.
Burdegalensis Archiepiscopus pro suo introitu Clero pecunias imnit. 433.
Burdegalæ primus Episcopus, Martialis. 133.
Burdegalensis prouinciæ remissio regaliæ. 155.
Burdigalæ antiquitatum scriptor Elias Vinetus Santo. 663.
Burellus Diuionensis Carmelita depinxit Heliadem. 496.
Burgi Dolensis monasterium, ex ordine D. Benedicti. 371.
Burgundæ scholæ fundationē Romanus Antistes cōprobauit. 120.
Byzantium Patriarchatus dignitate exornauit Constantinus. 345.
Byzantia Bibliotheca, in qua asseruabantur martyrologia. 419.
Byzantius Patriarcha creari solitus quondam Cæsaris Constantinopol. arbitratu. 178.
Byzantiorum sacri Primates pastorale pedū ab Imperatoribus porrectum assumebant. 92.

C

CAbala Hebrẽo nomine dicitur scientia secretior. 164.
Cabala, diuinæ legis est interpretatio, quam Moses ab ipso Deo accepit. 164.
Cabalam Esdras præfectus Ecclesiæ constituit. 164.
Cæsarauguſtana sedes Episcopalis cōmutata in Archiepiscopalē. 334.
Cęsarin⁹ Cardinalis in Synodo Florentina eximiam laudē tulit. 344.
B. Cæsarius Episcopus Arelatensis, cuius extant ad populum homeliæ. 133.
Cadurcorum Præsules. 241.
Caducarium ius Deportus beneficiorū improbatū à Senatu. 214.
Caducaria iura statim extinguuntur post recredentiam beneficij adiudicatam. 611.
In causā Deport⁹ quo casu recidisse dicatur sacerdotiū, quo nō. 215.

in Calabria quatuor Archiepiscopi. 763.
Chalcedonensis Synodus. 67.
Caligula edixit, posteros vltra filiorum gradum intelligi non debere. 85.
Caligulæ domus, postquam in ea occubuit, vmbrarum illusionibus infestata. 784.
Calipha Baldacensis in Turcicis regionibus. 351.
A Calipha sacrorum principe Mēphitici olim Reges consecrabantur. 352.
Camaldulensis monachorū cōgregatio à Romualdo instituta. 503.
Cameracense Capitulum. 4.
Cāpanię Comes manus mortuę sol uēdę potestatē sibi arrogauit. 529.
Candidatorum liberalitas à Tullio laudata. 208.
Canonicorum collegio & Antistiti communia quondam extitere omnia. 4.
Canonicus singularis an mandante vices suas collegio, exequi possit commune negotium. 5.
Canonicorum collegia olim monastica, vt plurimum. 60. 61.
Canonici erexerunt Semiprebendas seu vicarias ī suis Ecclesiis. 79.
Canonicus nouus à Capitulo recipiendus citra prolixam causæ cognitionem. 189.
De Canonicis nemoris Vincenatū, eorúmque fundatione. 195. 196.
Canonicorū collegiū Diuę Radegundis in Pictonico oppido. 199.
Canonicus nouus quibus casibus potest quidpiam dare pro ingressu in Collegium. 207.
Canonici dicuntur fratres Episcopi. 424.
Canoniales domus nō aliis quàm Ecclesiæ Canonicis locandæ vel concedendæ. 627.
Canonica portio transactione tolli nequit, alimentorum instar. 654.
Constantij Cæsaris rescriptum, ne paganica aut Hebręorum delubra liceret diruere. 185.
Cantoribus Ecclesię psaltísque destinata olim beneficia. 66.
Cantuarienſis Pontif. in Anglia se Legatum natū esse intendit. 397.
Capitula quædam Ecclesiarū Franciæ in secularem statum commutata. 62.
Capitulum sede vacante succedit in necessarias collationes beneficiorum, non in voluntarias. 116.
Capitulo exempto refutante, ius conferendi non ad Papam, sed ad Diocesanum deuoluitur. 113.
Capuccinorū auctor haberur Paulus 4. Pontifex. 544.
Capuccinis prohibitum, ne res immobiles possideant. 544.
Capitulum, sede vacante, permutata confert sacerdotia. 136.
Capitulum exemptum rogādi formula vti debet Episcopus, non mandandi. 188.
Capitulum, sede vacante, non ritè expellit colonos Episcopalis iurisdictionis. 780.
Carceres & custodias, ad Clericorum delicta cohibenda, quis primus instituerit. 302.
Cardinales obnoxij Regiæ Senatorū nominationi, eíq; postponūtur Academicę nominationes. 127.
Cardinalis monachi gymnasium, in Parisien. Academia. 374.
Cardinalium Indulta in beneficiis conferendis. 396.
Cardinalium literis non creditur in præiudicium partis. 590.
Caristia, solenne conuiuium Romanorum. 667.

Carmelitanæ familiæ priuilegium. 484.
Carmelitarum Regula, quam recenſet Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus. 484.
Carnutenſis Decanatus nûm ex reſignatione conferri potuerit à Rom. Pontif. 28.
Carnutum capitulũ inſignibus ornatum priuilegiis. 30.
Carnutenſ. Epiſcoporum catalogus in literas relatus à Democharе. 31.
Carnutẽſis Eccleſiæ ſacerdotia nõ niſi debitè qualificato conferenda. 64.
Carnutenſis Eccleſiæ mos in præbendarum ipſius erogatione. 134.
Carolus magnus Gallorum Eccleſias ſacrarum ſerie lectionum inſignuit. 55.
Carolus Mag. Bremenſis, Mindenſis, Verdenſis, Padeburnenſis, Oſnaburgenſis, Hildeſemenſis, Halberſtatenſis, & Monaſterienſis Pontificatuum fundator. 90.
Caroli mag. lex de celebrandis cõciliis prouincialibus. 450.
Carolus 1. Galliæ Rex circa pauperes mirè ſollicitus. 715.
Carolus Caluus Hilduino abrogauit Tungrorum pontificatum, quem ipſi conceſſerat. 177.
Caroli Pulchri Conſtitutio pro iure Regaliorum. 158.
Carolomanus Pipini Galliæ regis frater factus monachus. 310.
Carolus 7. Franciæ rex edixit, ſolariũ vectigal ſuper ædibus Lutetianis redimi poſſe. 731.
Caroli 4. Cæſaris Sanctio de Eccleſiaſtica libertate. 577.
Carolus 5. Imp. lineam ſtolã ſacerdotalem geſtauit inter Canonicos Traiectenſes. 105.
Caroli 5. reſcriptum pro libertate Occitanæ Eccleſiæ. 157.
Carolus 5. Imp. politicam Hoſpitalium pauperumque curationẽ ſuis Iuridicis attribuit. 692.
Carouana, Numidiæ regum ſepulchrum. 335.
Carthaginenſis cõcilij ſtatutũ. 110.
Carthuſiani Anachoretæ. 369.
Caſę Dei cœnobio prioratus complures ſubiiciuntur. 237.
Caſæ Dei cœnobium, ſui ordinis caput, ſub regula tamen S. Benedicti. 237.
Caſæ Benedicti cœtus inter Benedictinos monachos, cæteris auſterior. 476.
Caſalis Benedicti monaſtici Ordinis regulæ. 776.
Caſalis Benedicti Abbatum triennalis dignitas. 514.
Catalogus Priuilegiariorum corã abba D. Genouefæ litigantium. 361.
Catalogus rerum clientelariumBenedictini Canonicorum collegij Pariſien. 276.
Cathalaunenſis Eccleſiæ collatio præbendarum competit Capitulo, non Epiſcopo. 10.
Catholici cognomẽtum vnde Hiſpanis Regibus adiectum ſit. 179.
Cazimirus Poloniæ rex plurima tẽpla condidit. 660.
Caſtrodunenſis vrbs & Comitatus dati Iohanni Baſtardo Aurelianenſi. 817.
Caſtrogeloſi oppidi ſacra Ædes in Canonicorum ſodalitium commutata. 82.
Cathedralis Eccleſiæ collegium dicitur totius diœceſis concilium & presbyterium. 59.
Cathedraticum vectigal Epiſcopis debetur. 432.

Celticæ

Celticæ diœceſes multæ abnuunt Regalia. 158.
Cenomanæ Eccleſiæ ſemipræbendis certæ adſcriptę qualitates. 55.
Cenomanenſis Capituli ab Epiſcopali imperio exemptionis Bulla. 114.
Cenomanorum primus Epiſcopus, D. Iulianus. 133.
Certamen de honoris gradu, in Concilio Lateranen. inter præſules Italos. 427.
Ciuilem diſcordiam ciuitatis venenum vocat Agrippa. 517.
Chadoindus Cenomanorum Epiſcopus Rhemenſi Synodo interfuit. 52.
Chariſterium. 443.
Chaſtonius fundus Auctoris, clientelaris, ei gentilis natalíſque in ruſtico vico Baillolio, apud Andes. 147.
Charitatis oppidũ, & Priorатus de Charitate in Biturigibus. 159.
Choletorum ſcholaſticum collegium, in Vniuerſitate Pariſien. 374.
Chriſtianorum nomen primum in Antiochena Eccleſia inditũ. 348.
Chriſtianiſſimi Franciæ reges appellati. 287.
Chriſtianitatis Decani ſacra dignitate præcelluêre. 375.
Chriſtiani Principis munus externam Eccleſię politiam tueri. 652.
Chriſtianorum veſtimentorum delectus. 573.
Cimoni Athenienſi horrenda ſpecies in ſomnis viſa apparuit. 791.
Ciſtercienſis ordinis cœnobia. 294.
Ciſtercienſes immunes mortuæ manus lege declarati. 529.
Ciſtercienſes quatenus liberentur decimarũ præſtatione ex prædiis etiam in emphyteuſim datis. 369.
Ciſtercienſibus conceſſa à Pontifice Decimarum immunitas. 578.
Ciſtercienſium exemptio ab Epiſcopali poteſtatę. 293.
Ciſtercienſis ordinis Pontificiæ immunitates. 369.
Citationis libello inſerendum cauſæ argumentum. 228.
Citienſe phanum ad Elyſtrum fluuium. 91.
Ciuilis Eccleſiæ Politia ad Regios magiſtratus ſpectat. 646.
Claræuallenſe cœnobium, ordinis Ciſtercienſis. 294.
Claromontani Epiſcopalis collegij ſtatutum. 2.
Claromontana Synodus ſub Vrbano P. P. celebrata. 7.
Claromontis Comitatus. 237.
Claromõtani Capituli vetus communio cum Epiſcopo. 4.
Ex Claromontana Eccleſia olim profecta eſt Santofloriana. 193.
Claudius De la ſangle, hoſpitalis D. Iohannis Hieroſolymit. Magiſter, Leges Melitenſes in ordinem redegit. 414.
Claudianus Mamertus, Viennenſis Delphinatum Archipræſul. 238.
Claudius Seyſellius factus Epiſcopus è Curia ſe ac foro remouit. 471.
Clementia Hutini vxor, Auenionem ad Virgines Dominicani ordinis abſceſſit. 314.
Clemens Mediomatricum primus Epiſcopus. 133.
Cleriacenſis Eccleſiæ iura. 760.
Clericus qualis initio naſcẽtis Eccleſię deſignabatur. 2.
Clericorum gradus ordinéſque diſtincti in Eccleſia cathedrali. 59.
Clericus ſecularis ſeriùs ordinatur preſbyter, quàm Religioſus. 214.

Clericus ratione profanæ administrationis coram laico conueniendus. 249.
Clerici in minoribus ordinibus cõstituti an vtantur priuilegio fori 267.
Clericus depositarius cogi potest per iudicem secularem, ad restitutionem depositi. 249.
In Clericos secularium & aulicorũ negotiorum sectatores. 250. 251.
Clerici sacræ Capellæ Palatinæ Parisien. quando non vtantur priuilegio fori Conseruatoris S. Genouefæ. 385.
Clericorum mobilia capi pro debito non debere, lex Philippi Pulchri. 569.
Clericorum arma. 573.
Clericis in bello mortuis iusta funebria denegata. 574.
Contra Clericum arma ferentem Canones editi. 574.
Cleri exemptio à communibus plebeiorum Taillijs. 830.
Clericorum auaritia damnata. 596.
Clerici militari hospitio exẽpti. 571
Clerici bona vacantia quatenus profanis iuridicis, aut Ecclesiæ applicentur. 559.
Clerici quando laicalia onera subire cogantur. 568.
Clerici sumptus facere tenentur in portuum aut itinerum refectionem. 568.
Clericorum possessiones profano Regum imperio subiiciũtur. 621.
Clerici flagitiosi quandoque mulctati pœna monasticæ inclusionis. 310.
Clerici degradari possunt ab Episcopo cœnobiarchis adstantibus, aliisve in sacra dignitate cõstitutis. 309.
Clericos multos, Senatores, Curiæ supremæ habent. 470.
Clerici, Philipina Gallorum Constitutione, in Senatũ allecti. 471.
Ne Clerici fiant turpilucres, aut medici, statutum lege Orientalis Ecclesiæ. 472.
Clerici munus est docere & pascere populum. 481.
Clericis efferentibus funus pensitanda sacræ operæ merces. 452.
Clericis Galliæ prohibitum, ne alienarum litium procurationẽ gerant. 469.
Clericis Græcis indultum, vt in plebeio ciuilique foro aduocatione defungãtur. 47.
Clericus hominem vel pecuniam conferre in militiam Principi ex feudo tenetur. 584.
Clodoueus Rex Gallus, Constantiensis & Vormatiẽsis Episcopatuum conditor. 90.
Clodoueo quid prędixerit D. Remigius Rhemorũ Archipræsul. 53.
Cluniacense monasteriũ fundatũ à Villelmo Aruernorũ Comite. 96.
Cluniacensium priuilegia. 297.
Cluniacensis priuilegij tabulæ Põtificiæ. 360.
Cluniacensis monasterij priuilegia de decimarum perceptione. 655.
Cluniacẽsium Apostolica alia priuilegia. 655.
Condomiensis Episcopatus in Agennensi diœcesi cõstitutus. 333.
Cœlestini pont. Max. memoria sacrata. 35.
Cœlij Sedulij paschale opus metricum. 5.
Coënredus Merciorum, & Offa Orientalium Saxonũ rex monastico habitu limina Apostolorũ adiere. 312.
Cœnobiorum reformatio auctoritate Magistratus quandoque excitatur. 16.
Cœnobiorum reformatio per superiores Ecclesiæ præfectos. 510. 511.
Cœnobium De Doigny, Burgundæ ditionis Francicæ. 95.
Cœnobiũ Maiorismonasterij. 369.
Cœnobium ingressi bona Conuẽtui non acquiruntur. 547.
Cœnobia monialium non continentur Regia ad prælaturas nominatione, nec primariæ sacrorum Collegiorum dignitates. 175
Cœnobiorum opes olim à profanis magnatibus occupatæ. 25.
Cœnobitæ pij à Regibus & Principib⁹ magno in precio habiti. 518.
Cœnobitarum varij Ordines. 502.
Cœnobitæ morienti non succedũt agnati. 549.
Cognitio in sagas & fascinatrices mulieres non vtique Ecclesiastici fori. 270.
Cognitio est profani iudicis de Sacerdotis honorario ex funeraria opera in laicum. 258.
Collatio beneficiorum in graduatos necessaria, iustissimáque. 108.
Collatio Pontificia iuris graduatorum derogatoria, abusiuè impetrata. 109.
in Collationum concursu Episcopi & Vicarij eadem die, potior est illius collatio. 140.
Collationum Regiarum triplex genus. 187.
Collegio licitũ, de iis statuere quæ Sodalitij negotia cõtingant. 206.
Collegio sacro facta sacerdotij requisitio quatenus non valeat. 113.
Colocensis Archiepiscopus multos habet suffraganeos. 93.
Colossensis ciuitas sub Nerone cũ Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. 92.
Comitatus Prouinciæ, & Delphinatus dicitur Patria obedientiæ Romanæ Curiæ. 175.
Comitia totius Galliæ apud Blesos regio permissu indicta. 323.
Comitia Frãciæ apud Turonos Carolo 8. rege. 323.
Comitia Frãcica in Turonibus peracta, Ludouico 11. rege. 323.
Commanorũ in Põto sacerdoti sũmus post Regẽ honos habitus, & Regiũ diadema gestare licebat. 306
Conciliis sacris nonnunquam interesse possunt laici. 451.
Concordata Franci Regis cũ Pontifice maximo. 128.
Cõcordatũ inter S. Gatiani Archiepiscopalem, & D. Martini collegiatam Ecclesias Turonens. de earum iurisdictione. 392.
Cõcordatum inter Episcopũ Parisien. & Abbatẽ S. Genouefæ. 439.
Conimbricensis Academia à Rege Lusitano fundata & vectigalibus aucta. 499.
Cõseruatores Apostolicorũ Priuilegiorũ nõ nisi inciderter delictorũ cognitionẽ possũt vsurpare. 389.
Conseruatoris Apostolici iurisdictio vltra 4. Dietas non extenditur. 377. 378.
Cõseruatoria iurisdictio Apostolica Abbatis S. Genouefæ. 368.
Cõsistorium Romanum quid. 403.
Cõstitutio lata à magistro Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani. 548.
Cõstitutiones seu Statuta fani Hilarij Pictonensis, Canonicis recipiendis præscripta. 197.
Constantinus primus omnium Sacerdotes lege lata immunes liberósque esse permisit. 747.
Cõstantini Mag. donatio collata in Syluestrum P.P. 861.
Cõstantinus Imp. de martyrio Diuorum contextas tabulas toto orbe conquirebat. 419.

Constantini & Iustiniani Cæſ. exomologeſes. 221.
Constantij Auguſ. ſententia in Eudoxium Arianum Germaniciæ præſulem. 181.
Constantinopolit. Patriarcharum leges à Balſamone collectæ. 203.
Constantienſis Concilij Decretum de Cluniacenſiũ Priuilegiis. 656.
Constantinopolitana lex. 502.
Constantinopolitano 2. Concilio præfuit Nectarius. 216.
Constantius Cæſar vocatus Epiſcopus Epiſcoporum ab hæreticis ſuſurronibus. 221.
Constantius, Scotorum princeps, monachus factus. 312.
Conſuetudo quantumcunque lõga non ſoluendi decimas nulla eſt. 652.
Contumax licitè excommunicatur à Iudice Eccleſ. 286.
Conuenatis ſeu Commingiæ Eccleſiæ exemptio à iure regaliorũ. 156.
Conuenarum templi fundator fertur Clodoueus 1. Rex. 156.
Conuiuia ſolemnia ciborúmque communio Chriſtianorũ ac ſacerdotum. 665.
Corbicularias Andegaui vocãt ſemipræbendas. 57.
Corbeienſe Saxoniæ Cœnobium. 98.
Corbicularij ſeu Corbelerij, maiores Eccleſiæ Andegauenſis ſacellani. 57.
Corbolienſe Xenodochium. 701.
Corepiſcopi. 442.
in Corepiſcoporũ vicẽ ſucceſſiſſe videntur Archipresbyteri rurales. 443.
Cormeriacum Cœnobium Turonẽſe Carolus Mag. fundauit. 772.
Coriſopitenſis Britanniæ minoris Epiſcopus. 172.
Corporum nexu præhenſionéque Pontificio præfecto interdictum. 228.
Cracouienſis in Polonia quondam archiepiſcopatus, nunc epiſcopatus. 91.
Cracouienſis Baſilica, Poloniæ regum conditorium. 335.
Cracouienſis Epiſcopus habet prærogatiuam loci ac ſuffragij ſecundum Archiepiſcopum in Gneſnenſi prouincia. 426.
Creſcens, primus Viennæ Epiſcopus. 133.
Cruciata Bulla quo anno propoſita. 672.
Cruce ſignatorum in bellum ſacrũ Priuilegia. 671.
Crux aurea à Theodoſio Cæſ. & pecunia Hieroſolymam miſſa. 52.
Crux in Andibus, ad quam qui peierat, peſſimo eum letho intra annum mori creditur. 261.
Crux Dominica è Palatino Sacello Pariſien. ſurrepta. 727.
S. Crucis encomium. 728.
Culturæ ædes & Cœnobiarchia, in ſuburbiis Cenomani oppidi. 104.
Cupianus, Pictauenſis Præſul. 199.
Curati hæredes in fructus ſacerdotij vnius anni pro rata ſuccedunt. 553.
Curati portio congrua ex infeudatis etiam decimis ſupplenda. 679. 680.
pro Curato contra nouum Abbatem de præteritarum decimarum reſtitutione, Areſtum. 682.
an Curato extraordinaria munera erogare teneantur Parochiani. 662.
Curatorum iura parochialia & fructuaria. 641.

Curatus

Curatus poteſt adito prætore inhibere domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ ſolutionẽ. 652.
Curio à quibus congruæ portionis ſupplemẽtum petere poſſit. 679.
Curtio, ſpatianti in porticu oblata fœminæ ſpecies, humana grãdior. 784.
Curionis negligentia in ſacris ordinibus ſuſcipiendis mulctatur curionatus priuatione. 214.
Curialis ſeu parochorum ædificij refectio ad quos pertineat. 626.
Cyrenenſium lege Litigioſi ciues ab Ephoris trahebantur ad Tribunal. 220.
Cyprianus monet ſacerdotem præſente plebe deligi per ſuffragia. 3.
Cyrilli ſentẽtia de Religionis cum imperio coniunctione. 221.

D

DAciæ Lõdenſis metropolites, 341.
Daciæ, Scythiæ Europeæ Regio, hodie cognita nomine Valachię. 341.
Dæmonum præſtigiæ ac ludificationes. 785. 786. 787.
Danici populi tumultus ex monetæ mutatione. 754.
Dagobertus Rex Gallus, Spirenſis & Argentinenſis Epiſcopatuũ conditor. 90.
Damaſus Martyrum agones collegit in Pontificali. 419.
Dares Phrygius, & Dictys Cretẽſis Troiani excidij ſcriptores. 380.
Dauid Scotorum Rex quatuor Epiſcopatus conſtituit. 93.
Decanatus Eccleſiæ collegiatæ Regia nominatione non confertur nec prioratus ſeculares. 20.
Decimarum genera quatuor. 649.
Decimas petere non poſſunt, iure cõmuni, Clerici vel religioſi qui non habent parochiam. 651.
Decima pecuniaria non ſoluitur de reditibus Leproſariarum, & Hoſpitalium pauperum. 593.
Decimas ſoluentes poſt priuilegiũ, illi renunciant. 580.
Decimarum immunitas Pontificia multis Eccleſiis conceſſa. 579. 580. 581.
Priuilegium de non ſoluendis Decimis de laboribus propriis non extenditur ad noualia. 581.
Priuilegium de exigendis Decimis alicuius parochię non trahitur ad noualia. 581.
S. Conſultum vetus de decimis infeudatis. 229.
Decimæ non ſoluendæ libertas nũquam præſcribi poteſt. 651.
In decimis exigendis patrius mos cuſtodiendus. 652.
Nũm Decimis infeudatis ſufficiat immemorialis poſſeſſio, citra primę infeudationis exhibitionem. 677.
Decimæ prædiariæ complures militibus infeudatæ. 675.
Decimæ nummariæ ad bellum infidelibus gerendum deſtinatæ. 669.
De Decimis à plebe ſoluendis Regia Francorum Edicta. 651.
Deciſiones Pedemontani Senatus 604.
Nũm Decretum de cauſis in Prag. Sanct. ceſſet parte vltro procedẽte coram delegato, maximè quãdo delegatio facta eſt in eadem prouincia, licet nõ in eadem diœceſi. 324.
D. Defenſor Andegauenſis primus Epiſcopus. 192.
Defenſor fidei vocatus Rex Angliæ. 288.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Defensores Pōtificię libertatis Heluetij nuncupati. 288.
de Degradatione Sacerdotū. 307.
Delphinatus Francici lex monetalis. 753.
Delphinalis libertatis Instrumentum 571.
Delphinatus Statutum de foro Ecclesiastico. 260.
Delphinatum immuniras. 606.
De iure deportus beneficiarij, quatenus procedat, & quovsque. 611.
contra Deportus ex causa ficti litigij Arestum. 219.
S. Desideratus, Biturigum Archiepiscopus, Aurelianensi 5. synodo interfuit. 200.
Diaconi 7. selecti, qui cōmunis ærarij nummos distribuerent, & templis ministrarent. 527.
Diaconi 6. primitus Episcopo assessores comitésque addebantur. 432.
Dydimus Alexandrinus, præceptor D. Hieronymi. 70.
Dietarum haud ineunda prorsus computatio ex lege Romana. 378.
Digamiam Ecclesia non admittit in spiritali matrimonio. 826.
Diocæsanæ legi monasteria varia eximuntur. 438.
Diocesana lex in quibus sigillatim consistat. 431.
Diocletiani iussu Christianorum prædia fisco cessêre. 747
Dionysius, primus Lutetiæ Præsul. 133.
Dionysius Alexandriæ Pontifex Samosateno Pontificalem Antiochiæ dignitatem abrogauit. 477.
Dionysiano Abbæ irrogata iuris dicundi potestas in perduelles. 281.
Distributionum canonicis debitarum tria genera. 633.
Ditiones profanæ multorum Galliæ Præsulum. 237.
Ditmarus Mersburgius Præsul. 91.
Dolense cœnobium, in agro Bituricensi, extructum ab Ebbone Dolensi Regulo. 95.
Dolensis Cœnobij chartula fundationis. 96.
de Dolensis monasterij patronatu forensis actio. 97.
Dolensis Abbatis tituli, Abbas & princeps Dolensis. 98.
Dominicanorum Generali Præfecto monachum patria & finibus interdicere non licet. 475.
Dominicani ordinis Sodalitium duplex. 476.
inter Dominicanos decreta speciatim Longobardica Congregatio. 476.
Dominicana Hollandiæ societas. 476.
Dominicanæ Congregationis Priuilegia. 478.
ex Dominicana familia viri sanctissimi scriptoresq; clarissimi. 483.
Donatio beneficij absenti facta nō priùs valet, quàm donatario probetur. 200.
Douacensis Ecclesiæ in Andensi Diœcesi fundator Dagobertus rex. 417.
Duella exoleuerunt in Gallia. 775.
Dunelmensis Episcopus derisus à Richardo Britannorū Rege. 142.
Dunensis Comitatus donatio die 21. Iulij. An. 1439. 817.
Durandus, Speculator, Carnutum Decanus. 32.

E

EAdgarus Angliæ rex impulit Pontifices, vt in Cathedrales Basilicas exactis Clericis, monachos sufficerent. 61.

Ebalus Cathalaunēsis Episcop⁹. 10.
Ebbo Vilelmi Biturigum principis frater duo fundauit monasteria, D. Gildæ, ac Dolense. 95.
Eboracenses quondam Anglorum Canoniæ regulares. 61.
Ebredunenses Archiepiscopi. 238.
Ebroicensis Normanorum Ecclesia fundationis tutelæque Regiæ. 89.
Eburonum Præsulatus paret Cololonienſi metropoli. 134.
Eburouicū primus Episcopus, Taurinus. 133.
Eburouicū donatio à Philippo 4. collata in Ludouicū fratrem. 89.
Ecclesiæ bona ex politica lege publica interdum alienata. 731.
Ecclesiæ res non possunt permutari, sicut nec alienari, nisi solennitate seruata. 755.
Ecclesiæ à patrimoniali munere in quibusdam eximuntur principali indulgentia. 576.
Ecclesia recipiens feudum adstringitur feudalibus oneribus. 584.
Ecclesia in bello tenetur Regi offerre bellatorum turmas, 585.
ex Bonis Ecclesiæ primitus alimenta Episcopis suggerebātur & aliis ministris. 264.
Ecclesiastici fundi alienatione grādes arbores earúmque cæsura nō comprehenditur. 823.
Ecclesiastica bona, non nisi assentiente Ecclesiæ patrono, alienari possunt. 802.
Ecclesiasticarum opum cōseruatio penes Reges ac principes. 747.
Ecclesiastica prębēda in Cathedrali æde Lingonensi. 69.
Ecclesiasticę disciplinæ neruus retinetur principis & magistratus auxilio. 1.
Ecclesiastici quōdam profanis bonorum Reipub. rationibus præfuerunt. 724.
Ecclesiastici reditus olim quadrifariam discribuebantur. 608.
Ecclesiæ res mobiles quatenus distrahere liceat. 765.
Ecclesia tenetur de bonis allodialib⁹ sibi relictis manus suas euacuare, nisi sint illa admortizata. 531.
Ecclesia oblatum à Rege veteranū susscipere debet, ex sacris facultatibus alendum. 585.
Ecclesiæ possessio sumptus est egenotum. 597.
an Ecclesiæ vel minori, aduersus decretum publicum detur in integrum restitutio. 814.
Ecclesiæ quamplurimæ in suorum bonorum societatem Principes adsciuerunt. 614.
Ecclesię incolumitas inclusa in Regij imperij incolumitate. 647.
Ecclesiæ patrimoniū in tutela Regia ac Politica Principis custodia. 518.
de rebus Ecclesiæ venditis redimēdis Edictum. 807.
Ecclesiasticus cantus in summo Insubrum templo institutus. 59.
Ecclesiastica bona à Principe solo manusmortuæ legib⁹ soluūtur. 525
Ecclesiastici feudi redempti pretiū inter hæredes emptoris ex æquo partiendum. 732.
Ecclesiasticum imperium à Regio adiuuatur. 224.
ò repub. est Ecclesiasticos publicæ administrationi ad tēp⁹ vacare. 253.
Edictū Francicū, ne exteri alicuius in Gallia Episcopi vicarius, nisi Francigena admittatur. 145.
Eduardus 1. sanxit, Sacerdotem furti criminísque compertum repetenti Episcopo tradendum. 263.
Eiurandi Sacerdotij procliuior licentia. 101.
Electionū sacrarū obseruatio apprimè vtilis reformādo Clero. 52.

Electio Sodalitio competens singulis priuatim sodalibus non permittitur. 2.
Electionis formula Præfecti Hospitali Hierosolymitano. 34.
Electionum sacratum commendatio. 51.
Electiones non omnino abrogatæ sunt Pacto conuento inter Regem & Pontificem maximum. 4.
Electioni magis obest contemptus absentis vnius, quàm præsentium multorum intercessio. 19.
Electionum genus duplex. 27.
Electiuis Sacerdotiis pensio imponi non potest nisi Rege patrono adstipulante. 589.
Electiones in nonnullis Hispanorum regum ditionibus antiquatæ. 37.
Eleemosynarij quæstores in singulis Galliæ Belgicæ parœciis delecti. 692.
Eleemosynæ Christianæ, ad quas iudicis officio cogi possunt beneficiati, ingruente necessitate. 729.
Canonici & Monachi, petita decenter à Rege eligendi venia honoraria, in prælati sui Electionẽ descendere solebant. 418.
Emanuelis Acostæ Lusitani Historia rerum à Societate Iesu gestarum. 498.
Emphyteuses nouæ Ecclesiasticæ ob sacrum Galliæ bellum. 769.
Emphyteusis Ecclesiasticæ renouatrix transactio ecquid valeat. 774.
Emphyteutæ filia paternæ hæreditati renuncians an priuetur Emphyteutico iure. 798.
ad Emphyteusim rescindendã quãta læsio probanda. 800.
Emphyteuseon Franciæ variarum origo. 768.
Engolismæ vrbis murus Diuino nutu sponte ruens, aduenienti Clodoueo apertum præbuit iter. 535.
Enthroniastici nomine pecunia solita vltro appendi à nouis beneficiorum titulariis. 208.
Epicurei spirituum phãtasmata irridebant. 790.
Epidaurius seu Ragusiensis Archiepiscopus. 349.
Epiphanius Constantiæ Cypri Antistes. 700.
Epiphanius Nannetum Episcopus Aurelianensi Synodo interfuit. 172.
Episcopus, eiúsve Officialis quatenus pecuniarias mulctas dicere possit. 298.
Episcopi translatio ad alium Episcopatum, olim in Græcia permissa. 202.
inter Episcopos & Canonicos quõdam omnia fuêre communia, vt inter Cœnobitas. 193.
Episcopi primi Gallicarum Diœcesum quinam fuerint. 132.
Episcopi præbuêre cõmeatus Francis Regibus prouinciam lustrantibus. 138.
Episcopi primitus electi de communi plebis, & Cleri sententia. 3.
Episcopi excipiendi hospitio forma canonibus præscripta. 440.
Episcopus ante apprehensam Episcopatus possessionem, licitè beneficia confert. 144.
Episcopatus & Archiepiscopatus in Flandria recens creati. 340.
Episcopis interdictũ Concilio Carthaginensi 4. ne Gentilium libros euoluant. 110.
Episcopis Xenodochij cura incubuit antiquitus, tanquam Ecclesiastica functio. 689.

Episcopis licitum est charitatiuum populo subsidium imponere, tamen moderatum. 431.
Episcopi collatio potior est, in concursu collationum Episcopi & Vicarij eadem die. 140.
Episcopi, ad Nicenam Synodum euocati, publicis vehebãtur equis, ac vehiculis. 431.
Episcopus ex officio potest pensionem alicui bene merito constituere ad vitam ex reditibus Ecclesiæ. 592.
Episcoporũ translatio vetita. 202.
Ἐπισκαθμεία, excipiendi hospitis onus. 570.
Epitheta ąddita Rhenanis Germanorum phanis maioribus. 649.
Eremitæ, possunt liberè de bonis suis testari ac disponere. 706.
Erricus 2. imperator Misnensem & Babenbergensem Episcopatus fundauit. 90.
Erricus 3. Rom. Imp. in Lugdunensem Ecclesiam politicum sibi imperium arrogauit. 241.
Errici 2. Regis Edictum de Põtificia sacerdotiorum collatione ac de tota re beneficiaria propemodum. 220.
Erricus 8. Britãniæ Rex, bellum indixit sacratæ Anglorum immunitati. 420.
Esdræ ac Nehemiæ consiliis adiuti Hebræorum, Babylonis & Persidis Reges. 252.
Essuorum Gymnasium, seu Rethelense Parisiis fundauit Gualterus Launeus eques. 707.
Essuorum regio Germanico limiti & Belgico opposita. 817.
Etherius, Lexouiorum Episcopus. 219.
Ethnici Galli conuentus annuos solennésque peragebant. 681.
Ethnici fœlices præliorum euentus in religionem vertebant, & templa Diis consecrabant. 625.
Ethnicorum sacerdotum epulæ, cõuictúsque luxuriæ plenus. 666.
Eutychiana & Nestoriana hæresis profligata auxilio Pulcheriæ Augustæ. 274.
Euaristus Põtifex attribuit cuique Episcopo septenariũ Diaconũm numerum, cui astarent. 690.
Eudoxius Arrianus Germaniciæ præsul sua sede deiectus. 181.
Eudoxia Theodosij coniunx exornauit Pontificales ædes Constãtinopoli. 527.
Eueni Regis Scotorum lege, nouæ nuptæ loci dominus primam libandi pudicitiam potestatẽ habebat. 434.
D. Euodij monastica Ecclesia in Brenneo oppido, Præmunstratensis ordinis, apud Suessiones. 372.
Eusebius reprehensus quòd Nicomedia deserta commigrasset ad Byzantiorum Ecclesiam. 202.
Eusebius, Sãtonum Episcopus, Aurelianensi 5. Concilio subscripsit. 198.
Eusebius Nannetum præsul Concilio Turonensi 1. subscripsit. 172.
Eustathius Sebasteæ Ponti Episcopus commisit Ærio presbytero peregrinorum Hospitium. 700.
Eustochius, Andegauẽ. Episcopus, Aurelianen. Concilio subscripsit. 192.
Eutropius, Santonum primus Episcopus. 133.
S. Euurtij Abbas habet præbendã in Aurelianensi Ecclesia. 630.
Excommunicatio, vltimum exequendi iudicati remedium. 289.
Excommunicatio, grauissima Ecclesiæ pœna. 744.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excommunicationes Ecclesiæ imprimis exhorrescunt Æthiopes Abyssini. 287.
Excommunicationes Pontificum metuendæ. 287.
ne pro leuibus causis aliquis excõmunicetur, Aruernensi Synodo prohibitum. 291.
Excubiarum munus personale veriùs quàm patrimoniale. 568.
Executor vltimæ voluntatis nemo fit inuitus. 720.
Executor deputatus ad distribuendum pauperibus potest præferre pauperes consanguineos testatoris. 708.
Exemplar Formatę epistolç, quæ in Nicena Synodo à 318. patrib⁹ facta est Can. In nomine 73. distīct. 255.
Exemptionis onerum feudalium pro sacris collegiis Edictũ Die. 30. Octob. 1571. Die 15. Septemb. & Die 3. Nouemb. 1572. Die 12. Feb. 1574. cũ Aresto Curiæ Edictorum probatorio Die 6. Mart. 1574. 533.
Exemptionis vectigalium priuilegium cõcessum à Philippo 1. Rege Eudoni Lemaire & eius stirpi. 600. 601.
Exemptiones Ecclesiarum Scotiæ & Britanniæ. 263.
Exemptiones sacrorum Collegiorum ab Episcopi imperio quousque trahantur. 114.
Exẽptorũ superior, solus Papa. 326.
in Exemptos iurisdictione præditus est legatus de latere. 326.
Exẽptio pontificia Lemouicẽsis Capituli ab Episcopali imperio. 326.
Exemptio Ecclesiarum à Regia iurisdictione vtrum porrigatur ad colonos & subditos Ecclesiæ. 261.
Exemptionis Mauritianæ Andium Ecclesiæ à laicorum iurisdictione, rescriptum. 261.
Exemptio Polonici Cleri & libertas à Ciuili magistratuum iurisdictione. 262.
Exomologeses Constantini & Iustiniani Cess. Codici insertæ. 221.
Exuperáti⁹ Tholosatiũ põtifex erogauit pauperibus totã substãtiã. 5.

F

FAbianense Noricæ Viennæ Cœnobium. 194.
Falco Anthonianã historiam prosecutus est. 36.
Faustus poëta natione Gallus, patria Vasates. 84.
Felici Nannetũ Episcopo Fortunatus porrexit sacrũ hymnum. 172.
Ferdethus Scotorum Rex sanxit, vt Regios præfectos vocati adirent Sacerdotes. 263.
Ferrariẽse cœnobiũ, in Senonibus, D. Petro ac Paulo sacrum. 371.
Feudi Ecclesiastici qualitas à prælato mutari non potest. 757.
Feudũ ad Ecclesiã reuersum rursus infeudare non vtique ius est. 758.
de Feudis & aliis iuribus Ecclesiæ Cleriacensi donatis à Ludouico 11. Rege. 760.
Feudi consolidatione seruiẽtis per retractum bona Ecclesiis acquiruntur. 541.
Fidei disceptatio iurísq; iurandi ad cognitionem Ecclesiasticam olim spectabat. 260.
Filius egeni patris captiui debita exoluere damnatus Aresto. 812.
Fiscanenses monachi in Normania. 371.
fiscus aliquãdo restituitur in lucro, exemplo minoris. 815.
Flammula sacra in æde Dionysij asseruata. 282.
in Flãdria prælaturę cõferũtur à Põtifice ex Prĩcipali nominatione. 37
Fœlix, Biturigum Archiepiscopus, Turonẽsi 2. Synodo interfuit. 200
in Fœneratores Hebræos. 278.
Fœnebres Romanorum leges. 278.
Forenses institores seu sollicitatores non habent priuilegium fori requestarum palatij. 469.
Forensis actio in Curia de alta iurisdictione Canonicorum S. Benedicti Parisiens. 276.
Fortunati carmina nondum typis commissa. 150.
Fontis Ebrardi Sãctimoniales. 373.
Franciscus 1. in fundo D. Martini Turonensi prælio victus à Cæsarianis. 149.
Franciscus 1. sanxit suos iudices de hæresis crimine cognituros, in Clericos etiam nondum in sacris ordinibus constitutos. 272.
Francorum Reges Ecclesiæ Cenomanensis Canonici præbẽdati. 115
Francorum Regia Edicta de soluẽdis à plebe decimis. 651. 652.
Francorum libertas vetus ac immunitas aduersus Rom. Sedis interdicta. 319.
Franciã hæresum monstris semper caruisse scripsit Hieronymus. 105.
Francica constitutio, ne alij quàm laici profanæ prælatorum iurisdictioni præponantur. 284.
Francica lex Regia de presbyteris ordinandis. 68.
Francica cõstitutio de exteriori Religiosorum hominum cultu & vestitu. 706.
Fraternitates seu phratriæ licitæ sunt ac piæ. 739.
Fraternitatum res, tanquam prophanæ, alienabiles. 739.
Freculphus Lexouiorum Episcopus, cuius voluuntur Chronicõn Tomi duo. 219.
Fridericus Comes donationem Comitatus Virdunensis in Haymonem Episcopum contulit. 238.
Fronto, Petrocoriorũ primus Episcopus. 133.
Fructus primi anni vacantis beneficij quibus, & quos in vsus applicentur. 609.
Fructus primi anni vacantium familiæ S. Iohan. Hierosolymitani sacerdotiorum publico ærario attributi. 617.
Fulbertus Carnutum præsul. 32.
Fulco cognomento Nerra, Andiũ Comes. 638.
Fulco Ruffus Andegauorum Comes donauit Ciriacũ supra Ligerim Monasteriis S. Albini & S. Licinij. 639.
an fundus Ecclesiæ legatus hæredis impensa sit admortizandus. 523.
in quantitate Funeratiæ mercedis, & canonicæ portionis Ecclesiæ parochiali debitæ statur loci cõsuetudini. 453.
Funerum sumptus pręscriptus insigni Senatusconsulto. 453.
de Funeribus Scotorũ politica lex. 453.
Funeris efferendi ius competátne rectori primitiuo, an vicario, an matricularijs. 464.
D. Fusciani in nemore cœnobiũ. 373

G

GAllorũ Reges, semper Apostol. sedi obsequiosi & deuoti. 287.
Galliarum Reges, præfecturas Ecclesiasticas in suum patrocinium asseruêre. 90.
Gallorum Regibus à Pontificia sede attributa præclara elogia. 287.
Galli principes regium patronatũ à suis fascibus non abdicant. 89.
Galliæ rex, sede vacante, distribuit sacra poscentibus ministeria in variis Gallicarum diœcesum finibus. 137.
Galliæ variorũ Episcopatuũ & Archiepiscopatuum institutio. 333.

Gallici agri, qui Pontificiæ obediẽtiæ dicuntur, Regalibus exempti sunt. 175.
Gallorum pacta dotalia tempore Iulij Cæs. 246.
Gallicarum Ecclesiarum coloni nõ facilè vtuntur priuilegio fori Ecclesiastici. 261.
Gallicanus Ebredunẽsis Archipræsul interfuit Concilio Aurẽlianẽsi. 4. 238.
S. Galli Abbates, apud Heluetios 98.
D. Gangerici Cameracensis Ecclesia. 371.
D. Genouefæ Abbas, curatº & ipse est in parœcia D. Stephani De monte. 438.
Gentilitia sacerdotia. 86.
Gentilitia patronorum insignia seruantur in ædibus sacris. 86.
S. Genouefæ Parisiensium patronæ encomium. 387.
Geneuenses patrum memoria perpetuũ fœdus cum Heluetico Bernatum pago pepigere. 745.
S. Georgij Vindocinensis fani Sodales, ad æqualitatem præbendarum Aresto redacti. 78.
Georgij Amboſij legati Facultatibus modus à Senatu statutus. 396.
D. Geremari de Flayaco Abbas apud Bellouacos. 371.
S. Germani Parisien. cœnobium exercet iura Episcopalia intra suæ ditionis Parisien. limites. 510.
S. Germani Nundinæ priùs assignatæ in mense Octobri, post translatæ in Februarium mẽsem. 599.
S. Germani cooptatio in Altissiodorensem Episcopatum. 24.
Germanici præsulatus quando & à quibus instituti vel aucti. 339.
Germanici Episcopatus sunt regij Gallorũ, aut Cęsarei patrocinij 90
Germaniæ Prælatorum iurisdictio temporalis. 233.
Glaber Rodulphus monachº Cluniacensis. 241. 297.
Glandiferi generis arboribus apud Romanos honos perpetuus. 823.
Gnesnensem Archiepis. Cracouiæ cum imperio reliquit Vladislaus Rex bellicæ expeditioni in Prutenos accinctus. 253.
Gnesnensis Antistes, princeps, & os Senatus Polonici. 340.
Gnesnenses Poloniæ Archiepiscopi perpetuę legationis munus impetrarunt à Sede Rom. 397.
Gofridus Grisatunica, Andium Regulus, Canonicos Lochis in Turonibus constituit. 640.
Gotthi Regis priuilegium Ecclesiis donatum. 587.
Gottofredus Bulioneus primus Latini nominis Hierosolymorum princeps. 585.
Græci Impp. Episcopatuum collationem sui iuris fecere. 42.
Græcarum Ecclesiarum patroni. 92
Græcus Imp. sese Græcamque Ecclesiam submisit Romanæ Sedi 343.
Graduato simplici an debita collatio beneficij censeatur necessaria vt à Capitulo, sede vacante, fieri possit. 121.
Graduatis nûm debeantur resignata moriẽtium beneficia, Papa derogãte Regulę de infirmis resign. 111.
Gregorij Scotorum Regis Constitutiones. 556.
Gregorius Nazianzenus & Basilius mag. par amicorum. 597.
Grandimontana sacerdotia in prioratus aut in cellulas monasterio annexas, subuexit Ioannes 22. 45.
Grandimontensis ordinis prioratus an

tus an Regiæ subsint nominationi. 44. 45.
Grandimontensis ordinis prioratus sunt conuentuales. 44.
de Grandimontensi ordine Pontificij codicilli. 44.
ex Grandimontani cœnobij cellulis erecti vndequadraginta Prioratus conuentuales. 415.
Grandimontensis Abba vulgò ius dicit in suo territorio. 745.
Guitmundus Auersanus Archipręsul contra Berengarium stylum distrinxit. 495.
Guygo Forestensis Comes. 240.
Guyschardº Lugduni Archiepis. acquisiuit multa dominatus iura in vrbe & territorio Lugdunẽsi. 240
Gymnasiarchia albo sacrorum beneficiorũ non adscribenda. 120.

H

HAmburgensis Archiepiscopatus cum Bremensi vnio perpetua. 339.
Hebræorũ minores prophetę. 109.
Heduensis Valetudinarij fundatores. 612.
Helisęæ familiæ fratrum seu De montę Carmelo, Priuilegiũ. 484.
Helueticæ Reipub. instituta. 608.
Heluetij Romanæ Reipub. Defensores in Cardinaliũ Collegio appellati. 288.
Heluetij, Lugduni negotiãtes, Lugdunenſium ciuium priuilegiis fruuntur. 561.
Hesicastæ, monachi. 479.
Henrici huntindunensis Archidiaconi historia manuscripta. 31.
Herbipolenses Episcopi, Orientalis simul Franciæ Duces appellãtur. 233.
Heremitæ, titulo D. Vilhelmi, in Francia. 373.
Hibernia cum suis Regulis in ditionem Angli redacta. 338.
in Hibernia sacræ quatuor metropoles. 338.
Hiberniæ primatum obtinet Archiepiscopus Armachanus. 338.
Hierophantæ, propriè sacrorum custodes. 219.
Hieronymus Manfredus Astrologus singularis. 461.
Hieroduli, sacri serui, sub imperio Sacerdotis Commanæ regionis. 306.
Hierosolymitanorum militum alij militantes, alij orantes appellantur. 33.
Hierosolymorum regum Mausoleum, Templum Dominici sepulchri. 335.
Hierosolymitani Equites à paterna substantia alieni lege hæreditatũ. 548.
Hierosolymitana lex de contributionis onere in causam bellorum à Clericis perferendo. 584
Hierosolymitan. equitum priuilegia. 509.
D. Hilarij Pictauensis Ecclesiæ Statuta 197.
B. Hildegardis liber extat, in quo Regula S. Benedicti explicatur. 495.
Hildegardis Comitissa Andegauẽsis, vxor Fulconis Nerræ. 638.
Hilermus, Põtiuensis Comes. 205.
Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus mortuo Nouiomensi Episcopo, nominatum à Principe cõfirmare recusauit. 418.
Hircanus primus orphanorum domos struxit. 699.
Hispaniæ Episcopatuum institutio. 179. 335.
Hispanię vniuersa prouincia olim in septem conuentus iuridicos diuidebatur. 683.

Universidad de Deusto Biblioteca

Honorius, Heduensis presbyter & scholasticus. eius opera. 496.
Horti Religiosorum exempti à Decimis. 580.
Hospitalarij milites Hierosolymitani eximũtur ordinariorum præsulũ foro, imperio & iurisdictione. 489.
Hospitalium D. Iacobi caput Ordinis in Lucana Hetruriæ ciuitate. 371.
Hospitales domos qui Reges extruxerint. 691.
Hospitia peregrinorũ à sacris præsulibus fundata. 700.
Hospitale à Cracouiensi Episcopo fundatum. 693.
Hospitalia Heluetiorum. 692.
Hospitalarij de Saxia. 694.
Hospitalia Turcæ vocant *Imarat*. 613.
Hospitalium cura ad Diocæsanos pertinet. 689.
Hospitalia publica à quib⁹ & quomodo conferantur. 428.
de Hospitalibus Regum Edictum publicatũ in Curia Parisien. 701.
Huberti Delphinatium Reguli immunitas Delphinatibus irrogata. 571.
Hugo Floriacensis historiam scripsit Gallorum. 96.
Humiliatorum ordo. 483.
Hungarica Ecclesia. 92.
apud Hungaros Christianæ religionis amplificatio. 748.
Hungus Rex Scotorum edixit, ne sacris addicti profanum vocarentur in iudicium. 263.
Hunnorum primus Episcopus Adalbertus. 339.
Hunnorum cõsuetudo in decimis percipiendis. 652.
Hyppolitus Atestinus, Cardinalis Ferrarien sis, legatus. 321.
Hypræ, Flandrica vrbs olim subiecta Terouennæ diœcesi. 153.

I

IAcobus Antiochiæ Mygdonię & Episcopus, & Princeps. 238.
à Iacobo 3. Scotiæ Rege, sublatæ liberæ Scotici Cleri electiones. 38.
Iani Nanterrei quondam procuratoris fisci appellatorius libellus. 320.
Ianus Andegauus Renati Andegaui Comitis Prouinciæ nothus. 605.
Iana Valesia, Philippi 6. regis soror, vidua monasticum cultum assumpsit. 315.
Iberica Ecclesia multis aucta latifundiis Regia liberalitate. 527.
Iesuatorum Ordo; cœptus sub Vrbano 5. Pont. 501.
Iesuitarum Ordo probatus à P. P. & receptus in Pisiacensi Gallicorum præsulum conuentu. 500.
Ignatius Loiola parens conditorq; Societatis Iesu. 499.
Ilerdensis Concilij patres, obsessi ab hostibus, sacerdotibus permiserunt armorum vsum. 574.
Ilo, Santonum Episcopus, primus coëgit Sacerdotalem cœtum in pontificalem ædem. 198.
contra Impedientes expeditionem literarum Apostolicarum collationis beneficij. 146.
Immunitas prædiis aliquando cõcessa est, perinde ac personis Ecclesiasticis. 375.
Immunitatis priuilegio dato soboli vel proli fœminæ continentur. 602.
Immunitas generaliter data non extenditur ad munera realia & patrimonialia. 600.

Indiæ Orientalis monachi, sacrificiis idolorum addicti. 764.
Indulta Cardinalium in beneficiis conferendis. 596.
Indulta Lotharingi, & Ramboilleti Cardinalium. 397.
Inuestitura Episcoporum per scipionem annulúmque pastoralẽ. 180.
Iodocus, Iudicaëlis Britonum regis filius, fit monachus. 312.
Ioh. Iuuenalis Vrsini prępositi mercatorum Parisien. Regiíque in Senatu aduocati Liber Histor. 540. 680.
Iohannes Blõdel de tota serie, praxi formulàque ordinandarum litium in foro Pontificio scripsit. 226.
S. Iohannis Abbæ in Vineis penditur diurnum Canonici stipẽdium in Senonensi phano. 193.
B. Iohannis Baptistæ caput in Galliam allatum. 624.
Iohannes Conuenarum Comes, & Delphinatus Viennensis præfectus Delphinatium Statuta renouauit. 260.
D. Iohannis Carnutẽsis abbas percipit indies, Canonici instar, sacram sportulam in Põtificali Carnutum delubro. 193.
Iohannes Relius omnium Galliæ ordinum apud Turones Orator. 323.
Iohannes Columbinus Senensis auctor ordinis Iesuatorum. 501.
Iotrensis delubri Virgines sacræ, apud Meldos. 372.
Iudæi à Gothis tota Iberia exterminati. 565.
in Iudæorum incolatu Hungari regis Politica moderatio. 565.
Iudæi propter fœnus variis è prouinciis electi. 565.
Iudæi Gallico regno exacti sunt à Dagoberto & Philippo Theodato. 186.
Iudæi fœneratores. 278. 279.
Iudæorum synagogæ conuersæ in templa Christo consecrata. 184.
Iudex secularis in Clericos nõ animaduertit ante degradationem, ab Episcopo faciendam. 307.
Iudicum Pontificiorum iurisdictio multiplex. 258.
Iudici Pontificio criminũ reos torquere ius est. 300.
Iudicati non soluti nomine ab excommunicatione non est incipiendum. 289.
Iudicaël, Britonũ rex positis principatus insignibus in monasteriũ se relegauit. 312.
Iulia gens apud Romanos sacerdotij honore hæreditario fruebatur. 306.
Iuliani Apostatæ Edictũ in Ecclesiam Edessenorum. 526.
Iurisdictio Abbatis in monachos. 508. 509.
Iurisdictionis delegatæ regulæ. 388.
Iurisdictio Conseruatoris Apostolicorum Priuilegiorum. 359.
Iuridicæ potestatis delegatæ Regia rescripta. 395.
Iustiniani constitutio in eos sacerdotes, qui post sacram ordinationem vxores ducerent. 308.

K

KAnuti Daniæ Regis pietas. 535.
Karolus 5. Rex in Vicenarum arce sacellum condidit S. Τριάδι sacrum. 195.
Kenneti Scotiæ regis Sanctio in gratiam Hierarchici ordinis. 556.
Kyrchen vnde à Germanis Ecclesiæ appellatæ. 748.

Universidad de Deusto
Biblioteca

L

AN laico iudici ius sit, Clericum criminus reum, quem remisit ad suum iudicem, postea satisdato ampliare. 281.
Laicis quandoque immunitas præstatur in fauorem ipsius Ecclesiæ. 599.
Laïcis in iure decimarum controuerso sola possessio etiam immemorialis non prodest. 677.
Laïcus decimas prescribere nequit. 677.
aduersus laïcos diuinum turbantes officium in foro laïco agendum est. 683.
Laïcorum Ecclesiastica bona vsurpantium Pontificiæ pœnæ. 824.
Leodienses Episcopi. 234.
Laudunensis ducatus episcopatui Laudun. coniunctus. 98.
Laudunēsis rursum Episcopus potitur Danysio Comitatu. 99.
S. Laudi Ædes apud Andes, Regiæ fundationis. 424.
Latinis populis, sacrorum potestas secundum regiam erat maxima. 305.
Laureacum in Norico ripensi. 342.
Laureæ Tullij liberti Carmē. 497.
Laureacensis metropolitica sedes Saltzburgam traducitur. 342.
Laurentius Miniatēsis primus publica anni vaticinia condere cœpit. 462.
Lazarianæ militiæ ordo. 34.
Lazarianæ militiæ equites sacri nuper restituti à Gregorio 13. Pont. max. 34.
Lazarianæ militiæ Præfectus Dux Sabaudus, vicario tantùm hispanici Regis iure. 409.
Lazariani Ordinis caput alij adscribunt Pictauiensi Lazarianę præceptoriæ, alij prę ceptorię Deboscny, in agro Aurelianensi. 408.
Lectores sacri, instituti à B. Cypriano. 79.
Legatus de latere extra prouinciam conferre potest beneficia. 321.
Legatus de latere emanans antecellit legatum natum quadruplici iure ac potestate. 399.
Legatorum genera tria. 397.
Legati Auenionēsis multiplex functio. 402.
quatenus Legationes Apostolicæ Cardinalium admittantur in Frācia. 320.
Legati nati qui Prælati communiter habeantur. 397.
Legationes Pontificiæ, in primæuo Lutetiæ consilio, Regiis auspiciis comprobari solent. 320.
Legatorum piorum cognitio Ecclesiastici purè fori non est. 393.
Legibus Francicis, Comitum nomine Iudices olim intelligebantur. 697.
Legitima in antiquis patrimoniis consuetudine statuta pio legato minui non potest. 721.
Lemouicensis Capituli statutum Bulla apostolica confirmatum. 10.
Lemouicum dioecesis Regalibus soluta est. 165.
Lemouicum Pontifices. 326.
Lemouicensis vrbis direptio per Odoardum Britannum Vualliæ Regulum. 327.
in Lemouicensi vrbe iuris dicundi potestas est penes Regem & Episcopum. 614.
Lemouicum sacerdotiis vniuersim irrogatum morticinæ possessionis priuilegium. 529.
Ludouicus Transmarinus rex Galliæ Rhemensem Comitatum Archiepiscopo donauit. 235.

Leonora regina Britāniæ, cœnobio clausa Ambresburio. 311.
Leopoliensis primus Archiepiscopus fuit Christinus homo Equestris ordinis. 339.
Lex Leonis & Anthemij Impp. de sponsalitiis. 245.
Lexouiense sacrum collegium imprimis spectabile. 219.
Lexouiorum Episcopi. 219.
Lepra infecti apud Samaritanos extra ciuitatem manebant. 700.
Leprosus rector Ecclesiæ ab administrationis officio remouetur, sed ex bonis Ecclesiæ sustentatur. 700.
Leprosorum horti exempti à decimis. 580.
Leprosariæ eodem quo Hospitalia iure ac Priuilegiis vtuntur. 694.
Admortizationis bonorū Leprosariæ vrbis S. Quintini apud Veromanduos Principale rescriptū. 695.
Lescareum, Cantabrorum regum conditorium. 335.
Leucacense cœnobium (vulgò Belliloci Abbatia) prope Lochiarum arcem in Turonibus. 638.640.
Leuda tributum mercibus impositum. 594.
Licinia Romanæ Ecclesiæ bona sua vltimo elogio reliquit. 536.
Lingonenses Episcopi. 74.
Lingonēsis prę sul Montis Saugeonij Comes, solet nuncupari. 99.
Longueuilleus Comitatus erectus in Ducatum. 816.
Liuones, Christianis sacris initiati Fœderici Ænobarbi temporibus 341.
Liuones à Libone duce Manus cuiusdam Romanorum dicti. 341.
Liuoniæ Episcopatus. 341.
Locatio rei Ecclesiasticæ quādoque in longum tempus valet, tametsi solennibus destituta. 776.
Locationi à decessore factę tenetur stare successor in prælatura, quando ad modicum tempus contracta est. 777.
an Locatio ædium vel Emptio resoluatur, quas spectris īfames esse allegetur. 784.
Lollars Tour, Regia communis hæreticorum custodia, in Britannia. 275.
Lubecum translata est Aldenburgensium Cathedra. 340.341.
Luciferus Calaritanus in Sardinia Episcopus. 221.
Lucionensis Episcopatus institutionem Innocentius 6. pont. comprobauit. 334.
Ludæa ditio apud Andes erecta in Comitatum. 816
Ludgerus Phrysius primus Episcopus Monasterienſis. 90.
B. Ludouici Regia Constitutio in excommunicatos duræ ceruicis. 829.
Ludouicus 3. Galliæ Rex Artoldum, qui Rhemensis erat Archiepiscopus, Rhemorum etiam principatu donauit. 235.
Ludouicus 7. Francorum rex magnatum bona Ecclesiastica vsurpantium conatus repressit. 306.
Ludouici Vindocinij Reguli fundationes. 637.
Ludouicus Masseus Statuta Phocensis Prouinciæ scholiis illustrauit. 742.
Lugdunēsis primatiam Gallicæ Ecclesiæ tenet. 240.
Lugduni primus Episcopus, Irenæus. 133.
Lugdunenses clerici in publica vrbis opera impensorum quadrantem soluere damnati. 568.

Luitprandus Ticinenſis Eccleſiæ Ieuita, rerum Italicarum ſcriptor, quo tempore floruit. 202.
Lutetiani Cleri encomium. 14.
Lutetianis ciuibus facta à Carolo 5. poteſtas clientelaris fundi perpetuò retinendi. 596.

M

MAcharius Comes Engoliſmẽ. factus deinde Epiſcopꝰ. 665.
Magalonenſis Epiſcopatus tranſlatio in Monpeſſulanam ciuitatem. 356.
B. Magdalenæ Caſtrodunenſes cœnobitæ. 372.
Magdunenſe Canonicorum Collegium in Aurelianenſi diœceſi. 563.
Magicarum ſuperſtitionum genus multiplex. 270.
Magicis cantaminibus & veneficiis impeditur coniugum fœcunditas. 271.
Magiſtrales præbendæ à Rege Gallo ſancitæ. 69.
S. Maglorij Abbatiæ bona à Regibus admortizata. 524.
Magnobodus Andiũ Præſul Rhemenſi Synodo aſſedit. 52.
Mahumedis pſeudoprophetæ leges. 470.
Mahumetana lege vetitũ pro cauſis agendis, iudicandíſque rebus pecunias accipere. 470.
Maioriſmonaſterij cœnobiũ 127.
Malcolmus Rex Scoticos Pontificatus vetuſtate abolitos inſtaurauit. 93.
Maleacenſis cœnobij fundatio. 63.
Maleacẽſis & Lucionenſis Epiſcopatus in Pictonica diœceſi collocati. 63.
Manaſſes Aureliorum præſul. 64.
Mandatorum Apoſtolicorum forma. 128.
Mandatarij Apoſtolici ſeruandis etiam ſacerdotij qualitatibus obnoxij. 66.
Mandatarij Apoſtolici litigioſa beneficia acceptare non tenentur. 130.
Mandatarius Papæ indultario Cardinalium præfertur. 405.
Manſuetus, Tullenſium primus Epiſcopus. 133.
Manum iniicere templorum prædiis, Regij iudicis ius eſt, non Eccleſiaſtici. 225.226.
Manuum impoſitio. 16. 28.
Manuſmortuæ lex Anglica. 523.
Marcus Euãgelicus ſcriba ex Aquileienſi dioceſi ad Alexandrinam ſe contulit. 202.
D. Margareta, Malcolmi Scotorum regis vxor, à Scotis celebratur. 315.
Margaris, Caroli Siculi Regis vidua, vltro ſe demiſit in ſacrũ Hoſpitale diuerſorium. 314.
B. Mariæ de Rocha monaſterium, Auguſtiniani ordinis, in agro Pariſienſi. 373.
S. Martini canonicorum Ædes apud Andes, Regiæ fundationis. 424.
Martinianæ Turonũ Eccleſiæ Priuilegium. 490.
Martiniani Lutetię cœnobitæ. 507.
S. Martini de Cãpis Priores habẽt vnam præbendam in Eccleſia Pariſien. 629.
S. Martini de Champeaux Eccleſia. 614.
Marci Anachoretæ Hiſtoria Britonum. 407.
Maſcelzer Clericorum ſatellitio ſtipatus in caſtris verſabatur. 256.

Maſſilienſis prouincia. 740.
Maſſilienſis Prouinciæ Comites Imperialia iura ſibi adſciuere in eo territorio. 605.
Mathematici Roma exploſi. 461.
Mathildis Heroina, Andenſis Reguli coniux. 220.
Matrimonialis cauſæ cognitio, quib⁹ delegetur inter ſummos Principes. 457.
Mauritij Auguſti lex, ne ratiociniis obnoxij, procuratores, debitores in Clerum aſſumantur. 620.
Maurilius Andegauenſis Epiſcopus. 192.
Mauritiani Andegauorum fani tabulæ fundationis. 57.
S. Mauri cœnobium in agro Pariſienſi in ſeculare Canonicorum ſodalitium verſum. 62.
Maximini Edictum pro Chriſtianis. 748.
Mechlinienſis Archiepiſcopatus in Brabantia. 340.
fani Medardi Sueſſionen. Priuilegium. 489.
Mediolanenſis Eccleſiæ inſtitutor, Barnabas Chriſti diſcipulus. 253.
Mediomatricum primus Epiſcopus Clemens. 133.
Meldenſis Eccleſia. 369.
Mellonus, Rothomagenſis primus Epiſcopus. 133.
Memphitici reges ſacerdotũ fundos immunes ſanxerunt annua quintæ partis redituum penſitatione. 576.
Mendicorum ſacri cœtus Tridentino Concilio capaces facti poſſeſſionis rerum immobilium. 761.
Mendicãtium ordinibus legata neceſſario alienanda. 18.
D. Menulphi cœnobij Præfecta in Biturigibus. 416.
Mercatorum Ligerim amnem frequentantium priuilegium. 820.
Mersburgium phanum ad Salam extruxit Otho Cæſ. 91.
D. Michaelis de vlteriori portu cœnobium, Rothomagẽ. diœceſeos. 682.
Michaelis Andium Pontificis tranſactionis tabulæ. 639.
S. Michaelis de periculo maris cœnobium in Rothomagenſi diœceſi. 683.
de Minorum ordine monaſtico. 19.
Minimorum ordo in clientelam Regum Franciæ receptus. 763. 764.
Michael, Thraciæ Imp. ſceptris relictis cœnobio incluſus. 312.
Miſnenſi Eccleſiæ primus præfuit Burcardus, Othoni 1. Cæſari à ſacris. 650
Miſnę vrbis Annales ſcripſit Fabritius Chemnicenſis. Ibid.
Minoritanæ familiæ Conuentus aliquot reformati. 485
Minoritanæ familiæ priuilegia, quæ Frãciſcani vulgo, Mare magnum vocant. 486
Miſnenſis præſulatus exemptio. 34
Mogũtia, archiepiſcopalis ſedes. 339.
Meldenſis & Senlitenſis epiſcopi quondam Dionyſiano Abbæ in Francia electo benedicere ſoliti. 281.
Moliſmenſis Eccleſia monaſtica. 615.616.
Monachorum ſpolia cedunt Abbati, non nummario monaſterij cõductori. 549.
Monachus ad pontificatũ electus manet monachus. 493.
Monachi bona cui debeantur. 493.
Monachorum doctiſſimorum catalogus. 494.

Monachi pupillis tutores dari non possunt. 702.
Monachi pseudoreligionis Turcicæ. 764.
Monachorum, in Ægypto, tria genera. 478.
Monachi, exempti à iurisdictione Episcopi, cui respondeant. 506.
Monachi ruricstri opere quondam occupati. 768.
Monachi S. Trinitatis pro redēpt. captiu. exēpti regia nominatione ad suos Prioratus declaratorio regis diplomate, cui postea Apostolicum etiam accessit. 51.
Monachi cuiusdam D. Mariani Altissiodorēsis liber Chronicōn manuscriptus. 24.
Monachis interdictum alias Ecclesias petere. 482.
è Monasteriis plures ciuitates Ecclesiæque petierunt Episcopos. 194.
Monasticæ vitæ professio per varios terrarum principes. 311.312.
Monasterij sacrarum Virginum in vrbe Andegauensi fundatio. 666.
Monasterij Conuersæ non dicuntur propriè moniales. 705.
Monasteria apud Scotos in profanos Aulicorum vsus conuersa. 58.
quæ Monasteria veteranum militem sibi à Rege oblatū recipere non teneantur. 586.
Monastica & Ecclesiastica collegia tenentur tantum in aduentu noui regis tradere dinumeramentum nouorum feudorum & acquestuum, aliis oneribus feudariis exempti. 533.
Monetę extrinseca & intrinseca bonitas. 749.
Monetalis lex Delphinatus Frācici. 753.
Monetalibus Galliæ operariis antiqui reges vacationem munerum tribuerunt. 752.
incidentes Eccles. Monitioni controuersiæ inter laicos à laïco diiudicandæ. 292.
Montis Fani Quintini Abba & Cōuentus, ordinis D. Benedicti. 371.
Morinensium pontificum primus Aimundus. 153.
Mortui mancipij ius Ecclesiæ plurimæ à Regibus obtinuere. 529.
Mos suus ac multiplex diuersarum Ecclesiarū minimè infirmandus. 610.
Moscouitæ. 344.
Moschorum, qui sacro ministerio sese dedicarunt, duplex genus. 345.
Mosonia vrbs, Germanico limiti opposita. 736.
Mundiburdium. 169.
Mulcta nummaria ab Ecclesiastico iudice purè simplicitérque infligi non potest. 669.

N

NAnnetenses Episcopi. 176.
Naturalitatis literæ prohibitę sunt Hispanicis Edictis. 561.
Neapolitanum Edictum de manumortua in Ecclesiasticos prædiorum possessores. 528.
Neapolitanæ Ecclesiæ ritus libello descriptus. 610.
Nectarius ex prætore vrbano catechumenus sacerdotium suscepit. 216.
Neomenius, citerioris Britanniæ Regulus. 290.
Neruiorum seu Tornacensis Pontificatus apud Belgas. 153.
Nicephorus Cæsar minùs piè apud Græcos sanxit, ne fundi Templorum augerentur. 526.
Niuernensi Clero immunitas Regaliæ

galiæ concessa Regiis codicillis. 160.161.
Nominatio Senatorum Parisiens. ad beneficia cū illius Priuilegiis. 124.125.126.127.
Nominatio Vniuersitatum locum habet aliquando in beneficiis affectis. 77.
Nonnæ ab Ægyptiis & Africanis vocatæ sanctimoniales. 507.
Norbertus, Præmonstratensis ordinis auctor. 296.
in Norica regione quatuor Episcopatus sanciti. 342.
Norici olim Episcopi omnes ferme assumebantur ex Fabianensi cœnobio. 194.
Normanica Charta. 754.
Nosocomia varia à Toletano & Hispalensi Archiepiscopis condita. 691.
Notariis Apostolicis statutus est modus, Edicto regio. 248.
Nothi à solo Principe legitimātur. 561.
Nouiomensis Pontificatus iam olim obnoxius est Regalibus. 154.
Nouiodunenses Episcopi. 154.
Nūmarię decimæ vnde ortę. 669.
de variatione valoris Nummorum tempore redemptionis redituū, & de re monetali. 755.

O

OBlationes haud soli competūt Curioni, sed interdū eas æquâ sorte partiuntur Æditui cum parocho. 660.
Oblati seu Conuersi cœnobitis adæquantur. 705.
in Occitanis partibus cessat Regalia. 157.
coram Officiali de petitorio decimarum agi non debet ante possessorij iudicij executionem. 243.
Oeconomiæ sacræ partes quænam & quot sunt. 521.
Oeconomi constituti, qui communium Ecclesiæ prouentuum curam gererent. 608.609.
Oleo diuinitus demisso inunguntur Galliæ Reges. 305.
Olomucenses Episcopi apud Bohemos. 194.
Orbacēsis monasterij reformatio. 447.
Ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. 67.
Ordinationes sine titulo fieri, vetitæ à Calcedonensi Concilio. 67.
Ordinandorum Clericorum antiqua consuetudo. 782.
ad Ordines Ecclesiæ & sacerdotalē functionem gradatim ascendendum. 215.
Ordinarius non cogitur parere gratioso rescripto, nisi pariter huic literæ executoriæ significentur. 130.
Ordinis primatus sessionisque inter collegas computatur ex prioritate, non quidem receptionis, sed exercitij publici Magistratus. 203.
Ordinatis antistes alimenta suggerere de suo tenetur, donec locuples sacerdotium fuerint nacti. 668.
Ordinis S. Iohannis Hierosolymit. milites. 370.
Ordinis S. Sepulchri caput Petrusij, sed ab Innocētio 8. militiæ S. Iohannis adunatus hic Ordo penè interiit. 370.
Ordo D. Georgij à Friderico 3. Cęsare institutus. 342.
Ornamenta Ecclesiarum apud Punicas gentes fuere ex auro & argento quam plurimo. 521.

Universidad de Deusto Biblioteca

Orientalis Ecclesia cœlibatum non admisit, seu continentiæ votum. 345.
Orientali Clero lege concessum est, ne in eum iudicio quis experiretur apud publicum magistratum, siue in ciuili negotio, siue in criminoso. 263.
Otho Magnus Magdeburgensem Præsulatum institui procurauit. 90.
Otho Magnus Cæsar tres subiecit Insubrum Archiepiscopo ditiones in agro Mediolanensi. 239.
Otho imperator recens ab exilio reuersos adolescentes auitis & paternis Sacerdotiis in solatium reposuit. 86.
Othonis Cæsaris augusta responsio ad quemdam Dynastam cœnobium petentem peruicaciùs, tanquam bellicæ operæ præmiũ. 306.
Otho Mediolani Antistes diu multúmque rexit Insubrum principatum. 253.
Otho Mediolanensis Vicecomes apud Claræuallis cœnobium sacrata quiete senex fruebatur. 313.
Otho legatus purpuratus in Anglica Ecclesia sacerdotiorum reditus decumauit in causam belli gerendi aduersus Saracenos. 669.
Otho Cardinalis, ex Apostolico Senatu missus ad reformandum Angliæ statum Ecclesiasticum. 423.
Otto Insubrum regulus, partis de hoste trophæis, dedicauit Aram in Mediolani templo maximo D. Agneti. 535
Quetensis Hispaniarũ Ecclesia subuecta in metropolitici tituli fastigium. 335.
Quetum, Hispanis Regibus Mausoleum adscribitur. 335.

P

PActa scripta à Notario Ecclesiastico non pariunt ius hypothecę. 247.
Pactum præsulis fani Flori Aruernorum cum Ecclesiastico sodalitio. 309.
Padeburnensis Episcopatus. 41.
Palladius primus Scotorum Episcopus, 337.
Pallij vsus quotidiani Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo concessus. 398.
Papa solus admittit reseruationes pensionum. 592.
Papæ præuentionem impedit requisitio inutilis. 112.
ad Papam olim appellari poterat omissis mediis. 321.
Papyria Romanorum lex. 528.
Parisiense Concilium An. 558. 200.
Parisiensium Ciuile priuilegium. 732.
Parisiensi Episcopo & Dionysiano Abbæ sedẽdi in Senatu decretus honos, in quolibet Curiæ secretario. 243.
Paræciarum diuisio. 606.
Parochiani tenentur sua impensa ædes Curato suo cõstruere. 626.
an Parochiani extraordinaria munera Curato erogare teneantur. 648.
Parocho egeno subministranda à parochianis necessaria vitæ subsidia. 641.
Parochiale ius in quibus consistat. 642.
Parochus Euangelico præconi victum salariúmque præbeat, aut certè cum Ædituis nummos conferat in probatissimi Ecclesiastæ stipendium. 644.
Parochialis Ecclesiæ obuentiones inter Curatum & Matricularios, quomodo quomodo distinguantur & diuidantur. 643.
Patriatus Francici Rethelensibus Comitibus impositi, antiquæ literæ. 819.
Paschalina Taxa decimarum cur sic nominata. 672.
Pissiacenses moniales, in Carnutẽ. diœcesi. 371.
Patauino Episcopo ius signandæ monetæ iudultum. 755.
Patriarcharum auctoritas, Romanum tamen Pontificem agnoscẽtium. 243.
Patriarcha Hierosolymitan⁹ quinque habet Archiepiscopos suffraganeos. 346.
Patriarcha Aquileiensis. 349.
Patriarcha Gradensis. 348.
Patrimonialia onera Ecclesiastici subire coguntur. 567.
Patronis debita honoraria iura. 95.
Patroni laici præsentatio symoniaca irrita. 103.
Patrono excommunicato an ius sit ad Sacerdotia nominandi. 102. 103.
Patroni cognationi quædam addicta Sacerdotia. 89.
Patronatus regius an in emptorem fundi tacitè translatus videatur. 89.
Patronatui laico non est Pontificia collatione derogandum. 81.
ius Patronatus à laico datum Ecclesiæ, fit Ecclesiasticum. 183.
Paulus Samosatenus, hæreseos cõpertus, sacrorum gradu deiectus est. 308.
Pauperum Lugdunensium Ordo. 483.
D. Pellegrinus, Lauteacensis Archipræsul. 342.
Pensio illicita quęnam dicatur iure Canonico. 592.
Pensionum licitarum quædam dãtur in ritulum beneficij. 594.
ne Pensitatio vlla Curialibus indiceretur sacerdotiis, Tridentina Synodo prohibitum. 641.
Peregrinus Attica lege vetabatur publicis ludis in theatro saltare. 761.
Peregrini nonnulli habentur Galli ciues. 561.
Peregrinorum Clericorũ bona vacantia fisco Principali purè competunt. 560.
Permutari non possunt res Ecclesiæ, vt nec alienari, nisi solennitate seruata. 735.
Persarum Reges inaugurabantur, principésque erant sacrarum ceremoniarum. 305.
Petr. Frontbraccius in Curia Parisien. aduocatus, deinde Cardinalis. 168.
Petricouiæ comitia habita. 39.
Petragoricæ Ecclesiæ libertas exẽptióque à iure regaliorum. 156.
Petrus Ludouici Crassi filius protodiaconi munere perfunctus. 218
Petrus Cluniacensis Abbas: eius opera. 297.
Petri Cohardi quondam patroni fisci libellus appellatorius. 319.
Philippus 2. rex Ambianæ Ecclesiæ remisit ius procurationis. 139.
à Philippo 4. gemina pactione cõuentum de Ludouici fratris Panagio. 89.
Philippi Valesij Declaratio pro beneficiis vacantibus in Regalia. 158.
Philippi Pulchri Galliæ Regis de Clericis & re Ecclesiastica Politicum Rescriptum. 829.
Philippus Theodatus Hebræorum synagogas, Domos Christo iussit dedicari. 184.

Philippi Pulchri elogium de Andensi ac Cenomaniæ Regalibus. 783.
Philippus Flandriæ ac Veromanduorum Comes de sacri belli rationibus D. Hildegardim consuluit. 517.
Phratriæ quid & vnde dictæ. 643.
Piati sacelli in æde Carnutensi prębendæ. 65.
Pictonum Pontifices. 199.
Pictauensis Regalia. 157.
Pipinus, Galliæ rex, dextra Pontificis sacratus. 332.
Pipinus & Carolus magnus ducatum Herbipolensem Episcopatui connexum esse voluerunt. 233.
Placentinum Concilium. 67.
Placidiæ iussu Idolomaniæ reliquię deletę. 274.
Plesseum Collegium canonicorum in suburbanis Turonum hortis. 377.
Pœna sanguinis non est infligenda Clericis. 302
quo Pœnarum genere reorum corpora plectantur in Curia Ecclesiastica. 302.303
Pœna commissi non vsquequaque in hęredem Emphyteutę locum habet. 831
Politiæ sacræ fundamentum. 1.
Politia vetus in alendis egenis. 716.
Politica lex à Senatu dicta Ecclesiis Collegiatis D. Benedicti, & Germani Parisien. 645. 646. 647.
Politia Sacrorum in Toletano cõuentu omnium Hispanię ordinũ. 557
Polonici Episcopatus. 91
Polonorum Episcoporum temporalis iurisdictio. 233
Polonicarum Ecclesiarũ patroni. 91.
Polonici præsulatus, Danici, Liuonici, &c. quando & à quibus instituti. 341.342.
Pontificiæ cognitionis quæ causarum genera. 229.
Pontifices Romani ex monachis. 295.
inter Pontificatum ac Imperium magna cognatio & coniunctio. 305.
Pontifices Galli in summis Tribunalibus sessionis ius habent, simul & dicendæ sententiæ in publica causarum disceptatione. 242.
Pontiuenses Comites in Belgio. 205.
Pontiuensibus Comitibus extinctis Carolus 5. rex Comitatũ Frãcicæ Coronæ adiunxit. 205.
Pontiuensis & Monstrolensis Comites. 205.
à Pontiuensi Magistratu prouocationes purè ad Lutetianum Senatum deuoluuntur. 205.
Pontis Octrandi Cœnobium, vernaculè *de Ponteron*, in municipio Andegauensi. 530.
Pontis montium prioratus, Diœcesis Vasatensis, seu de Bazas apud Aquitanos 23.
Portio congrua per modum prouisionis adiudicata incidenter lite pendẽte à iudicibus secularibus. 658.
Portio congrua quanti æstimata. 655.
Portioni congruæ dandæ obligãtur quicunque decimas possident. 679.
Possessionis sacerdotiorum adipiscendæ formula. 220.
Possessionum onera alia ordinaria, alia extraordinaria. 604
Possessoris patroni nominatio ad sacerdotia potior, licet iudicio postea euicta possessione. 99.
Potentianus & Sauinianus, primi Senonum Episcopi. 153.
Pratianus Senonum Archiepiscopus, Romanúsque Senator, Legatus. 322.
Præbendarum æqualitas variis Curiæ arestis constituta. 78.
Præcentores in Anglicis fanis obtinent primas sacræ dignitatis partes. 71.
Præceptor fani Iohannis Insulanis sedet proximo loco secundum archipriorem Templi, in Francia. 426.
Præceptorię Hierosolymitanæ nominationi Regis non sunt obnoxiæ. 33.
Præceptoriæ multæ Hierosolymitanorum Equitum simul vnitæ cum summo eius Ordinis Magisterio. 413.
Præfecta monacharum B. Mariæ de Hædera Parisien. diœcesis. 373.
Nũm Prælatus, fundo admortizato, à fide & homagio liberetur. 533.534.
Prelatorum temporale dominium & potestas. 744.
Prælati, quibus vetitum est de actione reali, non possunt etiam cognoscere de hypothecaria. 231.
à Prelato acquisita, propinquis hæreditate deferuntur. 551.
coram prælatis Ecclesiæ antiquitus conuentiones partium, priuilegia, & acta alia, expediebantur. 601.
an Prelati teneantur dare literas Vicariatus nominatis à Senatu ad Ecclesiasticam causam diiudicãdam. 364.
pro Præmonstratẽsibus monachis Apostolicum diœcesanæ visitationis temperamentum. 446.
Præmonstratensis Ordinis Statuta. 479.
Procuratoriũ in Ecclesiam munus, ĩ Ecclesiasticum onus procurandi & alendi regis regiíque comitatus. 138.
Præmonstratenses monachi ad Episcopalem Synodum cogi non possunt. 444.
Præposituræ ædis Martini Turonẽsis. 149.
Præscriptionem omnem communiter verbis reiicientibus non continetur immemorabilis aut centum annorum. 734.
Precariæ conceduntur iure Canonico ad certum tempus. 795.
Præteianus, Abyssinorum Æthiopum rex, reuerentissimus templorum cultor. 287.
de Primatia Lugdunensis, & Senonensis Ecclesiarum. 240.
Primitiæ frugum Leuitis addictæ Mosaicis legibus. 660.
Primitiarum quantitas offerẽtium arbitrio relinquitur. 660.
Prioratus Ordinis Augustiniani retinuerunt hactenus sacram spiritalémque paræciaci populi curationem. 585.
Principes rebus humanis spretis Eremo se dicantes. 312.
Principum secularium in Romanũ Pontificem obseruantia. 332.
Principalis Constitutio de sacris artificum sodalitatibus seu phratriis. 643.
Prior commendatarius in monachos correctione nõ vtitur. 492.
Prior conuentualis commendatarius non adstringitur Annali ad sacros ordines promotioni. 213.
Prioratus simplices Regalibus subiiciuntur. 169.

Priuilegium fori apud Abbatem S. Genouefæ pro Ciſtercienſibus. 386.
Priuilegiarius ſuccedens priuilegiato, pro tempore anteriori vtitur iure eius cui ſucceſſit: pro poſteriori, iure ſuo. 740.
Priuilegia Cruce ſignatorũ in bellum ſacrum. 671.
Proclus Cyzicenorum Pręſul. 202.
Procuratores, actores, executores, ſeu curatores pupillorum, nonniſi poſt depoſita onera & reddita ratiocinia, ordinandi. 620.
Profani in Hiſpania ſummoti à communium Eccleſiæ facultatũ adminiſtratione. 608.
Profeſſori Theologiæ Præbenda deſignatur. 633.
Profeſſori liberalium artium quãdo addicatur Eccleſiaſtica Præbenda. 634.
Profeſſio monaſtici voti probanda eſt ſcriptis, non teſtibus. 547.
Prognoſticon annalium cenſura penes diœceſanum. 460.
Proſper Aquitanic' Epiſcopus Regienſis. 274.
Pruteni Crucigeri olim dominabantur Pomeraniæ. 659.
Prulliacum monaſterium, Ciſtercienſis Ordinis in Senonenſi Diœceſi. 515.
Prouinciæ Comitatus Statutum, ne Eccleſiis donata minuantur vlla Trebellianicæ vel Falcidiæ deductione. 742.
Prouinciæ Comitis donationes aut Priuilegia, Eccleſiis vel ciuitatibus conceſſa, an à ſucceſſore reuocari poſſint. 605.
Prochodochia, apud Gallos profanis ciuibus regenda committuntur. 692.
Publica Chriſtianorum conuiuia qualia erant. 666.
Publica honorum præeminentia inter Abbates & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. 424.426.

Q

QVarta funerum Epiſcopo debita lege Diœceſana. 451.
Quæſtiones tormentáq; ſunt ſpecies probationum vtrique foro communes. 300.
res clericorum S. Quintini Regio iuri notioníque reſeruatæ. 696.
Quitiaci fani apud Agendicum canonici monaſticis olim regulis deuincti. 64.
Quirinus ab Auſtriacis præ cæteris cultus, tanquam Noricorum Apoſtolus. 342.

R

RAbanus Maurus Mogũtiæ Archiepiſcopus. 417.
Rabodus Friſiorum Dux, falſorũ Deorum venerator. 355.
D. Radegundis fanum Pictauenſe. 199.
Radegundis, Clotharij vxor, tranſiliit Pictauum ad monaſticam orationis domum. 314.
Radeuicus Friſingenſis Eccleſiæ Canonicus. 497.
Radulphus De Riuo, Tungrenſis Decanus. 234.
Ramboilleti Cardinalis Indultum promulgatum in Curia. 397.
Rauenna quondam Exarchi ſedes. 350.351.
Rauennatis Prouinciæ ſuffraganei. 350.351.
Raymundus Berengarius Phocenſis prouinciæ princeps. 605.
Raymundus Tholoſatum comes, tributum

tributum mercibus impoſitum vetuit à Tholoſanis exigi. 594.
Reales actiones fori Eccleſiaſtici non ſunt. 230.
Redempta ditione fiſcali antea vẽdita, non ideo reuocantur Officiarij à priuato emptore priùs ex facultate vẽditioni appoſita cõſtituti. Areſto Curiæ extemporali Die. 24. Iulij. 1576. pro Arnaldo Pellirone, cuius ego cauſam agebam, cõtra Antonium Fournel, pro quo Andreas. In Catalogo Cauſarum Lugdunenſium. 760.
Redimendi ius competens ex priuatorum pacto, præſcribitur 30. annis. 731.733.
Redimendi ius lege generali competens centena etiam pręſcriptione non excluditur. 732.
Reditus nummis conſtituti à debitore, redimibiles etiam cõtra Eccleſiam. 749.
Reditus hypothecarius Eccleſiæ debitus ſubiicitur reductioni ad legitimum modum. 755.
Reditum annuum Eccleſiæ debitũ ſuper ædibus Pariſien. luere licet. 734.
Refectio ædiũ curati ad quos pertineat. 626.
Regia Francorum Edicta de ſoluẽdis à plebe decimis. 651.
Regaliorum origo. 781.
an iure Regaliç Rex Epiſcopo ſuccedens teneatur ſtare colono. 777.
Regalia Cenomaniæ. 163. 783.
an Regalia locum habeat in prioratu habente curam animarum. 169.
Regaliorum profani fructus debẽtur à die obitus Epiſcopi, & prorata temporis. 154.
Regaliæ Burdegalenſis prouinciæ remiſſio. 155.
Regaliæ ſubiiciuntur reſeruata à Pontifice beneficia. 152.
Regaliorum ius in plurimis Galliæ Eccleſiis. 152.
ius conferendi in Regalia à Regis perſona inſeparabile. 166.
Regaliorum deputati cuſtodes, ſede vacante, non poſſunt incidere arbores cæduas, neque piſcari viuaria prælaturæ ante tempus. 778.
Regaliæ Aquitanicæ remiſſionis literæ. 154.
Regalia extenditur ad beneficia permutatione vacantia. 157.
Reges & principes vbi decimas ſoluere debeant. 660.
Lex Regum Franciæ & Angliæ in fauorẽ Sanctæ expeditionis. 671.
quanta inter Regnũ & Pontificatum affinitas. 466.
Reges in Andiũ æde ſumma, Cenomanorũ, & Martini Turonenſis dicuntur Canonici. 106.
Regiæ Gallorum de Decimis Cõſtitutiones. 651.
Regij ſacelli, in Vicenarum hortis Canonici. 370.
Regij ſacelli Palatini Lutetiani ſacrum ſodalitium. 369.
Regula Cancellariæ Apoſtolicæ de veriſimili notitia. 73.
Regula de Infir. Reſig. ceſſat in voluntaria Ordinarij collatione, ſecus in neceſſaria. 135.
Regula communis de cauſa in Diœceſis finibus deleganda quando ceſſet. 473.
Regulus, Syluanecti primus Epiſcopus. 133.
Reipub. cum Religione conſociatio. 793.

Religio quælibet monastica facere debet per se concilium prouinciale. 505.
an & quatenus Religiosis parochialem functionem ius sit exercere. 484.
D. Remigij cœnobium Rhemense, Archimonasterium dictum. 408.
D. Remigius Rhemorum Archiepiscopus. 35.
Rhemorum nautica vincula capitali pœnæ ab antiquis adnumerata non fuere. 303.
Remboth, cœnobitarum genus in Ægypto. 478.
S. Renatus, Episcopus Andegauensis. 192.
Renatus Siciliæ rex. 696.
Renatus Andegauus Siciliæ rex varias immunitates & libertates Aquensibus oppidanis dedit. 605.
Rescriptis generalibus non videntur sublatæ ordinariæ iuris solennitates. 770.
Quibusnam causarũ cognitio Rescriptis Apostolicis denegetur. 389.
ne quis apostolico Rescripto in ius trahatur vltra duas dietas à fine diœcesis computandas. 324.
Rescriptum Philippi Pulchri de Lugdunensi Comitatu ad Ecclesiam Lugdunensem pertinente. 240.
Reseruationes beneficiariæ à Tridentina Synodo abrogatæ. 128.
Resignans Canonicus, mortuo ante acceptationem resignatario, remanet in eodem gradu & ordine, quo prius. 199.
Resignatio facta à procuratore cõstituto ad acceptandum beneficium, & acceptatum resignandum, nulla est. 145.
Resignatio maiorum sacerdotiorũ non vsquequaque olim permissa. 46.
Rethelensis Comes an & apud quos titulo Paris Franciæ ornandus sit. 816.
Rei criminum etiam in loco sacro capi possunt, Edicto Francico. 558.
Rex sacrorum Romæ creatus, exactis regibus. 125.
Rhachisius, Longobardus rex fit monachus. 312.
in Rhaguscorum præfectura, apud Heluetios minor iurisdictio ad Abbatem S. Galli pertinet. 744.
Rhemensis Archiepiscopus in Gallia natiuam Legationem sibi arrogat. 398.
Rhemensium ædilium iurisdictio approbata Senatus Placitis. 235.
Rhemis synodicus conuentus coactus. 52.
Rhemensis gymnasij Lutetiani primatus quibus attribuatur. 116.
Rhemensis Collegij in vniuersitate Parisien. fundatio. 707.
Rhemorũ primus Episcopus, Timotheus & Apollinaris. 540.
Rhemorum Archipræsul Belgarũ Primas. 340.
Rhemorum Dux simul vt Pontifex, dict' ex Regia Ludouici trãsmarini beneficentia. 235.
Rhodiis Equitibus data, in Francia, Regia patrimonialium onerum Vacatio. 582.
Rhodiorum equitum exemptio ab annua decumani fructus aruorũ pensitatione. 580.
D. Rhicarij cœnobij apud Ambianos reformatio. 515.
Rigensis Ecclesia, prouinciæ suæ Liuoniæ Metropolis. 341.
Rigordus Philippi 2. coætaneus, ciúsque vitæ scriptor. 90.

Ritus Neapolitanæ Eccl. 311.
Rituales Hetruscorum libri. 60.
Roberti Galliæ Regis pietas. 535.
Robertus Sorbona Doctor Theologus fundauit Sorbonicum Musæum. 710.
Robertus Ketenensis, Alcorani interpres. 470.
Rodericus, Toletanus Antistes, scripsit de origine & primis actibus Gotthorum, déque posteris Hispaniæ regibus. 335.311.
Roffensis Episcopus, Fischerius. 682.
Rogerius Episcopus Beluacensis, quæ beneficia contulit Ecclesiæ, cui præsidebat. 99.
Romanus Põtifex pietatis religionísque fastigium obtinet. 331.
Romanóne Pontifici liceat electiua specialiter beneficia conferre. 11.
Romano Pontifici licitum est Cãcellariæ suæ regulis derogare. 135.
Romano Põtifici adiudicatum ius sacri primatus in Græciam. 344.
Romani prisci non gustabant vina, aut nouas fruges priusquã sacerdotes gustassent. 660.
Romuli lex de sacerdotiis. 5.
Roncerei cœnobij Andegauensis fundatio. 666.
Rothomagensis Ecclesiæ primarij Antistites. 167.
Rothomagensis Concilij meminit Yuo Carnutensis. 167
Royensis sacri sodalitij pactum cũ Episcopo Ambianensi. 16.
Rutheniæ metropoliticum solũ tenet Leopolis. 339.

S

SAbaudiæ Ducum Sanctiones in Christianismo propagando. 566.
Sabaudiæ Edicta & Statuta condita aut renouata à Philiberto duce. 745.
Sabolensis Archidiaconus in Cenomana æde Cathedrali. 215.
Sacerdotum mos antiquus in adoptando sibi certo successore in sacerdotium, quatenus probatus fuerit ac receptus. 46.
Sacerdotes non eximuntur hospitio militari, si summũ patriæ periculum impenderet. 571.
Sacerdotum priuilegium non extenditur ad conductores, tametsi in ius Ecclesiæ succedant. 571.
Sacerdotis mobilium prærogatiua Aurelianẽs. Edicto sublata, in eãq; supellectilẽ manus iniectio permissa. 569.
Sacerdoti non est immorandum diutius lectioni profanorum scriptorum. 110.
Sacerdotes, etsi Regis ex feudo vassali, seruire tamen illi in bello nõ possunt, nec arma gestare citra periculum irregularitatis. 584.
Sacerdotes antiquitus non nisi cũ titulo ordinabantur. 67.
Sacerdos bella mouens pellitur sacræ militiæ gradu & in monasterium perpetuo relegatur. 574.
Sacelli D. Mariæ Delideratæ sacris operantes, in Rhotomagensi Archiepiscopatu. 372.
Sacrum Cæsaris in Bituricensi territorio. 99.
Sacri milites Hispani. 33.
Sacri ministri Monstrolensis Valetudinarij sub titulo D. D. Nicolai & Bernardi, in Ambianis. 374.
Sacræ res pro redemptione captiuorum vendi possunt. 576.
Sagiensis Archidiaconus. ibidem.
Salariũ ministrantium sacramenta. 455.
Salpianus Massilensis presbyter:

eius opera. 26. 827.
Samarobrina seu Cameracēsis pax regum Galliæ & Hispaniæ. 153.
Samarobrinæ Pręsul scribere solet, Dux Cameracensis, S. Imperij Princeps, Comes Cameracesij. 234.
Sanflorianæ Aruernorum Ecclesiæ cuinam competat præbendarum collatio. 192.
Santonum Episcopi in Aquitanica Gallia. 198.
Santonum primus Episcopus, Eutropius. 133.
Sardicensis Synodus. 250.
Sarlatensis Episcopatus in Petragorica diœcesi constitutus. 334.
Saturninus, primus Tholosæ episcopus. 133.
Sauses, cœnobitarum genus in Ægypto. 478.
Saxonicis Clericis fructuum portio sacrata. 556.
Scholas curare, & populo dare doctores & administratores, regum ac principum est. 69.
Scholæ præfectura non est ecclesiasticum beneficium. 117.
Scholæ Sorbonicæ institutio. 709.
Schola Andegauensis. 330.
Scholariū pauperum Hospitia seu Gymnasia. 707.708.
Scholæ Heduorum Cantor. 71.
Schola Burgūda apud Parisios. 119.
Scholę Alexādrinę professores. 70.
Scholasticum fori priuilegiū pro monachis S. Victoris. 328.
Scholasticis Cluniacensis Collegij Parisien. modus alimentorū prescriptus. 711.
Scholasticum Narbonense gymnasium, in Luteriana Academia. 373.
Scholasticorum priuilegiorū Academiæ Parisien. Pontificij vindices. 329.
pro Scholasticis gradibus qui sumptus lege constituti. 714.
Scholastici academiæ Aurelianensis multis donati Priuilegiis. 330.
Scotię Episcopatuū institutio. 179
Scotici Episcopatus 4. à Dauide 1. Rege instituti. 179.
Scotorum in regendis Hospitalib⁹ obseruatio. 704.
Seculare ad iudicium clericus nec ex reconuentione quidē ac mutua petitione trahendus. Decisi. Cap. Tholos. 95. 291.
Sediliū ius in templo priuatis cōcedendorum Ædituis competit, non parœciaco sacerdotū Sodalitio. 643.
Semipræbendæ aut Vicariæ symphoniacis olim Collegij pueris destinatæ. 55.
Semipræbendarum institutio. 55.
Senatorum Parisiensium nominatio ad beneficia cum illius Priuilegiis. 124.
Senatorio munere fungens lucrifacit sacerdotiorum reditus, tanquam absens Reip. causa. 128.
Senatus Parisiorum mixtum corpus ex laicis & sacris magistratibus. 128.
Senonum ciuitas Galliæ metropolis. 209.
à Senonū metropolita hodie prouocatur ad primatem Galliæ Lugdunensem. 240.
Senonum Canonici, qui sacro ibidem munere funguntur assiduè, reliquorum vacationem habent plenissimam. 629.
Senonensis Ecclesiæ semipræbendæ. 76.
Senonensis Archydiaconi honoraria iura recensentur. 210. 211. 212.
Sepulchra gentilitia variis Regibus attributa. 335.

Sepul-

Sepulturæ magna cura apud Hebræos. 452.
Sepulturæ ius inter Curatum & Mendicantium ordines controuersum. 485.
Serapidos sacra apud Ægyptios. 666.
Sergij & Bacchi ædis Andegauę cōditor Clodoueus. 530.
Sericarij mercatores aduenæ Turonúmque incolæ Gallicæ prouinciæ ius adepti sunt. 561.
Seuerus ex lanificio vocatus ad Rauennatis Ecclesiæ præfectutā. 216.
Sibyllinum vaticinium de Cruce Domini. 728.
Siculi Ecclesiastici clientes tenentur Antistiti suo, collato ære, suppetias ferre quintuplici casu. 433.
Siculi Reges vtuntur in Ecclesiæ clientes mero imperio 533.
Sidonius Aruernorum Præsul. 105.
Sigillum Episcopi multiplex. 423.
Sigilli emolumentum, Regalia durante, non pertinet ad Regem. 779.
Sigilli Ecclesiastici seu Episcopalis auctoritas pendet à locorum cōsuetudine. 455.
Sigillatis Episcopi literis ita demū fides habetur in præiudicium tertij, si habeant subscriptionem duorum testium. 454.
Signatorij anuli nomine, Episcopi ab iis, quibus sacerdotia mandarint, numum aureum possunt accipere. 454.
Societatis Iesu Ordo. 498.
Sodalitates Romæ cōstitutæ. 667.
Solonia arx cum adiacentibus latifundiis olim donata Ecclesiæ Arelatensi. 605.
Somnium Viridarij, liber Christiana censura damnatus. 467.
Sortilegij crimen iudicio Ecclesiastico quondam attributum. 270.
Spectacula Romæ mercedes extiterūt magistratuum collatorum. 209.
Spectrorum varia exempla. 885. 786. &c.
Sportulam diurnam percipit omnino, qui sacram Theologiam profitetur. 631.
Statutum Ordinis S. Iohan. Hierosolymitani de iure mortuariorum & vacantium seu annatarum. 617.
Statuta Vniuersitatis Parisiensis à Tuteuilla Cardinali edita sunt, illam reformante. 117.
Statuta Ordinis almæ Trinitatis pro Redempt. captiu. emendata & innouata. 370.
Stampensis Ecclesia, quondam fuit Iudæorum synagoga. 184.
D. Stephanus Rex Strigoniensem rexit Ecclesiam. 92.
Sthephanus auctor ordinis Grādimontensis. 44.
Stephani Pannoniæ Regis pietas. 535.
Strigoniensis Archepiscopi cum Colocensi altercatio de sacra Hunnorum metropoli. 92.
Stipis conquisitio & collectio in fano irrita erit, nisi permissu veniáque ab Ædituis impetrata. 643.
Studij causa absentes, lucrantur fructus suorum beneficiorū. 686.
Stylus & Constitutiones iudiciarię Allobrogici fori decretę à Subalpino Senatu. 745.
Suatopluc⁹, vltimus Moraniæ rex, religiosus Eremi cultor in Sembormonte. 312.
Subalpinos populos Henricus 2. rex pro indigenis Gallis haberi iussit. 561.

Subseruí seu vicarij Ecclesiæ. 79.
Sulpitius Seuerus Biturigum Archiepiscopus: eius scripta. 150.
Suessionensis Abba ædis Crispini. 193.
Suessionum sacrum Sodalitiũ. 571.
Supplicia & supplicationes vnde dictæ. 187.
Syagrius Heduorum Pontifex. 612.
Syndicus constitutus ab Episcopo super bonis Ecclesię, mortuo Prælato non expirat. 825.
Syndicus generalis Francici Cleri. 825.
Synodi Episcopales, ex veterum canonum præscripto, bis in anno, aut semel debent celebrari. 449.
Synodi Gallicanæ. 450.
Synodorum, seu Conciliorum genus est quadruplex. 448.
Synodis adesse qui teneantur. 438.
Almæ Virginis de Sylua maiori cœnobium, Benedictini ordinis, in maritima ora Burdegalensi. 374.

T

TAurinus, Eburouicum primus Episcopus. 133.
Templorũ reparatio ad quos pertineat. 626.
Testamenti scribendi auctoritas committi à Parocho vel eius Vicario nequit alteri sacrificulo. 539.
Testamentũ parochiani ex officio scribentes Curati nil sibi adscribere possunt. 537.
ne quis Testamenti alieni scriptor legatum sibi adscriberet, cautum fuit Nerone imperante. 537.
Thales Milesius ex Astrorum inspectione sequentem annum oleis vbertimum fore prospexit. 461.
Thalmuld Iudæorum. 181.
Theatinorum ordo nuper Romæ initium accepit. 545.
Theobaldus Tricassium Comes. 615. 616.
Theodechildis Francorum Reginæ benignitas. 716.
Theodosius Imp. synodicæ Nestorij hæresiarchæ damnationi adiecit deportationem in Oasim. 308.
Theodosianæ leges in Pseudochristianos. 274.
Theodorus Balsamon leges Imperatorũ Byzantiorum digessit. 43.
Thesaurarius Sacelli Basilicæ Parisien. iurisdictione præditus est in Canonicos. 759.
Tholosana Ecclesia in Archiepiscopatum erecta. 333.
Tholosatium metropolis in sex diuisa præsulatus. 333.
D. Thomas Archiepiscopus Cantuariẽsis in exilium electus. 420.
Ticinense prælium, quo Rex Gallus captus est à Cæsarianis. 149.
Toggemburgiorum Comitatus agnoscit dominũ, Abbatem S. Galli. 744.
Toletano Antistiti primatus Ecclesiæ Ibericæ olim delatus est, quî cum tamen Bracharensis de eo disputauit. 335.
Tonsura sacra tabulis probanda. 548.
an aliquis ab Episcopo prima Tõsura initiari possit in loco exempto. 440.
Traiectensis Cardinalis Hispaniarum prætor. 254.
Transactio Nannetensis Episcopi cum Britonum Duce. 174.
Transactionis tabulæ Rhemorum Archiepiscopi cũ Scabinis Vrbis à Rege Gallo & summo Põtifice confirmatæ. 236.

Transactionis literæ inter Richardum Turonum comitem & Archiepis. Turonensem. 774.
Trecensis Ecclesiæ Episcopi. 569. 570.
Trecensis Ecclesiæ Capituli Statutum. 77.
Treueris, ciuitas Germaniæ, 649.
Treuirorum primus Episcopus, Valerius. 133.
Tridentinæ ciuitatis dominus est Episcopus, Germanicíque Princeps imperij appellatur. 233.
Tridentini Concilij Decretum de reddẽdis Hospitalium ab Administratore rationibus. 691.
Trophimus primus Arelatẽsis Episcopus. 133.
Tullẽsium primus Episcopus, Mãsuetus. 133.
Tutelẽsis Abbatia & Ecclesia, quę pendebat ab Archydiaconatu Lemouicen. ecclesiæ, facta est episcopalis. 63.
Tutelensis ecclesia regularis in secularem statum cõmutata à Leone 10. P.P. 63.
Tuitiense monasterium. 60.
Turcæ publicæ Hospitalitatis curã gerunt. 613.
Tutor priuati licitè nec pacisci tur nec transigit de re minoris. 773.

V

VAldo Lugdunensis, conditor superstitionis pauperum de Lugduno. 483.
Valentiæ Allobrogũ Episcopatus, Dienssisque ei perpetuò vnitus. 400.
Valẽtiniani Cæs. oratio de Ambrosij allectione in pontificatum. 224.
Vallisscholariũ religiosorum causis decidendis Conseruatores Apostolici dati. 505.
Vallisumbrosæ Ordo monasticus. 503.
Valliacæ vrbis permutatio regia cũ Ecclesia Rhemensi contracta. 738.
abbatia Vallis Crescentij, Cisterciẽsis ordinis. 396.
Vancensis Præsul, Ebredunensis Episcopi suffraganeus. 739.
Vasionensis Episcopus in Massiliẽsi prouincia. 740.
Vandali victi à Pipino Aquitanię rege. 623.
Vangionum Ecclesia quondam in Germania principatum sacrorum tenuit. 339.
Varnense cœnobium, Gothorũ regum sepulchrum. 355.
Vasatẽsis Aquitanorũ Ecclesia. 804
Vaurensis Episcopatus. 334.
Vectigal nullum pendi debet iure cõmuni pro rerum Ecclesiæ vectura. 577.
D. Vedasti, in Atrebatibus, monasterium, ordinis Benedictini. 374.
Veneti procuratores S. Marci olim tres tantum erant, sed aucta & dilatata vrbe, tres alij instituti. 645.
Venetæ ciuitatis templorũ numerus. 662.
Venetæ Reipub. Statuta. 528.
Venetensis Britanniæ minoris Episcopatus. 171.
Vestium formæ quędam atque colores Clericis secularibus ex honestate interdicuntur. 572.
Vicarius poterit agere cõtra parochianos, vt ei præstent virę necessaria. 655.
Vicario noui Episcopi, necdum in possessionem ingressi licitũ est vicariam potestatem exercere. 144.

Vicarij perpetui quanta sit portio Canonica. 655.
Vicarius in Gallia constitui non potest, nisi indigena. 145.
S. Victoris Abbates percipiunt primi anni fructus vacantium certarum præbendarum. 613.
Victoriani cœnobitę apud Lutetiã, Scholastici perpetui Regiis codicillis habiti. 328.
Viennensium Episcoporum series ex Volphgango Lazio. 342.
Viẽnæ primus Episcopus, Crescẽs. 133.
Viennæ Allobrogum Archipræsules simul & Comites. 238.
Viennæ in Allobrogibus Conciliũ coactum. 34.
Vilhelmus Aquitaniæ Regulus, Vuilhelmitarũ ordinis cõditor. 313.
Villelmus Tytius Metropolitanus Archipręsul, & Hierosolymitani Regni Cancellarius. 426.
Vindocinense cœnobium, in Carnutum diœcesi. 405.
Vindocinensis ædes leprosorum Hospitalis. 694.
Vindocinenses monachi diœcesanæ visitationis imperio exempti. 445.
Vindocinenses Canonici à quibus, & quando instituti. 637.
Virdunenses Episcopi pariter & Comites appellantur. 238.
Virdunensis archidiaconus. 218.
Visitatio monasteriorum per Diœcesanos. 507.
Visitãti Diocæsano moderati sumptus præstandi. 440.
Visitationes & reformationes cœnobiorum ex mãdato regiorum magistratuum. 446.
in Visitanda prouincia, ius est Episcopo inuisere monasteria. 437.
Vitalis Candianus Venetiarũ princeps, monachus factus. 313.
D. Vitoni monasterium. 194.
Vizeliacenses D. Magdalenæ Canonici, monachi antea. 372.
Vnio cœnobij D. Mauri Parisien. diœcesis, & monastici primatus D. Eligij Lutetiani cum Episcopatu Parisien. 412.
Vnio non perimit antiqua ciuium iura, priuilegiaque subditorum. 175.
Vnio sacerdotiorum canonica trifariam fieri solet. 412.
Vnio curionatus De Bloun cũ Lemouicensi Ecclesia Cathedrali. 410.
Vnio 40. abhinc annos facta, executioníque mandata, ab episcopo examinanda est, nondum autem executata præsumitur obreptitia, & ipso iure nulla, nisi contrarium doceatur. 409.
Vnionum Pontificiarum genus duplex. 407.
Vniuersitatis Parisiensis reformatio. 117.
Vpsala, Hierarchico Suetiæ & Gottiæ solio primatúque decorata. 350.
Vratislauiensis Basilica antè dicebatur Smogorouiensis, postea Bicinensis. 92.
Vrseolus, Venetiarum dux, monachus factus. 313.
Vrsus Patriciacus, Veneti dux imperij, fit monachus. 313.
Vsurarum crimen Regiæ necne cognitionis, an mixti fori. 278.
Vuladislaus I. Poloniæ rex Ecclesiã Cracouiensem donauit Papiniensi Comitatu. 233.
D. Vulfranij Collegium reformatũ ac emendatum fuit ab Episcopo & Capitulo Ambianensi. 204.
Vuormatia

Vuormatia, Germaniæ ciuitas, appellata paupertima. 649.

X

XAuerius Iesuita diem supremũ obiit in Regno Sinarum. 499.
Xenodochiũ D. Iacobo sacrũ, vulgò De alto passu, Lucensis diœcesis. 371.
Zenodochij Antoniani redit° neutiquam profana manu administrantur. 693.
Xenodochia à qualitate sacerdotij discrepant plurimum. 610.
Xenodochia Scotiæ ad regiã prouisionem & dispositionem pertinent. 38.
Xenodochia publica quibus & quomodo regenda committantur. 427.

Y

YMbertus de Belloioco, & Comes Cabilonensis, Ecclesias illarum partium vexarunt. 307.
Ypodiaconatus prima Christianorum ætate non numerabatur in sacris ordinibus. 268.
Ypodiacones Diaconorum officiis subiacent. 268.
Ypodiaconi munus adscriptũ est sacrorum ordinum albo. 269.
Ysabella Bauara, coniux Caroli 6. regis. 373.
Yssodunum, Biturigum oppidum. 97.
Ytherius, Martiniani Turonum fani cœnobita, Cormeriacum secessit tanquam in Eremum. 772.
Yuas, Britanniæ insulæ rex, Erẽnita. 312.
Yuo Carnutum Episcopus. eius scripta. 31.
Yuo Cracouiensis pontifex Xenodochiũ excitauit inopibus morbóque ac senio debilitatis. 693.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Errata. Correctio.

Pag. 9.	Lin. 10.	Xantonicum	Santonicum
23.	26.	qu minus	quominus
50.	24.	Barcinonis	Barcinone
54.	13.	ipſij	ipſi
77.	vlt.	conſtitutionem	Conſuetudinem
98.	10.	Corbienſe	Corbeienſe
160.	6.	Metropoli,	Metropolitæ
166.	in marg.	Illis quidem	illi quidem
Ibidem	Ibid.	ab iis	ab eo
181.	8.	Arianus	Eudoxius Arrianus
219.	vlt.	Iudith	Iudithæ
247.	6.	Ludouicũ Franc.regem	Ludouicũ 8.Franc.regem
264.	Marg.	Chreſanthum	Chryſanthum
273.	2.	Lib. 11.	Lib. 2.
277.	Marg.	8. Idus	7. Idus
342.	Marg.	Bonificius	Bonifacius
344.	30. 31.	Ordidinat.	ordinat.
416.	6.	10.Cal. Nouemb.	10. Cal. Decemb.
426.	22.	Cæſarem	Cæſari
561.	Marg.	Conſil. 116.	Conſil. 112.
638.	vlt.	debitoribus	venditoribus
676.	vlt.	ta	tam
685.	Marg.	Rhegienſis	Regiuenſis
744.	1.	quæ	qui
746.	Marg.	De	Die
806.	1.	ppoſtremam	poſtremam

QVÆ SVPERSVNT, (CANDIDE Lector) ſuppleas, precor.

PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM EST auctoritate Henrici III. Francorum & Poloniæ Regis Chriſtianiſſimi, ne quiſquam alius ante nouennium Opus *Renati Choppini Aduocati Pariſienſis De Sacra Politia Forenſi*, excudat néue vendat, præter Nicolaum Cheſneau, aut eum Typographum, cui idem Cheſneau excudendum dederit. Qui ſecus fecerit, Libris & pœna in ſanctione æſtimata mulctabitur. Priuilegium Lutetiæ irrogatum 3. Calend. Martias An. 1577.

Franc. Grugetio referente.

Ex Conſilio.

LECOINTE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXCVDEBAT HENRICVS
THIERY, IMPENSIS NICOLAI
CHESNEAV bibliopolæ Parisini
iurati, 9. Martij 1577.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca